SACRORUM CONCILIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

Et novissime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM PATRE MANSI,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,

Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS OCTAVUS.

Ab anno CCCCXCII. ad annum DXXXVI. inclusive.

FLORENTIÆ

MDCCLXII.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4. Parisiis M D.CCCCI.)

SYLLABUS
EORUM, QUÆ IN TOMO VIII.
CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata sunt, nostræ editioni noviter accessere

ANNO CHRISTI 492.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA GELASII PAPÆ I. pag. 1
1. Ejusdem Epistola ad Euphemianum. 5
2. —— ad Laurentium de Lignido. 10
Rescriptum Episcoporum Dardaniæ. 13
3. —— ad Episcopos Dardaniæ. 14
4. —— ad Faustum. 16
5. ad Honorium. 20
6. —— ad eundem. 22
7. —— ad omnes Episcopos per Picenum. 23
8. —— ad Anastasium Imperatorem. 30
9. —— ad Episcopos Lucaniæ. 35
10 —— ad Episcopos Siciliæ. 46
11. —— ad Episcopos Dardaniæ. *ibid.*
12. —— ad Æonium Arelatensem. 48
13. —— ad Episcopos Dardaniæ. 50
☞ *P. Dominici Mansi præmonitio.* ibid.
Ejusdem Epistolæ forma brevior. 63
14. Epistola sive Tractatus ejusdem. 72
15. —— ad Episcopos Orientales. 77
Fragmenta decem Epistolarum ejusdem. 85
Tomus de anathematis vinculo. 88
Damnatio in Andromachum Senatorem. 95
—— adversus Pelagianam Hæresim. 101
Ejusdem decreta duo. 120
☞ Appendix ad ejusdem epistolas. 122
☞ Canonum collectio ex ejusdem decretis. 126
☞ Synodi tres Nestorianorum. 143

AN. CHR. 494.

☞ *CONCILIUM ROMANUM I.* 146
Idem Concilium de libris recipiendis. 151
Notæ Severini Binii. 171
Observatio P. Antonii Pagi 173
Epistola Aviti Episcopi Viennensis ad Clodoveum Regem Francorum. 175
—— Remigii Rhemorum Episc. 178
CONCILIUM ROMANUM II. *ibid.*
CONC. CPLITANUM. 186
496. VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ANASTASII PAPÆ II. *ibid.*
1. Epistola ad Anastasium Imp. 188
2. —— ad Clodovæum Regem. 193
Ejusdem Fragmenta ad Ursicinum. *ibid.*
Libellus Apocrisiarorum Alexandrinæ Ecclesiæ. 194
Decretum ejusdem. 198
Conventus Remensis. *ibid.*
498. *CONC. CPOLITANUM.* ibid.
☞ *Ad idem Concilium adnotatio critica* 199
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA SYMMACHI PAPÆ. 202
Nota Severini Binii. 205
Ejusdem Epist. XII. 208. & seq.
—— Decretum. 230
501. *Synodus Romana I.* ibid.
Sententia Synodi. 231
☞ *Synodus Perfica Nestorianorum.* 239
Collatio Epp. adversus Arianos. 242
Synodus Romana II. 246
Synodus Romana III. 247
Synodus Romana IV. 262
Ennodii Ep. Libellus apologeticus. 271
Nota Jacobi Sirmondi. 290
Epistola Aviti Ep. ad Senatores Rom. 294
Synodus Romana V. 295
☞ Ad easdem Synodos adnotatio Chronologica. 303

Ad

AN CHR.

501. ☞ Ad easdem adnotatio critica. 306
Synodus Romana VI. 310
504. *CONCIL. BILACENUM.* 318
506. *CONCIL. AGATHENSE.* 319
Nota Jacobi Sirmondi. 339
—— *Severini Binii.* 341
S. Cæsarii Arelat. epistola ad Ruricium Lemovicensem. 343
Ruricii Responsum. *ibid.*
Sedati & Ruricii epistolæ mutuæ. *ibid.*
Professio Joannis Diaconi. *ibid.*
Præceptum Theodorici Regis. 346
Epistola Remigii Ep. ad Clodovæum. *ibid.*
—— Clodovæi ad episcopos. *ib.*
507. *CONC. TOLOSANUM.* 347
509. *Synodus Antiochena.* ibid.
511. *CONC. AURELIANENSE.* ibid.
Nota Jacobi Sirmondi. 357
—— *Severini Binii.* ibid.
☞ Canones additi ex Burchardo. 359
Pseudo-synodus Sidonia Palestinæ. 371
Additio Baluzii. ibid.
Observatio P. Pagi. ibid.
Synodi tres hæreticæ ex libello Synodico. 374
☞ Ad easdem Synodos adnotationes. 375. 377
Synodus Britannica. 378
☞ In eandem adnotatio. *ibid.*
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA HORMISDÆ PAPÆ. 379
1. Eiusdem Epistola ad S. Remigium Rhemensem Ep. 383
2. —— ad Anastasium. 385
3. —— ad Dorotheum. 387
4. —— ad Anastasium. 388
Nota Severini Binii. 389
5. —— ad Anastasium. 393
6. —— ad Anastasium. 398
7. —— ad Joannem. 402
8. —— ad Synodum Epiri veteris. 405
9. —— ad Joannem. 407
Nota Severini Binii. ibid.
10. —— ad Avitum. 409
11. —— ad Anastasium. 412
12. —— ad Timotheum. 414
13. —— Commonitoria. 415
14. —— ad Episcopos Orientales. 416
15. —— ad Possessorem episcopum. 418
16. —— ad Populum & Monachos CPtanos. *ibid.*
Nota Severini Binii. 419
17. —— ad Ennodium. *ibid.*

ANNO CHRISTI 511.

18. —— ad Eosdem. 420
19. —— ad Anastasium. 421
20. —— ad Joannem. *ibid.*
21. —— ad eundem Joannem. 422
22. —— ad Dorotheum. 423
23. —— ad Archimandritas Syriæ. 429
24. —— ad Joannem. *ibid.*
Nota Severini Binii. 430
25. —— ad universos Episcopos Hispaniæ. *ibid.*
26. —— ad Salustium. 433
27. —— ad Justinum. 434
28. —— ad Justinum Augustum. 435
29. —— ad Joannem CPlitanum. 437
30. —— ad Cæsarium Arelatensem. 439
Observatio P. Antonii Pagi. 440
31. —— ad Justinianum. *ibid.*
Nota Severini Binii. 441
32. —— ad Justinum. 442
Nota Severini Binii. 444
33. —— Ad Euphemiam Aug. *ibid.*
Nota Severini Binii. 445
34. —— ad Joannem. *ibid.*
Nota Severini Binii. 446
35. —— ad Eumdem. *ibid.*
36. —— ad Archidiaconum. 447
37. —— ad Justinianum. *ibid.*
38. —— ad Celerem. 448
39. —— ad Præfectum Prætor. *ibid.*
40. —— ad Anastasium. 449
41. —— ad Germanum, cæterosque legatos. 460
42. —— ad eosdem. 461
43. —— ad eosdem. *ibid.*
44. —— ad Justinum. 462
45. —— ad Joannem Episcopum. 463
46. —— ad Justinianum. 464
47. —— ad Pompejum. 465
48. —— ad Julianam. 466
49. —— ad Anastasiam. *ibid.*
50. —— ad Gratum. *ibid.*
51. —— ad omnes Episcop. Hispaniæ. 467
52. —— ad Germanos ceterosque Legatos. 468
53. —— ad Dioscorum. 469
54. —— ad eumdem. *ibid.*
55. —— ad Thomam, & Nicostratum. 470
56. —— ad Joannem, & Dioscorum. 471
57. —— ad Justinum Augustum. *ibid.*

58.

ANNO CHRISTI 511.

58. —— ad Euphemiam Augustam. 472
59. —— ad Justinianum. *ibid.*
60. —— ad Germanum. 473
61. —— ad Heliam, Thomam, & Nicostratum. 474
62. —— ad Legatos. *ibid.*
63. —— ad Legatos. 477
64. —— ad Joannem Melicitanum. 478
65. —— ad Episcopos Hispaniæ. *ibid.*
66. —— ad Justinianum. 484
67. —— ad eumdem. 485
68. —— ad Legatos. 496
69. —— ad eosdem. *ibid.*
70. —— ad Possessorem Episcopum. 498
Nota Severini Binii. 500
Observatio Philippi Labbe. ibid.
71. —— ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum. *ibid.*
72. —— ad eumdem. 501
73. —— ad Dorotheum Thessalonicensem Episc. 508
74. —— ad Justinum Augustum. *ibid.*
75 —— ad Synodum CPtanam. 512
76. —— ad Epiphanium Episcopum CPlitanum. 513
77. —— ad Justinianum. 517
78. —— ad Justinum Augustum. 518
79. —— ad eumdem. 520
80. —— ad Epiphanium Episcopum CPlitanum. 523
81. —— ad Remigium Rhemorum Episc. 525
Observatio P. Antonii Pagi. 526
☞ Ad easdem Epistolas appendix. 527
Ejusdem Decreta. 530
Synodus Agaunensis. 531
515. *CONC. ILLYRICIANUM.* 538
CONC. LUGDUNENSE. ibid.
516. *Synodus Veteris Epiri.* ibid.
Conventus Britannie. 539
CONC. TARRACONENSE. ibid.
☞ *CONC. CENOMANICUM.* 546
CONC. GERUNDENSE. 547
CONC. incerti loci. 554
517. *CONC. EPAONENSE.* 556
Canon additus ex Gratiano. 565
Additio alia. ibid.
Nota Jacobi Sirmondi. 566
—— *Severini Binii.* ibid.
—— *Gabrielis Albaspinæi.* 567
CONC. LUGDUNENSE I. ibid.
☞ *Ad idem Concilium additio.* 574

ANNO CHRISTI 517.

CONCIL. CONSTANTINOPOLITANUM. ibid.
Epistola Synodica. 575
Synodi tres sub eodem Pontifice G. L ibid. & seq.
Synodus Hierosolymitana. 578
☞ Ad eandem additio. *ibid.*
CONC. TYRIUM. ibid.
CONCILIUM ROMANUM. 579
519. *Synodus Britannica.* ibid.
Ad eandem additio. 581
☞ *Synodus Victoria in Wallia.* ibid.
Epistola Trifolii ad Faustum. 583
Synodus Constantinopolitana. 585
☞ In eandem Synodum discussio. 587
☞ *Synodi Tornacensis acta.* ibid.
CONC. SARDINIENSE. 591
523. VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA JOANNIS PAPÆ I. 599
524. *CONC. ILERDENSE.* 609
Nota Severini Binii. 618
Observatio P. Pagi. ibid.
CONC. VALENTINUM. 620
Adnotatio Chronoligica. 625
CONC. ARELATENSE IV. ibid.
☞ Decreta ex Burchardo aliisque. 630
CONC. JUNCENSE. 633
☞ Adnotatio Chronologica. *ibid.*
Synodus Carthaginensis. 635
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ IV. 658
CONCIL. CARPENTORACTENSE 708
CONC. ARAUSICANUM II. 712
Jacobi Sirmondi admonitio. 719
Nota Severini Binii. ibid.
CONC. VALENTINUM. 723
CONC. VASENSE III. 725
530. *Conventus Andegavensis.* 729
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA BONIFACII PAPÆ II. *ibid.*
531. *CONC. ROMANUM I.* 737
CONC. ROMANUM II. ibid.
CONC. LARISSENUM. 740
CONC. CPLITANUM. ibid.
CONC. ROMANUM III. ibid.
Lucæ Holstenii Notæ, & Observationes. 772
CONC. TOLETANUM. 784
532. VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA JOANNIS PAPÆ II. 792
CONC. ROMANUM. 816
Collatio Catholicorum cum Severianis. 818
Exemplum Rescripti fidei Flaviani Const. archiep. 824
☞ Ad eandem collationem additio. 834
533. *CONC. AURELIANENSE II.* 836

CONC.

SYLLABUS.

AN. CHR. 533. CONC. AFRICANUM. 840

535. VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA AGAPETI PAPÆ I. 841

CONC. ARVERNENSE. 860

☞ Canones Arvernenses ex Burchardo. 866

536. CONC. CPLITANUM. 870

Conciliabulum Thevinense. 871

CONC. CPLITANUM. 874

Actio I. 877

Libellus Orthodoxorum Epp. 914

Actio II. 925

Actio III. 936

Actio IV. 948

Sententia Synodi contra Anthimum. 961

Sententia Mennæ contra Anthimum. 96

Actio V. 975

Relatio ad Joannem Patriarcham. 1041

Libellus Monachorum ad Synodum. 1049

Libellus Monachorum Apamiæ. 1120

Constitutio Sacra Justiniani Imp. 1149

Notæ Severini Binii. 1157

Eadem Synodus CPtana Agapeti G. L. ex libello Synodico. 1161

ANNO CHRISTI 536. ☞ CONCIL. HIEROSOLYMITANUM. Gr. Lat. 1164

APPENDIX ad Concilia Sæculi VI. 1179

Liber I. de Institutionibus Clericorum. 1181

Liber II. de Institutionibus Monasteriorum, & Monachorum. &c. 1207

Libro III. de Institutionibus judiciorum & gubernaculis rerum. 1214

Liber IV. de Institutionibus Officiorum & ordine baptizandi. 1229

Liber V. de Diversitate nuptiarum, & scelere flagitiorum 1239

Liber VI. de Generalibus regulis Clericorum &c. 1244

Liber VII. de Honestate, & negotiis Principum. 1245

Liber VIII. de Deo, & de iis quæ sunt credenda de illo. 1247

Liber IX. de Abdicatione Hæreticorum. 1255

Liber X. de Idololatria, & cultoribus ejus &c. 1257

Glycerii Imperatoris edictum 1261

Animadvertat Lector mendum incurrisse pag. 526. in Literis Hormisdæ prope finem, ubi dicitur: Data supernum nobis præsidium indefessis orationibus postulare dignetur. *Omnia hæc abundant, ideoque auferenda.*

CON-



ANNO CHRISTI 492.

CONCILIORUM OMNIUM,

ANNO CHRISTI 492.

AMPLISSIMA COLLECTIO.

VITA

EPISTOLÆ, ET DECRETA

GELASII PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.

[a] Alii tamen cum mortuum prodant anno antequam crearetur post sex Gelasius.

De quo in Felicis epist. ad Acacium.

Elasius natione Afer, ex patre Valerio, [b] sedit annos 4. menses 8. dies 18. Fuit temporibus [c] Theodorici regis, & [d] Zenonis Augusti. [e] Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum quoque codices ante fores basilicæ sanctæ Mariæ incendio concremavit. [f] Hic sub gesta synodica, cum fletu, & sub satisfactione libelli, purgatum Misenum episcopum revocavit, quem & ecclesiæ suæ restituit, qui peccaverat in causa Acacii & Petri. Hic fuit amator (*a*) cleri & pauperum, & clerum ampliavit. Hic liberavit a periculo famis civitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni ecclesia. [g] Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quod multa mala & homicidia fierent a Petro & Acacio Constantinopolitano. Eodem tempore fugiens Joannes Alexandrinus episcopus catholicus venit Romam ad sedem apostolicam. Quem B. Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. Ipsis temporibus fecit synodum, & misit per tractum orientis, & iterum (*b*) damnavit in perpetuum Acacium & Petrum, si non (*c*) pœnitentes, sub satisfactione libelli, postularent pœnitentiam, (*d*) secundum humanitatem primæ sedis ecclesiæ. Hic dedicavit basilicam sanctæ Euphemiæ martyris in civitate Tiburtina, milliario 20. ab urbe. Dedicavit autem basilicas alias sanctorum Nicandri & Eleutherii & Andreæ, via Lavicana in fundum in villa pertusa. Fecit autem & basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini, milliario ab urbe * 20. [h] Hic fecit quinque libros adversus Nestorium & Eutychem (*e*) qui hodie in bibliotheca & archivo ecclesiæ continentur. Fecit & hymnos in modum beati Ambrosii episcopi. Item duos libros adversus Arium. Fecit etiam & sacramentorum præfationes & orationes cauto sermone, & epistolas fidei elimato sermone (*f*). Multum sub hujus episcopatu clerus crevit. Hic fecit ordinationes duas (*g*) in urbe Roma per menses Februarium & Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos

(*a*) *amator pauperum, & clerum* &c.
(*b*) *& iterum misit, & damnavit*
(*c*) *pœnitens.*
(*d*) *secundum humanitatem primæ sedis ecclesiæ;* deest.
(*e*) *qui hodie . . . continentur* deest.
(*f*) *sermone multas. Sub ejus* &c.
(*g*) *In urbe Roma* deest.

nos duos, episcopos per diversa loca numero sexagintaseptem. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli, undecimo Kalendas Decembris. Et post obitum ejus cessavit episcopatus dies septem.

Notæ Severini Binii.

Quando Gelasius pontificatum adeptus fuerit.

a *Gelasius*.) Secunda die Martii, anno Redemptoris nostri 492. post interregnum quinque dierum, Gelasius natione Africanus subrogatus est Felici tertio. Sub hujus enim anni consulibus plures epistolæ ab eo datæ perhibentur infra. Unde corrigendus est Marcellinus, qui ejus ingressum post annum 493. ponit. Initio pontificatus Anastasio imperatori, orthodoxam fidem professo, communicavit literas pacificas, quas Euphemio Constantinopolitano petenti denegarat, donec Acacii nomen e diptychis expunxisset. Hujus temporibus magnus ille monachorum patriarcha, decus occidentalis ecclesiæ, Benedictus patria Nursinus, ab urbe Roma, ubi literis operam dederat, in solitudinem recedens, sublimioris vitæ monasticæ prima fundamenta jecit.

S. Benedictus monasticæ vitæ fundator floruit.

b *vedit annos quatuor, menses octo, dies decem & octo*.) Indices Vaticani idem attestantur.

c *Theodorici regis*.) Hic post Odoacrum regem Herulorum per quaterve devictum, ac tandem contra datam fidem, anno Christi 493. interemptum, annis triginta tribus Ostrogothis & Italis regio titulo & ornatu elevatus imperavit, missisque deinceps legatione, pacem ab Anastasio omnibusque regibus petivit & impetravit. Clodovæi filiam in uxorem duxit; filiarumque ex concubina alteram Alarico Vestgothorum, alteram Burgundionum regi elocavit. Cassiodorus in chronico, item epistola prima. Hic quantumvis Arianus esset, catholicos tamen gratos habebat, & non tantum de episcopis catholicis, verum etiam de ipsa sede apostolica bene merens fuit. Scribunt de eo Theodoretus, Nicephorus, Zonaras, & Cedrenus, & alii, quod cuidam catholico sui gratia ad Arianos transeunti, caput resecuerit dicens: *Si Deo fidem sincerum non servasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis?* Epiphanium Ticinensem & Cæsarium Arelatensem veneratus est, & munificentissimis muneribus donavit. Qualis fuerit in Symmachum, sedemque apostolicam, infra patebit in notis concilii Romani quarti, sub Symmacho.

Theodoricus rex quis & qualis?

Theodoricus apostatam a fide occidi iussit.

d *Zenonis Augusti*.) Errat Anastasius author libri pontificalis. Constat enim Marcellini, & Cassiodori in chronico, Evagrii, Cedreni, aliorumque Scriptorum auctoritate, Zenonem imperatorem sub consulatu Olybrii, anno domini 491. qui fuit Felicis papæ nonus, morbo comitiali arreptum, adeo ut videretur mortuus, eiventemque adhuc sepultum fuisse, atque simulatæ pietatis & religionis mercedem, suo merito, justa Dei vindicta retulisse.

Auctor libri pontificalis errat.

Hormisda pontifex hujus nomen, jam plurimis annis defuncti, ex albo catholicorum imperatorum per Justinum imperatorem expungi curavit ac demandavit; non ut mortuum damnaret, sed ut declararet hæreticum sine pœnitentia defunctum alienum esse & indignum illo consortio communionis catholicæ, qua certis quibusdam ritibus præscriptis, ecclesia catholica cum mortuis communicare solet. Baronius anno domini 491. num. 2. & sequentibus.

Zeno ex albo imperatorum expunctus.

e *Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma*.) Sicut tempore Leonis, ita etiamnum Manichæi latitabant in urbe qui ne detegerentur, simulantes fidem orthodoxam, una cum catholicis communicabant, a sumptione calicis autem superstitiose abstinebant; quia Cerinthum aliosque hæresiarchas sectati vinum creaturam diaboli esse ducebant.

Quo signo Manichæi a catholicis discreti fuerint.

Verba Leonis sermone quarto de tempore quadragesimali hæc sunt: *Cumque ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysteriis, ita in sacramentorum communione se temperant, ut interdum tutius lateant, ore indigne Christi corpus accipiunt, sanguinem vero redemptionis nostræ haurire declinant. Quod ideo vestram volumus scire charitatem, ut cobis hujusmodi homines ex his manifestentur indiciis, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio notati & proditi, a fidelium societate sacerdotali auctoritate pellantur.* Ut ergo certo aliquo & manifestissimo indicio, evidentique nota Manichæi, clanculo in urbe latitantes, & fidem orthodoxam simulantes, a catholicis discernerentur, pro necessitate temporis ac loci, edito decreto constituit pontifex, ne aliter quam sub utraque specie panis & vini sacra eucharistia pro tempore distribueretur. Verba canonis distinct. 2. de consecrat. extantis hæc sunt: *Comperimus autem quod quidam sumpta tantum modo corporis sancti portione, a calice sacri cruoris abstineant. Qui procul dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur abhorrere, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire.* Unde quam inepte inferant nostri temporis novatores hæretici, necessario sub utraque specie communicandum esse, nemo non videt, cum ex hoc loco potius contrarium colligatur, licuisse nimirum fidelibus hoc tempore sub altera tantum specie communionem eucharisticam sumere, ad discernendos sero & ab urbe expellendos Manichæos illud ad aliquod dumtaxat tempus prohibitum fuisse. Vide Baronium anno 496. num. 19. & sequentibus, item quæ diximus supra in notis concilii Romani sub Leone, item quæ dicemus infra in notis concilii Constantinopolitani.

f *Hic sub gesta synodica*, &c.) De his fusius in notis concilii Romani secundi sub Gelasio, infra.

Auctor pontificalis libri reprehenditur.

g *Hujus temporibus*, &c.) Quæ de Acacio & Petro, tanquam viventibus a Gelasio damnatis auctor adjungit, procul a vero abhorrent: jam enim ante damnatos & vita functos esse diximus supra in notis ad vitam & epistolam sextam Felicis. Item in notis ad concilium Romanum sub Felice II. Posset dici, quod horum jam damnatorum & porruorum occasione multa Constantinopoli gesta fuerint.

h *Hic fecit quinque libros adversus Nestorium & Eutychetem*.) Hoc grande & præclarum volumen fuisse testatur Gennadius de script. ecclesiast. cap. 14. His verbis: *Gelasius urbis Romæ episcopus scripsit adversus Eutychetem & Nestorium grande & præclarum volumen, & tractatus diversarum scripturarum & sacramentorum limato sermone*, &c. Unde patet quod libellus iste de duabus naturis contra Eutychetem & Nestorium in bibliotheca sanctorum patrum extans; sicque incipiens: *Necessarium quoque fuit*, &c. Gelasio Romano pontifici attribui non possit, siquidem parvum dumtaxat opusculum sit, unius libri periodo terminatum. Hac communis doctiorum virorum * nostri sæculi sententia, confirmatur primum ex eo quod auctor allegati opusculi Eusebii Cæsariensis scripta plurimam commendat, quæ Gelasius pontifex in actis concilii Romani infra inter apocrypha recensuit. Secundo, quod plurima Græcorum patrum, Latinorum pauca vel nulla testimonia producat, adeoque Græcus potius quam Latinus scriptor esse videatur. Cum enim adduxisset quindecim patres Græcos, duos tantum Latinos, Ambrosium & Damasum protert, Cypriano, Hilario, Hieronymo, Augustino, Innocentio, Leone, Prospero, similibusque aliis omissis: quos sibi notissimos Gelasius pontifex nunquam omisisset. Gennadio adscribi nequit, quia tradit se illos sex libros non adversus Eutychetem, sed Nestorium scripsisse. Posset sustineri, quod ex recentioribus aiunt plurimi, hujus libelli auctorem esse Gelasium Cæsariensem episcopum; cujus meminit sanctus Hieronymus de script. ecclesiast. cap. 130. unde quoque Theodoretus in dialogis plura citavit. Illustrissimus cardinalis Baronius post longam hujus rei indagationem, solertissime inter omnes alios concludit hujus libelli de duabus naturis contra Eutychetem, & actorum Niceni concilii, quæ supra 2. tom. extant, unum eumdemque esse auctorem: tum quod utrobique fateatur se utrumque opus conscripsisse, ut contra Eutychianos hæreticos, tempore Basiliscei imperatoris circa annum domini 476. invalescentes, fidem orthodoxam defenderet; tum etiam quod Eusebium Cæsariensem episcopum utrobique plurimum laudet, eumque titulis magno alicui orthodoxo convenientibus exornet, & a suspicione hæreseos Ariano plane eximat; quod utriusque præfationem intuenti prima fronte apparebit. Ipsa vero acta Nicani concilii tribus romis comprehensa auctore Gelasio conscripta esse fatetur Photius in bibliotheca, verbis illis quæ supra tomo secundo conciliorum ejusdem historiæ præfixa sunt. Eumdem ergo Gelasium Cyzicenum hujus libelli auctorem esse, de quo diu multumque hactenus dubitatum fuit, cum cardinali Baronio libenter concludimus. Verum quicumque tandem auctor hujus libelli fuerit, in doctrina de transubstantiatione panis & vini in sacramento eucharistiæ ab aliis catholicis scriptoribus non discrepat. Quod enim ait: *Non definis substantia vel natura panis & vini*, intelligendum est de natura & essentia accidentium. Frequens enim est ut communi usu discendi substantia pro natura & essentia accipiatur. Ita explicat hunc locum Bellarminus lib. 2. de sacramento eucharistiæ cap. 27. Baronius anno Christi 476. num. 10. & sequent. Ante victoriam ergo triumphant Lutherani hæretici, qui ex hoc loco doctrinam orthodoxam de transubstantiatione panis & vini in sacramento eucharistiæ eversam esse jactitant. Reliqua quæ per calumniam objiciunt Gelasio pontifici, partim refutavimus supra verbis: *Hujus temporibus inventi*: partim infra diluemus in tomo Gelasii de anathematis vinculo. De scriptis Gelasii vide Possevinum in apparatu sacro, verbo *Gelasius*. Extat, apologia Gelasii adversus Andromachum senatorem, ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant. Quam, ex Baronii annalibus acceptam, lectori infra exhibendam esse putavimus.

* func & alii doctissimi, qui illi tribuant, ut alibi diximus.

Gennadius non est auctor libelli ejusdem.

Gelasium non esse auctorem libelli roboratur duplici ratione.

Auctor libelli hujus est Gelasius Cyzicenus.

An auctor libelli hujus transubstantiationem neget?

EPI-

EPISTOLA I.

GELASII PAPÆ I.

AD EUPHEMIANUM.

Scribit neminem ad sedis apostolicæ communionem se posse admittere, qui Acacii nomen non damnaverit. Quare eum hortatur, ut quemadmodum Eutychetem, reliquosque hæreticos, sic quoque Acacium anathematizet.

Alias Euphemio episcopo Constantinopolitano, de quo Marcellinus comes in chronico, Liberatus cap. 18. Evagr. l. 3. cap. 13. Nicephor. lib. 16. cap. 19.

Dilectissimo [b] fratri Euphemiano, Gelasius.

QUod plene cupimus, atque sincera fidei communionisque catholicæ redintegratione firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per literas spectaverit significantiam provocantem de his quæ circa nos dispensatio divina perficit, ut sic in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, ut putaret nos, vel aliquempiam potiorem, quæ sunt gesta referentes, debuisse responsa promereri; quia nimis judicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si, ut magis opinamur, quasi sociis, quibus præesse Christi munere delegatum est, apostolicam sedem institutum sibi noviter sacerdotem præeuntibus oportuisse dixisti literis indicare: fuit quondam ecclesiastica vetus hæc regula apud patres nostros, quibus una catholica apostolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione constabat. Nunc autem cum societatem præferre malitis extraneam, quam ad beati Petri, purum redire illibatumque consortium: *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.* Quomodo dispositionis apostolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum vobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio [1] hæreticos damnatos præponitis? Dicet forsitan tua dilectio, hæreticos damnatos dici Acacium & Petrum. [2] Cur si fas non est, præsentibus saltem literis colloquamur? Quia aliter appellamus dominicæ mensæ participes, aliter qui in ejus nobiscum societate dissentiunt: quia ipse dominus alio modo verba faciebat, a sua prædicatione discretis: alio discipulis regni cœlestis secreta pandebat. Consequenter quoque apostoli non ita a suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis, consortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese caritatis habuisse, ut non solum ad scribendum fueris contentus, sed affatus audire. Legisti sententiam: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei:* illud scilicet verbum, quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquam prævalituras esse promisit. Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, non nisi aliquid tale promisisset instituere, veram sponsionis suæ promissionem impleret. Ait denique tua dilectio, nos divinæ providentiæ gratia, quod ille monstraverit, sanctarum ecclesiarum non deferere

Psal. 136.

Quod

Rom. 10. Matth. 16.

A caritatem, quia tue in pontificali sede locaverit non indigentem, sicut ait, doceri; sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de parvis. Quid enim de me sentiam cum hoc ipse de se magister gentium testetur, qui se ultimum, & non dignum vocari apostolum, profitetur? Verumtamen, ut ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter assecutus es hæc divinitus mihi fuisse collata, quæ & profecto quæcumque sunt bona, dona sunt Dei: sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, & secundum supernam dispo-

1. Cor. 15.

B tionem universa cunctaque inspicientis quæ ad ecclesiarum pertinent unitatem, & adversus diabolum conturbatorem veræ pacis atque compagis, ut asseris fortiter resistentis. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt, quæ a Christo, ut perhibes, constituta sunt, aut palam te, quod absit, Christi dispositionibus obviare depromis, aut ad [a] veniam luxuriæ de me cognosceris ista iactare. Sed consequenter annectis, condescendibilem me & optima dispositione revocare posse concordiam. Proinde, quoniam isto verbo frequenter utimini, quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ dispositio, ad meliora proficiendo condescendere,

[a] veniam

C non ad inferiora descendendo deficere. Cum autem dicis, condescendere nos debere vobiscum, interim jam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Unde, quæso, vel quo ista descensio est? Utique ex superiori quodam loco ad inferiora quæque [a] deposito, a catholica apostolicaque communione ad hæreticam damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: & non solum vos in infimis jacere delectat, sed etiam in superiore manentes, sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum invitatis ad ima de summis, nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ justitiæ judicet genus humanum, quis nostrum

[a] deposito A. catholica &c.

D debeat alteri obedire. [2] An dicis, ut cetera nunc omittam, descendit dominus ipse de cœlo; Descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus misceretur errori. Nonne ipse præmonuit, ut qui in tecto consisterent, non descenderent, nec de ea, quæ in domo videntur esse, tollenda? Nonne pro omnibus apostolus clamat unus, qui plus omnibus laboravit, cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subjectionis gratia, ut veritas evangelii permaneret apud vos? Videtis cælestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo faciamus aliquem corruisse, ad quem benignissime sublevandum paululum quispiam velit in-

Matth. 14.

1. Cor. 1.

Gal. 2.

E flecti. Ergo, ut erigatur jacens, miserantem convenit inclinari, non ut cum eodem præcipitetur in foveam. Igitur per literas, quas per Sinclitium diaconem destinastis, de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius, majorum traditione confectam & veram, præcipue religiosæ solicitudini congruam præbemus sine difficultate medicinam. Quo nos vultis ultra descen-

1 Scholion Ms. in cod. Bellov. *Hæreticos damnatos dicis Acacium & Petrum.* Hard.
2 Forte rectius, *An dicis.* Hard.

scendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia, quod nonnunquam fit, debuit commonere. An forsitan, ut hæreticorum damnatorumque & his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subvenienti, sed evidenter in inferna demergi. Parcite, quæso, & nobis & vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere possumus & debemus: in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, & ab omni prævaricatorum contagione discretam, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes, (si velit Deus) quælibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam, si tamen cum vos propter amorem cujuslibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis, nos propter amorem Dei, & timorem gehennæ, talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cujuslibet amicitiis posse subrepere? quia neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi: & nos, præstante Deo nostro, non reperitis incautos. Nonne missis huc sæpe literis indicastis, cum ceteris hæreticis vos Eutychen quoque respuere? Hoc si verum est, aut eos, qui communicaverunt Eutychetis successoribus, pariter abdicate: aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes, admittite. Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches, & successor ejus, legitur ubicumque dixisse; quasi non sit deterius, & non ignorasse veritatem & tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim, cum aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis hæreticis, inter quos Eutychetem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare: ita ergone illius Eutychetis successoribus communicando, simili sorte tenetur obnoxius? De talibus quippe convenienter dicitur: *Descendant in infernum viventes*: qui dum illa vita, *quæ justus vivit*, vera atque catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitatis, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Christo dicitis esse præponendos, cum ille nec animas nostras sibimet præcipiat anteponi. Imo & adhuc quæritis, quando fuerit damnatus Acacius: quasi re vera, etiamsi eum nullus ante damnasset, non debuerit orthodoxæ & apostolicæ communionis, cujus prævaricator extitit & desertor, participatione secludi: sicut etiam quilibet, qui fuerit ante catholicus, cuicumque hæresi communicans, merito judicatur a nostra societate removendus: aut in tali sorte defunctus, inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen, quomodo ista profertis, hoc est & synodum Chalcedonensem vos suscipere pro fide catholica profiteamini: & eos, quos damnavit, sectantium communicatores, non particulariter generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo quæ synodus in unaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non damnet & complices. Itaque ille velter Acacius, qui Eutychianis hæreticis detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quæ & Eutychen Dioscorumque cum successoribus eorum hisque communicantes synodico tenore prostravit.

Sic sequaces quoque eorum, Timotheum, Petrumque simili definitione dejecit. Proinde si ea quæ in synodo Chalcedonensi pro fide & communione catholica lege apostolica definita sunt, vere certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur; aut successores ab illa synodo damnatorum hisque communicantes abjicite; aut, si istos admittitis, ea quæ in illa synodo pro fide & communione catholica & apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychianam hæresim sine retractatione reciditis, meritoque a catholicis probamini esse vitandi: quia ut talem pestilentiam perpetuo possemus evadere, ea quæ contra ipsam ab ea congregatione sanctorum patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda, non solum sedis apostolicæ præsules, sed etiam orientalium regionum catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicavit Acacius? Veris assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit professione vel communione mundatus: ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonstratione convictum, palam aperteque possitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adversus hanc manifesta dimicatione contligere. Nec vobis blandiamini, quia fidem catholicam profitemini vos tenere, quia Eutychetis nomen ademistis, quia ea veluti prædicare videamini, quæ orthodoxa prædicavit antiquitas. Clamat enim nobis illa evangelica sententia; *Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos: aut facite arborem malam & fructus ejus malos: a fructibus enim arbor cognoscitur*: id est, si voce, si fide, si professione catholica & apostolica fideliter veraciterque gloriamini, hujus & communionem recipite. Si vero hæreticorum, scilicet damnatorum, vel his, aut successoribus eorum communicantium, communio vobis placet, quid statis? quid circumspicitis? simul & eorum aperte manifesteque, remotis obstaculis, dogma defendite. Quid enim juvat? imo & satis gravat, dictis polliceri, quod factis negatur, ut non solum ipsa per se hæresis Eutychiana, quam sit funesta Christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quanta & quam gravia hæresis ista in sui diffinitione contineat. Ecce ad quæ nos præcipitia condescendere provocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ periculo cupitis inclinare. Hoc descensu salvare est ægrotantem, an cum languente consumi? Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras, reparandæ concordiæ, an illa potius, ut reiectis contagiis perfidorum, integra fide, sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica, ne hæreticorum tabe depulsa, inteneratam suæ fidei confessionem nitatur adstruere, atque invicem sibimet congruentis orthodoxæ professionis communionisque sit unitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ literæ cohortantur) meis quoque temporibus custodiri, qua valeo preces deposco, quæ per tot annos ab illis patribus gloriosis, illibata intactaque servata est. Hæc enim est, sicut ipse dicis, quam Deus noster de omnibus bene futuram, & secundum suam veritatem & regulam guber-

Matth. 12.

Psal. 11. Rom. 1.

bernandam, & præscius ante constituit, & singulis quibusque temporibus sua dispositione convenienter aptavit. Hæc est voluntas Dei, cujus tu ingeris mentionem, quam ego quoque pro meo modulo, quem dominus donare dignatur, cupio prorsus implere, ut non reus de hujus talenti cælestis diminutione reperiar: sed in hoc talento (sicut ipse quoque nos admonet) incrementum Christi gratia postulo consequ, & nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuæ literis, sicut tua quoque pagina designavit pro vestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, & quod veræ paci contrarium reperi. Contristatur enim apostolus de errore deviantium, & lætitiam recipit de eisdem sua prædicatione correctis. Si autem tua caritas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda nec facere deberet omnino nec dicere; ignoscat nobis hominibus timidissimis, si coarctante nos terribili & divini judicii grandi necessitate constringimur, sicut qualescumque ministros Christi decet, [1] nos animas nostras ponere pro veritate salvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione pendendas, ut non dicam, contra fidem libitis cujuslibet abdicandas. Istæ mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo, quicumque voluerit, in Christi visceribus amicitiæ. Hic non tam optamus præponi aliis, sicut prædicas, quam cum fidelibus cunctis sanctum & Deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconvulsa, & perennis: hoc unum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cuncta uniri possit ecclesia. Hoc quibus est creditum, (sicut & ipse deprecaris) protectio divina perficiat. Hæc est, *quæ Deus est, caritas*, quam poscis *de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*. Quomodo ergo *de corde puro*, si hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo *conscientia bona*, si malorum fuerit confusione permixta? Quomodo *fide non ficta*, si fuerit mixta cum perfidis? Quæ si prudentia tua (sicut eam precamur) diligenter advertat, perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorumque vitare * vestigia. Quæ etiam vos rationabiliter intuentes, creditis [2] commonendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoveri nomine perfidorum. Quisnam hoc in ecclesia Dei, quæso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria revocantem, non per devia gregem pastor errantem? Dic mihi, rogo te, grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa est nobis justior, qui populum Romanum a fide illa sua, laudabili majorum traditione percepta, declinare non sinentem nos penitus libenter audivimus, si vos Constantinopolitanam plebem, ab hæretica communione discedere recusantem, non vultis offendere.

1 Cor. 9.

1. Joan. 4.

1. Tim. 1.

* contagia.

Sed nos dicitis debere dirigere qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si præsules suos despicit admonentes? Nonne ipsis apostolis est præceptum in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti: his quippe, in quibus non fuerant audiendi? Veniemus, frater Euphemiane, sine dubitatione, veniemus ad illud pavendum tribunal Christi (ut taceam, quæ [3] ex hoc sit metuenda vindicta) circumstantibus illis, a quibus fides ipsa [4] est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non [5] inclusionibus est agendum: sed manifestissime comprobandum, utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quidquam subtraxerit ad salutem; an eam auscultare nolens, etiam cum suo periculo rebellis [6] extiterit obstinata pernicies? Ibi certe dilucidabitur, utrum ego (sicut putatis) acerbus, asper, & nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo: Etiamsi austerum videtur antidotum, accipite, quæso, bibite, vivite, nolo moriamini: an vos, qui a noxiis prohibiti, medicos ducitis execrandos, imo qui vultis vobiscum medicos ægrotare, quam vos recipere [7] sanitatem. *Et alia manu:* Dominus te incolumem custodiat.

Notæ Severini Binii.

a *Epistola.*) Hæc est secunda epistola Gelasii, responsoria illius qua Euphemius Constantinopolitanus episcopus communionem catholicam sibi negatam extorquere frustra conatus est. Euphemius orthodoxam quidem fidem profitebatur: sed quia nomen Acacii prædecessoris sui ab ecclesia Romana damnati e diptychis, prout Felix papa monuerat, necdum expunxerat, catholicæ ecclesiæ communione indignus erat. Ut Gelasium in locum Felicis subrogatum accepit Euphemius, more majorum scripsit quidem epistolam fidei suæ confessoriam, ut communicatorias literas impetraret; sed Gelasius reddidit tantum illi, quæ non extat, epistolam communicatoriam, qua eum admonuit se frustra de obtinenda ecclesiæ catholicæ communione agere, antequam nomen Acacii e sacris tabulis abstulerit, penitusque erasserit. Qua occasione, cum Euphemius alia legatione, aliis ad pontificem dedisset literas ejusdem argumenti cum prioribus, pontifex priori sententiæ & epistolæ inhærens, hanc secundam ad eumdem Euphemium epistolam rescripsit anno pontificatus sui primo: poterat enim uno eodemque spatio bimestri Euphemius unas literas Constantinopoli Romam misisse, & responsorias suarum inde vicissim recepisse. Euphemius Constantinopolitanus episcopus communionem catholicam denegatam extorquere conatur?

b *Fratri.*) Non exhorruisse orthodoxos interdum vocare fratres Christianos etiam a communione extortos, hoc aliisque pluribus exemplis demonstrari potest: compagine enim humanæ naturæ & nominis Christiani, licet non fidei orthodoxæ, neque catholicæ conjunctione, ejusmodi nomenclatura aliquando a patribus usitata reperitur. Baronius an. 492. num. 10. An & quomodo excommunicatis appellatio fraternitatis ex[illegible]

c *Nisi per literas specilaveris significationem provocasum.*) Id est, reddens certiorem eum, qui ante literis provocaverat.

II. AD [a] LAURENTIUM DE LIGNIDO EPISCOPUM.

Ad pontificatum assumptus de more Romanæ ecclesiæ fidei formulam, quam omnes profiteri tenentur, præscribit.

IN prolixitate epistolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio replesti in ea parte, in qua dictum est, quod in Thessalonicensi ecclesia, vel in aliis similiter recitata epistola prædecessoris nostri

1 Forte, *potius animat*. Hard.
2 Forte, *commovendum*: in Bellov. *opponendum*. Hard.
3 Cod. Capituli Veronen. *quia & hic*. 4 Id. Cod. *defensa est*.
5 Id. Cod. *illusionibus*. 6 Id. Cod. *existeret* 7 Al. *salutem*. Hard.

nostri de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint, nec quisquam communioni prævaricatori sese miscuerit. Unde quia nos admones dilectione fraterna, ut velut medicinam quamdam fidei episcopis per Illyricum, vel aliis ministrare debeamus, quamquam hoc copiosissime factum sit a beatæ recordationis prædecessore nostro: & quia mos est Romanæ ecclesiæ sacerdoti noviter constituto formam fidei suæ ad sanctas ecclesias prærogare, hæc eadem compendiosa nimis brevitate studui renovare, ut sub qua fide vivendum sit, secundum statuta patrum, in hanc nostram epistolam propter brevitatem sine fastidio lector agnoscat.

Confitemur ergo dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum ante omnia quidem sæcula, sine principio, ex Patre natum secundum deitatem; in novissimis autem diebus de sanctissima virgine Maria eumdem incarnatum & perfectum hominem ex anima rationali & corporis susceptione homousion Patri secundum deitatem, & homousion nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter, propter quod unum Christum eumdem filium Dei & hominis unigenitum a Patre, & primogenitum ex mortuis confitemur; scientes quod quidem coæternus sit suo Patri secundum divinitatem, secundum quam opifex est omnium, & dignatus est post consensionem sanctissimæ virginis, cum dixit ad angelum: *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Ineffabiliter sibi ex ipsa ædificavit templum, & sibi univit, quod non coæternum de sua substantia e cælo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex virgine, hoc accipiens: & sibi uniens, non Deus Verbum in carnem versus est; neque ut phantasma apparens, sed inconvertibiliter, & incommutabiliter suam conservavit essentiam primitias naturæ nostræ suscipiens, sibi univit. Nam principium Deus Verbum has nostræ naturæ primitias multa sibi bonitate unire dignatus est, qui non permixtus, sed in utriusque substantia unus & ipse visus, secundum quod scriptum est: *Solvite templum istud, & in tribus diebus resuscitabo illud.* Solvitur enim Christus Jesus, secundum meram substantiam quam suscepit, & solutum suscitat proprium templum: hoc ipse secundum divinam substantiam, secundum quam & omnium artifex est. Nunquam autem post resurrectionem unitionis nostræ naturæ discessit a proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem, sed est ipse dominus Jesus Christus & passibilis, & impassibilis: passibilis secundum humanitatem, impassibilis secundum divinitatem. Suscitavit igitur suum templum Deus Verbum, & in se naturæ nostræ resurrectionem & renovationem operatus est, & hanc dominus Christus noster Deus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis ostendebat dicens: *Palpate me, & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere:* non dixit, quemadmodum me dicitis esse, sed *habere*, ut & qui habet, & qui habetur considerans, non permixtionem, non conversionem, non mutationem, sed unitatem factam respicias. Propterea, & fixuras clavorum, & fixionem lanceæ demonstravit, & cum discipulis manducavit, ut per omnia resurrectionem nostræ naturæ in se renovatam doceret: & quia secundum beatam divinitatis substantiam inconvertibilis, incommutabilis, impassibilis, immortalis, nullius indigens, perficiens omnes passiones, se permisit proprio inferri templo, quod virute propria suscitavit, & per propriam perfectionem templi sui renovationem nostræ naturæ operatus est. Qui autem dicunt subtilem hominem Christum, aut passibilem Deum, aut in carne versum, aut non (*a*) cognitum habuisse corpus, aut de cœlo hoc detulisse, aut phantasma esse, aut mortalem dicentes, Deum Verbum indiguisse, ut a Patre suscitaretur, aut sine anima corpus, aut sine sensu hominem suscepisse, aut duas substantias Christi, secundum permixtionem confusas, unam factam fuisse substantiam, & non confitentes dominum nostrum Jesum Christum duas esse naturas inconfusas, unam autem personam, secundum quod unus Christus, unus idem Filius, istos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hæc ergo sunt, frater dilectissime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod nullum amarum, neque dulce noxium videndum refugite, nam & de nostro conventu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset: quod facere credimus opportune, cum illarum partium correctio ad nos, juvante domino, legatione plenissima, sicut confidimus fuerit nuntiata. Sperantes etiam de Dei nostri misericordia, ut huic præoccupationi nostræ clementissimus & Christianissimus imperator unanimitatem suam auxiliumque conjungat, quatenus pro fide qua pollet, in illis regionibus coerceat, quin suis quæstiunculis, & secundum elementa mundi, sicut vas electionis ante prædixit, superflua vanaque concinant, nolentes contineri salutaribus disciplinis: sed *vos*, sicut ait idem apostolus, *non sic didicistis, Christum*, si tamen illum audistis, & in illo docti estis, sicut est veritas in Jesum, quam utique ille apprehendere poterit, qui orthodoxorum patrum, sicut jam sæpe dictum est, observaverit instituta. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Luc. 1.

Joan. 2.

Luc. 24.

Colos. 2.

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*) Hæc epistola circularis est & encyclica ad omnes episcopos Macedoniæ anno 1. pontificatus Gelasii scripta, ea occasione, quod episcopus Thessalonicensis totius Macedoniæ provinciæ metropolitanus, (ut constat infra ex epist. 9. ad Dardan. & Illyr. episc.) Acacianis modo turpiter adhæreret, qui alias contra oborta schismata inter orientales & Romanum pontificem, sedi apostolicæ firmiter inhærere, ejusque patrocinium suscipere consuevisset. Ut ergo reliquos ejus provinciæ episcopos in officio catholicæ & apostolicæ communionis contineret, ad ejusdem provinciæ antistites has circulares literas dedit. Occasio epistolæ hujus quæ?

RE-

(*a*) Edit. Rom. melius habet *cognitum*.

A

RESCRIPTUM EPISCOPORUM

Dardaniæ ad Gelasium papam.

Gratias agunt, quod ipsos monuerit a quibus cavendum sit; & cupere ipsos ab apostolica sede visitari scribunt.

Domino sancto * apostolo & beatissimo patri patrum Gelasio papæ urbis Romæ, humiles episcopi Dardaniæ.

* apostolico

SAluberrima apostolatus vestri præcepta Tryphone viro religioso filio nostro deferente, B qua oportet devotione suscepimus, & maximas Deo omnipotenti, & beatitudini vestræ referimus gratias, quod nos pastorali admonitione & evangelica doctrina visitare dignatus es, domine sancte apostolice & beatissime pater patrum. Desiderii enim & voti nostri est, jussionibus vestris in omnibus obedire, & quemadmodum a patribus nostris accepimus, sedis apostolicæ, quæ vitæ & meritis vestris delata est, præcepta intemerate servare, atque religionem orthodoxam, cujus estis prædicatores, fideli & inculpata devotione, prout nostræ rusticitatis sensus patitur, custodire. Eutychis enim vel Petri Acaciique & omnium sectatorum ejus atque consortium, velut quædam pestifera contagia, C ante vestram quoque vitavimus jussionem, & multo magis nunc post admonitionem sedis apostolicæ, & ab eadem nos pollutione necesse est abstinere: & si qui alii ejusdem Eutychetis sectam, vel Petri & Acacii, aut secuti sunt aut sequentur, vel eorumdem se se complicibus atque consortibus æstimant immiscendos, & a nobis, qui sedi apostolicæ secundum divina præcepta & patrum statuta inculpati servire desideramus, omni ratione vitandi sunt. Et si qui forte prava intentione (quod neque arbitramur neque optamus) a sede apostolica se crediderint segregandos, ab eorum nos alienos esse consortio profitemur, quoniam, ut dictum est, patrum in omnibus custodientes præcepta, & inviolabilia sacrosanctorum canonum instituta sectantes, apostolicæ & singulari illi sedi vestræ communi fide & devotione parere contendimus. Et quoniam suggerendi fomitem nobis pro insita sibi benignitate beatitudo vestra concessit, aliqua memorato Tryphoni viro religioso filio nostro, præceptorum vestrorum portitori, suggerenda mandavimus. Et ut suggestionem ejus, quantum arbitramur justam & rationabilem pro supplicatione nostra libenti animo apostolatus vester dignetur admittere, justis precibus exoramus (quod supplicatio nostra meretur effectum) unum ex angelica sede vestra cum sæpe dicto viro religioso ad nos usque præcipite destinare, ut sub ejus præsentia quæ fides orthodoxa, & vestræ jussionis sinceritas postulat, ordinentur. *Et subscriptio.*

Ex divino instituto à patrum traditione sedi apostolicæ parendum.

Joannes episcopus sacrosanctæ ecclesiæ Scopinæ metropolitanæ civitatis huic rescripto a nobis dato consentiens, ad omnia quæ superius continentur manu propria subscripsi.

Bonosus episcopus ut supra subscripsi.

Samuel episcopus ut supra subscripsi.

Verianus episcopus per Valentinum archidiaconum ut supra subscripsi.

Faustinus Episcopus ut supra subscripsi.

Ursinus episcopus ut supra subscripsi.

III. AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Nuntiat se pontificem electum: catholicæ fidei libellum transmittit, hortaturque, ut cum Eutychianistis non communicent, & muneri pastorali invigilent.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis, Gelasius episcopus.

UBi primum respirare fas est a continuorum tempestate bellorum, quæ in illis provinciis, vel in istis [1] temporibus qualitas incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam domini sacerdotes fraternæ solicitudinis caritate duximus alloquendos: primum quia regimen apostolicæ sedis adepti, strepitu publico, sicut dictum est, retardante, commissum nobis sacræ dispensationis officium, propriis, ut mos erat, literis * nequimus indicare, quo vestra fraternitas de communionis domini nobiscum munere gratuletur. Deinde, ut post tantas acerbitates incommoditatesque mundanas, qualiter invicem valeremus, mutuus sermo depromeret: postremo si qua de ecclesiasticis referenda sunt causis, quæ propter insidias perpetui hostis, pastorali sunt jugiter circumspicienda vigilantia, significationibus panderemus alternis. His igitur incitati per fratrem & coepiscopum nostrum Ursicinum præsentia dirigere scripta curavimus, præeunte gratia salutationis, orantes ut magnanimiter auxilio domini tolerando rerum transeuntium vastitatem, magis esse debeamus attenti, ne, quod absit, perpetuæ subeamus vitæ dispendium. Proindeque catholicæ veritatis poscit utilitas præcavenda, dilectio vestra paulisper advertat. Apud Græcos, quibus multas hæreses abundare non dubium est, jam ante D annos fere quadraginta & quinque de domini nostri & salvatoris incarnatione nata conquæstio est: Eutyche quondam presbytero Constantinopolitano in blasphemias proruente, per quas diceret unam tantummodo, id est, solam divinitatis naturam, sive substantiam in domino Jesu Christo credere nos debere, susceptæ carnis veritate prorsus abolita: quod utique improbum commentum Marcionistis, Manichæisque commnctum, totum sine dubio salutis nostræ solveret sacramentum; siquidem quantum & scripturæ venerabilis dicit auctoritas, & majorum testatur doctrina nostrorum, redemptorem mundi Deum, totum simul Deum, totumque hominem ex Maria virgine fuisse pro- E genitum: Et huic mundo certum est extitisse conspicuum, sic passum, atque resurrexisse constat a mortuis. Itaque quadraginta diebus fuisse cum discipulis conversatum, in cœlum ascendisse, plena luce sit clarum, eoque modo dictum, ad judicium, angelo testante, ventu- Act. 1. rum, ut & filius hominis, quem beatus Stephanus martyr a dextris virtutis Dei vidit astantem,

* Edit Rom. negavimus

[1] *Temporum*, vide cl. Maffei præfationem ad supplem. Acac. supra pag. 1069.

tem, manifestus appareat, & quem compunxe- A
runt persecutores ejus, aspiciant: quod nimi-
rum sine carnis humanæ non potest constare
materia, cujus assumptio glorificata est deitate,
non prorsus [1] abtumpta. Unde & beatus apo-
stolus Joannes dicit: *Qui negat Christum in car-*
Joan. 1. *ne venisse, hic est antichristus:* & gloriosus apo-
stolus Paulus qualem hodie credere debeamus
dominum nostrum Jesum Christum palam pro-
Coloss. 2. fessus est, dicens: *In quo habitat omnis plenitu-*
do divinitatis corporaliter, quod brevi capitu-
lo simul Arianam pestem, & hanc quam dixi-
mus Eutychianam cœlesti prædicatione subver-
tit, quia & homo nihilo minus est, ubi om-
nis plenaque divinitas habitare perhibetur, &
corporaliter exprimendo, in veritate persistere B
nostri corporis approbatur.

Super autem his frequenter ab apostolica se-
de, & per beatæ memoriæ sanctum Leonem,
& per successores ejus certum est, Græcos fuis-
se convictos, sicut ipsorum chartis, quas apud
nos habemus, sine ambiguitate monstratur.
Nunc vero quamvis ipsam pestilentiam non au-
deant profiteri, eos tamen qui talibus commu-
nicaverint, meritoque secundum Chalcedo-
nensis decreta concilii ab apostolica sede dam-
nati sunt, obstinatique in eadem damnatione
defuncti, pernicioso furore defendunt, & eo-
rum recitationem ecclesiæ catholicæ moliuntur
ingerere. Quod utique, quod absit, receptis,
etiam contagium pravitatis, cui se communio- C
ne sociarunt, consequenter incurritur, quemad-
modum (quod dominus avertat) si Arii vel
cujuslibet hæretici ad ecclesiasticam recitatio-
nem nomen admittitur, simul & consortium
detestabilis erroris assumitur. Unde quia erro-
rem quidem fatentur, sed ea sibi putant com-
munionem catholicam conditione laxandam,
ut nomina eorum qui prævaricati sunt illis in
ecclesia recitare sit licitum, & non tam ipsi
corrigere, quam sinceritatem catholicam infi-
cere nitantur contagio perfidorum; dilectio-
nem vestram fraternæ caritatis affectu non de-
stitimus admonere, ut si qui talia seminantes
ad vestras regiones forte pervenerint, modis
omnibus excludantur, vobisque cum sede beati
apostoli Petri, sicut a patribus nostris est tra-
dita illibata communio atque ex omni parte
inconvulsa perduret. Certe si quis aures vestras
de hac crediderit subreptione pulsandas, solici-
tudine pastorali ad nos quam citius referre pro-
peretis, ut communi studio, catholicoque tra-
ctatu, pro domo unius domini cuncti catholi-
ci conferant sacerdotes; ut quæ orthodoxæ de-
finitioni competunt, intemerata serventur: &
quatenus errantibus debeat subveniri, rationa-
bili deliberatione noscatur. Hæc autem vestra
dilectio etiam ad contiguas sibi quasque pro-
vincias vicinosque pontifices prudenter faciat
pervenire, ut ecclesiarum præsules, universæ
veritatis instructione percepta, mortiferam de- E
clinare valeant falsitatem. *Et subscriptio*: Deus
vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*) Duabus epistolis admonuit Gelasius pontifex episcopos Dardaniæ, ut Eutychianorum communionem sedulo vitarent. Priorem (quæ excidit) misit per Tryphonem; ad quam procedens epistola ab episcopis Dardaniæ rescripta fuit. Posteriorem hanc ejusdem argumenti misit per Urficinum, prout ipsi putaverant. Encyclicam & circularem fuisse patet ex verbis epistolæ in fine. Ex eo quod ab initio Eutychianos hæreticos, quos detesta fuit anno 448. hoc loco enumeret annos 45. apparet eam anno pontificatus Gelasii primo scriptam esse. Duabus epistolis Eutychianorum communio locordidita episcopis Dardaniæ

INCIPIT EPISTOLA B. PAPÆ GELASII

AD NATALEM ABBATEM.

Dilectissimo filio Natali Abbati Gelasius Episcopus.

QUamvis pro beati Petri Apostoli moderamine divinitus instituto, &c. *Extat sup.* pag. 206.

IV. SEU [2] COMMONITORIUM, [3]

AD [3] FAUSTUM MAGISTRUM FUNGENTEM Legationis officio Constantinopoli.

Acacium jure a sede apostolica damnatum, & in excommunicatione mortuum non posse absolvi: & cum illo non communicandum.

EGo quoque mente * percepi Græcos in sua * præcepi
obstinatione mansuros, nec cui velut in-
speratum videri potest, quod est * ante præco- * in ante
gnitum. Quapropter [4] non jam propter religio-
nis causas student dispositionibus publicis ob-
viare, sed potius per occasionem legationis re-
giæ catholicam fidem moliuntur evertere, &
tali * commento nituntur sperata præstare. * commercio
Quid sibi vult autem quod dixerit imperator, a
nobis se in religione damnatum, cum super hac
parte & decessor meus non solum minime no-
men ejus attigerit, sed insuper quando princi-
pia adeptus regiæ potestatis exercuit, in ejus
D Dse rescripsit imperii promotione gaudere: &
ego nulla ipsius unquam scripta percipiens, ho-
norificis (ut nostis) eum literis salutare cura-
verim? Decessores mei, sacerdotes qui prævari-
catoribus se communicasse propria voce con-
fessi sunt, a communione apostolica submove-
runt. Si * isti placet se miscere damnatis, no- * ita
bis non potest imputari: si ab eis velit absce-
dere, tanto magis a nobis non potest esse dam-
natus, sed potius ad gratiam sinceræ commu-
nionis admissus. Ad senatum vero pertinet Ro-
manum, ut memor fidei, quam a parentibus
se suscepisse meminit, contagia vitet commu-
nionis externæ, ne a communione hujus sedis
apostolicæ (quod absit) reddatur externus. Ve-
E niam sibi dari * proponunt. Legatur, ex quo * debere
est religio Christiana, vel certe detur exem-
plum, in ecclesia Dei a quibuslibet pontifici-
bus, ab ipsis apostolis, ab ipso denique sal-
vatore veniam nisi corrigentibus se fuisse con-
ces-

1 *Abtumpta.* Vide præfationem citatam pag. 1069.
2 Circa hoc Commonitorium vide, quæ observavit Cl. Maffejus in præfat. ad supplem. Acac. supra pag. 1071.
3 Sunt qui Festum dicant legi oportere: nec sub Gelasio Papa hunc legatum fuisse Constantinopolim a Theodorico Rege, sed sub Anastasio Gelasii successore. *Harduinus.*
4 Codex Veronensis capituli millenariam præferens ætatem, quocum hoc Gelasii Commonitorium collatum est, hic legit, *non tam*

cessam. Auditum autem sub isto cœlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Date nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus. Id quoque * [1] pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, sive majoribus nostris, sive ab ipsis apostolis, (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso domino salvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, sive factum est unquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui certe hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat apostolo: *Quæ ligaveris super terram, ligata erunt & in cœlis: & quæ solveris super terram, erunt soluta & in cœlis. Super terram*, inquit; nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit * absolvi. Quod ergo nunquam factum est, vel mente concipere formidamus, scientes in divino judicio non posse penitus excusari. Si autem, quod nunc prætendunt, a Romana ecclesia se sunt divisuri, id jamdudum fecisse monstrantur. [2] Euphemium vero miror, si ignorantiam suam ipse non perspicit, qui dicit Acacium ab uno non potuisse damnari. Itane non perspicit, secundum formam synodi Chalcedonensis, Acacium fuisse damnatum? nec novit eam, aut se nosse dissimulat: in qua utique per numerosam sententiam sacerdotum erroris hujus auctores constat fuisse damnatos; sicut in unaquaque hæresi a principio Christianæ religionis & factum fuisse, & fieri, manifesta rerum ratione monstratur, decessoremque meum executorem fuisse veteris constituti, non novæ constitutionis auctorem? Quod non solum præsuli apostolico facere licet, sed cuicumque pontifici, ut quoslibet & quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius ante damnatæ, a catholica communione discernant. Acacius quippe non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita * prodirent, sed alieno facinori sua communione se miscuit. Itaque necesse est, ut in illam recideret justa lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris. [3] Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiæ ad hujus sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeare judicium, nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Joannes, & ceteri, non solum unus, sed plures utique nomen sacerdotii præferentes, sola sedis apostolicæ sunt auctoritate dejecti, cujus rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui præceptionis hujus extitit executor. Quod utique sicut apostolicam sedem juxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resultare potuisse, certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum, est damnatus Acacius, qui eorum damnationem, antequam prævaricator existeret, fuerat executus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contra quos semper ambitionibus illicitis [4] fecisse monstrantur. Qua ipsi synodo, vel secundum cujus synodi formam Alexandrinum Joannem de ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis causis evidentibus nec ante convinci, nec postea provocans, etiam in judicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt: Imperator hoc fecit: hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consensit Acacius, cum auctoritas divina dicat: *Non solum qui faciunt prava vos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Quibus canonibus quibusve regulis Calendion exclusus est, vel primi urbium diversarum catholici sacerdotes? Qua traditione majorum apostolicam sedem in judicium vocant?

An secundæ sedis antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscii sacerdotes depelli debuerunt, & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem apostolicam ad judicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ civitatis episcopus, quæ utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoveri? An, qui homini mentitus dicitur imperatori, & qui imperatorem læsisse perhibentur, depelli debuerunt: & in Deum, qui summus & verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed velint, nolint, ipsius * judicio [5] antiquæ canonum constitutiones firmabuntur.

Sed religiosi viri atque perfecti, secundum canones concessam sedi apostolicæ potestatem nimirum conantur eripere, & sibimet eam contra canones usurpare contendunt. O canonum magistros atque custodes! Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ, divina scriptura prædicante: *Hominem hæreticum post primam & secundam correptionem devita, sciens quod hujusmodi delinquat, proprio judicio condemnatus*. Ecce cognoscant, quia non solum ab alio, sed a se quoque ipso * damnetur hæreticus. Illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse confingunt, & nos extitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus vir illustris Andromachus, qui a nobis abundanter instructus est, ut cohortaretur Acacium deposita obstinatione resipiscere, & ad sedis apostolicæ remeare consortium, quique se sub jurejurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur, nec ad ea, quæ recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu. Certe proferatur judicium, quando miserit, quando veniam postulari,

* per est

Matth. 16.

* absolvendum

* procederent

A sede Romana non datur appellatio.

Prima sedes a nemine judicatur.

Episcopus Constantinopolitanus inter sedes per canones nullus nomen accepit.

* judicio antiqua canonum constitutione firmabuntur.

Cum hæreticis non est disputandum. Tit. 3.

* prædamnetur

Rom. 1.

1 Cod. Veron. *parum est*.
2 Cod. Veronen. *Euphimium*, & ita ubique.
3 Hunc locum Nicolaus Papa recitat ex Commonitorio in epistola 5. ad Michaelem Imperatorem. *Hard.*
4 Cod. Veron. *illicitis tenendi esse*.
5 Cod. Veron. *antiqua canonum constitutione firmentur*.

larit, correctionemque suam nobis promiserit A exhibendam : nisi forte hunc animum gessit[a], quem successores ejus habere perspicimus, ut tamen si veniam postularet, sic sibi vellet impendi, ut nihilo minus in errore persisteret : ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius in suam traduceret pravitatem. Quem reatum se confessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, utique corrigendus est. Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri; nisi, quod est infelicius, cum & fatentur reatum, & non æstimant corrigendum. Illud quoque me ridere libuit, quod ait: Si necesse fuerit veniam postulare: existimans nimirum tunc se peccati veniam necessario postulare, si ei concedamus ne B peccare desistat; imo etiam (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quæ mundi prodigia hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest, correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps * finitur mansura perversitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis * assensio. Non est mirum, si istri sedem beati Petri apostoli blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronuntiant, cum eis prima sedes, quidquid est pietatis, non * resistat offere, illi eam ipso protervo spiritu subjugare se posse confidant. Sed captos mente facere ista non mirum est. Sic phrenetici solent medicantes * quoque velut hostes putare vel cædere. C [2] Quæro tamen ab his, judicium quod prætendunt, ubinam possit agitari: an apud ipsos, ut iidem sint inimici, & testes, & judices? Sed tali judicio nec humana debent committi negotia, nedum divinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet, non nisi apostolicæ sedi juxta canones debetur summa judicii totius: si quantum ad sæculi potestatem, illa a pontificibus, & præcipue a beati Petri vicario, debet * cognosci, quæ divina sunt, non ipsa eadem * judicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus sæculi (qui tamen Christianus est) vendicare præsumit, nisi religionem forsitan persequens. Quid tamen dicerent, si non D chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias itaque suas sibi servent, nisi resipiscant, potius cogitantes Christi vocem non esse superfluam, quæ confessioni beati Petri apostoli inferni portas nunquam prævalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne apostolica sententia resolvatur, quam & vox Christi, & majorum traditio, & * canonum fulcit auctoritas, ut totam potius ecclesiam semper ipsa dijudicet. Sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponentes, apud Deum hominesque sedis apostolicæ perpetua constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nostis) meo duxerim nomine specialiter alloquendos. Neque plane cum istis non corrigentibus incunda congressio, quemadmodum cum aliarum quoque hæresum sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem salvos & sospites quantocyus huc reverti, continuis divinitatem votis expetimus.

* fingitur
* assentatio
* desinat, vel desistat.
* quoque
Sedes apostolica de omnibus judicat, secundum canones, & per Christum tributam auctoritatem.
cognoscere
* dijudicare
Matth. 16.
* Nicænorum. Hard.

Nota Severini Binii.

a *Commonitorium*.) Cum Theodoricus Gothorum rex, post Odoacrem regem Herulorum devictum & occisum, una cum Ravenna integra Italia potitus esset, bello diuturno fatigatus ad Anastasium imperatorem Constantinopoli degentem, duos hostes legatos Faustum magistrum officiorum, & Irenæum ablegavit, qui ad obtentum Italiæ regnum rectius stabiliendum, pacem sibi concedi peterent & impetrarent. Hac occasione Gelasius papa anno pontificatus sui 2. alteri legatorum Fausto officiorum magistro causam illam, quæ cum Euphemio Constantinopolitano adhuc schismatico vertebatur, commendavit, ut æquissimis jussionibus ecclesiæ Romanæ obtemperans, ejusdem communicationem hactenus frustra expetitam consequi mereretur. Hujus negotii expediendi ratio commissa est Fausto ea de causa: quod Euphemius patriarcha, Gelasii epistolis duabus admonitus, nomen Acacii e tabulis sacris non modo non expunxerit, sed & ejusdem defendendi patrocinium suscuperit, atque ea quæ solent hæretici & schismatici contra sedem apostolicam effutiverit: quodque demum, ad concitandam contra pontificem Romanum Anastasii imperatoris invidiam, in vulgus sparserit, ipsum Anastasium imperatorem, neque ab episcopo urbis Romæ, neque a Romano senatu recipi, adeoque imperatorem contra urbem & episcopum commoverit. Ne igitur horum occasione Romana ecclesia in discrimen adduceretur, atque inter duos hæreticos principes Anastasium & Theodoricum arctata, durioribus angustiis premeretur, Fausto officiorum magistro, viro pientissimo, tantæ molis negotium credidit, ut cum esset Constantinopoli, objecta dilueret, tentata destrueret, atque sequester pacis existens, orientalis ecclesiæ cum occidentali conciliator accederet. Profectus est Faustus, gnaviterque susceptum negotium peregit: sed non ex sententia, ut erat in optatis, absolvit, refragante Euphemio, & majora rixarum fomenta miscente. Qui & de omnibus, quæ cum ipso transacta erant, datis ad Gelasium literis eum certiorem reddidit. Quibus acceptis Gelasius ad eum rescripsit hanc defensionem, qua adversariorum calumnias refellere posset. Unde non immerito *Commonitorium* nuncupatur, cum eo ipso a pontifice admoneatur, quonam modo calumniantium petulantiam valide retundere queat. Hæc ex Baronio anno 493. num. 3. & sequentibus.

Theodoricus pacem petit.
Causa Euphemii Constantinopolitani commissa est Fausto legato.
Occasio hujus epistolæ.

V. AD HONORIUM DALMATIÆ EPISCOPUM.

Monet ne Pelagianam hæresim a tot pontificibus detestatam revivisceret sinat.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati, vix respirare valeamus; pro sedis tamen apostolicæ moderamine totius ovilis dominici curam sine cessatione tractantes, quæ beato Petro salvatoris ipsius nostri voce delegata est: *Et tu conversus confirma fratres tuos*. Et item: *Petre amas me: Pasce oves meas*. Dissimulare nec possumus nec debemus, quæ nostram solicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo apostolo sentientes atque dicentes: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ita quippe nos repente tri- E stis, horrenda & vix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nuntiatum nobis est enim in regionibus Dalmatiarum, quosdam recidiva Pelagianæ pestis zizania seminasse: tantumque illic eorum prævalere blasphemiam, ut simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. Est quidem error ipse nefarius tanto perni-

Luc. 22.
Joan. 21.
2. Cor. 11.

1 Cod. Veronen. *adnuntiatis*.
2 Citatur hic locus a Nicolao Papa in epist. ad Michaelem Imp. ut alia ex hac ipsa Epistola. *Hard.*

perniciosior ad subripiendum, quanto ad fallendum verisimilitudinis colore versutior: præstante domino, adest fidei catholicæ pura veritas, concordibus universorum patrum deprompta sententiis, quæ & subtile virus funestæ pravitatis exponat, & humano generi salvando conferat de scripturarum confectione medicinam. Nullatenus igitur discretionem rerum nondum abundantia corda conturbet, donec & occultum vulnus appareat, & salvatio singularis eluceat: quoniam quantalibet arte fallacis spiritus perditionis armetur, sancto gladio Spiritus principalis & detegitur & necatur. Quapropter per dilectionem tuam cunctos ibidem domini sacerdotes fraterno commonemus affectu; ut qui cum erudiente vos domino contra novitios pugnetis errores, olim perversitatem toto orbe damnatam nec ipsos recipere debeatis, aut quod temere putatur, esse faciendum; quæ non hæresis majoribus nostris convenienter extincta rursus provocare nos audeat, & palam novis resumptis viribus, aperteque confligat. Numquidnam licet nobis a venerandis patribus damnata dissolvere, & ab illis excisa nefaria dogmata retractare? Quid est ergo quod magnopere præcavemus, ne cujuslibet hæresis semel dejecta pernicies ad examen denuo venire contendat? Si quæ antiquitus a nostris majoribus cognita, discussa, refutata sunt, restauranda nitamur; nonne ipsi nos, quod absit, & quod nunquam catholica patietur ecclesia, adversariis veritatis universis contra nos resurgendi proponimus exemplum? Ubi est quod scriptum est? *Terminos patrum tuorum non transgredieris*: &: *Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi; & seniores tuos, & dicent tibi*? Quid ergo tendimus ultra definita majorum, aut cur nobis non sufficit? Si quid ignorantes discere cupiamus, qualiter ab orthodoxis patribus & senioribus singula quæque vel vitanda præcepta sunt, vel aptanda catholicæ veritati; cur non his probantur esse decreta? Numquid aut sapientiores illis sumus, aut poterimus firma stabilitate constare, si ea quæ ab illis constituta sunt subruamus? An fortasse nescitis hanc hæresim, de qua loquimur, & ab apostolica dudum sede per beatæ memoriæ Innocentium, ac deinde Zosimum, Bonifacium, Cælestinum, Sixtum, Leonem, continuis & incessabilibus sententiis fuisse prostratam; nec tantum ecclesiæ catholicæ legibus, sed principum quoque Romanorum eo tenore damnatam, ut nec usquam terrarum vivendi locum sectatores ejus habere sinerentur? Quæ omnia tam gestis ecclesiæ per singulas quasque regiones de eorum pravitate confectis, quam censuræ publicæ sanctionibus edocentur. Ecce quorumlibet aures catholicas audire doctrinam, quæstiones accipere, tractare tendiculas, & blasphemias patienter admittere. O si studerent adversus eos majorum nostrorum libros responsaque cognoscere, illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod non & ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum. Sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quique redderentur instructi, ut nihil amplius quæreretur. Sed si forsitan ineruditos animos quædam de eorum sensibus proposita commoverent; ita venerabilium patrum doctrinis & omnis eorum publicatur insania, & quibus remediis curetur, ostenditur; ut ex his Deo præstante prævisis, cuncta, quæ de eorum serie texuerunt, & periculosa sectantibus & stulta deprehendentibus esse videantur; ita ut si quis existimet reluctandum, non tamen veterum sententiis contradictor existat, sed humanæ saluti, catholicæque doctrinæ palam se aperteque profiteatur inimicum; quo magis attentius pervigil cura pastorum a sacris gregibus luporum debet arcere sævitiam. Num quidquid ovibus sanctis acciderit detrimenti, præsulum (quod absit) damnet incuriam: sicut a regeneratis agminibus nocentium depulsio bestiarum custodum præmiis perpetuum procuravit augmentum? Certe si, ut magis optamus, falsis hæc rumoribus sint relata, quantocyus desideramus agnoscere, ut qui membrorum Christi vexatione trepidamus, multo magis de eorum stabilitate lætemur. Data v. Kalendas Augusti, a * Fausto v. c. consule. *

Decisa a majoribus non sunt retractanda.

Deut. 32.

Pelagianam hæresim quinam damnaverint.

* Albino
* Anno Christi 493.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Fausto viro clarissimo consule*.) Mendosa est & furtuitia hæc consularis nota. Nullus enim Fausti consulatus sub pontificatu Gelasii reperitur. Legatur ergo, *Albino viro clarissimo consule*.

Aut certe dicendum esset Gelasium non anno 492. pontificatum iniisse, sed 490. die 2. Martii.

Nota consularis mendosa.

VI. AD EUMDEM HONORIUM

DALMATIÆ EPISCOPUM.

Eum non debuisse mirari scribit, quod admonuerit invigilandum, ne iterum Pelagiana hæresis pullularet.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

MIramur dilectionem tuam fuisse miratam, curam sedis apostolicæ, quæ more majorum cunctis per mundum debetur ecclesiis, pro vestræ quoque regionis fide fuisse solicitam. Cumque ad eam perlatum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem catholicam vitiare niterentur, & divinis humanisque legibus ante damnatum Pelagianæ pestilentiæ denuo virus inferre; non putaverimus ullatenus differendum, quo minus hæc diligentius inquirentes, aut si fortasse irrepserant, de proximo sanarentur, aut anxietatem nostram, si falso probarentur jactata, relevarent; æstimantes melius nos videri impatientius talia investigare voluisse, quam crescere dissimulando perniciem. Neque enim vel silentio premere causam hujusmodi, vel differendo fovere deberemus. Cum dicente magistro gentium, *solicitudine non pigri*, atque iterum, *qui præest in solicitudine*, reos procul dubio nos nisi continuo quæreremus, etiamsi inaniter essent vulgata, convincerent. Nec interest per quos ad aures nostras eadem pervenissent, dum quomodo libet ista referentibus, postquam nostram conscientiam penetrarent, in his veraciter indagandis pastorales excubias esse non oportuerit negligentes, quatenus vel e vestigio posset lupis inhiantibus obviari, vel nullis existentibus feris, ovium custodia secura persisteret. Ab his, qui essent Chloes, Corinthiorum se dissensiones agnovisse testatur apostolus, confestimque scribere non omittit; ut vel nascentibus jurgiis pius medicator occurreret, vel de eorum comperta mox incolumitate gauderet:

Hæreses impatientius investigare est melius, quam dissimulando augere perniciem.

Rom. 12.

1. Cor. 14.

quod nos quoque literis, quæ super hac parte dictæ sunt, indicasse reminiscimur, ut scilicet aut irrepentibus obsisteremus insaniis, aut, si nihil horum penitus accidisset, de catholicæ veritatis integritate lætaremur. Quapropter non solum dilectio tua nostra non debet vigilantia permoveri, sed præsentis colloquii salutatione percepta nobiscum potius industriam propriæ sociare solertiæ; quatenus vel sive tentata sint talia, protinus corrigantur, vel ne qualibet obreptione tententur, attentius præcavendo subintrare non valeant. De quibus autem ii, quos tua caritas destinavit, si plenius instrui voluerint, sequentes tituli cum suis responsionibus intimabunt. Et quoniam se his acquiescere præfati eatenus sunt professi, ut eadem se & primitus tenuisse firmarent, sed ante ullius in quæstionem vocata vellent manifestius expediri, studuimus quantum inter occupationes fieri potuit, quæ nos minime respirare patiuntur, largiente domino, sequentes paterna vestigia, de talibus, quæ cœpimus non silere: quam regulam sobrie sentiendi quisquis fideli corde sectatur, inter orthodoxos merito debeat æstimari. Quisquis vero putaverit abnuenda, ab apostolicis sede non ambigat exulare doctrinis. Certe si quid est quod valeat animum permovere, fraternitas tua consulere fiducialiter omittat, ut domini gratia ministrante, totius discutiat obscuritatis ambiguum fraterna collatio.

VII. AD [a] OMNES EPISCOPOS PER PICENUM.

Tria præcipua Pelagianæ hæresis capita refellit. Primum, scilicet parvulos sine originali peccato nasci. Secundum, hos pro solo peccato originali non damnari. Tertium, gratiam ad salutem non esse necessariam, illamque secundum hominum merita conferri.

Gelasius episcopus universis episcopis per Picenum in domino salutem.

BArbaricis hactenus dolebamus incursibus maxime vicinas urbi provincias, & bellorum sæva tempestate vastari; sed quantum inter ipsa recentium calamitatum ferventia pericula comperimus, perniciosiorem diabolus Christianorum mentibus labem, quam corporibus hostilis feritas, irrogavit: quod malum principaliter illarum regionum respicit sacerdotes, qui tanta segnitie tantaque ministerii dissimulatione suscepti, commissarum sibi negligunt regimen animarum, ut eas etiam ab exiguis quibusque bestiolis lacerari sub conspectibus suis impune patiantur: quinimo subrepentes nequitias confovendo, & depravatoribus acquiescendo fidelium, non solum eas minime retrahant, sed ipsis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales essent acturi pontifices, si (quod absit) vel aliqua nova pestis, & primitus ignorata prorumperet, vel ingeniis acrioribus, sensibusque versutis, aut aliqua sæcularium doctrinarum peritia callidis, sacrilega blasphemiarum dicta promereu-

A tur, qui tam veteris erroris detrita commenta, tamque majoribus ecclesiarum magistris, quam etiam nostra ætate convicta non recolunt nec refutant; atque ab imperitis stultisque prolata non respuunt. Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam suorum corda per hujusmodi personas examinat; qui hoc ipsum virus nesciunt quod loquantur. Nam quid facerent populorum præsules sub astutioribus inimicis, qui se subjiciunt libenter indoctis? Quando utique, etiamsi tanta erat in rectoribus dominici gregis prorsus ignavia, ut ne tam vilem hebetemque personam possint vel intelligere vel frenare, potius pastorali cura debuerint a nobis cognoscenda perquirere,

B quam suasionibus inconsideranter absurdis, facilem submittere voluntatem: oblatus est enim nobis miserabilis senex [1] Seneca nomine, qui non modo totius est eruditionis alienus, sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneus, in Pelagianæ voraginis cœno (sicut de quibusdam in apocalypsi legimus) velut una ranarum impudenter immersus, inque illa fæce horribiliter volutatus, nullatenus inde qualiter emergere posset inveniens; quia puritatem relinquens catholicæ veritatis, quanto se per lubricum falsitatis conatur attollere, tanto magis ejus lutosis foveis circumclusus obruitur, de illis unus existens, de quibus Petrus dicit apostolus: *Hi vero velut irrationabilia pe-*

C *cora, naturaliter in captionem & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua, peribunt percipientes mercedem injustitiæ.* Revera enim sic ejus stolidus & obtusus est animus, ut de his venenis, quæ male hausit, & vomuit; nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere. Sed induratus obcæcatione diabolica, sibique jam traditus, cordis sui funesta sit obstinatione damnatus; nihilque supersit ei, nisi ut Deus noster, qui dixit, quæ hominibus impossibilia videntur, apud se esse facilia, hujusmodi mentem potenti compunctione transfigat, ut secundum beatum apostolum Paulum, *resipiscat a diaboli laqueis, quibus captivus detinetur* sententia divini judi-

D cii. Multa illi quæ de Pelagianis sensibus nec in somnis omnino contigerant, nos magis patefacta prodidimus ea, quæ dudum convicta fuisse monstravimus. Hæc etiam ipsa, quæ idem proferre videbatur, olim & ab hæreticis Pelagianis in medium producta docuimus, & a catholicis prædicatoribus competenter elisa. Pelagium, Cœlestium, Julianum, ceterosque complures oratoriæ facundiæ viros in hac assertione probavimus fuisse convictos, & tam ecclesiasticis constitutis, quam imperialibus [b] etiam percussos fuisse præceptis; proinde istum ferre non posse firmavimus, in quibus illi tales tantique prostrati sunt, qui nec ipsa, quæ ab illis sunt disputata, vel intellecta capere,

E vel eloquio simili possit astruere. Sed, ut dictum est, *diabolica mens inspiratione possessa, in profundum veniens jam malorum ad remedia nulla consentit.* Quapropter de innumeris blasphemiarum generibus, quas auctores Pelagianæ hæresis addiderunt, tria, quæ sibi præcipue hic senex lugendus ascivit, credidimus non tacenda, ut referata manifestius panderentur, & Deo

1 Tim. 2.

Apoc. 16.

2. Petr. 2.

Matth. 19.

2. Tim. 2.

[b] Honorii Theodosii atque Constantii.

Prov. 18

[a] Episcopus, quippe qui postea presbyterum privasse communione dicitur. *Harduinus.*

Deo destruente facilius viderentur eversa. In A utaeris, inquiunt, matrum opere divino creantur infantes, propterea justum videri non putant quod factura Dei sine ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obstricta; injustumque Deum faciunt, si rei efficiantur antequam nati. Hoc velut acutissimum sui dogmatis exerunt argumentum, non advertentes quia primi illi parentes generis humani de nullis utique genitoribus, sed de innoxia limi materia procreati, & pure atque sincere potenter arte divina compacti, factique rationales, propria voluntate seductorem secuti diabolum, pravis cupiditatibus per excessum prævaricationis infecti sunt. In quibus utique humana natura peccavit, & humana est facta natura vitiosa, receptrix sine dubio mali quod ante nescierat, quæ a bono rectoque deficiens, in affectum mali pravique recidere ipso rerum consequentium tramite manifestum est. Tales igitur effecti principes nostræ substantiæ, semetipsos passibiles & corruptibiles reddiderunt; in tantum conditionis divinæ dona violantes, ut mortis fuerint ultione puniti. Hac enim die fuisse mortuos, qua mortales effecti sunt, ambiguum non habetur: proinde quidquid isti genitores de suo germine protulerunt, opus quidem Dei est, secundum institutionem naturæ; sed non absque contagio illius mali, quod sua prævaricatione traxerunt: & utique hoc idem ipsius mali contagium, certum est opus non esse divinum. Itaque non ex creatione Dei est vitium quod voluntario motu natura collegit; sed etiam de vitiata per semetipsam natura Deus institutionem suam quidem suæ creationis exequitur; sed creatio profert vitium, quod non ex institutione creatoris accepit, sed quod ipsa per lapsum transgressionis suæ assumpsit. Nam si ipsi primi homines ex nullis, ut dictum est, parentibus nati, & sine ullo formati contagio, per ambitum præsumptionis illicitæ semetipsos depravare potuerunt, & in opere Dei opus diabolicæ fraudis annectere; quid mirum, si iidem depravati protulerunt sobolem depravatam? Nonne etiam cum Deus utique liberam condiderit humanam sua creatione substantiam, etiam apud humanas tamen leges extrinsecus accedens servitus naturaliter eam reddit obstrictam & obnoxiam? Origine generantur obnoxii, & ex conditione servili gignuntur addicti; & nascendo fiunt prius obligati quam geniti: si hoc agitur de rebus extra naturam positis, quanto magis de his provenire non mirum est, quibus ipsa humana substantia depravata cognoscitur? ac per hoc sicut se ipsa humana substantia de institutione sincera actuum reproborum rea fecit voluntate pollutam, sic edidit sobolem, atque progeniem naturæ suæ ex actuum suorum rea voluntate maculosam; quia hujusmodi genuit prolem, cujusmodi se ipsa reddidit prævaricationis excessu. Ideoque non solum de se profert quod bene Deus instituit, sed etiam quod male ipsa inconsequenter adjecit. Quemadmodum autem qualitas interior appetendi valet immutare naturam, divinæ lectionis auctoritate firmatur. Genes. 30. Sic denique pascente Jacob, commissus ille grex ovium, suppositis canalibus varietate virgarum, dum potat, illectus affectionali delectatione, concepit, quod non habuit in natura, & molitum sensibus transfundit in prolem quod in creatione non sumpsit. Quod tunc utique figuraliter gestum, & in ecclesiasticis significavit gregibus hoc futurum, & Pelagianorum Deus prævidens calumnias, & excitandas fidelibus suis decertationes intelligentiam præparavit. Docent divina testimonia, & ipsa ecclesiastica sacramenta, & ab ipso domino salvatore catholicorum traditio magistrorum humanæ generationis decolorata primordia. Hinc est quod clamat propheta: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum esse a peccatis? nec infans, cujus est unius diei vita super terram.* Job 14. Hinc est, quod item dicit scriptura: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* & alibi: *Quia semen*, inquit, *erat maledictum*; nec non etiam David propheta testatur: *In iniquitatibus conceptus sum; & in delictis peperit me mater mea*; & si hoc ille dicit: quis aliter se asserat procreatum? Beatus quoque apostolus Paulus asserit: *Et nos aliquando eramus natura filii iræ sicut & ceteri.* Ephes. 8. De qua ira in evangelio dicit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, habebit vitam æternam: qui autem non crediderit, jam judicatus est, & ira Dei manet super eum.* Joan. 3. Illa utique, de qua dictum est: *Morte morieris.* Genes. 2. ipse dominus Jesus Christus cœlesti voce pronuntiat: *Qui non manducaverit carnem filii hominis & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipsum*, ubi utique neminem videmus exceptum: nec ausus est aliquis dicere, parvulum sine hoc sacramento salutari ad æternam vitam posse perduci; sine illa autem vita, in perpetua futurum morte non dubium est. Cur igitur infans hac sorte concluditur, si nullum habet omnino peccatum? magisque videbitur (quod absit) injustus Deus, si illic infligatur pœna, ubi nulla sit culpa. Unde cum de propriis actibus nullo reatu teneatur obstrictus, nihil restat nisi ut sola sit vitiosa nativitate pollutus; & si non fuerit mysterii Christiani participatione mundatus, ad vitam non potest pervenire perpetuam. Hinc est quod exsufflantur, & catechizantur infantes: & quia in opere Dei, quod in auctore suo bene sunt instituti, opus diabolicæ malignitatis accessit, *eruti de potestate tenebrarum*; (sicut docet apostolus) ad filii Dei sortem, purgationemque legitimam transferuntur. Nisi autem prima generatio, quam bonam Deus instituit, prævaricatione venisset in culpam, & reprobabilis esset effecta; secunda generatio subroganda non fuerat: propter quod dicit beatus Paulus apostolus: *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors*; & *ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*: & paulo post: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.* Rom. 5.

Libertas est naturalis ex Dei creatione. Servitus est ex legibus humanis.

Infantes cur insufflantur & catechizantur.

Colos. 1.

Sicut autem omnes in condemnationem dicit, utique qui de Adam parente sunt geniti, sic omnes in justificationem vitæ non nisi illos adstruit, qui in Christi mysterio sunt renati. Innumeris talibus instrumentis hæresis Pelagianæ doctrina mortifera, & a nostris est convicta majoribus, & nunc eorum copiosa potest eruditione convinci: nec debent simplices animos ista turbare, quibus quæ non intelligunt secundum ecclesiasticam formam credidisse sufficiet, aut si quis nosse desiderat, interrogare conveniet. De parvulis autem, quod asserit sine sacro baptismate pro solo originali peccato non

non posse damnari, satis impia, satis profana propositio est: quamvis enim recentes ab utero matrum in remissionem peccatorum baptizari nullus Christianus ignorat, quod utique non fallaciter, sed veraciter catholica celebrat ecclesia, ne in sacramentis cœlestibus (quod absit) mentita videatur; proinde quia propria non habeant ulla peccata, constat * ejus sola prorsus originalia relaxari. Itaque omnibus etiam solis remissis vitam per baptismum consequuntur æternam; consequens est, ut solis etiam non remissis, ad æternam vitam pervenire non possint. Unde & dominus, sicut superius diximus, ait (quod utique nisi baptizatis non convenit) *Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso*: sine vita autem esse perpetua quid est nisi in sempiterna morte constitui? quamvis idem sit regnum cœlorum quod æterna vita: tamen ut providentia Dei omnes Pelagianorum nequitias amputaret, non solum dictum est: *Qui non fuerit renatus ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum*; sed etiam pariter dictum est: *Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso*. De vita autem æterna hoc dictum nullus addubitat; quoniam multi non manducantes hoc sacramentum, vitam habere videantur præsentem.

* cin

Joan. 6.

Joan. 3.

Nihil est ergo quod dicant, quod non renati infantes, tantummodo in regnum cœlorum ire non valeant; non autem perpetua damnatione puniantur, dum sine baptisma corpus & sanguinem Christi nec edere valeant, nec potare: sine autem hoc vitam in semetipsis habere non possent, sine vita vero non nisi mortui sint futuri. * Dicant * igitur in morte perpetua constituti, si non æstimentur esse damnati: tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciant locum. Et quia non nisi dextram partem legimus & sinistram; non illos faciant in sinistra regione sine baptismate remanere, sed baptizatos sinant ad dexteram salutarem sacra regeneratione transferri.

* Dicantur
* Forte, non dicantur. Hard.

Tertio capitulo jam toto mundo cognita, atque convicta Pelagianorum deliramenta circumferre, quibus dicunt, quod homo per liberum arbitrium, quod corrupit, fœdavit, ac perdidit, bono suffragante naturæ beatus efficiatur, cum de beatitudine paradisi, ubi bona fuerat constituta substantia, nisi suo amisso bono nullatenus potuisset expelli, unde mortalis effecta, quia de bono utique prævaricatione transisset ad malum; & a participatione divina ad diabolica semet facinora contulisset: ideo deceptori suo, cui volens assenserat, competenter addictus, ideo de felicitatis suæ caritate seclusus, atque ad spinas & tribulos, miseriasque multiplices cœlesti voce damnatus est; quæ utique pœna justi judicii tam gravis & aspera in bono perseveranti nullatenus esset inflicta; & nisi malo non convenienter illata probaretur. Ecce sine divino suffragio, quod in illa beatitudine positus numquam legitur expetisse: non solum homini naturale bonum prodesse non potuit, non solum non effecit beatum; sed cum hoc solo confidit, atque ad eius non revertitur largitorem. & beatitudinem potius amisit, & malorum omnium sumpsit exordium. Quod autem libero arbitrio beatitudinem consequantur, quo male usus in perpetuam recidit servitutem, sicut scriptum est: *Qui facit peccatum, servus est peccati*: a quo quis superatur, huic & servus addicitur. Nonne hæc est illa præsumptio naturalis, quæ ad detestandæ captivitatis jura descendit; quam scriptura sancta sic memorat: *Gravi jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ in matrem omnium*; de qua genus humanum non nisi solus dominus noster Jesus Christus commercio suæ redemit passionis, & mutata nativitate nos eruit. *Solus utique venit quærere, & salvare quod perierat*, ut libertas, quæ per temerariam fuerat dejecta superbiam, instauretur reparata per gratiam: mutuaque vice humanæ voluntatis arbitrium, sicut sequendo diabolum, captivitatem meruerat sempiternam, sic reformatæ subsequendo libertatis auctorem, amissum rediret ad præmium. Hinc est quod ipse dominus ait: *Cum vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*. Et apostolus beatus Paulus exequitur: *cum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ*, id est alieni a justitia; *liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ*: & iterum idem ipse: *libertatem*, inquit, *qua vos Christus liberavit*. Nonne ipse vas electionis affirmat, & dicit: *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate*; ne etiam in mala voluntate, & velle & perficere Deus putaretur operari. Illud autem Pelagianorum peculiare virus est, olimque detritum, quo putant gratiam Dei secundum merita hominum posse conferri, quod absit a mentibus Christianis, cum testetur apostolus: *Gratia est quæ gratis datur*: *alioquin si ex operibus gratia, jam non est gratia*, quia merces redditur non gratis, unde gratia nomen accepit impenditur. Quis autem audeat dicere Christianus, aliquid habere boni sine gratia, quando magister gentium clamat, cuncta breviter in se dona concludens: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit*; ut ostenderet, quia donum gratiæ non ipse præcesserit, sed fuerit subsecutus; atque monstraret cooperatorem se esse gratiæ subsequendo: *sed plus omnibus*, inquit, *illis laboravi*. Ac rursus veritus ne de se præsumere videretur, adjunxit: *non ego, sed gratia Dei mecum*. Non dixit: ego & gratia Dei mecum; sed præposuit gratiam præcedentem se, atque subjunxit. Quid autem haberi possit sine gratia, cum sit fides ipsa per gratiam; eodem apostolo nos docente: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*. Nec aliud est misericordia divina quam gratia. Audiamus etiam quemadmodum informat ecclesiam: *Gratia*, inquit, *salvi facti estis per fidem*: ut principium salutis & fidei a gratia cœpisse diceret, sicut secutus annectit: *& hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne quis extollatur*; idem ipse alibi generaliter & absolute pronuntiat, dicens: *Quid enim habes quod non accepisti? Aut si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Quis sufficiet singula recensere? quibus evidenter apparet, non naturalis libertatis arbitrium gratiam promereri, sed potius per gratiam recipere, ut a servitute, quam peccando meruerat, misericorditer absolutum esset. Hujus sacramenti redemptione ante mundi principium sempiterna providentia præparati, sive nondum prolata lege, seu sub observatione legali, figuralibus signis atque sacrificiis

Joan. 1. 14

Ecclesi. 40.

Matth. 18

Rom. 6.

Galat.

Philip. 2

Cor. 15.

Ibidem.

1. Tim. 1.

Ephes. 2

Ibid

1. Cor. 4

ciis omnium sanctorum virorum fœminarumque sanctarum vetus origo mundata est, universisque justis per gratiæ spiritum hoc de longe adorando mysterio salutis æternæ remedia contigerunt, cujus in Christo manifestata gentibus plenitudo, mundum purgat, & renovat, beatitudinisque perpetuæ vere facit esse participes. Quapropter nimis incusamus fratres, & coepiscopos nostros, maxime per Piceni provincias ecclesiam domini gubernantes, qui non solum ineptissimi senis, abjectæque personæ pravum non deterruere colloquium, verum & suo nutrivere consensu. Quis audiat? quis ferat, passos esse pontifices, ut cadaver nescio quod indignum, presbyterum sibi non acquiescentem audire, communione privaret? quomodo talis vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est? qui insuper leges dedit, libenter [1] exceptus, ut servi Dei cum puellis sacris congregatione dedecorissima miscerentur? nam cum spirituales animi, etiam cum desint ista consortia, imaginariis infestentur illecebris, quemadmodum alterni sexus intuitu, [2] qui illicite nolentes non vehementius incitentur? Adhuc majus scelus accrescit, ut sub conspectu & præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum ecclesiasticorum lumina magistrorum, *musca moritura*, sicut scriptum est, *exterminans oleum suavitatis*, lacerare contenderet. Sed quid miremur ecclesiarum præsules ista negligere, quos sicut a multis audivimus, contra canones omnia gerere, & contra apostolicam * disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est; non servatis regulis ordinare, liciteque non solum monachos, sed etiam ministros ecclesiæ cum fœminis ad peregrina migrantes remeare rursus, & ab aliis episcopis in militiam provehi clericalem? Quæ cum singula toleranda non sint, quis sustineat tot & talia facinora perpetrari, quibus spectaculum Gentilibus, Judæis, & hæreticis non immerito præbentes, in ipsum (quod absit) tendere videatur religionis excidium? digneque ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis apostoli: *Nomen enim Dei per vos blasphematur in gentibus*. Sufficiat igitur hactenus fuisse hæc commissa, & ut placetur Deus humanis rebus, solicitius divina curentur. Nusquam loci prorsus inveniatur præfatæ pestis asertor, nec accessum prorsus ecclesiæ vel usquam participationem catholicæ communionis inveniat qui hæreticorum mavult subsequi nefaria professione consortium: & hi, cum quibus antea probabitur noxium miscuisse colloquium, nisi resipiscunt, & ab ejus societate discedunt, ab ecclesiastico remoti servitio, devota ultione plectantur, quo ceteris cavendi ministretur exemplum, nullum adeat, nec usquam loqui damnatæ olim blasphemiæ jam finantur: discreta suis habitationibus virorum atque feminarum, sicut sanctum propositum decet, exerceatur circumspecta devotio. Contra canonum constituta nullus * ad ecclesiasticum permittatur * officium: non ignoraturis provinciæ uniuscujusque rectoribus, nec de præteritis se veniam repetituros erroribus, si deinceps dissimulaverint vitare patefactos: nec excusationis de cetero relinquetur occasio, si post præcepta præsentia, quæ per Romulum diaconum, cujus solertiam pro fide catholica, & pro religione vigilantiam gratissime comprobamus, duximus destinanda quisquis super his omnibus aut contemptor aut negligens deprehendetur antistes. Sicut enim ad sedis apostolicæ moderamina pertinet, cunctis solicitudinem debitam ministrare congruenter ecclesiis; ita necesse est, ut in contumaces, & desides traditam sibi divinitus non dissimulet potestatem. Data Kalendis Novembris, Albino viro clarissimo consule. * Anno Christi 493.

Viros non esse congregandos cum feminis.

Eccles. 10.

* 1 Cor. 14.

Rom. 2.

Diversa habitatio virorum & sacrarum virginum.

* Nic. 9. 10.

* promoveatur.

Nota Severini Binii.

a *Epistola*.) Hæc epistola circularis data est a Romanes episcopos in Piceno positos, qui plurimum dolet Pelagianam hæresim in eadem provincia coalescere cœpisse. Missa est per Romulum S. R. E. cardinalem diaconum. Tres in ea enumerat & refutat Pelagianas sententias. Earum prima illa est. Quod prædicans circulator, senex probrosus & indoctus negaret infantes cum peccato originali corripi, & ei obnoxios reddi. Secunda ista, Parvulos sine baptismo non posse damnari. Tertia demum erat, Hominem per liberum arbitrium ipsa natura suffragante posse beatum reddi, tantamque vim liberæ voluntati inesse dicebat, ut si vellet, etiam sine Dei auxilio posset inter adolescentulas versari, easque contrectare, & tamen non inquinari. Quare cum ad prædictas hæreses acceptandas, more hæreticorum, carnis lasciva delectationes proposuisset, & ad bestias terræ capiendas rete carnis, quo uti solent, expandisset, hanc paternam admonitionem, & pastoralem vigilantiam non obstante metu Anastasii imperatoris Eutychiani & Theodorici regis Arriani in Italia regnantis exercere oportebat.

Epistola encyclica

VIII. AD [a] ANASTASIUM IMPERATOREM.

Præmissa excusatione, cur ad imperatorem non scripserit, illum hortatur ut apostolicæ sedi obtemperet, &, Acacii nomine damnato, ecclesiarum pacem restituendam curet.

* Gelasius episcopus ad Anastasium Augustum.

* Gloriosissimo imperatori Anastasio Gelasius episcopus.

FAmuli vestræ pietatis, filii mei, Faustus magister & Irenæus viri illustres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad urbem reversi, clementiam vestram quæsisse * dixerunt, cur ad vos meæ salutationis scripta non miserim. Non meo, fateor, instituto; sed cum directi dudum de partibus orientis vel videndi me licentiam, sibi vestris præceptionibus abnegatam, tota urbe disperserint, a literis credidi temperandum, ne onerosus potius quam officiosus existerem. Videtis igitur non mea dissimulatione proveniffe, sed competentis fuisse cautelæ, ne respuentibus animis molestias irrogarem. Sed ubi serenitatis tuæ benevolentiam comperi, præfatis indicantibus, humilitatis meæ clementer expetisse sermonem, jam revera perpendi, [3] imputandum non immerito mihi, si tacerem: quia, gloriose fili, [4] te sicut * Romanus natus, Romanum principem amo, colo, [5] suscipio: & sicut Christianus, cum eo, qui zelum Dei habet, secundum scientiam veritatis [6] habere desidero: & qualiscumque apostolicæ sedis vicarius, quodcumque * plenæ fidei catholicæ deesse comperero, pro

* dicuntur

* Romæ

* quod ubicumque plene

1 Forte, *exceptus*. Hard. 2 Forte, *ejus illicite*. Hard.
3 Codex Capituli Veronensis pervetustus, cum quo collata est hæc epistola, legit: *reputandum*.
4 Id Cod. *&* *sicut*. 5 Id. Cod. *suspicio*. 6 Forte, *pacem habere*. Hard.

pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo. Dispensatione etenim mihi divini sermonis injuncta, *vae mihi est, si non evangelizavero*. Quod cum vas electionis beatus Paulus apostolus formidet & clamet, multo magis mihi exiguo metuendum est, si divinitus [1] inspiratum, & paterna devotione transmissum, subtraxero ministerium prædicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam judices divinæ rationis officium. Absit, quæso, a Romano principe, ut intimatam suis sensibus veritatem arbitretur injuriam. Duo [2] quippe sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas * sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus [3] domino in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis * expetis, inque sumendis cælestibus sacramentis, eisque (ut competit) disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam præesse. Nosti itaque inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusæ videantur obviare sententiæ; quo (rogo) te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen incumbit pontificibus, siluisse pro divinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui, cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus, fidelium convenit corda submitti: quanto potius sedis illius præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & divinitas summa voluit præeminere, & subsequens ecclesiæ generalis jugiter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni, quem Christi vox prætulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est, & habet devota primatem. Impeti possunt humanis prætumptionibus, quæ divino sunt judicio constituta, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum, quod ab ipso sacræ religionis auctore præfixum est, non potest ulla virtute convelli: *Firmamentum enim Dei stat*. Numquidnam cum aliquibus infestata religio est, [4] quantacumque potuit novitate superari, & non magis hoc invicta permansit, quo æstimata est posse succumbere? Desinant ergo (quæso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticæ præcipitanter ambire quæ non [5] licet, ne & illa, quæ male appetunt, nullatenus apprehendant, & modum suum apud Deum & homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pure ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor, & exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias: rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod absit) in divino judicio sentias accusantem. Nec me latet, imperator Auguste, quod pietatis tuæ studium fuerit in privata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis æternæ. Quapropter noli, precor, irasci mihi, si te tantum diligo, ut regnum, quod temporaliter assecutus es, velim te habere perpetuum, & qui imperas sæculo, possis regnare cum Christo. Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil * perire, Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Itane verum est, princeps egregie, qui non solum præsentia Christi beneficia, sed desideras & futura, ut religioni, ut veritati, ut sinceritati catholicæ communionis, & fidei, temporibus tuis, patiaris quemquam inferre dispendium? Qua fiducia (rogo te) illic ejus præmia petiturus es, cujus hic damna non prohibes? Non sint gravia, quæso te, quæ pro tuæ salutis æternitate dicuntur. Scriptum legisti. *Meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici*. Quæso pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Verum est, quod figuraliter per prophetam scriptura testatur? *Una est columba mea, una est perfecta mea*, una est Christiana fides, quæ est catholica. Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum, atque ab eorum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communione * divisa est. Alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa jam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæresibus aditum januamque pandamus. *Qui enim in uno offenderit, omnium reus est*: & *Qui minima spernit, paulatim decidit*. Hoc est quod sedes apostolica magnopere * cavet, ut quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus avertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proveniret, [6] unde cuiquam resistere dauderemus errori, vel unde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua unius civitatis populum negat posse [7] pace componi, quid nos de totius orbis terrarum sumus universitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit prævaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana patrum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civitatis populus, si prædicatio * fida succedat? Ergo, gloriose imperator, * nolo ego ecclesiarum pacem, quam, etiamsi cum mei sanguinis impendio provenire posset, * amplector? Sed (precor te) cujusmodi debeat esse pax ipsa, non utcumque, sed veraciter Christiana mente libremus. Quomodo enim potest esse pax vera, cui caritas intemerata defuerit? Caritas autem qualiter esse debeat, nobis evidenter [8] apostolus prædicat, qui ait: *Caritas de corde, puro, & conscientia bona & fide non ficta*. Quomodo (quæso te) *de corde erit puro*, si contagio inficiatur externo? Quomodo *de conscientia bona*, si pravis fuerit malisque commixta? Quemadmodum

1. Cor. 9

* sacrata

Quanto præsterent pontifices regibus

* expetis

Omnibus sacerdotibus, præsuli Romano pontifici parendum.

* divulsa

Prov. 27

Cant. 6.

Catholica fides quæ.

Jacob. 2.

Eccles. 19.

* præcavet

Sedes apostolica non potest errare.

* fidei

* nolo negligo

* amplectar

Pax Christiana quæ.

1. Tim. 1.

9. Tim. 1.

1 Id. Cod. *inspirato . . . . transmisso.*
2 Hæc sententia citatur lib. 5. capitul. c. 167. & ab Hincmaro opusc. 9. n. 39. *Hardulnur.*
3 Id. Cod. *hominum.*
4 Cod. Veron. *quantumque*: Quesnellus legit, *quacumque.*
5 Id. Cod. *non licent.*
6 Id. Cod. *vel vel jam.*
7 *Pace* deest in eod. Cod.
8 Id. Cod. *per Apostolum prædicatur.*

modum *fide non ficta*, si maneat sociata cum perfidis? Quæ cum a nobis sæpe jam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, & tamdiu non taceri, quamdiu nomen pacis obtenditur; ut nostrum non sit (ut invidiose jactatur) facere pacem, sed talem velle doceamus, qualis, & sola pax esse, & preter quam [1] nulla esse monstratur. Eutychianum certe dogma, contra quod apostolicæ sedis cautela pervigilat, si creditur salva fidei catholicæ posse veritate constare, promatur, asseratur, & quantislibet viribus adstruatur, ut non solum per seipsum, quam inimicum sit fidei Christianæ possit ostendi, sed quantas & quam lethales hæreses in sua contineat colluvione, monstrari. Si autem (ut magis confidimus) a catholicis judicatis mentibus excludendum, quæso te, cur non & contagia simul eorum, qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda, cum dicat apostolus: *Non solum qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiam qui consentiunt facientibus?* Proinde sicut non potest, perversitatis communicatore suscepto, non pariter perversitas approbari: sic non potest refutari perversitas, complice sectatore perversitatis admisso. Legibus certe vestris criminum conscii, susceptoresque latrocinantium, pari judiciorum pœna constringuntur: nec expers facinoris æstimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœdusque receperit. Proinde cum Chalcedonense concilium, pro fidei catholicæ atque apostolicæ veritate communioneque celebratum, damnaverit Eutychen detestandi furoris auctorem; non satis habuit, nisi ut pariter ejus quoque consortem Dioscorum ceterosque percelleret. Hoc igitur modo, sicut in unaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambiguum, successores eorum [2] Timotheum, Petrum atque alterum Antiochenum Petrum, non viritim propter singulos quosque rursus facto concilio, sed synodi semel [3] acta regula consequenter elisi. Quemadmodum ergo non evidenter apparet etiam cunctos simili tenore constringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni: hinc Acacium quoque jure dicimus a nostro consortio submovendum, qui maluit in sortem transire perfidiæ, quam in catholicæ atque apostolicæ communionis sinceritate constare, [4] cum fere [5] per triennium, ne in id veniret, apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus. Postquam vero communionis est factus alienæ, non potuit nisi a catholicæ & apostolicæ mox societate [6] præcidi, ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subiisse contagia perfidorum. Sed revera vel tali perculsus pœna resipuit, correctionem promisit, emendavit errorem? aut ille tractatus lenius [7] voluerat coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia & damnatione [8] moriente, tam ejus in ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quam externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum se ille communioni permiscuit, aut cum eisdem non potest non repelli. Si autem susurrant orientis episcopi, quod ad eos sedes apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem apostolicam suis literis fecerint certiorem, vel hujus receptionis inconditæ non jam pariter complices extitissent; quem sicut vere non possunt docere ab hæretica pravitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenus poterunt exculare consortes. [6] Quod si fortassis adstruxerint, quod ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona [9] voce retulerint, per eumdem sibimet omnes pari [10] voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ vero sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis ecclesiæ prælata sit universæ, & canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, [8] utrum sibi quisquam contra Nicænæ synodi constituta quippiam valeat usurpare, collegio potest unius communionis ostendi, non mentibus externæ societatis aperiri. Apud illos si quis confidit, egrediatur in medium, & apostolicam sedem de utraque parte revincat & instruat. Tollatur ergo nomen e medio, quod ecclesiarum discretionem procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur, & unitas: & tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatem, competenter & legitime perquiratur. Et illic apparebit, quis modesto proposito custodiat formam traditionemque majorum: quis supra hæc irreverenter insiliens, rapina æqualem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii, non posse removeri; taceo, quia & hæretico quondam Macedonio pulso, & Nestorio nuper ejecto, plebs Constantinopolitana catholica permanere delegerit potius, quam majorum præsulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quod qui ab eisdem ipsis damnatis præsulibus, baptizati fuerant, in fide catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestræ pietatis auctoritas refrenarit: atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario vobis Constantinopolitanæ civitatis obtemperat multitudo, si eam ad catholicam & apostolicam communionem vos principes reducatis. Etenim, imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione potuisses: ad divinitatis puram sinceramque devotionem, ut tibi plebs subdita redigatur, conscientiæ tuæ non putas interesse? Postremo, si unius civitatis populi animus non putatur offendi, ne divina (ut res postulat) corrigantur: quanto magis, ne divina offendantur, catholici nominis universis piam fidem nec lædere debemus omnino, nec possumus? Et tamen iidem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergo sinant curari se posse remediis: alioqui (quod absit) in eorum transeundo perniciem, cum illis perire possumus, ipsos vero salvare non possumus. Jam hic quid sit magis sequendum, sub divino judicio

Rom. 1.

[10] vice Primatus sedis apostolicæ.

[8] voluerat

[8] maneat

1 Id. Cod. *pax nulla*. 2 Id. Cod. *Timotheum, Petrum, atque alter Antiochenum Petrum*.
3 Id. Cod. *acta regula consequenter elisi*. 4 Anno 478. 479. 480. Alium iniit calculum Liberatus cap. 18. *Hard.* 5 Anno 484. 6 Cod. Veron. *Qui si*.
7 Id. Cod. *voluntate*. 8 Id. Cod. *vel utrum*.

dicio vestræ conscientiæ derelinquo: utrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad vitam; an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem. Sed adhuc apostolicam sedem, sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas sæpe languentium, ut accusent magis medicos congruis observationibus ad salubria revocantes, quam ut ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, [1] quia animarum remedia convenientia ministramus: quid vocandi sunt qui resultant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis; qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore servari; qui contra divinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic & nos ceteri, qui in errore sunt, æstimant, quod eorum non consentiamus insaniæ. Ubi tamen spiritus superbiæ veraciter consistat & pugnet, veritas ipsa * indicat.

* judicat

Notæ Severini Binii.

Quare hanc apologiam ad Anastasium scripserit Gelasius.

a *Epistola.*) Cum circa finem anni 493 Theodorici regis legati Constantinopoli revertissent, atque ea quæ ab imperatore Anastasio acceperant Gelasio pape nuntiassent: ipse Gelasius apologeticam epistolam hanc ad eumdem Anastasium conscribsit, quam in capitularibus regni Francorum citatur lib. 5. cap. 167. His literis persuaderi non potuit, ut remoto obice, ecclesiis unionem & pacem redderet. Obstitit Euphemius, asserens ab apostolica sede magis exerceri vindictam, quod ab Acacio spreta esset, quam justitiam defendi. Epistolam scripsam esse anno pontificatus Gelasii tertio, qui est Christi 494 ex eo colligitur, quod Anastasius hoc tempore se Eutychianum esse hæreticum, & Acephalorum secta signiferum tectam declararit: quem constat anno sequente virus in pectore occultatum plane evomuisse.

b *Cum fere sex triennium.*) Hujus triennii initium referendum est ad 15. annum Simplicii, quo Acacius delictum commisit, ut patet supra in notis epistolarum Simplicii 15. & 17.

IX. AD EPISOPOS LUCANIÆ.

Nonnulla ecclesiastica instituta exponuntur.

(a) Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam & Brutios & Siciliam constitutis Gelasius.

TITULI DECRETORUM

Papæ Gelasii, num. XXVIII.

I. *De constitutis ecclesiasticis, pro temporibus qualitate moderandis.*

II. *Ut ubi nulla perurget necessitas, constituta patrum inviolata serventur, vel cum defuerint clerici, de monachis eligantur.*

III. *Ut si qui de laicis eliguntur ad clericum, multo solicitius in his, ea quæ de monachis dicta sunt, inquirantur.*

IV. *Ut ab episcopis, præceptione papæ, novæ basilicæ dedicentur.*

V. *Ut nulla* * *prædia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur. Quod si qui hoc perpetraverint, honoris sui periculo subjacebunt.*

* *al. pretia*

VI. *Ut presbyteri modum debitum servent, non chrisma conficiant, non consignent nec præsente quolibet episcopo, nisi jubeantur ab ipso, vel orare, vel sedere præsumant, nec acolythum, vel subdiaconum faciant.*

VII. *Similiter ut diaconi mensuram propriam juxta patrum decreta custodiant.*

VIII. *Quod diaconi in presbyterio residere non possint, nec sacri corporis prærogationem, præsentibus debent usurpare presbyteris.*

IX. *Quod apostolica sedes paternos canones pio studio, devotoque custodiat.*

X. *Ut præter paschale tempus, & pentecosten nemo baptizare præsumat, nisi eos tantum quos ægritudo extrema compulerit.*

XI. *Presbyterorum, & diaconorum ordinationes certis celebrari posse temporibus.*

XII. *Ut præfixis diebus virgines consecrentur.*

XIII. *Ut viduæ non velentur.*

XIV. *Ut nullus præsul vel ecclesiæ, vel monasterii servum, aut originarium, nolentibus dominis, sub nomine religioso defendat, honoris & communionis periculum subiturus quisquis hoc perpetrare tentaverit.*

XV. *Ut clerici nulla negotia inhonesta, nec turpia lucra sectentur.*

XVI. *Ut nemo literas nesciens, vel aliqua parte corporis minutus, provehatur ad clerum.*

XVII. *De his, qui seipsos abscindunt.*

XVIII. *Quod ad clerum criminosi nequeant promoveri, & in clero positi, si in aliquibus fuerint inventi flagitiis, a suis officiis arceantur.*

XIX. *Quod dæmonis, aliisque passionibus inretitis, ministeria sacra tractare non liceat.*

XX. *Quod hi, qui se sacris virginibus sociant, & fœdera incesta commiscent, communicare non possint, nisi forte publicam pœnitentiam gesserint.*

XXI. *Quod viduæ, ut supradictum est, non velentur. Et si professam continentiam proposito mutato cascaverint, ipsæ pro se rationem sint* * *ideo reddituræ.*

* *al. damnas.*

XXII. *Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.*

XXIII. *Ut si quis susceperit ecclesiæ propriæ desertorem, & in aliquam provexerit dignitatem, utique sententiæ subjaceant, quam canones addixerunt.*

XXIV. *Quod si qui ex monachis, aut laicis eliguntur ad clerum, cum nulla cogit necessitas, antiqua in eis debentur instituta servari. Quod si probentur sacram mercati esse pretio dignitatem, ab officio deponantur, nam dantem, & accipientem Simonis magi crimen involvit.*

XXV. *Dei sacris locis noviter institutis, quamvis superius dictum sit, hoc nunc tamen adjicitur, ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.*

XXVI. *Quod nefas sit, fœminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officiis deputata præsumere.*

XXVII. *Quod in unaquaque ecclesia, cui episcopus præest, tam de redditibus, quam de fidelium oblationibus quatuor debeant fieri portiones: ut una sit episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta ecclesiæ fabricis applicetur.*

XXVIII.

1 Id. Cod. *qui animarum.*

(a) In vetustissimo Luccensi Cod. num. 490. iste titulus sic enunciatur. *Gelasius Episcopus universis Episcopis per unamquamque provinciam constitutis.* Mansi.

XXVIII. *Quod episcopus, presbyter, & diaconus, a quocumque clerico veraciter fuerit accusatus, quod adversus hæc constituta fecerit, potest sine dubitatione percelli, sui etiam honoris periculum episcopus subiturus, si hæc omnia ecclesiæ noscenda tacuerit.*

* Caput primum.

NEcessaria rerum * (a) dispensatione constringimur, & apostolicæ sedis moderamine convenimur; sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & reparandis militiæ clericalis officiis, quæ per diversas Italiæ partes ita belli famisque (b) consumpsit incursio, ut in multis ecclesiis (sicut fratris & coepiscopi nostri Joannis Ravennatis ecclesiæ sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficiente servitio * ministrorum (c) nisi remittendo penitus per ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant (sine quibus administrare nequeant) sacris ordinibus ecclesiæ funditus destitutæ; atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii, salutare subsidium redimendarum desit animarum: nosque magno reatu, si tanto coarctante periculo, non aliquatenus (d) videamur innecti.

* omissa hactenus capita restituimus eorumque titulos ex codice canonum universæ ecclesiæ annis 1595. & 1690. edito.

* disputatione vel dispositione Grat. a q. 7. Pro tempore necessitate rigor canonum relaxatur.

* consulamus

ministriorum.

Caput II.

* PRiscis igitur pro sui reverentia manentibus constitutis; quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodire, eatenus ecclesiis, quæ vel cunctis sunt privatæ ministris, vel sufficientibus usque adeo dispoliatæ servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam (e) intuendi quam promovendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

Ut * si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, in primis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundum non habuit fortassis uxorem, nec a marito * relictam fortitus ostenditur: si pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet: si servili aut originariæ non est conditioni obnoxius: si curiæ * jam probatur nexibus absolutus: si affectus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium: ut si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat: ac si modestæ conversationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui ta-men, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse devotio.

* Dist. 55. c. Presbyteros. Nisi necessitas urgeat penitus omnino servanda statuta.

* Dist. 77. c. Si quis. Quæ requiruntur in monachis, qui ad clerum promoveantur.

relictam

etiam

Caput III.

* SI vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto solicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique convenientia ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quærendum est institutis, * quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur: ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit; ne per occasionem supplendæ penuriæ clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse (f) judicemur, non legitimæ familiæ computemur procurasse compendia: quorum promotionibus super anni metas, sex menses nihilo minus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam, divino cultui deditam *, & de laicorum conversatione venientem: quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt, ministeria renoventur: quatenus his Deo propitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur: nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege proponitur: ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. Quo magis hac opportunitate commoniti, observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

* Dist. 77. c. fin. §. si vero laicus. Qui laici ordinari possint.

quanto

* cautam dispensationem vocat Vendelstinus.

Nec fas esse * confidat quisque pontificum, Dbigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet * (g) pœnitentium, vel sine literis, vel corpore * vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare mysteriis: neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere, absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

Qui ad clerum accedere prohibeantur.

* Dist. 50. c. non credidit.

* post pœnitentiam minutos

Caput IV.

* BAsilicas noviter institutas, non petitis ex more 3 præceptionibus, dedicare non audeant, nec ambiant episcopi sibimet vindicare E clericos potestatis alienæ.

* De consecr. dist. 1.

Caput V.

* BAptizandis consignandisque fidelibus sacerdotes preria nulla præfigant, nec il-

* 1. q. 1. c. Baptizandis. A baptizandis vel confir-

1 Citatur & a Nicolao Papa in epist. 2. ad Michaelem Imperatorem). *Harduinus.*
2 Citatur a Nicolao Papa in epist. 2. ad Michaelem Imp. tametsi quædam ibi ab istis discrepant. *Harduinus.*
3 Infra cap. 25. *præcepto sedis Apostolicæ.*
(a) *Dispositione.* (b) *Consumpserit.* (c) *Nil.* (d) *Consulamus.*
(e) *Instituendi.* (f) Deest *judicemur.* (g) *Post pœnitentiam.*

gandis pretia non exigenda. Matth. 10.

latationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant; certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

Caput VI.

Quæ presbyteris prohibentur. * Dist. 91. c. presbyteros

NEc minus etiam * presbyteros ultra modum suum tendere prohibemus: nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem: non præsente quolibet antistite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis, vel actionis sacræ * supplendæ sibi præsumant esse licentiam; neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant, aut * (a) veneranda tractare mysteria. Nec sibi meminerint ulla ratione concedi, sine summo pontifice, subdiaconum aut acolythum jus habere faciendi: nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exequendum, continuo se presbyterii dignitate & sacra communione privati. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsule deferente, hujusmodi fuerit * prævaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventiæ & ultione vacaturo, si immoderata facientem dissimulaverit vindicare.

* arripere aut suopetere ex ed. Wen desstini
* venerabilia
* præsumpto

Caput VII.

Quæ diaconi facere non possint. * Nic. 18.

DIaconos quoque propriam constituimus servare mensuram, nec ultra tenorem * paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: nihil eorum penitus suo ministerio applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi, prædictis fortasse officiis longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur.

Caput VIII.

Vide notas can. [illegible] Andegavensis, supra. * celebrantur.

NOn in presbyterio residere, cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus * habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prærogationem, sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi.

Ecclesiastici canones ab omnibus observandi.

Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis compendio fortasse videantur laxanda, credamus.

Caput IX.

CUmque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes apostolica * superior his omnibus, favente domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio devotoque studeat tenere proposito; satis indignum est, quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat & docere: satisque conveniens sit, ut totum corpus ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi dominus ecclesiæ totius posuit principatum, dicente scriptura: *Ordinate in me caritatem*. Et item. *Omnia cum ordine fiant*. Atque iterum psalmista prædicante: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, & distribuite gradus ejus, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula*. Hic procul dubio, qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, & in cujus virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster & rector populis prædicandus est Christianis: ubi nemo sibimet aliquid jam existimet imminutum, cum & de uniuscujusque gradus perfectione nihil deperit, & convenienter retinendo, quod cœlesti dispensatione collatum est, pariter nobis & cognoscibilem Deum fieri, & tribuit esse rectorem. Nam & si quid indulgetur de temporum quantitate moribus aggregata strenuitate pensatur: si vitæ * jam proposito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata * subrepant quorum quodlibet, si inesse claruerit, merito clericalibus insulis reprobabilem convincat esse personam. Et si illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si ceterorum constet integritas, sola nocere non valeant: illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum (b) temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectus excusat: quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

Cant. 2. 1. Cor. 14. Psal. 47.

* superior his in edit. 1525. & 1609.
* etiam
* subripiant

Caput X.

* De consecr. dist. 4. baptizandi.

* BAptizandi sibi quisquam passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter paschale festum & pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu: in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præventus abscedat.

Baptisma in paschate & pentecoste conferendum.

Caput XI.

* Dist. 75. c. fin. Sacri ordines statis temporibus conferendi.

* ORdinationes etiam presbyterorum & diaconorum, nisi certis temporibus & diebus, exercere non (c) debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi, & decimi, sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediana quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis * causa, seu presbyterum seu diaconum his * præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

* hæc vox abest a c. Just. & ab edit. 1525. & 1609. ac sine ea constare potest sensus.
* præferri

Ca-

(a) *Venerabilia.* (b) *Deest temporumque* (c) *Non audeant.*

Caput XII.

* 20. q. 2. Devotis. Virgines sacra quando velandæ.
* epiphaniorum

* DEvotis quoque Deo virginibus, nisi aut in * epiphaniarum die (a) aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponant, (†) nisi forsitan (sicut de baptismate dictum est) gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur.

Caput XIII.

Viduæ non velandæ.
* sub aliqua benedictione
* conferenda, inferenda

* VIduas autem * velare pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica sunt * ferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

Caput XIV.

* Dist. 54. Servi absque dominorum consensu non ordinandi
* possessionem
* cohibentibus

* GEneralis etiam querela vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos & originarios, dominorum jura * possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, * conniventibus quoque præsulibus, indifferenter admitti: quæ modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti: præcipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus solicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum, sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. *Magnis quippe studiis*, secundum beatum apostolum, *præcavendum est, ne fides & disciplina domini blasphemetur.*

1. Tim. 6.

Caput XV.

* Dist. 88 Clericis negotiationes & turpia lucra prohibentur.

Matth. 22. Joan. 2. 2. Tim. 2.

Psal. 70.

* COnsequens fuit, ut illa quoque, quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, qua ipse dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec apostoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo, militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus:* Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: *Quoniam non cognovit negotiationes, introibo in potentias domini.* Proinde hujusmodi aut ab * indignis post hac quæstibus noverint abstinendum, & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis (b) abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne officina negotiationis & spelunca potius sit latronum.

* 14. q. 4 Clerici

Luc. 19. Isai. 50.

Caput XVI.

* Dist. 56. Illiterati & corpore vitiati ad clerum non promoveantur.

Levit. 21. Deut. 17.

* ILliteratos, quoque, & nonnulla parte corporis imminutos, sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, & apostolicæ sedis vetus forma non recipit: quia nec literis carens sacris esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil prorsus Deo offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cetero modis omnibus (c) hæc vitentur nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria, vel incuria præsidentium tales ante suscepti sunt, in his quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis (d) accipiant: satisque habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

Caput XVII.

Nicæn. 2. Canon apostolorum 25. 22. 23.

DE his autem, qui seipsos abscindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt; quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim, talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat, quidquam præter illa, quæ memorabilis decrevit forma, censere.

Caput XVIII.

De consecr. dist. 2. Comperimus. Criminosi in clerum non promovendi.

COmperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretione submota, non solum de factis atrocibus necessariam pœnitudinem non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente, ad divinum ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem etiam in ipsis ordinibus constitutos, gravibus delinquentes facinoribus, non repelli, cum & apostolus clamet: *Nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis*; & majorum * veneranda constituta pronuntient, hujusmodi, etiam si forte subrepserint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere repelli, quam sacræ professionis oblitos, prævaricatoresque sancti propositi, procul dubio submovendos.

2. Tim. 5.

* Nicæni 9to.

Caput XIX.

* Dist. 55. Dæmoniacis similibusque passionibus irretitis ministeria sacra non licet tractare.
* dæmone aliisque
* mysteria
* ac

* USque adeo sane comperimus, illicita quæque prorumpere, ut (e) dæmoniacis * similibusque passionibus irretitis, ministeria * sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua * fidelium salute confidet, ubi ministros

---

1 Citatur & a Carolo Magno in Capitul. Aquisgran. anni 789. cap. 59. *Hardouinus*.
(a) Deest *aut in albis paschalibus*.
(b) *Abiere*. (c) Deest *hoc vitentur*. (d) *Accipiant*. (e) Dæmonis.
(†) Burchardus lib. VIII. cap. 15. inserit: *& alis ante 25. annos*. Ita lego in Meo MS. Cod. nam & in editio extet, ignoro.

stros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum fortassis aut debilem, nequaquam sancta contingere lex divina permittit: quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente * perculsos?

Rom. 14. 1 Cor. 8. Levit. 21.

* percussos?

Caput XX.

27. q. 1. Virginibus. His qui sacris virginibus se sociarunt, non nisi post publicam pœnitentiam conceditur communio.

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum, incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a sacra communione detrudi, & nisi per publicam probatamque pœnitentiam, omnino non recipi, (a) sed tamen viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non (b) negetur.

Caput XXI.

* 27. q. 1. Viduæ propositum castitatis non servantes peccant.
* latius duximus differendum.
1 Tim. 5. 1. Cor. 7.

Nam * de viduis sub nulla benedictione velandis, superius * (c) late sufficienterque prædiximus. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, (d) quia (juxta apostolum) *primam fidem irritam fecerunt*. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum apostolum, nullatenus nubere vetabantur; sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiæ fidem * debent custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere; sed solum adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini judicii, ut & nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe, * ut de earum moribus (e) actibusque beatus apostolus testatur, quod * plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur.

* debuerunt
* quæ
1 Tim. 5.
* plenius ita in Luc.

Caput XXII.

Secundæ nuptiæ sæcularibus permittuntur, qui tamen ad clerum accedere prohibentur.

Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio (f) dedicata.

Caput XXIII.

Episcopi propria relicta ecclesia ad aliam se non transferant.
* ad quem profectus est.
* Nicæni 15. & 16. Simoniaci deponuntur.

Quisquis propriæ desertor ecclesiæ, nullis existentibus causis, ad aliam putaverit transeundum, temereque susceptus fuerit & promotus; reverendorum canonum vel ipse vel receptor ejus * atque provector constituta non effugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere servanda. *

Caput XXIV.

De monachis laicisque in prima (g) copiosius præceptionis hujus parte digestum est *, quæ vel quatenus his pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, ubi nullius * necessitatis interesse probatur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. * Quos vero constiterit indignos meritis, sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri non sine periculo facinus tale (h) perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

* Vide supra cap. 2. & 3.
* facti necessitas
* 2. q. 2. Quos constiterit
Actor. 8.

Caput XXV.

* De locorum consecratione sanctorum, quamvis * superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant: hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocumque * nomine defunctorum, & (quantum dicitur) nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris processionibus * audacter instituere memorantur: quæ quoniam tam acerba tam dura sunt (i), si revera Christianitatis affectus in illis regionibus certus & fixus est, & districtius ista quærantur, & a quibus fuerint gesta, prodantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate nominibus non extat, in quem sententia debita proferatur; ita cum manifestis fuerit documentis expositus, * quem tanti sceleris poscit immanitas, non * effugiet ullatenus ultionem.

* De consec. dist. 4. Ecclesiæ sine auctoritate Romani pontificis non dedicandæ.
* Cap. IV.
* quorumcumque professionibus
* quam
* vitabit

Caput XXVI.

Nihilo minus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subjisse despectum, ut fœminæ sacris altaribus ministrare * ferantur. & cuncta, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere.

Fœminæ sacris altaribus non ministrent.
* inferantur ita & in Luc.

Viso * quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxa * omnis & crimen eos respicit sacerdotes qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui (k) delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliuntur, ut in perversa quæque profanaque declives, sine ullo respectu regulæ Christianæ, præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptum sit: *Minima qui spernit, paulatim decidit*: quid est de talibus existimandum, qui immensis ac multiplicibus pravitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quæ non solum ipsos videatur obruere, sed & ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant, qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii se jacere dispendio, si non quanta possint celeritate festinent, ut lethalia vulnera competenti * medicatione * curentur. Quo enim more teneant jura pontificum, qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsident, potius operentur? Qui quantum apud dominum

* nisi ita & in Luc.
* noxiorum reatus omnis
Eccli. 19. 2.
* medicina sanentur
* salventur.

(a) Aut his certe.
(b) Negari.
(c) Latius diximus differendum.
(d) *Desunt sequentia usque ad* sicut enim.
(e) Actibus, quæ.
(f) Dedicandorum.
(g) Parte digesta
(h) Vendente.
(i) *Addit*: ut eadem vix noster ferre possit auditus si revera &c.
(k) Delatum

num possent, si non nisi convenientia procu- A rarent, tantum quid mereantur, aspiciant, cum execrabili studio sectentur adversa. Et quasi magis hæc regula sit, qua ecclesiæ debeant gubernari, si quidquid est ecclesiasticis inimicum regulis, perpetratur, cum & si cognitos habuit canones unusquisque pontificum, intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit * scientem. Quo magis excusatio nulla succurrit errantibus: quia * nesciens, proposuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

* ignorantem * nec scienter omnino legendum est ut habet c. Inst. & edit. canon. o. u.

CAPUT XXVII.

* 12. q. 2. Ecclesiæ reditus & fidelium oblationes quadripartito dividendæ.

* QUatuor autem tam de reditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum *, convenit fieri portiones. Quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis interest, integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic * clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum prætul impendia his B * designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.

* a Simpl. c. 2.

clericus

deputata

Matth. 5.

CAPUT XXVIII.

* 2. q. 7. * ne

Quæ

* Siota

* Anno Christi 494.

QUapropter * nec clericorum quispiam se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda deprompsimus, sive episcopum, sive presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, D non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, & ceteris interdictio delinquendi. * Sui vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Data v. Idus Martii, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus. *Et alia manu*: Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. *

X. AD EPISCOPOS SICILIÆ.

Ecclesiæ facultates ab episcopis, clericis & pauperibus distribui debere: diœceses & bona ecclesiæ ab episcopis triginta annos possessa eis non auferenda.

Gelasius Romanæ ecclesiæ episcopus dilectissimis & in Christi caritate unanimiter connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

* PRæsulum auctoritas nostrorum emanavit, ut facultates ecclesiæ episcopi ad regen- B dum habeant potestatem; ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est. Reliquum sibi episcopi vindicent, ut (sicut ante diximus) peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

* Quoniam præsulum

Illud etiam annecti placuit, ut si (quod absit) facultates ecclesiæ, nec non & diœceses, quæ ab aliquibus possidentur episcopis, jure sibi vindicent, quod * tricennalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum * tempus exclusit. Data Idibus Maii Asterio, & Præsidio viris clarissimis consulibus. * (a) C

* triccnnaria

* tutela, sive regula, aut potius cautela, quantum erui potest ex u. c.

* Anno Christi 494.

XI. AD EPISCOPOS DARDANIÆ ET ILLYRICI.

Commendat eorum religionem: Thessalonicensem episcopum, qui hæreticorum nomina damnare recusavit, apostolicæ sedis communione privatum esse, & Acacium in excommunicatione mortuum non posse absolvi significat.

Gelasius episcopus universis episcopis per Dardaniam * sive per Illyricum constitutis.

* in qq. codd. leg. & Daciam.

AUdientes orthodoxam vestræ dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos antiquæ fidei communionisque sinceræ traditionibus inhærentes, ut mentem Christianæ deditam veritati nullatenus infecerint prævaricatorum vicina contagia, magnificavimus dominum, caritatemque vestram missis literis alloqui per religiosos viros filios nostros Cyprianum atque Macarium diacones tota cordis aviditate curavimus: quoniam pro sedis apostolicæ principatu, cujus solicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in domino, magnisque gaudiis triumphamus. Cum ubique terrarum dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse co- E gnoscimus, quod non in petrosa devenens, æstu tentationis exaruit, nec viæ proximum cecidit vacantibus inimicis expositum, nec in spinis irruit suffocandum, sed in bonam terram piæ devotionis vestræ cælesti * factione dispersum in trigesimum & sexagesimum fructum centenariumque profecit, protectionemque

* fation.

(a) In meo MS. Burchardi Cod. l. VIII. cap. 46. hoc decretum tanquam ex epistola Gelasii ad Siciliensis Episcopos cap. 9. acceptum affertur: *Neque viduæ ad nuptias transire patimur, quæ religiose proposito diuturnæ observantiæ permanserunt. Similiter autem virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis ab monasteriis aetatem peregisse constiterit.*

que scilicet frumenti dominici mystica locutione designans. Quapropter exultantibus animis confidentius incitamur, ut ab Eutychianæ pestis incursu pectora vestra sapienter intemerata servetis: quoniam jam *qui perseverat usque in finem, hic salvus erit. Dominus prope est, nihil solliciti sitis*, si quidem major est, quod in nobis est, quam qui in hoc mundo, regnumque domini intra nos, (etiam scriptura testante) sit certum. Ut autem ab eorum, qui in errore sunt positi, noxia societate caveatis, nullum talibus communicantem ad vestrum recipiatis qualibet subreptione consortium: quia sicut in unaquaque hæresi cum pravitatis auctore damnato successores ejus & complices atque hujusmodi sectatoribus polluta communione permixtos catholica vitare debet integritas, ita cum Eutychete Dioscorus simulque Timotheus Ælurus & Petrus Alexandrinus, ejusque communicator Acacius, nec non etiam Antiochenus Petrus, cum suis sunt omnino participibus abdicandi. Nec quisquam, etiamsi pravitatem deponere se promittat, recitandis tamen nominibus consentiens perditorum, vel eadem recitantium minime communione discretus ad immaculata sacrilegiis ovilia quibuscumque modis est permittendus intrare, ut ecclesia Dei nostri, *quæ maculam rugamque non sustinet*, inviolata permaneat. Absint ergo a fidelibus Christi viperæ capitis dira commercia, & procul a cælestibus pascuis mortifera venena pellantur, ut salutaris alimonia panis illius, qui de cœlo descendit, fideles hanc sumentes ad vitam perducat æternam.

Matth. 10. Philip. 4. Luc. 19. Haeresis auctore damnato damnantur etiam sectatores. Ephes. 5. Joan. 6.

Quæ ut mutua valeamus exhortatione prosicere, det operam vestra dilectio, ut sospitatem vestræ caritatis optatam, & fidei communis instantia nobis crebrius aperire non desinat, quatenus alternis nos instructionibus excitantes, legitimorum domini sacerdotum possimus invenire mercedem. Per vicinas quoque provincias hæc eadem patefacere vestra caritas vigilanter insistat; ut & qui catholicæ communionis sinceritate subsistunt, competentibus roborentur alloquiis, & qui forsitan ab hujus rectitudine deviarunt, ad integritatem dogmatis Christiani salubribus monitis reducantur. Noverit autem vestra fraternitas ecclesiæ Thessalonicensis antistitem nostris adhortationibus sæpius incitatum, contagia communionis externæ nunquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacii, vel ceterorum similium perfidorum, hisque communicantium congrua professione damnasse. Quapropter eum communionem sedis apostolicæ non recepisse manifestum est, quoniam nisi puris sensibus, & ab omni nefanda societate beati Petri apostoli nec possumus nec debemus ecclesiæ præbere commercia. Propterea cautius agendum est cum præfato, ne catholicis mentibus, ut fiat, apostolicæ sedis reconciliatione subrepat; quam sicut dolosis artibus fallere & circumvenire non prævalet, ita sub cujus non potest obtinere auctoritatem quoque nostram, quæ ad Dalmatiarum est directa pontifices, etiam ad vos credimus dirigendam, quatenus in veritate catholica, secundum formam traditionis antiquæ tenere nos consonam noveritis ubique sententiam. Si quos vero novos didiceritis motus exurgere, nobis fraterna debetis solicitudine referare, quo subinde, quæ patrum regulis congruant, præstante domino, remedia procuremus.

Nec quisquam * omnino vobis persuadeat, Acacio prævaricationis suæ crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jureque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est. Absolutionem quam superstes nec quæsivit omnino, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare, siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram, & quæ solveritis super terram*. Ceterum jam de eo qui in divino est judicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id, in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi ejus nomine refutato, ceterisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam. Sed neque vos quisque circumvenire pertentet: quod dicat non de religione, sed de moribus esse certamen, vel apostolicam sedem non causam communionis catholicæ fideique tractare, sed injuriam dolere, cur videantur ab Acacio fuisse contempta: quoniam hæc & hujusmodi, quatenus simplices quoque decipiant, hi qui in errore sunt positi spargere non quiescunt. Videtis enim, sicut supra jam dictum est, per nomina prævaricatorum, si, quod absit, in ecclesia recitanda credantur, simul & contagium prævaricationis induci. Sedes autem apostolica in tantum non contumeliam dolet, sed fidem defendit, communionem sinceram, ut hodie cuncti, qui in ejus visi sunt prorupisse despectum, si ad integritatem fidei communionemque catholicam revertantur: secundum regularum tramitem paternarum, toto cordis affectu venientes, & plena caritate suscipiat. Data III. Nonas Augusti, Asterio & Præsidio viris carissimis consulibus. *

* 24. q. 3. nec quisquam

Qui impenitens mortuus est excommunicatus, post mortem non potest absolvi. Matth. 16.

* Anno Christi 494.

XII. AD * ÆONIUM ARELATENSEM EPISCOPUM.

De episcopatus sui primordiis.

Mutuam caritatem cum fide catholica retinendam esse monet.

Dilectissimo fratri Æonio Gelasius.

INter difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, qua per divinam gratiam sedis apostolicæ regimen nos adisse pandentes, prætermissum diu cum tua misceremus fraternitate sermonem, & salutatione directa, mutua caritate solliciti dilectionis quoque tuæ prospera quæreremus. Quanto enim totius ovilis curam, Christo domino delegante, susceptam B. Petri apostoli gubernatio principalis universo gregi debet in orbe terrarum, tanto pietatis affectu cunctas ecclesias earumque rectores amplectitur, & inter diversos mundi turbines, si paterna fide vel traditione firmiter perseverant, ubi primum facultas arriserit, & quærit anxia, & gavisa cognoscit. Quapropter, frater carissime, instantius religiosis viris filiis nostris Euphronio presbytero & Restituto viro religioso, qui ad Italiæ partes ad providendam congregationi sanctæ substantiam commearant, remeantibus ad propria, silere nequivi-

quivimus: sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam, quatenus & vigere apud nos alternæ viscera gratiæ fratres, & coepiscopi nostri per Gallias constituti, caritate tua vulgante, cognoscerent: & desiderantibus omnium per quos tua caritas voluisset, referret mutuo sospitatem, constaretque nullatenus quantumlibet seculo detrahente divelli, sed catholicam professionem manere semper ubique conjunctam. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data x. Kalendas Septembris, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus. *

* Anno Christi 494.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Æonum*.) Hanc inscriptionem illustrissimus cardinalis Baronius mendosam esse putat, quasi Cæsario non Æonio scripta fuerit; verum eam, quam a Felice III. ad Cæsarium scripsam supra recensuit, in recognitionibus tomi decimi a Felice IV. datam esse recognovit. Ideoque relinquendam esse putavi inscriptionem epistolæ hanc, quam priore editione tollendam esse judicavit. Spero hanc nostram recognitionem annalium scriptori pergratam fore, ubi de ea certior factus fuerit.

An hæc epistola ad Æonium vel ad Cæsarium scripta sit?

IN SEQUENTEM EPISTOLAM AD DARDANOS

JO. DOMINICI MANSI

PRÆMONITIO.

Epistolæ hujus Gelasii ad Dardanos forma duplex circumfertur; altera brevior; alia vero hinc inde amplificata diffusior. Pro utraque stant veteres MSS. Codices vetustate & antiquitate præstantes. Vetustissimi ut inter cæteros Veronensis & Codex canonicus vetustus a Quesnello vulgatus breviorem præferunt. Fusiorem exhibet vetustissima Collectio Avellana in Vaticana Bibliotheca servata; quin & Facundus Hermianensis ex ea testimonium allegavit lib. 5. cap. 4. *Hinc natum authorum dissidium; nam alii auctiorem interpolatam judicant, sinceritatem unio epistolæ breviori vindicantes. Ballerini utramque sinceram arbitrantur in* Dissert. de Antiq. Collect. can. part. 2. cap. 11. §. 3. *rati Gelasium primo quidem breviorem scripsisse; tum secundis curis auctam evulgasse; id vero non unico exemplo ab antiquis præstitum demonstrant. Vide illos in* Admonit. ad Epist. XII. S. Leonis n. 10. 14. *Venetus Labbei editor ampliorem dedit in sua collectione, signatis tamen in adnotationibus diligenter locis, qui in breviori epistola desiderantur; Cum tamen ipsam brevioris epistolæ formam minus perspicue mente concipere lectores valeant; hinc operæ pretium me facturum existimavi si latiori epistolæ, qualis in editione Veneta repræsentatur huc a me translatæ integram etiam breviorem subjungam; exscripsi vero illam ex Codice Canonum ecclesiasticorum a Quesnello vulgato* cap. 50. *juxta recensionem Ballerinorum.*

XIII. AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Acacium solius apostolicæ sedis judicio jure damnatum ostendit.

* Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.

* Gelasius [a] episcopus urbis Romæ ad Dardanos.

VAlde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam [2] veluti difficilem quæstionem, & adhuc tanquam insuditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianæ pestilentiæ communicatores, non habentes quod pro suæ perditionis obstinatione respondeant, frequenti jam ratione convicti, * misera contentione submurmurant, non quia sit alicujus momenti quod garriunt, [3] sed quia non inveniunt penitus quid loquantur. Ubi magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hærere [4] miramur, quam illos, qui a veritate exciderunt, & ab antiqua ecclesiæ traditione sunt devii, profanasque vocum novitates, & ineptias caducæ perversitatis [5] obtendunt, quibus eos vestra dilectio retulit jactitare. Ideo Acacium non putare jure damnatum, [6] quod non speciali synodo videatur fuisse dejectus; & insuper dementiam suæ vanitatis accumulant, pueriliter adjicientes, præcipue pontificem regiæ civitatis. Quapropter stultitiam respuentes inanium querelarum, percurrere vos oportet ab ipsis beatis apostolis & considerare prudenter, quoniam patres nostri catholici * doctique pontifices in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid [6] pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundum scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps firmumque constare: nec in [7] eadem causa denuo quæ præfixa fuerant retractari qualibet recenti præsumptione permiserunt; sapientissime [8] prævidentes quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem * furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elisæ pestes resumptis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere, & simplicia quæque corda percutere, quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? cum [9] quamlibet * illa manifesta sit veritas,

* sola

* videlicet

Non sunt retractanda, quæ sunt in conciliis jam decreta.

* furoris recidui

* illius

1 De hac Epistola consule cl. Masfejum in prælatione ad supplementum Acacianum T. VII. p. 1069. Collata fuit cum pervetusto codice Veronensis capituli, misse, ut creditur, annorum a Francisco Blanchino ejusdem capituli canonico, & bibliothecæ custode: & in eo hoc est epistolæ argumentum: *Incipit rationi reddenda Acacium a sede Apostolica competenter fuisse damnatum*: titulus vero: *Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.* 2 Cod. Veron. & *veluti*. 3 Id. Cod. *nec inventunt*.
4 Id. Cod. *murmurans*. 5 Id. Cod. *obtendere*. 6 Id. Cod. *pro fide, pro veritate*.
7 Id. Cod. *nec in hac eadem*. 8 Id. Cod. *pervidentes*. 9 Id. Cod. *qualibet*.

ritas, nunquam desit quod perniciosa depromat [1] & falsitas, [2] tametsi ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen [3] contentione non cedens. Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessarie præcaverunt, [4] ut quæ contra unamquamque hæresim coacta [*] synodus pro fide, communione, & veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent post hæc novis retractationibus mutilari, ne pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi; sed auctore cujuslibet insaniæ, ac pariter errore damnato, sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus: quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel commu- B nione posset agnosci. Et ut [*] priora taceamus, quæ diligens inquisitor facile poterit vestigare, Sabellium damnavit synodus: nec ut sectatores ejus postea damnarentur, necesse fuit singulas viritim synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitatis illius vel communionis extitere participes, universalis ecclesia duxit esset refutandos. Sic propter blasphemias Arii forma fidei communionisque catholicæ, Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem, sive [7] consensu sive communione decideret, sine retractatione [6] conclusit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non fivit: sed universos quocumque modo in [7] hæc consortia recidentes, tradito sibi limite synodali, refutavit ecclesia; nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate cogente [8] novis ausibus, quæ fuerant salubriter constituta, temeraſſe. [*] Propterea tempestate quoque persecutionis Ariana plurimi catholici sacerdotes de exiliis, pace reddita, respirantes; [*] sic cum catholicis nihilo minus fratribus ecclesias composuere turbatas, ut non tamen illius synodi Nicænæ quidquid de fide & communione catholica & [9] apostolica definierat, immutarent, nec nova quemquam prolapsum damnatione percellerent, sed illius tenore decreti, [10] nisi resipuissent, D [*] censerent esse damnatos. Quibus convenienter (ut dictum est) ex paterna traditione perpensis, confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiæ probavit assensus, [11] non aliquam magis exequi sedem præceteris oportere, quam primam, quæ & unamquamque synodum suæ auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus domini voce perceptum, ecclesia nihilo minus subsequente & tenuit semper, & retinet. Hæc dum Acacium certis comperisset indiciis [12] a communione catholica deviasse, diutius ista non credens, quippe quem noverat executorem sæpe necessariæ dispositionis suæ contra hæreticos extitisse, per triennium fere literis destinatis eumdem monere non destitit, sicut per diversos missa [13] frequenter scripta testantur. ([14] Quibus ille [*] cum [*] debito silentio diu non respondere proponeret [*], episcopalis quoque directa legatio est, ac nihilo minus pagina destinata, quæ præmoneret, eum suorum ante meminisse gestorum, & quæ primitus pro fide catholica desudasset, oportere respicere. Contestans, & blandiendo pariter & minando, ne se a corpore catholicæ unitatis abscinderet; simulque quoniam hunc Joannes secundæ sedis antistes gravibus pulsaret objectis, ad primæ sedis audientiam cohortatus est, vel venire debere vel mittere. Licet enim synodus iteranda non esset, tamen congrueret, ut cujuslibet civitatis episcopus primæ sedis judicium non vitaret, ad quod convenerat secundæ sedis antistes, qui nisi a prima sede non posset audiri, [*] præcipue qui præjudicatis animis nulla synodo a Græcis fuisset exclusus; etiam apud eos causam suam nec posset omnino dicere, nec deberet; quia ab inferioribus episcopis potior, nisi a prima sede (sicut dictum est) vel discuti potuisset, vel si ita ratio postulasset, addici etiam cunctis orientalibus episcopis cum ipso Acacio in Petri communionem recidentibus cum secundæ sedis episcopus catholicus ab C externæ communionis hominibus esset nullatenus judicandus. Sed Acacius non solum despexit satisfacere postulatis, verum etiam ipsam legationem sedis apostolicæ blandimentis, præmiis, perjuriisque deceptam, quibus ei cum imperatore promisit, integram præsulis apostolici causam de omnibus esse servandam [*] Petri communione pollutam redire perfecit, in tantum sedis apostolicæ despiciens potestatem, ut non solum ejus auctoritati non cederet, sed etiam potius in consortium communionis externæ per legatos suos niteretur abducere; fieretque apostolicæ sedi necessitas, eos ipsos, quos direxerat sacerdotes, honore pariter & communione privare, ne tali contagione videretur infecta, D satisque monstraret non se Acacii specialiter odisse personam, sed respuere fœdera perditorum: quæ etiam in suis pontificibus detestata convenienter horreret, nihilominus autem literis suis Acacius indicarat: & in Alexandrini Petri se communionem, quem expetita sedis apostolicæ auctoritate executor ipse quoque damnaverat, sine ejusdem apostolicæ sedis consultatione promptissime recidisse, & accusationem Joannis, laudesque Petri proprio sermone deferre: de quibus, si utique confidebat magis vel venire, vel mittere debuisset, ut & præsentem de mendaciis, quæ dicebat, posset confutare Joannem, & præconia Petri, quæ digesserat, rationabiliter allegaret: quod cum mini-

[*] semel

Hæresis auctoredamnatur, & eius sectatores.

[*] previtatis causa

[*] Non autem nos latet plurimos &c.

[*] per certas provincias congregatis secum fratribus ecclesias composuisse

[*] Indicarentur Sedes apostolica synodos confirmat. Marin. ep.

[*] primum tamquam debito al. tamquam debito

[*] quædam ab. fuit a mi. Justelli, aut aliter se habent, ut decebimus in notis.

Nullus episcopus primæ sedis judicium vitare potest.

[*] Forte, cum præcipue. Hard.

[*] Morgi Alex.

---

1 In eod. Cod. deest, & 2 Id. Cod. *etsi* 3 Id. Cod. *intentione*.
4 Id. Cod. *ut contra . . . quod ista synodus &c.* 5 Id. Cod. *sensu*.
6 Id. Cod. *concludit*. 7 Id. Cod. *in has blasphemias* 8 Id. Cod. *novitter*.
9 Deest *Apostolica* in eodem cod. 10 Id. Cod. *nisi resipuisset, judicare damnatum, effetque consequens, ut nisi corrigeret, damnationi proculdubio subjaceret: quibus &c.*
11 Id. Cod. *nullam* 12 Id. Cod. *a veritate*. 13 Id. Cod. *familiariter*.
14 Inclusa parenthesi per duas ferme paginas desunt in Codice Veronensi, eorumque loco sequentia subjiciuntur. *Quibus ille primum tanquam debito silentio nihil respondere proponens tandem aliquando missis literis profitetur se Alexandrino Petro, quem expetita Apostolica sedis auctoritate executor ipse quoque damnarat, absque sedis Apostolica notitia communione permixtum: beati autem Petri sedet, qua Alexandrinum Petrum tantummodo damnasse, non etiam solvisse noverat, non recepit, atque idcro ne per Acacium in Petri conjunctum ducereturr, ipsum quoque a sua communione submovit & multimodis transgressorem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio &c.*

minime fecerit, satis evidenter ostendit, nec Joannem se posse convincere, nec legitime receptum Petrum habere fiduciam perdocendi, solumque sibi monstravit inesse propositum lacerandi catholicos, hæreticosque laudandi, seseque eorum potius, quos laudabat, docuit esse participem, quam catholicorum, quos nitebatur decolorare, consortem: tulitque de se ipse judicium, cum damnati hominis communione pollutus, damnationis ejus factus est particeps. Ita & sedes apostolica quod ad necessariam diligentiam respiceret nil omisit, & Acacius secundum formam synodi Chalcedonensis, qua error, cui communicavit, elisus est, sicut de hæretico homine scriptum est, suo judicio condemnatus apparuit, justeque sedes apostolica, quæ utique se Alexandrinum Petrum damnasse, non etiam solvisse memorat, ne per Acacii pristinam communionem Petri quoque collegium, cui Acacius communicaverat, incideret, ipsum competenter Acacium a sua communione submovit. Quapropter utrum errori vel prævaricationi communicaverit Acacius, quid opus erat nova discussione cognoscere? cum jam literis suis esset ipse confessus, ac, sicut scriptum est, *Ore tuo justificaberis, & ore tuo condemnaberis*, verborum suorum vinculis & reus teneretur & jure plectendus. Cur ipse in nova causa, quam synodus nulla præcesserat, Joannem, quem suis literis impetebat, qualemcumque secundæ sedis episcopum, in primæ sedis beati Petri apostoli judicio confutare despexit: & ut causam diceret, seu per se, seu per alium, vel venire, vel destinare contempsit: indignum habens cujuslibet civitatis antistes ad primæ sedis venire judicium, ad quod secundæ sedis cerneret venisse pontificem, quod Anatolius Constantinopolitanæ urbis episcopus missis legationibus pro sua persona fecisse monstratur? Ecce etiam in hac parte vocem non habent conquerentes: ecce, inquam, ad legitimum est vocatus examen, ubi vel suas partes justis allegationibus defensaret, si ille apostolicæ sedis refugit examen in Joannis catholici pontificis negotio vestigando, quemadmodum sedes apostolica de receptione Petri hæretici sua auctoritate resoluti, Acacii fuerat secutura judicium? An sedem apostolicam congruebat parœciæ Heracliensis ecclesiæ, id est Constantinopolitani pontificis, vel quorumlibet aliorum, qui cum eodem, vel propter eum fuerant congregandi, judicium præstolari? cum apostolicam ejusdem primæ sedis audientiam Constantinopolitanus episcopus declinaret, qui utique etiamsi metropolitani esset jure suffultus, etiam inter sedes haberet locum; primæ tamen sedis cognitionem fas non habuit refutandi, ad quam secundum canones, appellante secundæ sedis antistite, vocabatur ad * nostrorum causam. Hoc ipso satis ostendit, reum se esse confessum, qui ad legitimum judicium apostolatus adesse contempsit; nec poterat ultra differri, ne, sicut dictum est, antiqua illius communione durante, cum sese jam sociasset externæ, sedes quoque apostolica per eum polluèretur contagiis perfidorum, dignumque esset vel prævaricatorem, vel contemptorem judicii competentis, manifestissime scilicet de suo negotio desperantem, a catholica atque apostolica integritate & communione secludi.) [1] Hic si examinatio quæritur, jam judicio non erat opus; [2] posteaquam & literis suis ipse confessus est, & ad legitimum judicium vocatus adire pertimuit, si auctoritatis pondus inquiritur, Chalcedonensis synodi [3] tenor cum apostolica sede consentiens, & illius diffinitionis executio reperitur condemnati illic erroris communicator effectus: præfixæ nihilo minus ibidem particeps damnationis [4] apparuit, quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effecto, & execrationem sui gestat, & pœnam. Hoc tenore etiam Timotheus Ælurus, atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem quoquomodo tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo sedis apostolicæ, ipso quoque Acacio postulante vel exequente * probatur esse damnatus: nunc autem ipsi doceant legitime Petrum fuisse purgatum, & ab omni hæreticorum contagione rite discretum cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si, quod magis est verum, convenienter atque legitime Petrum [4] probare non potuerunt expiatum; ([5] propter quod etiam ad apostolicæ sedis judicium Acacius vel venire vel destinare non ausus est;) restat * ut in ejus communicatione fuerit, & qui ei communicavit infectus. * Non reticemus [6] autem quod cuncta per mundum novit ecclesia; quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli jus habeat resolvendi, utpote * quod de omni ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter cum satis constet Acacium nullum habuisse pontificium, * sententia sedis apostolicæ damnatum, sine ulla ejus notione solvendi; dicant [7] certe qua synodo hoc ille præsumpserit, quod nec sic quidem absque apostolica sede fas haberet efficere? cujus sedis episcopus? cujus metropolitanæ civitatis antistes? nonne parœciæ Heracliensis ecclesiæ? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ sedis abrumpere, nulla ejus consultatione quæsita, itane vero non licuit primæ sedi Chalcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exequenti, hujusmodi prævaricatorem sua auctoritate detrudere? Sed nec illa præterimus, quod * apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo præcedente, & absolvendi quos synodus inique damnaverat, & damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem: [8] sanctæ memoriæ quippe Athanasium synodus orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi

Matth. 12.

Anatolius CP. antistes Romam misit legatos

Locus obscurus, aut mendosus. *Hard.*

Reum se confiteur qui ad legitimum vocatus judicium adesse contemsit.

* Quæ sequuntur habentur in c. just. quibusdam idemdem prætertis

* probantur esse damnati Quod si utrum errori vel prævaricationi communicavit Acacius fortasse dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad illa responsum Aut enim ipsi doceant, &c. Petrum legitime veraciterque purgatum &c. exc. just. ut ejus inexpiatione

* Nec plane tacemus quæ

* sententiam sedis apost. sine u. e. n. t.

Romana sedes damna: & absolvit, sive præcetterit synodus quæ male judicaverit, sive non.

* apostolicæ sedi frequenter datum est more majorum exolvendi

1 Id Cod. *postquam literis suis ipse confessus est, & auctoritatis &c.*
2 Id. Cod. *tenore illius definitionis executio reperitur quo damnatus &c.* 3 Id. Cod. *existeret.*
4 Id. Cod. *non probaverint expiatum.* 5 Ansulis inclusa non extant in Cod. Veron.
6 Nicolaus Papa hunc locum citat in epist. ad Episcopos Galliæ ex epistola Gelasii ad Episcopos per Dardaniam constitutos. *Nec plane tacemus.* Hincmarus Laudun. ex epist. ad Anastasium principem, *Nec plane tacemus.* Hard. 7 Id Cod. *qua certe synodo.*
8 Hunc locum recitat Hincmarus Laudun. tom. 2. pag. 373 ex epist. Gelasii ad Anastasium principem. sed habet aliquid sub finem dissimile. *Harduinus.*

tioni Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnarat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit: itemque sanctæ memoriæ Flavianum pontificum * congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit, potiusque * qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulem sua auctoritate damnavit, & impiam synodum non consentiendo * [1] submovit, ac pro veritate, ut synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit, ([2] in qua pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus, sola concessit, & in sua perfidia permanentes, nihilo minus sua auctoritate prostravit: quam congregatio quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta; quoniam sicut id, quod prima sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, ecclesia tota suscepit: ubi etiam consequenter ostenditur, quia male gesta synodus, id est, contra scripturas sanctas, contra doctrinam patrum, contra ecclesiasticas regulas, quam tota merito ecclesia non recepit, & præcipue sedes apostolica non probavit, per bene gestam synodum, id est, secundum scripturas, secundum traditionem patrum, secundum ecclesiasticas regulas, pro fide catholica & communione prolatam, quam cuncta recepit ecclesia, quam maxime sedes apostolica comprobavit, & debuerit & potuerit immutari: bene vero gestam synodum juxta supradictum modum, nova synodo nullatenus immutandam. Proinde si Eutychen fatentur hæreticum, male gestam apud Ephesum synodum, qua est receptus, pariter fatebuntur, & per bene gestam synodum Chalcedonensem, quod Eutyches vel cum eo sentientes talia sunt rejecti, velint nolintque, consentient, atque ideo bene gestam synodum novis exagitationibus refricari non licuisse cognoscant: qui si forsitan dixerint, eo tenore Ephesinam quoque synodum non licuisse mutari, rursus hæc eadem, quæ supra deprompsimus, planius repetita perpendantur, id est, quia contra fidem, contra veritatem communionemque catholicam vereque Christianam, non recte gesta synodus legitima synodo pro fide, veritate, communioneque catholica, vereque Christiana, modis omnibus secludenda est, & injusta synodus justa synodo submovenda: pro fide autem, & veritate, & communione catholica, bona synodus, vereque Christiana, semel acta, nulla nec potest nec debet novæ synodi iteratione convelli, sed secundum bene gestam synodum recteque præfixam, si quis ab ejus tramite deviarit, consequenter ac sufficienter ejus diffinitione plectendus, meritoque illius subjacet constitutis, nec opus est per singulos quosque deviantes, jureque plectendos, novas rursus synodos introduci; cum ex illius tramite, quæ auctorem cum errore damnavit, quisquis quolibet modo, quolibet titulo complex ejusdem fuerit factus erroris, ut ejus se contagione polluerit, competenter & particeps ejusdem damnationis existat, ejusque pœnis punitur obstrictus, cujus maluit inire consortium. Quæro ergo ab his quid de Eutyche sentiant: fuissene hæreticum, an asserunt non fuisse? si non fuisse contendunt, quid ambagibus agunt, quid circuitionibus prestigiisque se conegunt? palam se Eutychianos esse pronuntient, ut in ejus sacrilego furore convicti veritatis molibus obruantur, aperteque cognoscant, non solum hæc ipsa pestis Eutychiana quantum Christiano dogmati probetur inimica; sed quantas alias hæreses, easque gravissimas, in sua pravitate contineat, ut in quibus foveis volutentur, & in quod præcipitium barathrumque mergantur, intelligant. Simul autem si Eutychen hæreticum negant, omnimodis publicatur, quod ideo de omnibus Eutychianæ pesti communicantibus, suppresso veluti hoc ipso errore, contendunt, ut nos per talium hominum, quod absit, insidias captiosasque tendiculas in Eutychetis insaniam nitantur inducere: quod quidem etiamsi non negent, sive scientes, sive nescientes, facere confutantur. Sin vero & Eutychen hæreticum negare non audent, restat ut contra catholicam fidem, non synodum nuncupandam, sed conspirationem potius perditorum fuisse consentiant, quæ apud Ephesum Eutychete reducto perculit S. memoriæ Flavianum, cunctosque qui illic aderant sacerdotes, militari terrore compulerit tanto sceleri præbere consensum. Atque ideo nobis necesse est, pravam perversamque conspirationis illius, & latrocinalem fuisse perhibeant actionem, eamque debuisse modis omnibus aboleri, & ideo justam, bonam, veraciter Christianam Chalcedonensem synodum processisse definiant, in his quibus Eutychete depulso, cum suo fautore Dioscoro, hæresim eorum erroremque damnarit. Hanc ergo synodum (ut dictum est) bonam, veram, justam, Christianamque esse non dubitant, per quam illa noxia sit remota. Perspiciant ergo, tandemque concedant, quod quisquis ab ejus justæ & Christianæ veræque synodi fide, communione & veritate deviaverit, vel ab ea deviantibus communionem miscuerit, sufficienter atque competenter, secundum ipsius definita, teneatur obstrictus, quoniam mala synodus bona debuit submoveri. Bona vero synodus nulla causa est, cur alia debeat synodo retractari, ne ipsa retractatio ejus constitutis deroget firmitatem. Proinde quicumque congregationis Ephesinæ tenentur affectu, quid adhuc Acacii tantummodo nomen obtendunt, & non palam sectatores Eutychetis, qui illic receptus fuerat, profitentur: qui si refugiunt, atque Eutychen se perhibent execrari, simul ergo & Ephesinam, qua male receptus est, conspirationem jure cessatam, & Chalcedonensem synodum, qua rejecta est, merito consentient institutam; atque ita synodum, quæ pro fide catholica sit præfixa, secundum veterum formam, sicut dictum est, perspicient novellis non potuisse quæstionibus ventilari, sed juxta ejus tenorem semel legitime justeque de-

* Græcorum

* quia illic receptus non fuerat,

* sola submovit & auctoritate sedis apostolicæ concilium Chalcedonense constatum.

Synodum male gestam reprobat ecclesia Romana, & bene gestam confirmat.

1 Id. Cod. *sola submovit & veritate.*

2 Inclusa parenthesi per duas fere paginas desunt in codice Veronensi. Eorumque loco hæc habentur. *In quo ut ergo sola jus habuit absolvendi eos, quos synodica decreta perculerunt, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam Metropolitanos damnasse cognoscitur. Quod si quis hæc ab Apostolica sede vel secundum synodum acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicat ergo &c.*

depromptum, & jure probari recta sectantes, & sentientes contraria refutari; quod sedes apostolica, sicut decuit, antiqua traditione custodiens, non synodum duxit iterandam, sed in ejus prævaricatore pellendo hanc eamdem synodum potius exequendam. * Quapropter si quis adhuc secundum Chalcedonensem synodum hæc ab apostolica sede gesta reprehendit, præter quod & hac qua superius astruximus, & multiplici potest ratione convinci, multo magis tamen Acacio non licuisse fatebitur ista tentare.) Dicat ergo, qua synodo, Joannem secundæ sedis antistitem, qualemcumque, certe catholicum, & a catholicis ordinatum, nec de catholica fide & communione aliquatenus impetitum, duxerit excludendum, & hæreticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum, pontifici catholico permiserit subrogandum (1 cum etiamsi reus manifestus esset Joannes, post eum saltem catholicum convenisset præsici sacerdotem, sicut ipse quoque suis sacris sanctæ memoriæ Timotheo catholico in Alexandria faciendum promisisse legitur imperator?) Qua synodo, tertiæ sedis episcopum * Calendionem idem expelli fecit * Acacius: nihilo minus 2 eumdem Petrum tam hæreticum manifestum, ut eidem palam * necesse communicare prætenderet, sua passus est dispositione substitui? Qua denique per totum orientem synodo ejectis orthodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quosque & criminibus involutos sua provisione supposuit? Qua synodo tot aliena privilegia nefandus populator invasit? Sed libri non * sufficient, si tragœdias ejus, quas per ecclesias totius orientis exercuit, sigillatim 4 scribere moliamur: an illud ipsius argumentum nobis existimem opponendum, quo facinora sua in imperialem * nisus est jactare personam. Cur igitur quando voluit, obstitit Basilisco tyranno * certe & hæretico vehementer infesto? cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam * non subdidit voluntatem? Ecce potuit & in aliis resultare, * 5 si vellet: sed ut ea, quæ latius explicanda sunt, omittamus, 6 quidquid ipse Zenon imperator suis literis profitetur, cuncta sese ex Acacii gessisse consilio, nec hoc eum fallere literis suis ipse pariter testatur Acacius, qui & eum nihilo minus universa recte gessisse conscripsit, & suo consilio hæc eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius prævaricator extiterit, & non in omnibus, quos vel fecit, depulsis catholicis pontificibus, 7 anquam tyrannus, ecclesiis quibusque præponi, vel taliter præpositis perversa communione permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quod se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus propria sede dejectis non nisi hæretici potuerint introduci? quibus tamen cunctis, vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit; his utique * quia communioni hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur ergo vel cum hæc fieri videret Acacius, non sicut sub Basilisco jam fecerat, ad apostolicam sedem referre curavit, ut si solus ipse non poterat, 7 junctis cum eadem consiliis atque tractatibus, apud imperatorem possent quæ religioni competerent, allegari? Nam si Basiliscus (ut dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis apostolicæ sedis vehementer infractus est, & a plurimis revocatus excessibus; quanto magis legitimus imperator, qui se catholicum videri volebat, potuit cum apostolica sede cunctorum quoque pontificum moderata suggestione mitigari, præcipue cum ejusdem Acacii esset specialis fautor, & amator: & qui literis suis tam ipsum Acacium quam sanctæ memoriæ papam Simplicium magnis laudibus extulisset, * doceretur quod hæreticis constantissime * restitisset. Cur tanto tempore Acacius inter ista contionit, nisi quia * præpediri nolebat ullatenus, quæ 8 pro hæreticis desiderabat 9 impleri. Ponamus tamen etiamsi nulla synodus præcessisset, cujus apostolica sedes recte fieret executrix, cum quibus erat de Acacio synodus ineunda, numquid cum his qui jam participes tenebantur Acacio, & per orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, perque exilia diversa relegatis, socii evidenter existebant, communionis externæ prius se ad hæc consortia transferentes, quam sedis apostolicæ scita consulerent. Cum quibus ergo erat synodus ineunda? catholici pontifices fuerant undique jam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus jam nec licebat habere conventum *: (10 quia moris ecclesiastici omnino non esset, cum his qui pollutam communionem tenerent, permixtamque cum perfidis, Dullum miscere concilium.) Propheta quoque dicente: *Non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo*: (11 *odivi congregationem malignorum, & cum impiis non sedebo*.) Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam hujusmodi prævaricatio repulsa est, potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus 12 habere licebat, 13 adducta est. Nam & quid ageretur de fide catholica, si intelligere voluissent, ignorare non poterant, cum 14 viderant catholicos pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipue cum novas causas esse perpenderent, toto oriente depelli, & ceteri quid caverent, ex illorum discere qualitate potuissent. Restat igitur, ut illius partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta dediderunt, meritoque ab apostolica sede, ceterisque catholicis non jam consulendi erant potius, sed notandi. 6 Risimus autem, quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regiæ civitatis. Numquid apud Ravennam, apud Mediolanum, 15 Sirmium, apud Treviros, multis temporibus non constitit imperator? Numquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus depu-

* Quod si quis hæc ab ap. sede vel sancta (mais secunda) synodo acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim n.m. A.n. l.f.

* sanctum

* nec se

* sufficerent

* nisus

* Cur &

* aimirum

* sed noluit. An non apostolus dicit, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus reatu pariter sunt irretiti? sed

* qui o

* hoc verbum abest in cod. lat.

* restitisset.

* prohibere

* dicente sl. mo; non sedi &c.

1 Inclusa parenthesi desunt in codice Veronensi.
2 Id. Cod. *ac Acacius*. 3 Id. Cod. *eidem*. 4 Id. Cod. *describere*.
5 Id. Cod. *si nollet*. 6 Id. Cod. *quid quod*. 7 Id. Cod. *cunctis cum eodem*.
8 *Pro hæreticis* desunt in Cod. Veronensi. 9 Id. Cod. *explori*.
10 Inclusa parenthesi absunt a codice Veronensi. 11 Inclusa parenthesi absunt a Cod. Veron. in quo eorum loco legentur supra in editione Labbeana jam posita: *Nec ecclesiastici moris &c.* Post quæ sequuntur, *Recte igitur &c.* 12 Id. Cod. *habere*. 13 Hæc desunt in Cod. Veronensi.
14 Id. Cod. *viderent*. 15 Id. Cod. *apud Sirmium*.

deputatam, quippiam suis dignitatibus usurpa- A
runt? Numquid Acacius, ut Joannem qualem-
libet hominem, catholicum tamen a catholicis
ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrum-
que in hæresi jam * detectum, atque damna- * detectum
tum, absque sedis apostolicæ consultatione re-
ciperet, aliqua synodo saltim illic habita, hoc
audacter arripuit, ut Calendonem de Antio-
chia pelleret; hæreticumque Petrum, quem
ipse quoque damnaverat, absque notitia sedis
apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id
fecisse monstratur? Si certe de dignitate agi-
tur civitatum, secundæ sedis & tertiæ major
est dignitas sacerdotum, quam ejus civitatis,
quæ non solum inter sedes minime numera-
tur, sed nec inter metropolitanorum jura cen- B
setur: nam quod [1] dicitis, alia potestas est re-
gni sæcularis, alia ecclesiasticarum distributio
dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas
prærogativam præsentis regni non minuit, sic
imperialis præsentia mensuram dispensationis
religiosæ non mutat. Sit clara urbs illa pote-
state præsentis imperii, religio tunc sub * ea- * eodem
dem firma, tunc libera, tunc provecta consi-
stit, si potius hoc præsente propriam teneat si-
ne ulla perturbatione mensuram. ([2] Postremo
si sibi de imperatoris præsentia blandiuntur,
& inde putant Constantinopolitanæ civitatis
episcopi potiorem fieri posse personam; audiant
Marcianum ejusdem principem civitatis, po-
steaquam pro augmento urbis ipsius sacerdotis
intercessor accedens, contra regulas obtinere
nihil potuit, sanctæ memoriæ papam Leonem
summis laudibus prosecutum quod canonum re-
gulas violari nulla fuerit ratione perpessus.
Audiant Anatolium ejusdem sedis antistitem,
clerum potius Constantinopolitanum quam se
tentasse talia confitentem, atque in apostolici
præsulis totum dicentem positum potestate. Ip-
sum beatum papam Leonem sedis apostolicæ
præsulem, cujus synodus Chalcedonensis auc-
ritate firmata est, quidquid ultra quam ab eo-
dem pro fide & communione catholica atque apo-
stolica illic agendum, constaret esse delegatum,
per occasionem congregationis illius, præter Ni-
cænos canones nova videretur actione tenta-
tum, competenti refutatione vacuasse. Eaque
nihilo minus etiam sub sanctæ memoriæ papa
Simplicio legatum sedis apostolicæ sanctæ me-
moriæ Probum Canusinæ urbis episcopum Leo-
ne principe tunc petente præsente docuisse nul-
latenus posse tentari, neque his prorsus præ-
buisse consensum, atque ideo non ad civitatis
cujuslibet respiciant qualitatem, sed modum
dispensationis ecclesiasticæ paterna traditione
firmatum convenienter observent.) * Dicatur
autem de Alexandrino & Antiocheno episcopis
certis ex causis principem magis illa, quæ ge-
sta sunt, non Acacium præcepisse. Sed prin-
cipi Christiano decuerat suggerere sacerdotem,
maxime cujus familiaritate & favore fruebatur,
salvam fore de ejusdem injuria contumeliaque
vindictam tantum, ut ecclesiæ fineret Chri-
stianus princeps regulas custodiri, quia & no-
va in utroque pontifice causa esset exorta, &
novam discussionem consequenter inquireret;
& sicut semper esset effectum, ([3] ac divinæ

Constantinopolitana ecclesia non modo inter sedes, sed nec inter metropolitanarum jura censetur.

Quæ in Chalcedonensi synodo ultra mandata gesta fuerant, reprobavit Leo pontifex

* Sed dicatur ortum

A pariter leges humanæque censerent) ut sacer-
dotali concilio de * sacerdotibus judicia prove- * sacerdotalibus
nirent; non a sæculari viderentur qualescum-
que pontifices, etsi errore humanitus acceden-
te, non tamen * religionem ullatenus ex- * contra
cedentes potestate percelli. * An adhuc justa * An & hæc
ratione principi suggerenda non erant? Regiæ
civitatis honore sublimis, si factus erat illa re-
gia civitate sublimior, tanto magis in his sug-
gerendis debuit esse constantior? Si autem in his
quæ pro religione fuerant exerenda, extitit con-
temptibilis, atque despectus, & aut segnis, aut
fiduciam non habens intimandi, in quo per re-
giam civitatem major effectus est? ([4] an ut
per ea suæ prævaricationis exerceret potius ty-
rannidem, quam causas religionis legitime pro-
curaret?) Nathan propheta palam publiceque
in facie regi David, & commissum pronuntia- 2. Reg. 12.
vit errorem, & ipsum commisisse non tacuit;
& confessione correctum consequenter absolvit:
([5] beatæ memoriæ Ambrosius Mediolanensis sa-
cerdos ecclesiæ, majori Theodosio imperato-
ri communionem publice palamque suspendit,
atque ad pœnitentiam redegit regiam potesta-
tem: beatæ memoriæ papa Leo (sicut legitur)
imperatorem Theodosium juniorem Ephesino
latrocinio libere coarguit excedentem: sanctæ
memoriæ quoque papa Hilarus Anthemium im-
peratorem, cum Philotheus Macedonianus ejus
familiaritate suffultus diversarum conciliabula
C nova sectarum in urbem vellet inducere, apud
beatum Petrum apostolum palam ne id fieret,
clara voce constrinxit, in tantum ut non ea
facienda cum interpositione sacramenti idem
promitteret imperator: sanctæ memoriæ nihilo
minus papa Simplicius, & post eum sanctæ me
moriæ papa Felix, non solum Basiliscum ty-
rannum, sed etiam imperatorem Zenonem pro
iisdem ipsis excessibus, auctoritate libera sæpius
increpasse noscuntur, flectique potuisset, nisi
Constantinopolitani præsulis accederetur instin-
ctu, qui particeps externæ communionis esse-
ctus, necessario in quod inciderat, jam fove-
bat, malens in suæ prævaricationis obstinatio-
ne persistere, quam curandus ad salubria re-
D meare, sicut ipse rerum probavit eventus. Ec-
ce nuper * Honorico regi Vandalicæ nationis, * Isumerico. Eugenius Carthaginensis episcopus restitit Hunerico regi Vandalicæ nationis.
vir magnus & egregius sacerdos Eugenius Car-
thaginensis episcopus, multique cum eodem ca-
tholici sacerdotes constanter resisterent sævien-
ti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque per-
secutoribus resistere non omittunt. Nos quo-
que * Odoacri barbaro hæretico regnum Italiæ * Odoacer hic ad Lusam fluvium qui in Rubiconem influit a Theodorico Ostrogothorum rege victus tertio certamine Fausto consule hoc est an. Chr. 490. non semper inclusus Ravennæ toto triennio fuit, sed Romam excurrit aliquoties sut certe ejus ministris impia ejus jussa exequi molientibus resistere dicendum est.
tunc tenenti, cum aliqua non facienda præci-
peret, Deo præstante nullatenus paruisse ma-
nifestum est.) Hic autem vir bonus Acacius,
& sacerdos * eximius, in tantum se & sugge- * egregius
rere potuisse monstravit, & noluisse deprom-
psit, imo favisse patefecit; ut & imperator
cuncta se ex ejus gessisse consilio non taceret,
E & ipse imperatorem magnis præconiis elevaret
illa facientem; seseque [6] prodidit his agendis
rebus fuisse participem. Sed esto, Calendion
imperatoris nomen abstulerit; Joannes princi-
pi mentitus fuisse jactetur, quæ tamen cum
novæ essent causæ, nova [7] debuit ecclesiastica
provenire discussio? an qui in hominem impe-
rato-

1 Id. Cod. *quod dicitis regia civitatis.*
2 Inclusa parenthesi desunt in Cod. Veronensi.
3 Inclusa parenthesi desunt in Cod. Veronensi.
4 Hæc pariter desunt in eodem codice.
5 Sequentia quoque usque inclusa desiderantur in codice Veronensi.
6 Cod. Veronen. *proderet.*
7 Id. Cod. *debuerit.*

ratorem peccasse dicebantur, nulla interveniente synodo dejici debuerunt; & in Deum, qui summus & verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat * expelli? [1] Quid de innumeris per totum orientem catholicis sacerdotibus propria sede depulsis, & indubitanter hæreticis intromissis? Novæ certe erant causæ; & his consequenter [2] nova synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem, ut in talibus causis peteretur a principe saltem qualiscumque synodus celebranda; ut quocumque vel colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur excludi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed metropolitani incundanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestione qua potuit, consensit Acacius, communicando cunctis, qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati: apostolus autem dicit: *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus*, reus indubitanter adscribi. An hæc licuit sæculari potestati & actis talibus, Acacio consentiente absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat, absque sedis apostolicæ consultatione perficere; & sedi apostolicæ non licuit, secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri utique causa, & veteri constituto * juxta definitionem damnata, inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sua communione depellere? Sed inquiunt: Acacius principi obviare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obviavit? cur ipse Zenoni, ne palam Petro Antiocheno quamvis latenter hoc fecerit communicare videretur, non commodavit assensum? ecce resultanti non * institit imperator: ecce vim nolenti non intulit: ecce refugienti contagia manifesta concessit: postremo, cur tanto tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam, referre * maturavit? Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret. Sicut sub Basilisco jam fecerat, cur illis ceteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo ille defuit suis partibus; & quæ sacerdoti catholico competerent, agere * fastidivit: ideo sedes apostolica quod [3] ad eadem pertinebat, vel potuit, vel debuit præterire? Quolibet igitur modo hæreticorum complicem refutavit, & consortem communionis externæ a sua communione dimovit: nec opus fuit nova synodo, cum veteris constituti sufficienter [4] hæc forma præscriberet: nec opus fuit ut hæc * sciendo orientis episcopis intimaret, quos ex expulsione catholicorum, quæ agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum est; & communicando hæreticis subrogatis, facto tali consensile non dubium est; [5] etiam cum externæ communionis effectis * nec potuisse, nec debuisse sedis apostolicæ scita tra-

* excludi

Rom. 1.

* justa definitionem damnatum

* restitit

* curavit

* non curavit

* facienda

* atque ideo am eis jam

dari. Ecce agnoverunt in eorum professione, qui constantissime perdurarunt, quod fidei communionique catholicæ deberetur. Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, imo talibus contra moliendo, a fide & communione catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdiderint. Ecce agnoverunt quam justis ex causis pro fide & communione catholica atque apostolica, cui & illi qui in ea perstiterant congruebant, & hi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius, (* ad cujus præcipue vocatus examen vel venire vel mittere non curavit, ut se de his omnibus, ut confidebat, absolveret,) ejusque pariter quicumque complices extiterint, atque ab illa merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando cognoscitur separasse? jureque sententiam ille damnationis excepit, ceterisque consortibus cum suis consortibus promulgandam; qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis literis est professus. Cui Acacio, si communicaverant orientales episcopi antequam huc * referret, pari utique reatu sine dubio [7] probabatur involvi, jureque per illum transgressionis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ; qui utique non consuli tamquam nostræ communionis homines jam deberent, sed tamquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant antequam Acacius huc * referret, & communicantem notare debuerant, & ipsi de eodem potius huc referre, atque apostolicæ sedis vigore perculsum merito comprobare, cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate deciverant, & eorum successoribus communicare delegerant; ideo cum sede apostolica minime congruebant; quia in sortem reciderant prævaricatoris Acacii: & illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi *, ob hoc eum videri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodie quoque manere persistunt. Sed sicut in simili conditione constricti complicem suum non possunt judicare non jure damnatum, neque * reum possunt competenter absolvere, sic illo juste prævaricatore damnato, ipsi quoque pari jacent damnatione prostrati, neque nisi resipiscentes, inde poterunt prorsus absolvi: quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata ** transgressione qui in eamdem perfidiæ recideranf actionem, sic in uno eodemque qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressione punita, pariter quoque cum eodem, vel in eodem est complicum transgressio punita cunctorum. [8] Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodo præsulis apostolici, cujus erat utique potestatis legitimæ, probatur esse deprompta, præcipue cum secreto dirigen-

* referretur,

* referretur,

* a

* rei reum

** transgressio est.

1 Id. Cod. *Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi Catholici Sacerdotes, & hæretici subrogati?*
2 Id. Cod. *una*. 3 Id. Cod. *ad eam*. 4 Id. Cod. *hoc forma*. 5 Id. Cod. *etiam communionis externæ effectos, atque ideo cum eis nec &c.* 6 Hæc desunt in Cod. Veronensi.
7 Id. Cod. *probabantur*.
8 Id. Cod. *cunctorum*. *Quæ ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latior & Dominus concesserit facultatem, studeamus exponere, quatenus & fidelium quisque cognoscat nihil Apostolicam sedem, quod abhi, præpropere consulisse*. Hæc a Labbeo afferuntur ad calcem epistolæ.

rigenda videretur: ne custodiis ubique præten-
tis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus
impedita, necessarium habere non posset effe-
ctum: tamen quia orthodoxis ubique dejectis,
& hæreticis tantummodo eorumque consortibus
jam relictis in oriente, catholici pontifices aut
residui omnino non essent; aut nullam gererent
libertatem plurimorum in Italia catholicorum
congregatio sacerdotum; rationabiliter in Aca-
cium [1] sententiam cognovit fuisse prolatam,
quæ congregatio facta pontificum non contra
Chalcedonensem, non tanquam nova synodus
contra veterem primamque [2] cognovit; sed po-
tius secundum tenorem veteris constituti parti-
ceps apostolicæ executionis effecta est; ut satis
appareat ecclesiam catholicam, sedemque apo-
stolicam, quia alibi jam omnino non posset,
ubi potuit, & cum quibus potuit, nihil penitus
omisisse, quod ad fraternum pertineret [3] pro
intemerata & sincera communione tractatum*;
[4] quæ cum universa noverint qui videntur ec-
clesiis orientalibus nunc præesse; propterea Chri-
stianam reparari legitima curatione refugiunt
unitatem: quia occasionem dissensionis hujus
suis ambitionibus suffragantem deponere jam
recusant; quia sine auctoritate sedis apostolicæ
omnium ecclesiarum passim jura confundant,
magis eligentes in errore persistere, quam præ-
sumptionum suarum perdere facultatem, plus
usurpationum suarum licentiam diligentes quam
divini judicii tenentes corde respectum. In quo
necesse est velint nolint tam de fidei commu-
nionisque catholicæ sinceritate neglecta, quam
de paternis canonibus evidenter irruptis reci-
piant quod merentur, nisi dum hic tempus ad-
mittit hæc damnationis æternæ pericula corre-
ctis mentibus studeant declinare, ut possint non
tales permanere, quibus insolubilis est lata sen-
tentia. Sed a talibus recedentes, ab eadem sen-
tentia non teneri: quæ sicut in errore durantibus
nunquam solvenda præfixa est: sic ab his
erit aliena, qui extiterint puniendæ pravitatis
immunes. Hæc * vero ad instructionem vestræ
dilectionis satis abundeque sufficere judicamus,
quamvis eadem latius, si dominus concesserit
facultatem, studeamus exponere: quatenus &
fidelium quisque cognoscat, nihil apostolicam
sedem (quod absit) præpropere censuisse, &
non habere quod juste possit opponere, perver-
sa doceatur improbitas. Recte autem faciet ve-
stra dilectio, ut ista quæ scribimus, pariter ca-
tholicis & contraria sapientibus innotescant:
quo & sanis necessaria firmitas, & male sanis
competens medicina præbeatur. Datum Kalen-
dis Februarii *, Victore viro clarissimo consule.

* hic deficit ms. Just.

Ista in c. Just. leguntur alieno loco

* scribendum est *Victore*, qui an. Chr. 495 consulatum gessit.

EJUSDEM EPISTOLÆ

Forma brevior.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis per Dardaniam constitutis, Gelasius.

VAlde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam & veluti difficilem quæstionem, & adhuc tamquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianæ pestilentiæ communicatores, non habentes quid pro sua perditionis obstinatione respondeant; frequenti iam ratione convicti, sola contentione summurmurant: non quia sit alicujus momenti quod garriunt, nec inveniunt penitus quid loquantur. Ubi magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hærere miramur, quam illos qui a veritate exciderunt, & ab antiqua ecclesiæ traditione sunt devii, profanas vocum novitates, & ineptias caducæ perversitatis obtendere. Quibus eos vestra dilectio, retulit jactitare, ideo Acarium non putare jure damnatum, quod non a speciali Synodo videatur fuisse dejectus, & insuper dementiam suæ vanitatis accumulare pueriliter, adiicientes: *præcipua pontificem regiæ civitatis*. Quapropter stultitiam respuentes inanium querelarum, percurrere vos oportet ab ipsis beatis Apostolis, & considerare prudenter, quoniam patres nostri, catholici videlicet doctique pontifices, in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica, atque apostolica secundum scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum deinceps voluerint, firmumque constare, nec in eadem causa denuo quæ præfixa fuerant retractari, qualibet recenti præsumptione permiserint; sapientissime providentes, quoniam si decreta sapientissime providentes, quoniam si decreta sa-
lubriter cuiquam liceret iterare, nullum con-
tra singulos quoique prorsus errores stabile per-
sisteret ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem
furoribus recidivis omnis integra diffinitio tur-
baretur. Nam si limitibus etiam præfixis posi-
tarum semel synodalium regularum, non ces-
sant elisæ pestes resumptis certaminibus, con-
tra fundamentum sese veritatis attollere, & sim-
plicia quæque corda percutere: quid fieret si
subinde fas esset perfidis inire concilium? cum
quælibet illa manifesta sit veritas, nunquam
desit quod perniciosa depromat falsitas; etsi ra-
tione, vel auctoritate deficiens, sola tamen in-
tentione non cedens. Quæ majores nostri di-
vina inspiratione cernentes, necessarie præcave-
runt, ut quod contra unamquamque hæresim
coacta synodus pro fide, communione, verita-
te catholica atque apostolica promulgasset; non
sinerent novis post hæc retractationibus muti-
lari, ne pravis occasio præberetur, quæ medi-
cinaliter fuerant statuta, pulsandi; sed auctore
cujuslibet insaniæ, ac pariter errore damnato,
sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hu-
jus erroris communicator existeret, principali
sententia damnationis ejus esset obstrictus; quo-
niam manifeste quilibet vel professione sua;
vel communione posset agnosci.

Et ut brevitatis causa priora taceamus, quæ diligens inquisitor, facile poterit vestigare: Sabellium damnavit synodus, nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas viritim synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitatis illius, vel communionis extitere participes, universalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii, forma fidei communionisque

1 Cod. Veron. omisso verbo *sententiam* ita legit, *in Acacium fuisse prolata*.
2 Id. Cod. *Convenit*. 3 Id. Cod. *pro intemerata fide*.
4 Hic pariter deficit hac epistola in Cod. Veronensi, in quo hæc subduntur. *Explicit rationis reddendæ Acacium a sede Apostolica fuisse damnatum, nec posse quemquam sine discretione animæ suæ ejus communionis particeps fieri*.

nisque catholicæ Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive sensu sive communione deciderit, sine retractatione concludit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sivit; sed universos quocumque modo in has blasphemias recidentes, tradito sibi limite synodali refutavit ecclesia, nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate cogente, noviter quæ fuerant salubriter constituta, temerasse. Non autem nos latet in tempestate persecutionis Arrianæ plurimos pontifices de exiliis, pace reddita, respirantes per certas provincias congregatis secum fratribus Ecclesias composuisse turbatas; non tamen ut illius synodi Nicænæ, quicquid de fide & communione catholica diffiniverat, immutarent, nec nova quemquam prolapsum damnatione percellerent, sed illius decreti tenore nisi resipuisset, judicavere damnatum, esseque consequens, ut nisi corrigeret, damnationi proculdubio subjaceret. Quibus convenienter, ut dictum est, ex paterna traditione perpensis confidimus, quod nullus jam veraciter christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem oportere præ cæteris, quam primam, quæ & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit; pro suo scilicet principatu, quem beatus Apostolus Petrus Domini voce perceptum, ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper & retinet.

Hæc dum Acacium certis comperisset indiciis a veritate deviasse, diutius ista non credens, quippe quem noverat executorem sæpe necessariæ dispositionis suæ contra hæreticos exstitisse, per triennium fere literis destinatis eundem monere non destitit, sicut per diversos missa familiariter scripta testantur. Quibus ille primum tamquam dedito silentio nihil respondere proponens, tandem aliquando missis literis profitetur, se Alexandrino Petro, quem expetita apostolicæ sedis executor ipse quoque damnaverat, absque apostolicæ sedis notitia communione permixtum. Beati autem Petri sedes, quæ Alexandrinum Petrum se tantummodo damnasse, non etiam solvisse noverat, non recepit; atque ideo, ne per Acacium in Petri quoque consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit, & multis modis transgressorem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio quæritur, jam judicio non erat opus, postquam literis suis ipse confessus est. Si auctoritatis pondus inquiritur, Chalcedonensis synodi tenore illius definitionis executio reperiritur, quo damnati illic erroris communicator effectus, præfixæ nihilominus damnationis particeps existeret; quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effecto, & execrationem sui gestat, & pœnam. Quo tenore Timotheus etiam, atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo sedis Apostolicæ, ipso quoque Acacio postulante vel exequente, probantur esse damnati. Quod si, utrum errori vel prævaricationi communicarit Acacius, forsitan dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad ista responsum, aut enim ipsi doceant Petrum veraciter legitimeque purgatum, & ab omni hæreticorum contagione rite discretum cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si, quod magis est verum, convenienter atque legitime Petrum non probaverint expiatum, restat ut ejus inexpiatione fuerit, & qui ei communicavit, infectus.

Nec plane tacemus, quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi: utpote quæ de omni ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam liceat de ejus judicare judicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter constat satis Acacium nullum habuisse pontificium sententiam Sedis Apostolicæ sine ulla ejus notione solvendi. Qua certe synodo hoc illa præsumpsit, quod nec sic absque Apostolica sede fas quidem haberet efficere? Cujus sedis episcopus? cujus metropolitanæ civitatis antistes? Nonne parrochiæ Heracleensis ecclesiæ? si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ sedis abrumpere, nulla ejus consultatione quæsita; itane vero non licuit primæ sedi Chalcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exequenti, hujusmodi prævaricatorem sua auctoritate detrudere? sed nec illa præterimus, quod apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo præcedente, exsolvendi quos synodus iniqua damnaverat, & damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ quippe memoriæ Athanasium synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque Sanctum Flavianum pontificem Græcorum congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit; potiusque illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulem sua auctoritate damnavit, & impiam synodum non consentiendo sola summovit, & pro veritate ut synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit. In qua ut ergo sola jus habuit absolvendi eos quos synodica decreta perculerant, sic etiam sine synodo in hac eadem caussa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur.

Quod si quis hæc ab apostolica sede vel secundum synodum acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicat ergo qua ipse synodo secundæ sedis antistitem qualemcumque, certe catholicum, & a catholicis ordinatum, nec de catholica fide & communione aliquatenus, impetitum, duxerit excludendum; & hæreticum manifestum Petrum, sua quoque executione damnatum, catholico pontifici permiserit subrogari. Qua synodo tertiæ sedis episcopum Sanctum Calendionem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum tam manifestum hæreticum ut eidem palam nec se communicare prætenderet, sua passus est dispositione substitui. Qua denique per totum Orientem synodo, ejectis ortho-

thodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quoſ-
que & criminibus involutos ſua proviſione
ſuppoſuit. Qua ſynodo tot aliena privilegia
neſandus populus invaſit? ſed libri non ſuffi-
cient ſi tragœdias ejus, quas per eccleſias to-
tius Orientis exercuit, ſingillatim deſcribere
moliamur. An illud ipſius argumentum nobis
æſtimant opponendum, quo facinora ſua in
imperialem viſus eſt jactare perſonam? Cur
igitur, quando voluit obſtitit Baſiliſco tyranno,
certe & hæretico vehementer infeſto? Cur ip-
ſi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno
Petro noluit communicare, ſuam non ſubdidit
voluntatem! Ecce potuit in aliis reſultare ſi
vellet. An non apoſtolus dicit: *Non ſolum qui
faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*,
reatu pariter ſunt irretiti. Sed ut ea quæ la-
tius explicanda ſunt omittamus, quid, quod
ipſe Zenon imperator ſuis literis profitetur cun-
cta ſeſe ex Acacii geſtiſſe conſilio, nec hoc
eum fallere literis ſuis ipſe quoque teſtatur
Acacius, qui & eum nihilominus univerſa re-
cte geſtiſſe conſcripſit, & ſuo conſilio hæc
eadem geſta non tacuit. Quaſi vero tantum
in Alexandrini Petri communione Acacius præ-
varicator extiterit, & non in omnibus, quos
vel fecit, depulſis catholicis pontificibus, tam-
quam tyrannus, eccleſiis quibuſcumque præpo-
ni; vel taliter præpoſitis perverſa communione
permixtus eſt, qui hoc ipſo ſecundum canones
fuerant ab eccleſiaſtica communione pellendi,
quo ſe paſſi ſunt ſucceſſores vivis ſacerdotibus
adhiberi. Quis autem non perſpiciat chriſtia-
nus, quod catholicis pontificibus a propria ſe-
de dejectis, non niſi hæretici potuerunt intro-
duci? Quibus tamen cunctis, vel auctor fuit
Acacius ſubrogandis, vel ſubrogatis communi-
cator acceſſit, his utique qui a communione
nullatenus diſcrepabant. Cur ergo vel cum hæc
fieri videret, non ſicut ſub Baſiliſco jam fece-
rat, ad apoſtolicam ſedem referre curavit: ut
ſi ſolus ipſe non poterat, junctis, cum eadem
conſiliis atque tractatibus apud imperatorem poſ-
ſent, quæ religioni competerent, allegari? Nam
ſi Baſiliſcus, ut dictum eſt, tyrannus hæreticus,
ſcriptis apoſtolicæ ſedis vehementer infractus
eſt, & a plurimis revocatus exceſſibus; quan-
to magis legitimus imperator qui ſe catholi-
cum videri volebat, potuit cum apoſtolica ſe-
de cunctorum quoque pontificum moderata ſug-
geſtione mitigari, præcipue cum ejuſdem Aca-
cii eſſet ſpecialis fautor & amator, & qui li-
teris ſuis tam ipſum Acacium, quam ſanctum
Papam Simplicium magnum laudibus extuliſſet,
quod hæretico conſtantiſſime reſtitiſſent? Cur
tanto tempore Acacius inter iſta conticuit; ni-
ſi quia præpediri nolebat ullatenus, quæ deſi-
derabat expleri.

Ponamus tamen, etiam ſi nulla ſynodus
præceſſiſſet, cujus apoſtolica ſedes recte fieret
executrix, cum quibus erat de Acacio ſyno
dus ineunda? Numquid cum his, qui jam par-
ticipes tenebantur Acacio, & per Orientem to-
tum catholicis ſacerdotibus violenter excluſis,
& per exilia diverſa relegatis, ſocii evidenter
exiſtebant communionis externæ, prius ſe ad
hæc conſortia transferentes quam ſedis apoſto-
lice ſcita contulerent? Cum quibus ergo ſy-
nodus erat ineunda catholici pontifices fuerant
undique jam depulſi, ſolique remanſerant ſo-
cii perfidorum, cum quibus jam nec licebat
habere conventum, dicente pſalmo: *Non ſedi
in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus
non introibo*. Nec eccleſiaſtici moris eſt, cum
his qui pollutam habent communionem, per-
mixtamque cum perfidis miſcere concilium.
Recte igitur per Chalcedonenſis ſynodi formam
hujuſmodi prævaricatio repulſa eſt, potius quam
ad concilium; quod nec opus erat poſt pri-
mam ſynodum, nec cum talibus haberi li-
cebat, adducta eſt. Nam & quid ageretur de
fide catholica intelligere ſi vellent, ignorare
non poterant cum viderent catholicos pontifi-
ces, nulla ſynodi diſcuſſione, nullo concilio,
præcipue cum novas cauſas eſſe perpenderent,
toto Oriente depelli: & ceteri quid caverent, ex
illorum qualitate diſcernere potuiſſent. Reſtat
igitur ut illius partis eos fuiſſe ſit clarum, cui
ſe poſt tot experimenta dederunt, meritoque
ab apoſtolica ſede ceteriſque catholicis non
jam conſulendi erant, ſed potius notandi. Ri-
ſimus autem quod prærogativam volunt Aca-
cio comparari, quia epiſcopus fuerit regiæ ci-
vitatis. Numquid apud Mediolanum, apud Ra-
vennam, apud Sirmium, apud Treviros multis
temporibus non conſtitit imperator? Numquid-
nam harum urbium ſacerdotes ultra menſuram
ſibimet antiquitus deputatam quippiam ſuis di-
gnitatibus uſurparunt? Numquid Acacius ut
Joannem quemlibet hominem catholicum ta-
men, a catholicis ordinatum de Alexandria
excluderet, Petrumque in hæreſi jam detectum
atque damnatum, abſque ſedis apoſtolicæ con-
ſultatione reciperet, aliqua ſynodo ſaltem illic
habita, hoc audacter arripuit ut Calendionem
de Antiochia depelleret, hæreticumque Pe-
trum, quem ipſe damnaverat, abſque notitia
ſedis apoſtolicæ rurſus admitteret, aliqua ſy-
nodo id feciſſe monſtratur? ſi certe de dignitate
agitur civitatum, ſecundæ ſedis & tertiæ ma-
jor eſt dignitas ſacerdotum, quam ejus civita-
tis, quæ non ſolum inter ſedes minime nume-
ratur, ſed nec inter metropolitanorum jura
cenſetur. Nam quod dicitis, *regiæ civitatis*;
alia poteſtas eſt regni ſæcularis, alia eccleſia-
ſticarum diſtributio dignitatum. Sicut enim
quamvis parva civitas prærogativam præſentis
regni non minuit, ſic imperialis præſentia men-
ſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. Sit
clara urbs illa poteſtate præſentis imperatoris,
religio ſub eodem tunc firma, tunc libera,
tunc proveda conſiſtit, ſi potius hoc præſente
propriam teneat ſine ulla perturbatione men-
ſuram.

Sed dicatur forſitan de Alexandrino & An-
tiocheno, certis ex cauſſis principem magis il-
la quæ geſta ſunt, non Acacium præcepiſſe.
Sed principi chriſtiano decuerat ſuggerere ſa-
cerdotem, maxime cujus familiaritate, & fa-
vore fruebatur, ſalvam fore de ejus injuria con-
tumeliaque vindictam, tantum ut eccleſiæ ſi-
neret chriſtianus princeps regulas cuſtodiri,
quia & nova in utroque pontifice cauſa eſſet
exorta, & novam diſcuſſionem conſequenter in-
quireret. Et ſi, ſicut ſemper eſſet effectum, ſacer-
dotali concilio de ſacerdotibus judicia proveni-
rent, non a ſæculari viderentur qualeſcumque
pontifices, & ſi errore humanitus accedente,
non tamen contra religionem ullatenus exce-
dente poteſtate percelli. An & hæc juſta ra-
tione principi ſuggerenda non erant? Regiæ
civitatis honore ſublimis ſi factus erat illa re-
gia civitate ſublimior, tanto magis in his ſug-
gerendis debuit eſſe conſtantior. Si autem in
his

his, quæ pro religione fuerant exerenda, extitit contemtibilis atque despectus, & aut segnis, aut fiduciam non habens intimandi, in quo per regiam civitatem major effectus est? Nathan propheta palam, publiceque in facie regi David, & commissum pronuntiavit errorem, & ipsum commisisse non tacuit, & confessione correctum consequenter absolvit. Hic autem vir bonus & sacerdos egregius, in tantum se & suggerere potuisse monstravit, & noluisse depromsit, immo favisse patefecit, ut & imperator cuncta se ex ejus gessisse consilio non taceret, & ipse imperatorem magnis præconiis, elevaret ista facientem; seseque proderet his agendis rebus fuisse participem.

Sed esto Calendion nomen imperatoris abstulerit, Joannes principi mentitus fuisse jactetur: quæ tamen, cum novæ essent causæ, nova debuit ecclesiastica provenire discussio. An qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nulla interveniente synodo deiici debuerunt: & in Deum qui summus & verus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Quid per totum orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes, & hæretici subrogari? Novæ certe erant caussæ, & his consequenter nova synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem, ut in talibus caussis pateretur a principe saltem qualiscumque synodus celebranda, ut quocumque vel colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur exclusi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestione, qua potuit, consensit Acacius communicando cunctis, qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati. Apostolus autem dicit. *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus*, reos indubitanter ascribi. An hæc licuit sæculari potestati, & actis talibus Acacio consentienti absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat, absque sedis apostolicæ consultatione perficere; & sedi apostolicæ non licuit secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri utique caussa & veteri constituto justa definitione damnatis inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sua communione depellere? Sed Acacius, inquiunt, principibus obviare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obviavit? Cur ipsi Zenoni, ne palam Petro Antiocheno, quamvis latenter hoc fecit, communicare videretur, non commodavit assensum? Ecce resultanti non restitit imperator: ecce vim nolenti non intulit: ecce refugienti contagia manifesta concessit: postremo cur tanto tempore cum ista gererentur vel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam deferre curavit? Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret: sicut sub Basilisco jam fecerat. Cur illis ceteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo si ille defuit suis partibus, & quæ sacerdoti catholico competerent agere non curavit: ideo sedes apostolica quod ad eam pertinebat vel potuit vel debuit præterire? Quolibet modo hæreticorum complicem refutavit, & consortem communionis externæ a sua communione dimovit, nec opus fuit nova synodo, cum veteris constituti sufficienter hoc forma præscriberet; nec opus fuit ut hæc facienda Orientis episcopis intimaret, quos & expulsione catholicorum, quæ agebantur in caussa fidei non ignorasse manifestum sit, & communicando hæreticis subrogatis, facto tali consensisse. Non dubium est etiam externæ communionis effectos, atque ideo cum eis jam nec potuisse, nec debuisse sedis apostolicæ scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione qui constantissime perduraverunt, quid fidei communionique catholicæ deberetur.

Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, immo talibus contraria moliendo, a fide & communione catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdiderit. Ecce agnoverunt quam justis ex caussis pro fide & communione catholica atque apostolica, cui & illi qui in ea perstiterant, congruebant, & illi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius, ejusque pariter quicumque complices extiterunt; atque ab illa merito communione cum his discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus, a pontificibus catholicis discrepando, cognoscitur separasse, jureque sententiam ille damnationis excepit, ceteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis literis est professus. Cui si communicaverant Orientales episcopi, antequam huc referret, pari utique sine dubio reatu probantur involvi, jureque per eum sententiam transgressionis susceperunt, tamquam facti cum eodem communionis externæ. Qui utique non consuli, tamquam nostræ communionis homines, jam deberent: sed tamquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant, antequam Acacius huc referret, & communicantem notare debuerant, & ipsi potius de eodem huc referre, atque apostolicæ sedis vigore perculsum merito comprobare; cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciverant, & eorum successoribus communicare delegerant, ideo cum sede apostolica minime congruebant, quia in sortem reciderant prævicatoris Acacii, & illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi. Ob hoc eum videri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodieque manere persistunt. Sed sicut hi simili conditione constricti, complicem suum non possunt judicare non jure damnatum; neque rei reum possunt competenter absolvere; sic illo prævaricatore juste damnato, isti quoque pari jacent damnatione prostrati: neque nisi resipiscentes, inde poterunt prorsus absolvi; quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eamdem perfidiæ recideranr actionem; sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressio est punita cunctorum.

Quæ ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem la-

latius, si dominus concesserit facultatem, studeamus exponere: quatenus & fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem, quod absit, præpropere censuisse. Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantum modo præsulis apostolici, cujus erat utique potestatis, legitime probatur esse depromta, præsertim cum secretim dirigenda videretur, ne custodiis ubique prætentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedita necessarium habere non posset effectum: tamen quia orthodoxis ubique dejectis, & hæreticis tantummodo eorumque consortibus jam relictis in Oriente, catholici pontifices, aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter cognovit sententiam in Acacium fuisse prolatam. Quæ congregatio facta pontificum, non contra Chalcedonensem, non tanquam nova synodus contra veterem primamque convenit, sed potius secundum tenorem veteris constituti, particeps apostolicæ executionis effecta est; ut satis appareat ecclesiam catholicam, sedemque apostolicam, quia alibi jam omnino non posset, ubi potuit, & cum quibus potuit nihil penitus omisisse, quod ad fraternum pertineret pro intemerata fide, & sincera communione tractatum.

Notæ Severini Binii.

Epistola circularis. a *Epistola*.) Hanc epistolam circularem esse, eamque omnibus orthodoxis hæreticis & schismaticis episcopis redditam voluisse, pater in fine his verbis: *Reste autem faciet vestra dilectio, ut ista quæ scribimus, partes catholicæ & contraria sapientibus innotescant*, &c.

Causa epistolæ. Causam scribendæ epistolæ præbuit Euphemius Constantinopolitanus episcopus schismaticus, qui defuncti Acacii causam iniquam & impiam falsis textibus ornans, conatus est orientales coepiscopos a conjunctione sedis apostolicæ avellere. Ut ergo summo periclitanti orientali ecclesiæ succurreret, hanc prolixam valde atque disertam epistolam, qua Acacium sedis apostolicæ judicio jure damnatum esse ostendit, ad Dardanum episcopos transmisit.

Dictum obscurum Euphemii. b *Quod non speciali synodo*, &c.) Euphemius ad excusationem Acacii dicebat, ipsum synodali judicio non fuisse condemnatum, adeoque nomen ejus e sacris tabulis nequaquam expungendum. Quod si de universali & œcumenico concilio intelligat, verum est: si de provinciali synodo accipiatur, falsissimum esse constat ex iis quæ supra notavimus in notis epistolarum, & conciliorum Romanorum sub Felice III. habitorum. Universali & œcumenico concilio neque potuit neque debuit Acacius damnari. Orientales episcopi omnes fere Acacii communione polluti fuerant, adeoque universale concilium haberi non poterat. Et quia solius pontificis Romani sententia damnatum esse sufficiebat, eodem universali & œcumenico concilio opus non erat.

c *Risimus autem quasi ex negativam*.) Ridet pontifex illud, quod cum Euphemio novantes nostri temporis stulte admodum inculcant, dum ratione regiæ dignitatis prærogativas sedium patriarchalium expendunt, & non potius apostolicæ traditioni hæc privilegia accepta referunt.

XIV. SIVE TRACTATUS

Gelasii papæ.

In quo etiam ponit exemplia epistolarum Simplicii papæ atque Felicis, quod Timothei Æluri, vel Petri Alexandrini impietatem olim cognoverint, vel visi fuerint judicasse. Postea propriis prosequitur dictis, instruens quid adversus Græcos debeat responderi. Ex editione Sirmondi

* * * * *

Ex epistola Simplicii papæ ad Acacium *

* data die 11. Junii an. Chr. 488. Epist. 17.

Illud, inquit, *me non mediocriter facit attonitum, quod iisdem literis suis Petrum, qui hæreticorum dudum socius extitisse probetur & princeps, quod conscientiam dilectionis tuæ meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, sæpeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum, ad præfatæ ecclesiæ regimen existimet provehendum: eumque promittat rectæ fidei definitionibus convenire, a cujus utique, sicut superius dixi, consortio tam degit extraneus, quam ab ejus communione discretus est: Ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem non potest introire: ac perinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelæ, quæ post pœnitudinem præbenda est, consequenter aptari: animæ suæ cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu convincitur fuisse perversus: ne per speciem remeantis non remedium sinceræ salvationis inquirat, sed facultatem propagandæ prævitatis inveniat. Quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus irrogamus: eoque modo Chalcedonensis synodi statuta violantes, aditum sæva copulatione grassandi in ecclesiam lupis rapacibus aperimus. Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim a catholica participatione divisus est, pontifex dicitur postulari: ut satis evidenter appareat, non eos rectam fidem velle, sed in præsule proprio nefandi dogmatis quærere potestatem: neque inter ipsos, & veraciter sentientes, pax inde possit fida generari, unde hæreticarum mentium crescit funesta damnatio, & catholicorum miseranda captivitas.*

Ex epistola Felicis papæ ad Zenonem Im.

Ubi esse, inquit, *jam consequens proculdubio pervidetis, Alexandrinæ ecclesiæ pervasorem, funesta din impunitate grassantem, vestris præceptionibus, quibus merito dudum probatur ejectus, esse nihilominus addicendum. An non ipse est, qui per* XXX. *annos catholicæ desertor ecclesiæ, inimicorumque ejus sectator & doctor, & ad fundendum sanguinem semper velox fuit & promptus? Nunquid adhuc & istam dissimulationem quadam sumus ex conhibentia recepturi. In quo revera non est opus discussione subtili, quia ejus aperta sunt crimina.* Epist. 1. Supra T. VII. pag. 1031.

Multa similia in diversis epistolis eorum diligens lector, si requirat, inveniet. Prætermitto jam scripta & admonitiones papæ Simplicii, quæ plerique vilia æstimant, & judicant contemnenda. Illud consideremus attentius, quod de eodem Petro tunc cum adhuc sanum

forte

forte saperet, judicarit Acacius, qualemque de eo sententiam ad apostolicam sedem dixerit.

Domino sancto, & beatissimo patri, archiepiscopo Simplicio Acacius.

I

1. Cor. 11. *Sollicitudinem omnium ecclesiarum secundum apostolum circumferentes, nos indefinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes. Sed vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinæ ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem, piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est ad-*
Rom. 8 *probatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & unam nobis in his mentem, atque eam-*
B *dem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam esse perfecit, consortes nos cum tranquillis-*
Æturum *simo principe faciens, & Timotheum quidem * decessorem spirantem procellas, & ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem vi-*
Matth. 8. Marc. 4. *tæ subduxit humanæ, dicens ei,* Tace & obmutesce. *Petrum quoque *, qui ab Alexandria more similiter procellæ surrexerat, dissipavit, atque in æternam fugam spiritu sancto flante convertit, unum & ipsum de his qui olim fuerant & ante damnati. Sicut enim in nostris archivis inventum est, & de vestris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino episcopo Romam ad alterutrum sint relata. Qui Petrus filius no-*
C *ctis existens; & operum dici lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium persagendum congruas eorum cooperator inveniens, media nocte, adhuc jacente cadavere illius, qui paternos canones subverterat, insepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno & solo præsente, & eo qui consors illius insistebat insaniæ: ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur: nec quod sperabat effectum est. Sed illo quidem de se ex parte vel minima judicans nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus*
*Salophacio-lus sive Albus ** autem paternorum canonum custos, qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur, & usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur: & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum.*

Ecce testimonium Acacii validissimum, quid de Timotheo, quid de Petro senserit. Vere enim, sicut scriptum est in evangelio de Caipha illo pontifice, evenit Acacio. Dicitur enim de illo, quia cum esset princeps sacerdotum anni illius, de domini dixerit passione,
Joan. 11 *Expedit ut unus homo moriatur pro populo, ut non tota gens pereat.* Et subjungit evangelista beatus Joannes, *hoc* inquiens, *a semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius prophetavit.* Ita & hic, cum in summi esset sacerdotii dignitate locatus, utrum nolens an invitus, dubitare quippe nos ejus varietas & inconstantia fecit, verissimam de inimicis Dei tulit sententiam; quam si servare voluisset, procellam, quam ab ecclesia veraciter depulerat, rursus in ecclesiam ipse non revo-
Matth. 8. Marc. 4. *casset: & de quo dixerat, tace & obmutesce,* rursus Petri personam loqui in ecclesia minime permisisset. Quam similiter procellam a sancto spiritu dissipatam esse prædixerat, quemque filium noctis asseveraverat, & quem ab opere luminis alienum, amantemque tenebras latronum operibus congruas esse narrabat: qui falsum sacerdotii nomen, ab eo qui paternos, ut ipse ait, canones subverterat, artibus dolosis sibi ipse imposuerat. Hic Petrus, de quo beatæ memoriæ Timotheus catholicus, ut ipse dixit, paternorum custos canonum, Alexandrinæ quondam ecclesiæ pontifex, ad sedem apostolicam multa retulit deteriora, quam superius continentur, asserens specialiter & affirmans inimicum fidei, inimicum Chalcedonensis synodi per omnes exitisse infelicitatis conatus. Quid igitur nobis faciendum est? Non credimus tot & tantis tantarum sedium sacerdotibus, qui omnes uno ore, uno consensu, publicam & feralem humanæ salutis bestiam Petrum esse di-
B xerunt, in cujus se communione, perniciosa conjunctione, suadentes dæmonico spiritu, in-
Galat. 2 feliciter sociaverat Acacius, male rursus ædificans quod bene destruxerat? Nec opus plura hinc dicere, cum timentibus Deum, & formidantibus diem judicii, & ecclesiæ unitatem diligentibus satis aperteque causa sit clara. Hæc enim sola ratio est, quæ unitatem dividit, & concordiam dissipat: quia quamdiu prævaricatorum nomina de ecclesia non auferuntur, pacis vinculum nullatenus redintegrare permittunt. Si enim licet sectatorum vel communicatorum Eutychetis, ut fuit ejus sectator Petrus, & communicator Acacius, in ecclesia nomina recenseri, cur de sectatoribus & commu-
C nicatoribus, Arii, vel ceterorum hæreticorum, simili sorte non liceat? An minoris impietatis & perfidiæ Eutyches fuisse putatur, quam Arius? Nemo hoc quidem sani capitis audebit dicere. Si ergo par est impietas, par sit & utrorumque detestatio: ne si semel talis fuerit intromissa licentia, omnibus exinde omnia liceant, fiatque quod absit, tam passiva rerum confusio atque commixtio, ut nulla inter mundum & immundum sit secundum prophetam certa discretio. Non est quidem nostræ humilitatis de to-
Ezech. 22. 26. tius orbis dissensione ferre sententiam: est tamen nostrum de propria salute esse sollicitos:
a Cor. 5. Matth. 5. & 22. quoniam unusquisque pro se rationem redditurus est ante illud tribunal judicis & regis æter-
D ni, in quo etiam de verbo otioso, minimoque quadrante, sumus nostrorum rationem actuum præstituri. Unde & optamus, qualiacumque & quantacumque super nos importaverit inimicus, tolerare discrimina in sæculo præsenti, tantum ne causas incurramus mortis æternæ. Sed dicitur de Petro, quamquam sine approbatione dicatur, præsertim de homine * perspicacissimo, * pervicacissimo. legendum videtur
qui per xxx. annos famosus expugnator fuerat veritatis, quod pœnitentia acta susceptus sit in ecclesia. Nunquam igitur per xxx. annos agere potuit pœnitentiam, nisi tunc cum episcopatus amore & ambitionis ardore fervebat? O rem monstro simillimam! ante illum potuisse locum suum sacerdotii obtinere, quam posset
E vel brevi pro tam immani crimine penitens videri. Sed solvit illum, inquit, auctoritate sua prius Acacius, & sic suscepit. Utinam seipsum miserrimus omnium, secumque quamplurimos, non æternæ mortis compedibus alligaret? Qui cum superbissimo præflatus spiritu thronum humilitatis altius efferre conatur quam decuit, & præsumptionibus suis aditum undecumque conquirit, simulque per fas & nefas calcat & transit inviolabilia statuta sanctorum, cum ipso quem imitatus est auctore superbiæ, in profundissimam ruinam dejectus, id dereliquit ecclesiæ

unde

unde lugerent pacifici, fidelesque & humiles A
flerent. Si enim ille modum temperata pote-
state servasset, nec Petrum hæreticum, nullo
regulari ordine absolutum, pro ejus audaci te-
meritate, in sua societate hodie ecclesia suspi-
raret assumptum: nec caritatis, quæ omnium
virtutum est perfectio, & sine qua secundum
1. Cor. 5. apostolum inania sunt universa quæ facimus,
Galat. 5. tanta filii pacis dispendia paterentur, nec mor-
dendo invicem, consumerentur invicem. Sed
quolibet modo dicatur Petrus esse susceptus,
apparet tamen eum fuisse hæreticum, qui pœni-
tuisse pro perversitate defenditur: & quod pra-
vus & infidelis fuerit, & de ecclesia ecclesia-
stico jure projectus, ambigi dubitarique non
potest. Sed concedamus paulisper pœnituisse B
eum, quod nullatenus verum est; videndum
ergo est quomodo, id est utrum qui ordine
competenti, regulari severitate excisus & ex-
stirpatus est, pœnitens recte & consequenter
receptus sit. Sed nunquam docebitur, nunquam
monstrabitur, nunquam omnino probabitur,
ejus purgationem fuisse legitimam, quæ non
est competentibus regulis celebrata. Secundæ
enim sedis antistitem nec expellere quisquam,
nec revocare, sine primæ sedis assensu, vel
potuit, vel debuit. Nisi forte confuso jam or-
dine rerum atque turbato, nec prima, nec se-
cunda, nec tertia sedes debeat observari, vel
suscipi secundum antiqua statuta majorum, &
sublato capite, ut videmus, omnia membra va- C
rio inter se compugnent certamine, fiatque il-
lud quod de populo scriptum est Israel: *In il-*
Judic. 21. *lo tempore, non erat dux in Israel: unusquisque*
* deterendum *quod placitum erat in oculis suis faciebat.* Qua
enim ratione vel consequentia aliis sedibus *
defendendum est, si primæ beatissimi Petri sedi
antiqua & vetusta reverentia non defertur,
per quam omnium sacerdotum dignitas semper
est roborata atque firmata, trecentorumque de-
cem & octo patrum invicto & singulari judicio
* vindicatus vetustissimus * judicatus est honor? Ut pote
Matth. 16. qui domini recordabantur sententiam, *Tu es*
Petrus, & super hanc petram fundabo ecclesiam
meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus
eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, & quæ- D
cumque ligaveris vel solveris in terra, erunt li-
Luc. 22. *gata vel soluta in cœlo.* Et rursus ad eumdem;
Ecce ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua,
& tu aliquando convertere, & confirma fratres
Joan. 21. *tuos;* & illud; *Si amas me, pasce oves meas;*
Quare igitur ad Petrum tam frequens domini
sermo dirigitur? nunquidnam reliqui sancti &
beati apostoli non erant simili virtute succin-
cti? Quis hoc audeat affirmare? *Sed ut capite*
* verba S. Hieronymi cap. 14. libri I. adversus Jovinianum. *constituto* *, *schismatis tolleretur occasio*, & una
monstraretur compago corporis Christi, quæ ad
unum caput gloriosissima dilectionis societate
concurreret: & una esset ecclesia, cui fideliter
crederetur, unaque domus unius domini, & E
unius redemptoris, in qua de uno pane & de
1. Cor. 10. uno calice nutriremur. Qua ratione, sicut di-
xi, majores nostri, reverendi illi ecclesiarum
magistri, clarissimaque illa populi christiani lu-
mina, quos merita virtutum suarum usque ad
confessionis gloriosissimas palmas, & mar-
tyrii fulgentes extulere coronas, ad illam se-
dem, quam princeps apostolorum sederat Pe-
trus, sui sacerdotii sumpta principia repleti
Christi caritate mittebant, suæ inde soliditatis
gravissima firmitatis roboramenta poscentes. Ut
per hanc speciem omnibus appareat, vere unam
esse per omnia, & indissolubilem Christi eccle-
siam, quæ concordiæ vinculo, mirabilique ca-
ritatis textura composita, sola & indivisa per
totum ostenderetur esse tunica Christi, quam
nec milites ipsi, qui dominum crucifixerunt, di- Joan. 19.
videre ausi fuissent. Quæ nunc si propter per-
fidiam Petri, Acacii tyrannicam superbiam, im-
piamque præsumptionem ejus, violatur atque
conscinditur, videte & sapienter expendite, in
quam grave periculum nostra deducitur con-
scientia, dum tanta majorum solvitur observan-
tia. Quis enim non agat quodcumque libuerit,
si semel in consuetudinem corruptus ordo per-
venerit? Si autem hoc sacrilegum est etiam
cogitare, cur non cum diligentissima observa-
tione teneatur hæc forma majorum, cum sit
in hoc observationis tenore ineffabilis indubita-
tæque unitatis evidens, & grande mysterium?
An duæ sunt ecclesiæ, & duo pastores? Ab-
sit. Unus est enim, *qui fecit utraque unum*, Ephes. 2.
tollens de medio inimicitiarum parietem in
corpore suo. Cur ergo per Petri & Acacii no-
mina rursus inimica sepis intexitur, quam se-
mel Christi crux, mors, & sanguis destruxit,
solvit, & evertit? Non ergo dividat eos inter-
positum Petri & Acacii nomen, quos tanti me-
diatoris pretiosus sanguis univit. Postremo
æquum est, ut qui alios libenter & compe-
tenter vultis habere subjectos, cedatis & ipsi
antiquo more majoribus, ut confidenter impe-
rare possitis minoribus vestris. Duodecim cer-
te fuere apostoli, paribus meritis, parique di-
gnitate suffulti. Cumque omnes æqualiter spi-
rituali luce fulgerent, unum tamen principem
esse ex illis voluit Christus, eumque dispensa-
tione mirabili in dominam gentium Romam
direxit, ut in præcipua urbe vel prima primum
& præcipuum dirigeret Petrum. Ibique sicut do-
ctrinæ virtute sublimis emicuit, ita sanguinis
gloriosa effusione decoratus, æterno hospitio
conquiescit, præstans sedi, quam ipse benedi-
xit, ut a portis inferi nunquam pro domini
promissione vincatur, omniumque sit fluctuan-
tium tutissimus portus. In quo qui requieverit, Matth. 16.
beata & æterna statione gaudebit: qui vero
contempserit, ipse videbit qualia genera excu-
sationum in die obtendat judicii. Me enim cre-
do, spero, confido in Christo, quod ab ejus Rom. 8.
caritate nec tribulatio, nec angustia, nec gla-
dius, nec persecutio, nec vita, nec mors un-
quam poterit separare. Incumbat persecutio,
sæviant leges, militi Christi gloriosius est mo-
ri, quam vinci: fraudari præsentium commodis
melius, quam carere futuris.

XV.

XV. GELASII PAPÆ AD EPISCOPOS ORIENTALES.

Quod in Acacii aliorumque damnatione synodo nova opus non fuerit, & quod Petrum Alexandrinum absolvere Acacius sine sedis apostolicæ auctoritate non potuerit. Tum de episcopis catholicis sede sua sine discussione dejectis.

Dilectissimis fratribus universis episcopis orientalibus Gelasius.

* * * * * *

[1] Quid ergo isti prudentes viri, & argutis mentibus totius religionis interna rimantes, in orientis partibus constituti, si cognoverunt hujusmodi personam * in Antiochena ecclesia constitutam, cur communicando talibus præbuere consensum? Cur non illico reclamarunt, cur non se a tali contagio removerunt, cum * tam evidenter adverterent, ideo Calendionem depulsum *, ut hæreticis panderetur introitus? Quare hic [2] nihil de re, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si vero illi eorum se communioni voluntarie subdiderunt, ab apostolica sede certe separati sunt, cum talibus & apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus provenire. Quod si ignorasse se dixerint qualis [3] Antiochiæ post Calendionem successisset antistes, quid mirum, si qui in oriente positi, quæ in regione sua contigerint scire nequiverunt, ea quæ apud apostolicam sedem gesta fuerant ignorarent? Cur tamen, posteaquam ad eorum notitiam pervenit qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non ejus consortia continuo respuerunt? Quid excusationem de ignorantiæ colore prætendunt, cum hodieque & manifestata contagia perfidorum, & a nobis sæpius exprobrata sectentur? Quo satis apparet, quia ne tunc quidem etiamsi cognoscerent refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt. Prorsus in quamlibet se partem * causationemque convertant, manifestæ veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatæ perfidiæ residuam ventilare. Hæc autem, quæ de Calendione venerabili dicta sunt, & in Joannis Alexandrini conveniunt certa ratione personam. Immo, si causa eadem latius inquiratur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperiuntur errores, ut si ipsi sint judices qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. Palam enim illic aperteque monstratur, nihil aliud quam quæsitam causam, quemadmodum, catholico qualicumque depulso pontifice, hæretico Petro reseraretur accessus. Tunc istud nemo discutiebat, synodum nemo poscebat, passim omnia licito fieri a quibuscumque videbantur: nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur ecclesiæ: sed prout de uno quoque venisset in mentem, de suis urbibus catholicus pellebatur episcopus, non solum metropolitanus, sed etiam * tertiæ & secundæ * sedis antistes. In his nulla rerum vestigatio quærebatur, nulla facienda concilia jactabantur. [4] Subrogantur hæretici, nemo resultabat: sed velut muta pecora in captionem ducta, subditis voluntatibus perfidiam sectabantur. Non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indiscussam * cæcis mentibus secuti sunt [5] utilitatem. Sed miramur, cur eos non pudeat in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulsos. Si in istorum rejectione de non inito concilio conqueruntur, cognoscant se, cur non & hoc in aliorum rejectione quæsiverint, accusari. Si vero in ceterorum rejectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An in catholicorum dejectione non fuit opus, & fuit magnopere congreganda in prævaricatoris damnatione confessi? Quid igitur restat, nisi ut dicant hæreticos non fuisse? Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis * externæ perhibent sectatores. Cur [6] enim eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Chalcedonensem synodum venire cognoscunt, qua Eutychianus error cum [7] auctoribus generali ecclesiæ voce damnatus est? Nec dubium quod sicut in unaquaque hæresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit Christianus, omnes complices, sectatores, communicatores damnatæ semel pravitatis pari sorte censentur. Ideoque fit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores, secundum illius tenorem synodi, nulla recenti facta pontificum congregatione damnati sunt: sic & qui Petro communicavit Acacius, ut criminis particeps, ita consors sit factus & pœnæ. Quid igitur ambagibus & nebulis ista prætexunt, ut impudentiam suam, mentemque vesanam inanibus potius fabulis [8] velare letaliter, quam prodendo medicinaliter sanare contendant? Nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externæ. Ideo vocatur ad judicium certe quæcumque persona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Post confessionem porro literarum tenore depromptam cur ad judicium vocaretur Acacius, qui se confessus est Petro, quem petita sedis apostolicæ præceptione damnarat, communione sociasse: nec ei credi jam externæ communionis effecto, vel pro sua, vel pro illorum, vel pro Petri defensione jam posset, cui se prius miscuerat nefando consortio, feceratque se cum ejus causa fine dubitatione communem? [9] Cui examinatione præmissa, & legitima si ita esset purgatione suscepto, regulariter misceretur. Sed cum eodem nondum legitime discusso atque purgato communione sociatus, quam adhuc reo se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam cum

* intelligit Petrum Gnapheum sive Fullonem

* jam

* anno 483.

* excusatio nemque

* Calendio Antiochenus

* Joannes Talaia Alexandrinus

* a schismaticis.

* hæreticæ

1 In MS. Codice perveruſto Veronenſis Capituli, cum quo collata fuit a Franciſco Blanchino hæc Gelaſii Epiſtola, hoc ejus legitur argumentum. *Incipit de eadem ratione reddenda ad Epiſcopos Orientis.*

2 Cod. Veron. *nihil de re, nihil de Synodo, nihil de fide Chriſtiana.*

3 Id. Cod. *apud Antiochiam poſt Kalendionem*, & ubique in eodem codice Kalendion ſcribitur cum K.

4 Id. Cod. *ſubregabantur.* 5 Id. Cod. *vilitatem.*

6 Id. Cod. *Cur ergo.* 7 Id. Cod. *cum ſuis auctoribus generali.*

8 Id. Cod. *celare.* 9 Id. Cod. *Qua examinatione.*

cum Acacius nullo privilegio fulciretur, ut de
* secunda sede posset ferre judicium, [1] non
potuit jure quemquam damnare. Simili modo,
nisi primæ [2] sedis auctoritate percepta, nec exa-
minandi Petri jus habuit, nec recipiendi peni-
tus potestatem. Quo regulariter constituto,
nec apud nos Petro ullatenus absoluto, quem
damnasse nos novimus, examinasse vel absol-
visse, nescimus: restat ut illud demonstremus,
eumdem Petrum, quem se purgatum commu-
nione recepisse prætendit Acacius, nunquam
ab hæreticæ communionis contagio cessasse:
ac non solum ipso tempore quo [3] ei commu-
nicavit Acacius, sed etiam post communionem
prævaricatoris Acacii, semper Alexandrinum
Petrum in hæreticorum collegio perduraſſe. At-
que ita & per hunc Acacium perfidæ commu-
nionis suscepisse contagium, & per eamdem il-
lis hæreticis, quibus Petrus communicabat,
eadem peste conjunctum. Qui præsumpsit non
servato ordine Petrum suscipere, nec exami-
natum eum, nec cognoscitur recepisse purga-
tum: & ideo præter sedis apostolicæ notitiam,
non legitimam sibi ejus receptionem usurpare
voluisse, ut examinationem ejus & purgatio-
nem posset pro sua voluntate * mentiri, atque
eum nec examinatum, nec reciperet omnino
purgatum. Quem si revera vellet examinatum
purgatumque recipere, ordinem in ejus exami-
natione & receptione potius custodisset, [4]
ne videretur magis, quam veraciter posset
jure [5] purgare. Sicut ergo ante non prius
damnavit, quam & referret, & posceret ab
apostolica potestate damnandum: sic & in re-
cipiendo modum servare debuisset, ut prius-
quam se ei communione misceret, per se-
dem apostolicam posceret examinari eum, &
legitima ratione purgari: cum nec examinandi
aut recipiendi eum haberet ipse pontificium, &
non nisi per illius sedis auctoritatem consen-
sumque hoc posset implere, sine cujus auctori-
tate eum non potuerat ipse damnare & cujus
principali diligentia, & discuti potuit & pur-
gari, & ad communionem convenienter admit-
ti. Cum enim constet, semper aut sedis apo-
stolicæ auctoritate hujusmodi personas, aut di-
scussas vel esse purgatas, aut sic ab aliis qui-
bus competebat episcopis absolutas, ut tamen
absolutio earum ex sedis apostolicæ consensio-
ne penderet: ubi utrumque defuit, nec discus-
sionem legitimam, nec purgationem firmam,
ac per hoc receptionem fuisse constat indebi-
tam. Si tu absque mea communione Petrum
judicasti esse catholicum, meque despecto tuo
cum jure recepisti, quid causeris, si illum ego
a communione mea, quam tu voluisti con-
temptam, tanquam absque tua notitia vel con-
sultatione repulerim? Vis adquiescere? meus
es. Non vis adquiescere? non meus es. *Qui*
enim mecum non est, contra me est: & qui me-
cum non colligit, spargit. Quæro abs te, Pe-
trum hæreticum fuisse putas, an catholicum,
an ab hæresi postea esse correctum? Si hæreti-
cum, nullatenus eidem communicare debuisti,
& eidem communicando, hæretici te manifes-
tum est factum fuisse participem, & ejus con-

Alexandrina Romana

* mentiri

Matth. 12.

sequenter ex synodi tenore veniente damnatio-
ne constringi. Si catholicum: palam totius
dogmatis es defensor, quod catholicum esse
pronuntias. Ac nihilominus illius errore cen-
seri, si hæreticum fuisse definias, sed postea
correxisse prætendas, eique te purgato com-
municasse pronunties. Interim in cujus perso-
na me negligendum esse credidisti, causari non
potes quod in hac eadem te ejus persona ne-
glexerim. Deinde cum sine me jus non ha-
bueris vel absolvendi, vel recipiendi hujusmo-
di rite personam, nec [5] purgatum legaliter,
nec regulariter constat esse. Quam regulariter
non [6] acceptam, tam legaliter non constat es-
se purgatam: & ideo non jure purgatam,
quia legaliter non receptam. Mea enim in il-
lum manente sententia, te sine * me pontifi-
cium, ut meam sententiam resolveres, non
habente, qua potestate vel discussus est vel
qua auctoritate receptus asseritur? Ecce inte-
rim in his causa vestra nutat & labitur *: &
si hæc sola fuit, prorsus tota subruitur. Sed
[7] est adhuc aliud, quod ad cumulum vestræ
convictionis accedat. Quid enim si doceatur;
non solum priusquam in ejus communionem
veniretis, neque tantummodo cum ad ejus
communionem venistis, sed etiam postea in
hæreticorum nihilominus eum communione du-
rasse: nonne aut per illum apud vos commu-
nio perveniebat hæretica, aut in hæreticam
communionem vos ejus commercio transibatis?
Docete igitur Petrum Alexandrinum ab An-
tiocheni Petri unquam communione desiisse,
& non usque ad diem cum Antiochenus Pe-
trus in hac luce versatus est, individuum utri-
que fuisse consortium. An dicturi estis & An-
tiochenum Petrum fuisse correctum, [8] cui us-
que in finem se non communicasse gloriaba-
tur Acacius? Sed [9] quod profuit, quod illi
per seipsum communicare non voluit, cum ei-
dem per Alexandrinum Petrum sine ulla se
communicare putaret invidia? Quid facimus de
tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici
pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati
sunt, cur catholici sunt rejecti? Sed evidenter
apparet, quia cum catholici sunt rejecti, non
catholici sunt subrogati. Restat ut catholicis
hæretici quicumque successerint. Cur eis te-
mere communicastis? cur non, ut ista nova
facies rerum, & tanta tragœdia de pontificum
successione viventium a synodo discuteretur egi-
stis? An de uno dolet Acacio, quod speciali
synodo non fuerit confutatus, cum proprium
crimen suis literis ipse detexerit, nec audiri
debuerit jam sponte confessus; & de tantis
pontificibus catholicis non dolet sine ulla di-
scussione seclusis? Qui utique, si catholicos
nollent eos, quorum communionem vitave-
rant, his potius communicare maluissent,
quam non communicantes eis dura persecutio-
ne depelli. Ecce tanti catholici sacerdotes hoc
ipso se indicant, quid apostolica sedes censue-
rit cognovisse, constanterque probasse retinen-
dum, quod communionem catholicam reser-
vantes, & eos qui apostolicæ sedi communica-
rent, elegere consortes; & illos, quibus sedes
apo-

* meo pontificio, ut m. l. i. jus non habente

* auctoritas: & si hæc tota fiat p. t. l.

1 Id. Cod. *potuit jure damnare.*
2 Id. Cod. *quo & ita communicavit.*
3 Id. Cod. *sed ut videretur.*
4 Id. Cod. *purgari.*
5 Id. Cod. *purgatum.*
6 Id. Cod. *receptam.*
7 Id. Cod. *sed adducitur.*
8 Id. Cod. *cur usque.*
9 Id. Cod. *quid profuit.*

apostolica [1] decreverat minime communicare, usque ad persecutionis incursus [2] renuere consortes. Certe quæ sedes apostolica decreverat, orientalibus episcopis non innotuisse jactatur. Unde ergo tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes, eamque probantes apta religioni sacrosanctæ veraque sanxisse, quæ non solum sequenda sibi [3] judicaverunt, sed etiam usque ad persecutionem viriliter [*] exerenda? Ecce habuistis qui apostolicæ constitutionis, & notitiam vobis ingererent, & retinendi constantiam ministrarent, si apostolica sedes misisset, vix duos aut tres dirigere potuerat. Ecce tot pontifices, apostolicæ sedis scita sectantes, ingerunt vobis notitiam, & præbent servandæ veritatis exempla. Qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo duos vel tres audire potestis? Hoc ipso sine dubio cognovistis illos apostolicæ sedi placere, quod vos displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini, per quos intelligebatis sedis apostolicæ voluntatem: aut nihil est quod de ignorantia velitis obtendere, cum indiciis tantis & talibus abutentes, sedis apostolicæ constituta, tantis testimoniis prædicantibus, respuere potius quam recipere maluistis. Nunquid omnes isti, quos memoravimus episcopi [*] imperatori mentiti sunt? nunquid omnes imperatoris nomen ex diptichis [*] abstulerunt? Cum igitur pellerentur, & vivis pontificibus catholicis successores hæretici crearentur, & non de inferioribus quibusque civitatibus, sed etiam metropolitani pontifices in catholica jugiter communione durantes, [4] cur compassi non estis tantis fratribus vestris? cur non adistis imperatorem? cur non ecclesiæ causam, & sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis vocibus deflevistis? allegantes [*] nunquam de pontificibus nisi ecclesiam judicasse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus: obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ, non suam præponere potestatem: episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus judicare. Quibus ecclesiæ conciliis, qua synodo pellerentur: quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum, tot ecclesiarum præsules pro humano libitu, & sæcularis potestatis arbitrio pellerentur. Inauditos, indiscussos, [5] convictos non debere percelli. Maxime cum novæ causæ, & nova rerum facies appareret, ut rectores isti plebium repentinis incursionibus, pro mundanæ potentiæ voluntate, sacris dignitatibus privarentur. Ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus, nec participio cujuslibet erroris jam ante damnati, teneri eos convicique consortes, ut tanquam ex præterita definitione judicarentur obstricti. Et ideo, quia nullis ante præcedentibus causis [6] retenti essent, cur ejicerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari, & ecclesiasticis legibus, ut semper, oportere constare. Saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseriis consulendum, formidantes in vobis quod in aliis cerneretis præter ullum

[*] execranda

[*] hoc præter tu Joannes Alex. ejectus 481.

[*] & Calendio Antiochia 483.

[*] Dist. xcvi. Nunquam de pontificibus

morem violenter admitti. Si crimine respersi erant aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci. [7] Taceam & ad sedem apostolicam ex more deferri, ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere, quid secundum regulas, & patrum canones facere deberetis. Præcipue cum etiam [*] ipse leges publicæ, ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerint judicari. Si vero de qualibet hæresi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit illa cognoscere, qui & secundum religionis tenorem possent ista discutere, & haberent primum, ex quo est Christiana religio, pontificium judicandi. Aut catholici enim erant, aut hæretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, & latrocinia detestanda sæviebant. Si hæretici, prodi, discuti, & legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari. Taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque commoneo quid fieri ecclesiastico jure convenerat. Si vero catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsione cessistis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter [9] hæretici. Qui depulsis catholicis [10] secedentibus, non ignorastis causam fidei communionisque catholicæ per tantos antistites toto orbe patefactam; sed plane scientes volentesque, sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla sedis apostolicæ reverentia, assensistis hæreticis; libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos antistites inaudita prius & miserabili sorte detrudi. Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem, secundum scita majorum, & sicut semper est factum, referre debuistis: sicut de Petro [*] Alexandrino, vel de Antiocheno [*] Petro, de [*] Joanne & Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed quoniam noveratis eos cum apostolica sede sentire, & quid sedes apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat orientales antistites nullatenus ignorasse, [11] & vos catholicæ atque apostolicæ communioni prodidisse contrarios, & ab eadem defecisse, cum non illis estis passione conjuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic vobis synodus nunquam venit in mentem; & certe de personis, ut dictum est, nulla veteri lege constrictis. Hic nullo consilio, non unius urbis vel unius episcopi, sed totius orientis ecclesias, subiit animum vestrum facto sacerdotali concilio debere curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito, & toto [*] recesseratis affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid conferretur, quo vobis, rebus evidenter ostensis & legitime confutatis, in hæreticorum non liceret venire consortium. Quid igitur de ignorantia prætenditis, cum per totum orientem catholicam fidem communioneinque sinceram sedi apostolicæ congruentem, non solum cognovisse tot pontifices videbatis, sed etiam usque ad extremum constantissime de-

[*] Cod. Theod. de episcopis cap. 41. & appendicis cap. 15. item libro XVI. tit. 2. c. 23.

[*] Mongo. [*] Chapheo. [*] Apameno.

[*] recideratis

fen-

1 Id. Cod. *minime communicaret*. 2 Id. Cod. *tenuere*. 3 Id. Cod. *judicaverint*.
4 Id. Cod. *Cur igitur*. 5 Id. Cod. *inconvictos*. 6 Id. Cod. *recentes*. 7 Id. Cod. *Taceo*. 8 Id. Cod. *cessastis*.
9 Id. Cod. *hæretici*. 10 Id. Cod. *succedentibus*.
11 Id. Cod. *& pro illos*.

sendisse? Si nos non audieratis, quid de fide & communione catholica atque apostolica censeremus, illos aspicere debuistis, & aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse. Quid illos juvat vel suo proposito illam tenuisse sententiam, [1] aut cognoscendo quid sedes apostolica definiret? Aut igitur collegas & fratres de proximo in conspectu vestro, vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis errare: nec illis, a quibus nullo discrimine vexabantur, præbere consensum, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, & regulariter de eis ecclesiastici judicii forma procederet. Sin vero sedis apostolicæ regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos, & quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum; & illorum persecutoribus annuendo, a sedis apostolicæ, non ignorantes ejus sententiam, consortio * retrocessistis. Et adhuc dicitis ignorasse vos quid sedes apostolica censuisset, cum ab illis sacerdotibus catholica fide & communione pollentibus, non verbis aut literis, sed personis præsentibus, didiceritis universa, & ab eadem vos proprio judicio separasse videamini. [2] Dicitis [2] etiam synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quæsistis. Quibus autem vultis, ut de talium cautarum relatione credamus? catholicis, an hæreticis? ab omni hæreticorum contagione discretis, an hæreticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos esse catholicos, & ab omni hæretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, & in exilium sunt redacti: & eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes? Hæc pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem & cum Petro Alexandrino, & cum Antiocheno Petro, indifferenter ii qui catholici successerant communione permixti sunt, & successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos, qui licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione junxerunt. Hæc illa mixtura, hæc est illa confusio, qua per orientem totum inter catholicam hæreticamque communionem nulla discretio est: imo qui discerni temptaverit, potius habetur hæreticus, persecutione percellitur, exilii & afflictione multatur. Restat ergo, ut in hac colluvione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sinceræ communionis, & ideo catholicus comprobatur: ita quisquis illius detestandi commercii particeps invenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. Nec prætendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset vel communicare videatur hæretico. Quid enim juvat, si illi non communicet, & his tamen communione * jungitur, qui ab illius non sunt communione diversi? Quod si eorum nulli communicavit, vel non omnino communicat, hic erit ille sinceræ, catholicæ, apostolicæque communionis & fidei, alioqui nullo modo poterit indiscretæ illius mixtionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare jactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit. Ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices * subsicivæ communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicavit Acacius. Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum, ceterorumque [3] in catholica durantium, nec conscientiam latere potest totius orientis. Et ut taceam, quod per ipsum Zenonem imperatorem, qui utique Antiocheno Petro, quem introduxerat, & cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acacius: plurimos diversarum urbium præsules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilominus communicabat Acacius, & per illos Antiocheno communicabat consequenter & Petro. Sed hæc apud Græcos facilis & inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio; & cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per pœnitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede apostolica popposcit Acacius. Ac per hoc [4] queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum; cum hac professione præmissa, & [7] per infectos Antiocheni Petri recepta communione, se doceatur ipse damnasse. Ubi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices orientales, qui pari modo in hæc cecidere contagia, meritoque simili damnatione [8] tenentur obstricti, nec inde possint ullatenus expediri, nisi, dum supersunt a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere, qui aut omnino se sciunt ab hujus perfidiæ nexibus divino beneficio servare discretos, aut his qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro sinceræ communionis testificatione possumus adhibere, qui [9] in sincera communione sunt [10] polluti? Nec eorum testimoniis niti pro veritate poterimus, qui impugnare * non verentur falsitatibus veritatem. Restat ut non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi.

* vos retraxistis.

* sub signo

* niteatur

GE-

1 Il. Cod. *an cognoscendo*.
2 Hic in Cod. Veronensi inseruntur ea, quæ protulit cl. Maffejus in sua præfatione ad supplementum Acacianum supra T. VII. pag. 1069. Sed cum eadem omnino legantur in epistola Gelasii ad Dardanos Episcopos non solum in editione Labbeana supra pag. 62. E. sed etiam in Quesneliana, ac in eodemmet Veronensi Codice, in quo solo hic repetitur, illa potius epistola ad Dardanos adjudicarem.
3 Id. Cod. *Et adhuc dicitis Synodum*.
4 Id. Cod. *jungatur*.
5 Id. Cod. *in catholica fide*.
6 Id. Cod. *quid queruntur*.
7 Id. Cod. *per infractus*.
8 Id. Cod. *teneantur*.
9 Id. Cod. *in insincera*.
10 Id. Cod. *posit*.

Ex Editione Lucæ Holstenii

GELASII PAPÆ EPISTOLARUM DECEM FRAGMENTA, EX COLLECTIONE canonum Card. Deusdedit.

Gelasius Cælestino episcopo, inter cetera.

Lib. 1. c. 141. IN ecclesia beati martyris Eleutherii, quæ in Histoniensium civitatis parochia probatur esse constructa, Julianum diaconum, si nil in eo est quod contra canonum veniat instituta, presbyteri honore decorabis: sciturus eum Visitatoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis.

Idem Sabino Episcopo.

QUartum defensorem diaconum sibimet consecrari populus Grumentinæ civitatis expoſcit. Hunc ergo, si nil est quod ejus personæ possit opponi, diaconii provictione decorabis: ut noverit tamen dilectio tua hoc se delegantibus nobis exequi Visitatoris officio, non potestate proprii sacerdotis.

Gelasius Quinigesio & Constantino episcopis, inter cetera.

Lib. 4. c. 56. FElix & Petrus ecclesiæ Nolanæ clerici contumaciter & contra constitutum rebelles ad comitatum filii mei regis putaverunt esse properandum, dicentem sibi vim fuisse generatam, tacito clericatus officio: & auctoritate promerita contra civilitatem redemptis sibi barbaris suprascriptum episcopum suum gravibus injuriis & dispendiis affecerunt. Proinde necessarium fuit ut ad eumdem dominum filium meum supradictus frater noster Serenus episcopus convolaret, ostensaque fraude secundum beatitudinem temporum suorum vir præcellentissimus filius meus Theodoricus rex ad nostrum contumaces clericos remisit examen.

Gelasius Victori episcopo.

Lib. 3. c. 99. DUdum de sanctæ Agathæ basilica, quæ in Caclano fundo olim noscitur constituta, processionem sub nostra consultatione suspenderas, asserens possessionis dominum omnia quæ illi conferebantur accipere, & suis usibus applicare; nec illic posse ministrorum Dei aliquos ad processionem venire, cum nulla illic alimenta susciperent. Sed nuper vir spectabilis Petrus noster nobis rationabiliter intimavit, hoc quod in culpam venerat se taliter ordinasse, ut universa quæ in ecclesia supradicta diversorum fuerint oblatione collata, ad episcopum, aut ad eum cui basilicam deputaverit, universa pertineant: ita ut ex hoc compendio sarta tecta ecclesiæ procurentur. Et ideo frater saluberrimæ dispositionis professione suscepta, processionem supradictæ ecclesiæ te convenit ordinare.

Gelasius Respecto & Leonino episcopis.

Ibid. c. 99. JOannes archidiaconus Falerionensis urbis eversionem ecclesiæ ab eo qui præsulis nomine censetur effectam grandi nobis supplicatione conquestus est; ita ut se videlicet de loci sui administratione dejecto, iter sibi liberum ad depopulandas facultates aperiret ecclesiæ. Nam ministeriis & ornatu pro sua voluntate distracto, prædium etiam paternum, quod in alimoniam clericorum decessor ejus reliquerat, velut proprium suis utilitatibus vindicavit: obviantemque supradictum archidiaconum, ceterosque complures, qui pariter reclamabant, ab ordinibus suis credidit excludendos. Et ideo, fratres carissimi, divinitatis intuitu ecclesiæ causam summa attentione trutinantes, omni veritate discussa, de compertis cita nostris auribus relatione signate; ut perspecta instructione diligentiæ vestræ quid fieri debeat censeamus.

Gelasius Justo & Stephano episcopis.

FRater & coepiscopus noster Proficuus Salpinæ sacerdos ecclesiæ petitorii nobis insinuatione suggessit, Brumarium spectabilem virum, cum nullis extantibus causis servum ecclesiæ gravissima cæde mactasset, tunc etiam ad augendam violentiæ suæ pervicaciam supradictum antistitem gravissimis contumeliis affecisse. Et ideo, fratres carissimi, si a vobis admonitus ad judicium vestrum inquisitionemque convenerit, veritate discussa unde tantus superbiæ spiritus aut violentiæ conceptio fluxerit, quidve fuerit quod pontifex tanta lacerateretur insolentia, nostris auribus relatione signate. Aut si forte simili præsumptione contempserit, potestatem sibi supradictus pontifex noverit esse concessam, quatenus apud judicem provinciæ atrocium injuriarum quærat propositione undictam. Ibid. c. 97.

Gelasius Majorico, Sereno, & Joanni episcopis.

QUi & humanis legibus incivili temeritate calcatis, & reverentia religionis abjecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum profilire dispendium, nec hujusmodi saltem commoniti convictique nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sancire, merito divini muneris sunt participatione privandi: ut hujus perceptione ne careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Quapropter Dionysii, qui sicut vestræ textus relationis ostendit, non solum Vibonensis ecclesiæ jura turbare, sed etiam repensare, quod nequiter admiserant, respuerunt, sacræ communionis arceantur accessu, donec quæ honori divino competunt discant devota mente deferre. Contra quos etiam quidquid publicis legibus agi poterit, minime negligatur. Ut qui utrumque tempserunt utrisque cohibiti, tam sibi, quam cæteris præbeant quod necessaria disciplina poscit exemplum. Cœlestinus vero presbyter fratris & coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale judicium, contraque apostolicæ sedis mandata prorumpens supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: ut nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat. Ibid. c. 98. xii. q. 1. 14.

Gelasius Joanni episcopo Pisano.

ECclesiastica ministeria, quæ unicuique basilicæ fidelium devotio deputavit, ad aliam Ibid. c. 99.

ecclesiam nullo debent surripiente transferri. Et ideo, si hujus juris porritoris petitio veritate subsistit, calicem quem decessor tuus abstulit, ecclesiæ cujus fuit restitue sine intermissione.

Gelasius Natali episcopo.
Ex Anselm. lib. 6. cap. 39.

Adde dist. 64. 6.

QUia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum jura turbare, ac privilegia, quæ metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria præsumptione pervadere; propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant tenere discidium, quo scilicet ab ejus auctoritate divisi velut impune proprias usurpationes exerceant: non respicientes quod æterno judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudicio paternarum non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri. Si in hac obstinatione permanserint, caritatem tuam duximus instruendam, nos pariter ad metropolitanos vestræ provinciæ, sive cujusquam contiguæ, quæ catholicam servant unitatem, magnopere delegasse, ut obeuntes episcopos in eadem regione metropolitanus suus debeat ordinare; eumdemque ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi juxta formam veterem studeant ordinare; quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas nullus sibimet contra fas usurpare contendat.

Gelasius clero, ordin. & plebi Brendesii.
Unde supra cap. 46.

XII. q. 2. 16

COncesso vobis quem petistis antistite fratre jam & coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit eodem ad ecclesiam suam mox remisso ad vos nostra scripta pariter destinare; quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne umquam ordinationes præsumat illicitas. Ne bigamum, & qui virginem non est sortitus uxorem, atque illiteratum vel obnoxium, in aliqua parte corporis debilem, notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel expetentibus cavere debebit: quia hujusmodi a venerabilibus prohibentur officiis, ac nihil ex ministeriis atque ornatu postremo de quacumque re quam constat ad ecclesiam pertinere, audeat in alterum qualibet ratione transferre. Reditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quarum rationem divino est redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos hac observatione promoveat, ut jejunio quarti, septimi, & decimi mensis vespere sabbati presbyteros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum nisi in festivitate paschali & pentecostes tradere non præsumat, exceptis ægritudine laborantibus.

GELASII PAPÆ PRIMI TOMUS

[1] DE ANATHEMATIS VINCULO. (a)

Acta Chalcedonensis concilii ea tantum rata, quæ sedes apostolica approbavit: justa quæ in Acacium statuta: & Petrum Alexandrinum a sede apostolica solummodo potuisse absolvi.

Abruptum principium tomi gravis, imo potius deesse principium credibile est.

NE forte quod solent, dicant, quod si synodus Chalcedonensis admittitur, omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta. Aut enim ex toto admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse. Cognoscant igitur illud secundum scripturas sanctas traditionemque majorum, secundum canones regulasque ecclesiæ, pro fide [2] communi, & veritate catholica & apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit, factamque firmavit, a tota ecclesia indubitanter admitti: alia autem quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes apostolica gerenda nullatenus delegavit, [3] mox a vicariis sedis apostolicæ contradicta, manifestum est; quæ sedes apostolica, etiam petente Marciano principe, nullatenus approbavit; quæ præsul ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatolius, nec se præsumpsisse professus est, & in apostolicæ sedis antistitis non negavit posita potestate: quæ ideo, sicut dictum est, sedes apostolica non recepit, quia quæ privilegiis universalis ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione [4] sustinet. Quid enim? Quia in libris sanctis, quos utique veneramur & sequimur, quoniam quorumdam illic & profanitates esse feruntur, & scelera gesta narrantur, ideo nobis pariter aut veneranda sunt, aut sequenda, quia in illis sanctis libris & venerabilibus continentur. Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans novi testamenti gratiam prædicandam, ut a legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Judæos gentilesque gessisse. Numquid ideo aut illa ejus sequenda sunt, quæ merito & coapostolus ejus facta redarguit, postea consequenter ipsa vitavit, pariterque assumenda sunt cum his, quæ (utpote primus apostolus) salubria prædicavit? Numquidnam aut ejus recta doctrina cum his, quæ humanitus acciderant, repudianda est, aut illa adhuc imbecillis inscitia, cum perfecta ejus suscipienda est doctrina? Numquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, posita releguntur? Numquidnam ideo veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi [5] pravitas inest, refutantur? Aut ideo pravi libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illic inserta est, non negatur? Ait apostolus; *Omnia probate; quæ bona sunt tenete*. Scimus apostolum etiam de paganorum libris

Ea in concilis tractanda quæ sedes apostolica tractari præscribit.

Concilii Chalcedonensis actione 16. S. Leo in epistola 56. 57. & 58.

1. Thess. 5. Ath. 17.

1 De hoc tractatu adi Cl. Maffeium in præfatione ad supplementum Acacianum T. VII. pag. 1071.
2 Ms. Codex Veronensis Capituli, cum quo collatus est a Francisco Blanchino hic Tractatus, hic legit, *pro fide communione &c.*
3 Id Cod. *quæ mox a Vicariis.*
4 Id Cod. *subsistunt.*
5 Id. Cod. *præsidatis interest.*
(a) In vetustissimo Codice Frisingensi iste tractatus legitur, & in eo pariter incipit ab his verbis: *ne forte quod solent.* Titulum autem hunc præfert: *Tomus de anathematis vinculo Papæ Gelasii.*

libris aliqua posuisse. Numquid ideo etiam cancta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ipse apostolus ait multos prædicatores aliter atque aliter Christum prædicare, ubi licet quocumque modo. Christum prædicatum oportet admitti, tamen non ideo illum morem, quo non recte prædicatum est, non admonet evitare. Malos operarios ipse conqueritur, quorum alia refutanda, alia docet esse sectanda. Hæc & hujusmodi exempla nos edocent, & testimonia divina confirmant, non omnia passim a quocumque dicta, vel ubicumque scripta, indifferenter accipere: sed retentis bonis, quæ noceant refutare. Peccatori homini mors illata est, & tamen homini Jesu Christo mors illata reum fecit esse diabolum: quia ubi causa mortis non erat (puta peccatum) non debebatur & pœna. Sententia præfigitur, vel præfixa est semper errori. Quæ sententia huic errori præfixa, nunquam omnino resolvetur. Sicut enim, in quantum est ipse error, nunquam error esse desistit, sic a sententia præfixa nunquam resolvetur, quia error, qui agnoscitur esse damnatus, & eadem, quamdiu manet error, probatur adstrictus. Itaque qui in eo errore sunt, sententia erroris obstricti sunt: & quamdiu in eo manent, nullatenus absoluti sunt, sicut nec ipse, [1] in quo sunt, error absolvitur. Error enim ipse nunquam veniam promeretur: sed qui eo veraciter caruerit, atque ab ejus participatione discedit. Quamdiu ergo in eis est, error damnationem suam tenet, nunquamque resolvitur, quia error semper pœnam meretur. Participes vero ejus, aut semper sunt & ejus pœnæ participes, si in eodem perstare non desinant: aut si ab eodem recesserint, quam alieni facti sunt ab errore, & ab ejus participatione discreti, tam & pœnæ ejus erunt consequenter alieni. [2] Cui erranti pœna præfigitur, quamdiu manet errans, eadem pœna constringitur; quia errans esse non potest sine pœna errati. Hæc eadem pœna perpetua est, nunquamque solvenda, quamdiu errans esse perstiterit. Qui si errans esse destiterit, pœna, quæ erranti est præfixa perpetua, non erranti, id est, alteri effecto, quam cui præfixa est, non solum non potest esse perpetua, sed nec esse jam pœna. Non est enim ipse cui præfixa est. Erranti enim præfixa est, non non erranti. Quæ enim erranti præfixa perpetua est, & perpetuo constringit errantem, non errantem non potest jam tenere. Sit erranti dicta fore perpetua, sit erranti dicta nunquam esse solvenda. Manet omnino & vere, certumque est, quod [3] in ea præfixum est: nec potest prorsus absolvi, quamdiu manenti præfixa debetur erranti. Non erranti autem nec pœna potest esse, quæ non erranti non debetur inferri. Nec mutatur illa omnino nec solvitur quæ debetur erranti. In suo ergo tenore illa præfixa est, in suo jure non potest omnino resolvi: in non suo tenore, quæ esse non potest, jam docetur esse vacuata: & jus illic penitus non habere, ubi causam non habet existendi. Plenæ sunt sanctæ scripturæ tali forma justitiæ. Dicitur: *Peccent peccatores a terra, ita ut non sint; peccatores ut desistant esse peccatores. In hoc pereant, ut esse desciant peccatores.* Ceterum si prorsus peccatores, secundum prophetæ sententiam, usquequaque deperirent, ut substantialiter non subessent: qui salvari potuissent a redemptore nostro, qui venit *non justos vocare, sed peccatores*? Vel de quibus dicit apostolus: *Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum*? Et: *Cum peccatores essemus, misit Deus Filium suum*, & cetera hujusmodi? Hic revera plurimi etiam substantialiter perierunt peccatores, in peccatis suis utique permanentes, veraque in eis sententia dicta permansit, nunquamque resoluta est: & tamen eadem in talibus, quibus præfixa est, permanente perpetua, quodam genere factum est, ut in talibus non usquequaque manentibus, id est, in peccatis suis non usquequaque durantibus, sententia tamen præfixa talibus permaneret. Nam & ipsi pereunt: sed esse peccatores, ut dictum est, non pœnaliter, sed remedialiter, quodam & ipsi genere perierunt: quodam genere & in ipsis mansit præfixa sententia, donec permanens eos efficeret non esse peccatores, vel peccatores non esse perficeret. Completa est & in eis sententia, [4] nec quo tenore peracto permanens illa sententia pereuntibus peccatoribus, ita ut non essent utique peccatores. At ea jam in non peccatoribus manere non potuit: quia in eis, quibus inflicta non fuerat, jus manendi penitus non habebat. Ita nec in suo jure vel tramite ullatenus sententia resoluta est, & eadem in his, quibus inflicta est, permanente, ab his, qui ab ejus jure discreti sunt, aliena prorsus effecta est. Nec in his, salva sui conditione, fas haberet manendi, quibus inflicta non erat. Dixit dominus, quod in Spiritum sanctum peccantibus, nec hic esset nec in futuro sæculo remittendum.

Quantos autem cognoscimus in Spiritum sanctum delinquentes, sicut hæreticos diversos, Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem catholicam revertentes, & hic remissionem suæ percepisse blasphemiæ, & in futurum spem sumpsisse indulgentiæ consequendæ? Nec ideo non vera est domini sententia, aut putabitur esse ullatenus resoluta, cum circa tales, si hoc esse permaneant, nunquam omnino solvenda persistat, effectis autem non talibus, non irrogata. Sicut etiam est consequenter & illud beati Joannis apostoli. *Est peccatum ad mortem: non dico ut oretur pro eo: Et est peccatum non ad mortem: dico ut oretur pro eo:* est peccatum ad mortem, in eodem peccato manentibus: est peccatum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus. Nullum est quippe peccatum, pro quo aut non oret ecclesia [5] remittendo, aut quod, data sibi divinitus potestate, desistentibus ab eodem, non possit absolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: *Quæcumque dimiseritis super terram, dimissa erunt in cœlis: & quæcumque solveritis super terram, & erunt soluta & in cœlis.* In quibuscumque omnia sunt, quantacumque sint, & qualiacumque sint: veraci nihilo minus eorum manente sententia, [6] quæ nunquam solvenda

2. Cor. 11.
2. Tim. 2.
Philip. 2.
Psal. 103.
Luc. 1.
1. Tim. 1.
Rom. 1. & Galat. 1.
Matth. 12. Peccatum in Spiritum sanctum quomodo intelligendum irremissibile.
1. Joan. 5.
Matth. 16. 18.
Habetur supra in epistola Felicis ad Acacium.

1 Id. Cod. *in quo suus error, absolvitur.*
2 Id. Cod. *Cum.*
3 Id. Cod. *in eo.*
4 Hic subesse mendum videtur, cui medelam non afferunt Mss. *Nord.*
5 Id. Cod. *remittendum.*
6 Id. Cod. *quæ nunquam.*

venda esse denunciatur: in eorum tenore consistens, non etiam ab hoc eodem post recedens. Quod etiam in Acacii sententia rationabiliter intuendum est, in qua etiamsi ei dictum est, nunquamque solvendus, non est adjectum tamen: Etiamsi resipueris: Etiamsi ab errore discesseris: Etiamsi prævaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est ita dictum, nunquam solvendus, sed talis, scilicet, qualis est & ligatus, non autem talis effectus, qui sicut ligandus non erat, sic absolutus esse docebatur. Sicut carebat obligatione, cum obligationis causa caruisset: sic utique absolutus existeret, quatenus & ipse non necessitate dictæ sententiæ videretur non posse quodammodo jam solvi: [1] nam talis effectus, & obligatione carens, fieret absolutus: & circa tales præfixa sententia, nullo modo [2] insolubilis redderetur. Numquid enim misit, quæsivit, expetiit, & abjectus est? Itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter non posset absolvi: & noluit talis effici, circa qualem, permanente sententia circa tales, effectum non talem insolubilis sententia non maneret, quæ circa effectum non talem, non haberet licentiam permanendi. Quo magis (ut dictum est) exemplo atque periculo admoniti, qui eodem tenore sunt constricti, festinare debent, ut non tales esse permaneant, quibus sententia illa non solvenda præfixa est, & esse tales incipiant, qualibus non insolubilis præfixa sententia possit esse solubilis. Quoniam autem effecto non tali, quali non solvenda præfixa sententia est, effecto, inquam, non tali, potest solubilis esse sententia; quia jam Acacio, non volenti non talem esse, sicut tali usque in finem permanenti, permansit in absoluta sententia: ita jam non tali effici non volenti, solubilis non potest esse sententia. Nonne tantos habebat Acacius, quorum exemplum sequi potuisset, antistites, qui in Ephesino prolapsi latrocinio, quolibet modo in consensionem reciderant pravitatis? Utique tamen (etsi dictum non erat) & perpetuam damnationem ferre potuissent, nisi resipiscentes, & non tales effecti, quales illi facti fuerant, damnationemque perpetuam merebantur, resolvi circa se damnationem, recedentes a perpetuæ damnationis causa, [3] meruissent: quam, qui perstitere, circa se insolubilem reddiderunt. Nihil interest igitur, nihil differt, utrum dicatur, nunquam solvendus, an non dicatur: quia ecclesiastica sententia reos & prævaricatores obligat; quia sicut ei non potest suffragari, quod non est dictus nunquam solvendus: sed, si in errore permanserit: insolubilis modis omnibus perseverat: nec potest inde, nisi non talis effectus, absolvi; sic cuiquam præjudicare non potest, tametsi dictum est nunquam esse solvendum, manifesta ratione monstrante, quia nunquam sit omnino solvendus, si talis, qualis ligatus est, esse persistat: vel talis utique nunquam solvendus, qualis est obligatus. Non adjecto autem, etiamsi resipiscat & corrigat, patere prorsus & liberum esse non dubium sit, ut non talis effectus, qualis nunquam dictus est esse solvendus, sed talis, qualis non est dictus, nunquam esse solvendus, id est, correctus & emendatus, consequenter correctus & possit solvi. Notandum quod quolibet genere blasphemantibus in Spiritum sanctum, si resipiscant, & corrigant, & hic eis & in futuro sæculo remittatur; nec inde possit domini nutare sententia, quæ circa tales, utique permanentes, permanere dicta est, non circa non tales effectos. Quamdiu autem in hoc manent, tales sunt, qualibus non remittendum esse præfixum est. Cum autem ab hoc recesserint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendum esse prædictum est. Et ideo non talibus effectis potest & hic & in futuro sæculo [4] non remitti. Alioquin (quod absit) frustra videretur ecclesia hujusmodi sua reconciliatione suscipere. Quia autem frustrari non potest, hoc intellectu modis omnibus, salva domini sententia, prædicandum est, quantum ad nos pertinet, omnino [5] posse. Talis igitur dictus est Acacius, qualis ligatus est, nunquam esse solvendus. Talis usque in finem esse permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est [6] dictus. Non talis esse jam non potest, nunquam igitur, talis permanendo, solvendus est: qui si talis esse desisteret, nec in non tali permansisset, & nunquam esse solvendum, quia non talis, qualis dictus est, nunquam esse solvendus, posset absolvi, & non tali nunquam solvi recederet; & ideo, ut solvi posset, accederet. Quod sedes apostolica non consensit, nec imperator imposuit, nec Anatolius usurpavit. Totumque (ut dictum est) in sedis apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit; quod refutavit, habere non potuit firmitatem: & sola rescindit, quod præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum; non promulgatrix iteratæ sententiæ, sed cum apostolica sede veteris executrix. Hoc tamen, quod de uno eodemque homine dictum est, sive tali persistente, qualis sententiam competenter accepit, sive non tali effecto, [7] & illa sententia, quæ non tali non dicta est, absoluto, & in unaquaque civitate legitur, similiter esse præfixum, & populo ac gente simul depromptum potius, quæ in toto orbe portio est.

Idem enim mundus est, qui & periturus est dictus, & sermo Dei non potest excidere, & in ipso mundo nihilo minus a pravis intentionibus recedente non promitur. Sic Tyrus, & [8] Berytos, & Gaza, & Ægyptus pronuntiatæ sunt perituræ, quas postea per evangelium novimus esse salvatas. Perierunt itaque duplici modo: aut permanentes in eo, quo talem sententiam susceperunt; aut deficientes ab eo, quo tales fuerant, & incipientes esse, quo non tales fuerant: quibus est illa præfixa sententia, ut consequenter ad non tales non pertineret illa sententia, quæ non talibus præfixa non fuerat: sic etiam de gente Judæorum a Deo etiam per Isaiam prophetam peremptorie veluti pronuntiatum est: *Claude oculos eorum, & [9] obtura aures eorum, & videntes non vi-*

De secunda Ephesina synodo dicit, quæ prædatoria appellatur.

Concilii acta, nisi a Romano pontifice confirmentur, nulla sunt.

Hier. 47. Hier. 44. per totum; Luc. 10.

Isai. 6.

1 Id. Cod. *non talis effectus.*
2 Id. Cod. *Solubilis.*
3 Id. Cod. *meruerunt.*
4 Id. Cod. *jam remitti.*
5 Id. Cod. *non posse.*
6 Id. Cod. *est & dictus.*
7 Id. Cod. *est ab illa sententia.*
8 Id. Cod. *Berytus.*
9 Id. Cod. *Obdura.*

videant, & audientes non audiant, ne quando intelligant; & obdura cor populi hujus, ne unquam convertantur, & sanem illos. Hic etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & resipiscendi quoque spes prorsus abscinditur. De quo tamen populo apostolos [1] & ecclesiam primitivam novimus processisse, [2] & millia hominum una die baptismate fuisse salvata. Ecce & in persistentibus, qualis est illa sententia promulgata, permansit, nec ad correctionem prorsus venire sanitatis admissi sunt, sed adjudicati sunt in sua nequitia deperire, & manente divina sententia, non per ipsorum propriam emendationem, suoque intellectu vel motu, suaque virtute vel possibilitate conversi sunt, ut sanarentur, sed per gratiam Dei sanati sunt, ut converterentur. *Ne convertantur*, inquit, *& sanem eos*, ne sua sponte, ne suis operibus, quibus utique confidebant, ne suam justitiam sectantes, justitiæ Dei non debeant esse subjecti, de suis viribus confidentes non divinæ se misericordiæ illuminationique subdentes. Et ideo inhibetur eis superbæ præsumptionis effectus, *ne convertantur* suis intentionibus, suis nisibus, ut putarant; *& sanem eos*, ne eorum quasi meritis ex propria facultate venientibus salvatrix gratia daretur, atque ita gratia jam non esset gratia, si non gratia data esset immeritis, sed merces tanquam meritis restituta. Non ergo *ipsi convertantur, & sanem eos*: sed sanati per gratiam, qualiter ad humilitatem Christi convertantur, agnoscant, ita in utrisque, hoc est, & in eo permanentibus in quo talem sententiam perceperunt, & in salvatis exinde sententia dominica fixa permansit, & tamen illa permanent, sic eis miro genere sanitas introducta est, ut illa sententia non mutata videretur: sed eadem perdurante, sanitas non illorum confidentia, sed divino munere proveniret. Quod si hæc tentare formidant, nec ad suæ pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de humanis rebus judicare permissum est, non etiam præesse divinis, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumunt? Fuerint hæc ante adventum Christi, ut quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter reges existerent, & pariter sacerdotes. Quod S. Melchisedec fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus imitatus est, utpote qui semper, quæ divino cultui convenirent, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores, iidem & maximi pontifices, dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eumdem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vendicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est, veri regis atque pontificis, secundum participationem naturæ, magnifice utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus & sacerdotale subsistant: [3] attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica [4] temperans, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi; ut & Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalia actio a carnalibus distaret incursibus: & ideo *militans Deo, minime se negotiis sæcularibus implicaret*: ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus, ut & modestia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis evidenter ostenditur, a sæculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem. Quo manifestius approbatur, Alexandrinum Petrum per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolvi; ubi si pontificum quoque sociatur assensus, quærimus utrum præcesserit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, [5] nihilo minus ad id reditur, ut absolutio sæculari potestate præcepta, & principaliter inchoata, valere non possit; pontificumque secutus assensus, adulationis potius fuerit, quam legitimæ sanctionis. Si præcessit, doceatur a quibus, & ubi ille sit gestus, si secundum ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si majorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus. Ubi procul dubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsione catholici, quia [6] nova est, causa, fieri debuisse certissimum est: si ad primam sedem, cujus intererat sententiæ, qua Petrus tenebatur obstrictus, secundum ecclesiæ regulas est relatum: si eadem quæ ligavit absolvit: si illa [7] quæ ligaverat, non resolvente, imo etiam nesciente, potuisset dissolvi. Si hæc gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime & ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a sæculari potestate potuerit præter ecclesiæ tramitem prorsus absolvi? Sed dicatur forsitan; Non imperator absolvit, sed a pontificibus poposcit absolvi. Tanto magis poscenti imperatori a pontificibus fuerat suggerendum, ut si eum legitime vellet absolvi, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret, & hæc omnia, quæ superius dicta sunt, secundum ecclesiæ tramitem servarentur: præcipue cum de secundæ sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede jure possit absolvi. Inferior quippe potiorem absolvere non potest: sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus se noverant potiorem sibi, sine prima sede posse resolvere, præcipue quem ejus sententia noverant obligatum, prævaricatoria absolutione potius non illum penitus exuerunt, sed se prævaricatione potius nexuerunt. Ita Petri absolutio ex utroque non constat, quia nec prævaricatoria absolutione rei reum absolvere potuerunt, & depulsis undique pontificibus catholicis, hæreticisque suppositis, vel his, qui hæreticorum tenebantur communione, polluti, etiam sacra religio-

Act. 2.

Rom. 11.

Genes. 14. Heb. 7.

1. Tim. 2.

1 Id. Cod. *Apostolos Ecclesiam primitivam*.
2 Id. Cod. *Et sic*.
3 Id. Cod. *quoniam*.
4 Id. Cod. *temperavit*.
5 Id. Cod. *si subsecutus est, & imperiali sententia, quæ nihilominus*.
6 Id. Cod. *novior*.
7 Id. Cod. *quæ non ligaverat solvente*.

ligionis insinceritate polluti, participem suum tam absolvere nequiverunt, quam ipsi non erant absoluti: ac proinde tam ecclesiasticæ regulæ prævaricatores, quam sacrosanctæ communionis integritatem maculantes consortio perfidorum, quod de reo simillimo potuerunt ferre judicium? De catholicis enim pontificibus per totum orientem aut quicumque perstitit, est ejectus: aut ille restitit, qui consensit errori, & se ab errantium contagio non retraxit.

Quod igitur eorum potuit de cujusquam errore esse judicium, qui nusquam non errasse monstrantur, & hæreticorum simul catholicorumque confessione permixta, [1] cunctas religionis veræ & sinceræ [2] sedes turbasse, catholicamque apostolicamque confudisse puritatem? Ecce qui reum absolvere potuerunt, qui rei præ omnibus docebantur effecti. Ecce cum quibus de absolvendo reo synodus fuerat ineunda. Si fides & communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites? Si catholici pellebantur antistites, quomodo non tantummodo hæretici servabantur? (a)

Nota Severini Binii.

An Gelasius omnem potestatem ecclesiasticam super laicos sustulerit.

a *Fuerant hæc ante adventum Christi*, &c.) Insinuat hoc loco Gelasius Christum redemptorem nostrum, regem atque pontificem secundum ordinem Melchisedec, politicam potestatem, quam in terris repererat, conservari certisque limitibus circumscribi voluisse, ne se rebus sacris immisceat: statum vero ecclesiasticum a politica potestate ita distinguit, ut tamen ecclesiasticæ jurisdictioni in his, quæ sunt ad Deum, subjiciat. Patet ex epistola ejusdem Gelasii ad Anastasium Imperatorem, qua sic ait: *Nosti enim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis*. Et paulo infra de ipso Romano pontifice hæc subjungit: *Et si cunctis generaliter sacerdotibus vestra divina tractantibus fidelium convenit corda submitti, quanto magis sedis illius præsuli consentiri est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & divinitas summa voluit præponere, & subsequens ecclesia generaliter pietas celebravit*? Viderint ergo novantes nostri temporis hæretici, qua ratione Gelasium pontificem de quadripartita bonorum ecclesiæ divisione scribentem, una ac possessiones ejusdem ecclesiæ defendentem, harum rerum turbatorem esse tueantur. Istas actiones, de quibus apostol. 2. ad Timot. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*, sacerdotibus interdixisse non negamus. Quæ vero sint ista, diversis canonibus super est explicatum.

GELASIUS PAPA I.

ADVERSUS ANDROMACHUM SENATOREM,

Ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant.

Damnat Lupercalium superstitiosam celebrationem: & non ex Lupercalium intermissione, sed ex sceleribus Romæ mala contigisse probat.

SEdent quidam in domibus suis, nescientes, neque quæ loquantur, neque de quibus affirment, de aliis judicare nitentes, cum se ipsi non judicent, & velint prius accusare quam nosse, ac docere quam discere, & indiscussis rebus, nec investigatis causis, nec rerum ratione quæsita, quod eis ad buccam venerit inconsideranter effundere, & præcipitanter evomere; non veritatis assertione prolata censentes, sed studio cacologiæ, quæ nesciunt arguentes: eoque progressi sunt ut etiam reste facta malevolentiæ proposito lacerare contendant; qui si saperent, non præcipitarent omnino sententiam, sed perscrutatis ante rebus loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt segnes esse censores in vitiis ecclesiæ coercendis; & a nobis consequenter agnoscant, non tantum corporalis adulterii esse peccatum, quod & discuti debeat, & jure puniri, sed esse longe majus fornicariis & adulteris genus, quod in quolibet Christiano, quia membrum omnis Christianus ecclesiæ est, competenter debeat vindicari: tanto enim sacrilegii majus est crimen, quanto animæ fornicatio pejor est corporis: nam per animæ fornicationem ab ipsius Dei conjunctione disceditur, atque ad immundos spiritus spiritualis adulterii genere transitur. Quomodo autem non in hanc partem recidit, qui cum se Christianum videri velit, & profiteatur, & dicat, palam tamen publicæque prædicare non horreat, non refugiat, non pavescat, idco morbos gigni, quia dæmonia non colantur, & deo Februario non litetur. Video ubi hæc deliramenta comperierit. Quomodo prævaricator non est qui in has blasphemiæ profanitates incurrit? quomodo sacrilegus non æstimetur qui abjurata unius Dei providentia, & potestate, quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones, & vana figmenta seducitur? secundum apostolum longe deterius reus, jureque damnandus, confessam veritatem deserere, quam si in eam nullatenus credidisset: quamvis enim ridiculosa sint figmenta, quæ proferat, tamen ipse affectus & voluntas in crimine est, & professio ac prædicatio jure damnanda: ac per hoc qui in alium sententiam damnationis vult sine dilatione proferri, in quo alium judicat, semetipsum se condemnare cognoscat. Numquid enim pontifex vindicare debet in eos qui adulterium corporale committunt, & in eos qui sacrilegium, id est fornicationem & adulterium spirituale gerunt, non debet vindicare? Nonne ipse dominus, cum adultera ad eum esset adducta, accusantibus dixit: *Si quis vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat*? Non ait, si quis vestrum non similiter adulter est: sed *si quis sine peccato est*: quolibet ergo obstrictus quisque peccato in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere. Quibus tunc pro sua conscientia discedentibus mundi salvator adjecit: *Mulier ubi sunt accusatores tui? nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo, sed vade, ulterius jam noli peccare*: tenes, & teneris; urges, urgeris; obstringis, obstringeris; pontificis discussionem flagitas, vindictamque deposcis. Memento in adversum omne crimen esse proferendum. Numquid non etiam leges humanæ dicunt, quod reus reum facere non possit? *Festucam vides in oculo fratris, & in tuo trabem non vides*? qui mœchos accusas, adulterium facis, & corporales adulteros spiritualis adulter incessis? certe discussionem poscis: homo diligens, maturus, religiosus: non vis aliquem in ecclesia peccare, peccantem cupis discuti,

Fornicatio animæ est superstitio

Joan. 8.

Ibid.

Matth. 7.

1 Id. Cod. *Cunsta*. 2 Id. Cod. *se turbasse*.

(a) In Cod. Frising. vetustiss. in fine hujus scripti legitur: *Explicit tomus S. Gelasii Papæ contra eos qui dicunt Acacium injuste fuisse damnatum*.

scuti, & pœnas consequenter addiel; quæcumque in alium promis & in te proferre cogeris; hoc enim facit, ne segnitia pontificis accusetur & maculetur ecclesia. Debet ergo & pontificis in omnibus malefactis solicitudo & severitas non deesse, & ab omnibus ecclesiæ fama purgari. Sed dicas forsan te laicum, illum ecclesiæ ministrum; ergo gravius crimen exaggerans. Verum dicis, nec ego diffiteor: tanto solicitius examinandus est, quanto magis propinquus est; tanto magis reus est, quanto in illo ministerio constitutus, & hæc facere minime debuisset. Ecce censura non deest: audi tu: & si convictus fuerit, vindictæ consequenter addicitur. Age modo quid vis de te? Numquid quia in ministerio sacro non es, in plebe sacra non es? An nescis & te membrum esse summi pontificis? An ignoras totam ecclesiam sacerdotum vocitatam? postremo si ille reus est, qui accedens ad ministerium ecclesiæ delinquit; numquid & tu reus non es, qui post confessionem veritatis ad prava & perversa & profana & diabolica, quibus te renuntiare professus es, figmenta reduceris? Itaque etiam tu post blasphemias palam publiceque profusas, a sacro corpore modis omnibus abstinendus es. Non potes enim mensæ domini participare, & mensæ dæmoniorum; nec calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Nec potes templum Dei esse, & templum diaboli: lux simul & tenebræ in te convenire non possunt. Viderim utrum urges, atque compellas in alio maleficio vindicare. Tu tamen sceleris tui pondus non potes declinare: & quanto in alio transire crimen non pateris impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere debeamus ostendis. Verumtamen in ipsis blasphemiis tuis quibus es jure plectibilis, imperitiam tuam evidenter agnosce, & sicut ait ille: Voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere; cum sic te intelligas malum habere affectum, perversumque apostatandi propositum, ut tibi materia prorsus vanitatis illius nulla suppeditet, nec possis astruere quod corde concipis, & ore depromis. Dic mihi, cum sæpenumero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, sæpissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperisse; atque eo frequenter ventum, ut vix esset unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset adscribi; illo tempore Deo tuo Februario minime litabatur, an etiam cultus hic omnino nil proderat illo tempore quo Lupercalia celebrabantur? Nec enim dicturus es, hæc sacra adhuc illo tempore non cœpisse, quæ ante Romulum ab Evandro in Italiam perhibentur allata. Lupercalia autem propter quid instituta sunt, quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant, Livius in secunda decade loquitur. Nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem, ut ei videtur, mulierum, quæ tunc acciderat * exhibendam: proinde si vel ad hoc ipsum aliquid hoc valeret, hoc intermisso, non morbus acciderit, contra quem Lupercalia reperta non sunt, sed fœminæ nequaquam generare debuerant, pro quarum fecunditate concinantur inventa. Quid dicturi estis de peste, de sterilitate, de bellorum tempestate continua; numquid & hæc propter sublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista vel vitanda, vel curanda,

* f. exigendem.

A Lupercalia sunt provisa; quid inani turbatione jactamini? quid Tuscia, quid Æmilia, ceteræque provinciæ, in quibus hominum prope nullus existit, ut bellica necessitate consumeretur, Lupercaliorum fecit offensio, quæ longe ante vastatæ sunt, quam Lupercalia tollerentur? Quando Anthemius imperator Romam venit, Lupercalia utique gerebantur, & tamen pestilentia tanta subrepsit, ut toleranda vix fuerit. Numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quæ sublata morbos illic, & pestilentiam procrearent? Sed dicturi estis ad Romam tamquam ad caput omnia pertinere: & quod hic factum non est, diversis provinciis ad eam pertinentibus obfuisse. Cur ergo B antequam ad Romam istæ provinciæ pertinerent, præter Lupercalia propriis opibus floruerunt? ut sterilitas sit continuata terrarum Lupercalia sublata fecerunt, an nostrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum est & quidquid Romani meruerant perdere mores, sterilitas certe fœminarum debuit provenire, propter quam auferendam Lupercalia instituta jactantur, non sterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non sunt instituta, removenda Quid in Africa, unde sterilitas; quid in Galliis? Lupercalia ista fecerunt, an nostri mores, furta, homicidia, adulteria, injustitiæ, iniquitates, ambitiones, cupiditates, perjuria, falsa testimonia, oppressiones miserorum, bo- C narum causarum impugnatio, malarumque defensio, & in omnibus inaudita perversitas; postremo, quod supra omnia est, Deo fictæ mentes & sacrilegia, artesque magicæ etiam paganis horrendæ? Ecce quæ faciunt omnia adversa, & inimica nobis, non Lupercalia, quæ sunt pro vestra salute sublata. Sed quid dicitis vosipsi qui Lupercalia defenditis, & agenda proponitis? Vos eadem pretiatis, vos eorum cultum, celebritatemque vilem vulgaremque redditis. Si ostensio Lupercaliorum nobis adversa procuravit, vestra culpa est; qui quod vobis singulariter prodesse putatis, negligentissime, & non longe impari cultu & devotione ea ducitis celebranda, quam profanitatis ve- D stræ celebravere majores. Apud illos enim nobiles ipsi currebant, & matronæ nudato publice corpore vapulabant. Vos ergo primi in Lupercalia commisistis: satius fuerat non agere quam ea cum injuria celebrare: sed deduxistis venerandum vobis cultum, & salutiferum quem putatis, ad viles trivialesque personas, abjectos & infimos. Si vere ergo profitemini hoc sacrum, ac potius execramentum, vobis esse salutare, ipsi celebrate more majorum, ipsi cum amiculo nudi discurrite, ut rite vestræ salutis lu libria peragatis. Si magna sunt, si divina, si salutifera, si in his vitæ vestræ pendet integritas; cur vos pudet per vosipsos talia celebrare? si pudet & dedecus est, itane E salutiferum est & divinum, profuturum, quod vosipsi dedecus esse fateamini. Nemo religionem profitetur, quam per se exequi prorsus erubescit & refugit: ipsa verecundia vestra vos doceat crimen esse publicum, non salutem, & non divinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit, sed instrumenta pravitatum, quibus mens vestra contra semetipsam testimonium serens, quod gerendum profitetur, erubescit implere. Castores vestri certe, a quorum cultu desistere noluistis, cur vobis opportuna maria minime præbuerunt, ut hiemis

tempore venirent huc navigia cum frumentis, & civitas inopia minime laboraret? an diebus sequentibus hoc futurum est æstatis, a Deo constitutum beneficium est, non Castorum vana persuasio? Dicite nobis nec Christiani, nec pagani, ubique perfidi, nusquam fideles, ubique corrupti, nusquam integri, qui tam utrumque tenere non potestis, quam sibi utrumque contrarium est. Dicite, inquam, Lupercaliorum patroni, & revera divinitatis ludibrii, & cantilenarum turpium defensores, digni magistri vetaniæ, & qui non sine causa sana capita non habetis, digni hac religione, quæ obscœnitatum & flagitiorum vocibus celebratur: videritis ipsi quid vobis salutis impendat; quæ tantam moribus labem perniciemque proponit. Nec est quod dicatis potius hæc agendo, & facinora uniuscujusque vulgando, deterrere a talibus commitis animos, & pudore refrenari, ne de his publica voce cantetur, quando, sicut ille ait, non tam deterrere, quam admonere animos hæc ludibria videantur, & sicut ille dixit: Iram atque animos a crimine sumunt; eo impudentiores effecti, quo crimine publicato, expositaque verecundia, nil superest omnino quod pudeat, nec habet quod metuat publicari, sed jam se fiducialiter exerat, qualis in propatulo, non per coercitionem, sed potius per quamdam lætitiam, & celebritatem nominum decantata est quælibet illa persona, imo & religione se præstare confidit; ut sint, unde nominum solennia celebrentur, quæ nisi criminum decantationibus non coluntur. Dicite nobis itaque qui voluntatem profanitatis habetis, cujus causas afferere non potestis, qui tuendæ habetis propositum falsitatis quam defendere non potestis; quid dicturi estis de siccitate, de grandine, de turbine, de tempestatibus, variisque cladibus, quæ pro morum nostrorum qualitate proveniunt. Numquidnam & hæc omnia pro sublatis Lupercalibus contigerunt, an in malis moribus castigandis meritis retributionibus inferuntur? Sed non mirum est homines non judicio divino velle ista contingere, sed vanæ superstitionis incursu; quibus sua crimina & malefacta cooperiant, auctoritatem cælis, sidera perhibent adhibere & fatalem induci errorem, necessitatemque peccandi, facinoraque sua non de cordis proprii perversitate procedere, sed cœlo auctore pendere. Proponite igitur pro quibus aut submovendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia vestra fuerint instituta, & videamus quæ illa bona provenerint, cum Lupercalia gererentur, & quæ mala successerint cum Lupercalia viderentur ablata. Figite gradum, ad quod vestrum excidium dicatis hæc prodigia fuisse reperta, digni qui monstrum nescio quod pecudis hominisque mixtura compositum, sive vere, sive falsè editum celebretis. Si propter pestilentiam summovendam, ut antiquiora præteream; ecce antequam meis temporibus tollerentur, pestilentiam gravem tam in urbe quam in agris hominum pecudumque fuisse non dubium est: si pro sterilitate jactatis, cur in Africa vel Galliis ista contingunt, ubi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec constat fuisse sublata? Cur nunc oriens omnium rerum copiis exuberat, & abundat; qui nec celebravit unquam Lupercalia nec celebrat? An dicitis illic nocere, ubi per plurima sæcula fuerant celebrata, & repente sublata sunt?

A Videamus ergo si his temporibus quibus dicitis agitata & rite, ac plena sui, sicut vobis videtur, devotione completa sunt, nunquam fames, nunquam pestilentia prorsus extiterit: si vero sæpenumero his cladibus ad extremum periculi ventum est; apparet his malis summovendis nihil Lupercalia profuisse; etiam eo tempore quo, sicut dictum est, ut putatis, competenti ordine gererentur, sic de singulis quibusque necessitatibus, propter quam dixeritis fuisse provisum. Si constiterit etiam illis non defuisse, vana hujus remedii convincitur esse præsumptio. Verumtamen cur non hoc etiam nunc experiamini, utrum valeant aliquid etiam rite celebrata: & vos per ludibria ista discur-
B rite vestrorum more majorum, ut divinam rem, & salutarem vobis, ut dicitis, devotius celebrando, saluti vestræ prospicere magis, magisque valeatis. Numquid cum hæc celebrarentur, a Gallis Roma non capta est, & sæpenumero ad extrema quæque pervenit? Numquid bellis civilibus sub hac celebritate non concidit? Numquid Lupercalia deerant quando Urbem Alaricus evertit? Et nuper cum Anthemii & Ricimeris civili furore subversa est, ubi sunt Lupercalia? cur istis minime profuerunt? certe divinum est: si salutare vobis, cur non per vos ipsi ut majores vestri ista faciatis? Cur causas vestræ salutis minuitis? cur decoloratis? cur eliditis, cur ad vilia quæque de-
C ducitis? quid imputatis nobis, cum ipsi remedia vestra calcetis? Satius est & non tentare, quam contumeliose peragere: majores certe vestri, si vitiose (uti illis videbatur) sacrum aliquod celebrassent instaurandum esse ducebant. Cur non quod ad vitiosum cultum redegistis, per indignas quasque id exequendo personas, competenti instauratione reparatis, ut causas vestræ salutis plenius perfectiusque tractetis? cur vos pudeat agere, si salutare est? Si divinum, quod tractasse sit dedecus? Sed inquis, vel imaginem ipsius rei non debere moveri. Si prodest, si salutare est, cur imago potius apud vos, & non ipsa sit veritas? aut si certe nec tunc profuit, quando ritu integro, sicut
D dicitur, tractabatur, quid quæritis ejus imaginem, cujus nec ipsam profuisse cernitis veritatem? Sed dicitis tot sæculis rem gestam non oportere secludi. Nihilo minus multis temporibus paganitatis superstitio ventilata est. Sacrificetur in templis dæmonum, & in capitolio profana vanitas celebretur. Cur portionem defenditis, & quæ majora sunt præteritis? Si plurima genera vanitatum multis acta sæculis probantur esse sublata; cur portio, quantovis tempore ventilata, non possit auferri? Si temporibus præscribitur, imputate majoribus vestris, qui cum hac temporis præscriptione non usi sint, posse quod superfluum est, & debere removeri, dum plura & majora submota sunt,
E indicarunt. Sed dicis etiam Christianis temporibus hæc fuisse: sed etiam illa aliquandiu Christianis quoque temporibus celebrata sunt. Numquidnam, quia sub primis præsulibus Christianæ religionis ablata non sunt, ideo sub eorum successoribus tolli minime debuerunt? Multa sunt quæ a singulis pontificibus diverso tempore sublata sunt noxia, vel abjecta. Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosius conspicit imminere; ne aut materia corporis non sufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali simul om-

omnia non possit avertere. Quære quale sit unde agis: si bonum est, si divinum, si salubre; merito quandocumque tolli non debuit: si nec salubre, nec divinum; causandum tibi magis est cur tardius auferatur quod superstitiosum constat, & vanum, quod certe Christianæ professioni non convenire manifestum est. Postremo quod ad me pertinet, nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret, & soli hoc pagani, quorum ritus est, exequantur. Me pronuntiare convenit, Christianis ista perniciosa & funesta indubitanter existere. Quid me incusas, si quod profitemini inimicum esse, a consortibus professionis Christianæ pronuntio submovendum? Ego certe absolvam conscientiam meam: ipsi videant, qui justis admonitionibus obedire neglexerint: quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo; & apud imperiales aures hæc summovenda tentasse: & quia auditos esse non constat, dum hæc mala hodieque perdurant, ideo hæc ipsa imperia defecerunt, ideo etiam nomen Romanorum, non remotis etiam Lupercalibus, usque ad extrema quæque pervenit. Et ideo nunc ea removenda suadeo, quæ cum nihil profuisse cognosco, tanquam contraria veræ religioni, noxia potius extitisse pronuntio. Postremo si de meorum persona præscribendum æstimas prædecessorum: unusquisque nostrorum administrationis suæ redditurus est rationem, sicut etiam in publicis dignitatibus fieri providetis. Ego negligentiam accusare non audeo prædecessorum, cum magis credam fortasse tentasse eos ut hæc pravitas tolleretur, & quasdam extitisse causas & contrarias voluntates, quæ eorum intentionibus præpedirent; sicut ne nunc quidem vos istos abstistere insanis conatibus velle perpenditis.

GELASII PAPÆ I.

ADVERSUS PELAGIANAM HÆRESIM

Demonstrat hominem non vivere sine peccato, & dictum apostoli: Vir infidelis sanctificatur per mulierem fidelem, *&c.* 1. Cor. 7. *mysteriumque resurrectionis declarat.*

De Pelagianis quidem sensibus, blasphemiisque sacrilegis, & apud majores nostros tam divinis quam humanis legibus justa discussione damnatis, nimis est copiosa materia; quia & illorum est multiplex perniciosa perversitas, eoque nocentior, quo verisimilitudinis colore subtilior, quam de ipsius humani generis principe, pravo funestoque commento, non rite conceptam rerum consequentium mendaciis texuerunt. Necesse est enim, ut qui a principio deviarit ab integro tramite, vagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putet, tanto plus erret; & in his ut competit refutandis, disputatio prolixa debeat adhiberi: quoniam quidem perfectæ medicinæ mos est originem vel intelligere prius vel referare morborum, eisque patefactis medelam conficere congruentem; quæ cuncta, si dominus vitam facultatemque tribuerit, in quantum cœlesti rore vegetari valebimus, alias moliemur explicare. Nunc autem hunc articulum, qui quosdam movere perhibetur, sufficienter interim duximus explicandum; ut eodem convenien-

A ter inspecto, quod in ceteris cavere jam debebant, domino Deo nostro præstante perpendant. Æstimant igitur quidam in hac vita posse quemquam hac perfectione consistere, ut nullis prorsus fragilitatis humanæ pulsetur affectibus, nec corporeis exagitetur illecebris: quod quique si propriis viribus, suæque proposito voluntatis existimet adipisci, semetipsum seducit, & veritas in eo non est: nam si in ipsis primis hominibus, dum sua nimirum felicitate confidunt, & tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de perceptis gratias referendo, nec ut eadem intemerata durarent supplicitur implorando, incolumes con-

B stare nequiverunt: quanto magis post prævaricationis ruinam, in quam mala sui confidentia, creatorem nullatenus inquirendo, lethaliter inciderunt, absque divino munere suis viribus vel ægri, vel stare non possunt, sine quo nec integri persistere valuerunt. Sin vero quisquam non possibilitate facultatis humanæ, sed per divinam gratiam hoc asserat in vita quibuslibet sanctis posse conferri, bene quidem facit (nam dono Dei cuncta possibilia sunt) talia confidenter opinari, & sperare fideliter. Sed utrum aliqui tales extiterint, qui usque ad hanc perfectionem vitæ præsentis accederent, sicut nusquam evidenter astruitur, sic nos facile vel firmare vel impugnare non convenit,

C magisque sobrium est, ex ipsorum vocibus prophetarum, apostolorumque sanctorum, quatenus hujus vitæ profectum metiri debeamus, agnoscere, quibus utique in hoc mundo, quantum ad sanctæ vitæ pertinet institutum, nihil excellentius vel fuisse, vel esse, manifestum est: qui etiamsi copiosiore Dei munere vel ratis omnino, vel minimis humanæ conditionis passionibus impediti sunt, & affluentiore Dei gratia mortalitatis vitia facile superarunt; non usque adeo tamen expertes eorum se fuisse testantur, ut scilicet illius immaculati agni sit proprium, nullum prorsus habuisse peccatum, ne non soli videatur esse deputandum, si alius quilibet sanctus expers delicti fuisse credatur.

D Contenti simus ergo professione sanctorum; & quid de se ipsi magis pronuncient, audiamus, quam quid vel temere cogitandum sit, vel nostris opinionibus ventilandum sine certa auctoritate sedemur. Cur autem cum Deus omnipotens post mysterium reparationis humanæ etiam id homini conferre potuerit, ut ab omnibus omnino vitiis esset immunis, maluerit fideles suos salvos fieri; & expectare perfectæ beatitudinis firmitatem, ut quod sperando desideramus, rebus possimus adipisci: censuerit-

Cur a peccato per reparationem humani generis immunes non sumus

que nunc perficere in infirmitate virtutem, quam remotis infirmitatibus humanam conditionem nulla sineret languoris exagitatione pulsari.

E Quantum dominus ministrarit, ut competit, disseretur scripturarum testificationibus, contra quarum tenorem nihil est temere profitendum super his sensibus erudiri: Constat in ipso primo homine Christum & ecclesiam figuratam, beato Paulo apostolo nos docente, cum de sordere sancti conjugii loqueretur: *Sacramentum hoc* inquiens *magnum est: ego autem dico in Christo, & in ecclesia.* Itaque jam inde ut sanctorum quisque processit, in hujus sacramenti figuratione censitus est; & hoc mysterium omnes sancti ab Abel suis sacrificiis actionibus- Ephes. 5.

que gesserunt. In Christo ergo & in ecclesia, in qua utique generaliter præcondita est remissio peccatorum, fideles quique Deo sanctique vixerunt, & usque ad legis tempora per Moysen datæ certis sunt sacrificiis in hujus mysterii virtute purgati. Quapropter si eguerunt omnes mysticis immolationibus incessabiliter expiari, non dubium est vitiis humanæ conditionis fuisse pulsatos; a quibus eos per illa remedia futuri sacramenti necessarium esset incessanter absolvi. Jam vero legis tempore neminem fuisse sanctorum, qui non hostiam obtulerit pro peccato, lectio veneranda testatur: in tantum ut etiam pontifices sic apud Deum causas agerent populi tunc fidelis, ut ipsi quoque pro suis delictis hostias immolarent, passimque universi prophetæ proclament peccatis suis veniam postulantes. Inde est quod sanctus Job dicit: *Nemo mundus a sorde, nec infantis cujus est unius diei vita super terram*: idemque alibi. *Astra non sunt munda in conspectu tuo.* Prophetæ quoque David de generalitate sanctorum certa definitio prolata cognoscitur, quæ ait: *Ne intres in judicium cum servo tuo: quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*: ubi utique neminem prorsus hominum discrevisse perspicitur, sicut idem planius hoc ipsum loquens manifestiusque declarat: *Dixi: pronuntiabo adversum me injustitiam meam domino; & tu remisisti impietatem peccati cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Qui utique non solum sub lege sanctus esse, sed in futura Dei gratia eminentioris propositi post futurus. Unde quod ait: *In tempore opportuno*, non sine rerum venturarum cognitione subjunxit etiam & in oratione sua sapientissimus Salomon: *Non est homo qui non peccavit*: & item ipse: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse a peccato?* Sed ne putentur illorum temporum sancti ab hac impassibilitate forsitan excipiendi; quoniam concessis a Deo conjugibus utebantur, quamvis & beatus Elias passibilis fuisse memoretur, quemadmodum consequentia declarabunt: & S. propheta Daniel non solum pro populi, sed & pro suis peccatis perhibeatur orasse, sicut ipse dicit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo meo.* Tandem veniamus ad beatos apostolos, & dicat beatus ille Jacobus, qui cum omnes utique justi essent apostoli, proprie atque specialiter justi viri prærogativam legitur affectatus: *Beatus vir qui sustinet tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Et item post paululum: *Unusquisque autem tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Item idem: *In multis enim offendimus omnes.* Idemque secutus adjunxit: *Et Elias homo erat similis nobis passibilis.* Dicat beatus Petrus apostolus: *Carissimi rogo, ut quasi incolæ & advenæ abstineatis vos a corporalibus voluptatibus, quæ militant adversus animam*: & iterum: *Nolite mirari ad fervorem, qui ad tentationem vobis fit; quasi novi aliquid vobis contingat.* Item postea: *Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus, quasi leo fremens, circuit quærens quem devoret, cui resistite in fide*: scientes eaidem passiones in omni quæ est in mundo fraternitate vestra fieri, a qua fraternitate mirum se ipsi fidelium sæpe cunctorum fratres annunciant; nec suam probantur discrevisse personam. Dicat beatus Joannes apostolus & evangelista ille qui in pectore discubuit salvatoris: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, quia veritas in nobis non est: quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & justus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Item quod *si dixerimus, quia non peccavimus, mendacem faciemus eum, & Verbum ejus non erit in nobis.* Dicat idem: *Hæc scribo vobis ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem justum, & ipse propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed & totius mundi.* Item ipse: *Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi, quæ non est a Patre, sed ex mundo est, & mundus transit, & concupiscentia ejus: qui autem fecerit voluntatem domini, manet in æternum.* Veniat minimus apostolorum, sed vas electionis Dei: veniat magister gentium Paulus prædicator divinæ gratiæ singularis, & mysteriis cælestis copiosus expositor, ille qui verba ineffabilia sive in corpore sive extra corpus nesciens in tertium cælum levatus audivit: qui tanta gratia redundavit, ut cum omnium esset postremus, plus omnibus laboraret, & qui non solum fidelibus insinuet quid super hac parte sentiret, sed etiam quid de se ipso pronuntiet, libere veritatis doctor annuntiet. Et quoniam longum est cuncta, quæ ad hanc causam pertinent, dicta revolvere; ponantur pauca de multis, ex quibus nobis sufficientissime demonstretur, magis nos cum Paulo debere infirmari, ut habitet Christus in nobis, quam cum quolibet aliter sentiente quam Paulus fortes videri, & velut (quod absit) Christi remediis non egere. Ait ergo. *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum; nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio: non enim quod volo hoc facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Item: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ac captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum dominum nostrum.* Quare se igitur miserum hominem appellat? quare se gaudet per Christi gratiam de mortis corpore liberari, si nullis affectibus humanæ miseriæ pulsabatur? si nullis infestabatur, ex quibus liberaretur incursibus? Item idem: *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem: hæc enim invicem adversantur sibi, ut non quæ vultis illa faciatis. Non enim quæ vult spiritus perficit, ne de perfectione superbiat*: & idem: *non perficit caro quæ vult*, ut sic humanæ conditionis admoneat.

Ne tamen usquequaque propositum fidele demergat; ac ne forsitan, ut solent quidam vanis opinionibus arbitrari, quod hæc B. apostolus Paulus sub alterius nescio cujus persona pronuntiet, quam de seipso fateatur; quamvis nihil illic tale valeat prorsus ostendi, tamen cum ait: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum*, tam gentilis, quam Judæi remota probetur esse persona. Audiamus tamen hunc alibi,

bi, quasi sese manu propria designantem, ac semetipsum specialiter indicantem: *Ego ipse mente servio legi peccati*: & item de seipso: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne qui aliis prædico, ipse reprobus efficiar.* Quis igitur non advertat, quid interesse potuerit quod membra sua castigando refrenaret, ne reprobus existeret, si nullis talibus stimulis pulsaretur, quod negligendo, & non corporis sui castigatione subigendo, reprobus esse potuisset? Quapropter cum hæc & apostoli de semetipsis professi fuisse monstrentur, qui etiamsi ista minime prodidissent, procul dubio tamen omnes orationem dominicam & necessario prædicarent, & veraci corde proferrent, qua quotidie supplicantes dimitti sibi sua debita postularent, & ne in tentationem inducerentur orasse, & ut a malo liberarentur suppliciter imploraſſe doceantur, propter quod etiam B. Joannes apostolus, quod supra jam dictum est, intelligitur edidisse, dicens: *Si dixerimus nos peccatum non habere, mendacem facimus eum*, Christum scilicet, qui hanc orandi formam suis discipulis condidisset, in qua vel quotidiani debiti relaxatio proveniret, & ne in tentationem incideret, implorarent, vel ut a malo liberarentur, exposcerent, si nihil esset omnino quod aut debitum prægravaret minime relaxatum, aut tentatio posset inferri peccati, aut nullum a quo liberarentur malum prorsus existeret. Sic autem quosdam movet surripiens illusio dormientium, quasi non gravior æstimata sit concupiscentia vigilantium. Quamvis enim & insolentia corporalis frequentius refrenanda sit vel castigatione jejunii, vel ciborum frugalitate sumptorum, ne materia præbeatur humanis sensibus phantasticæ voluptatis imaginatione fallendis, vel magnis hoc de miseratione divina sit precibus implorandum, ut ab illecebrosis visionibus sopitæ mentes reddantur immunes: tamen sive hæc incontinenter agentibus sive viventibus continenter eveniant certe si quis est, minor reatus est nescientium, quam carnalis operis appetitu palam aperteque cupientium. Denique licet non parvo Dei munere potiatur quisquis aut nullis talibus, si fieri potest, aut perraris pulsatur insidiis; nusquam legimus in culpam vocari phantasmata somniorum, sed plane ipsius domini voce non ignoramus esse depromptum; quod *quisquis mulierem viderit ad concupiscendum, quod eamdem sit suo corde mœchatus*, ubi consequenter reatum subesse non dubium est. Ideoque tam jugi supplicatione, quam eleemosynis, ceterisque bonis actionibus expiandum est. Non enim vacat mysterio, quod dictum est omnia per eleemosynam posse mundari, cum ait dominus, dum de internis externisque figuraliter purificationibus loqueretur: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis*. Sed etiam illud quod *caritas cooperiat multitudinem peccatorum*, ut scilicet quidquid insinceritate corporis & mentis attrahitur, rationalis pietatis opere deleatur. De beatis autem, sicut supra jam diximus, apostolis, tantum debemus nosse quæ ipsi de sua conversatione sentiri propriis vocibus ediderunt. Quæ vero tacita sunt ab eis, nulla nobis relinquetur licentia perscrutandi. Sed jam diligentius vestigemus, cur hæc post reparationem quoque generis humani, renovationemque naturæ, quæ fit per baptismatis sacramentum, non solum hæc vitia sublata non fuerint, sed ipsos etiam in magnæ continentiæ proposito constitutos sive minus, sive amplius, prout quisquis gratia divina dispensante profecerit, tamen infestare non desinant, cur relicta sint, contra quam mens religiosa pugnaret. Et licet jam salvati per fidem, spem redemptionis acceperimus, adhuc tamen expectetur, sicut ait apostolus, redemptio corporis nostri, & cum mysteriis cælestibus jam renatis pignus sit adoptionis ingenitum, perficienda deinceps sublineatur adoptio, ut scilicet deficientibus iisdem vitiis contra quæ nobis in hoc tempore, continua dimicatione ab hac necessitate liberati, quod fide suscepimus, quod spe proposita sustinuimus, ipsarum rerum desideratis affectibus assequamur, quatenus hac incursionum peste prorsus exuti tranquilla semper sanctificatione vivamus, quod in illa futura beatitudine promittitur esse complendum, cum, sicut ait apostolus, *corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem*, atque animale corpus spiritualem sumpserit dignitatem. Igitur dubium non est, superbiam super omne esse peccatum; quippe de qua scriptum est. *Initium omnis peccati superbia*. Quod tantum malum est, ut singula prave facta in hoc ipso quia prava sunt, censeantur esse damnenda, solaque sit superbia, quæ & in benefactis periculosa doceatur: hæc est, quæ non tantum animal rationale in tertiis positum constare non sinit, sed angelicam quoque dejecit infesta naturam. Nam cum Deus omnipotens, qui fecit omnia bona valde, cuncta suis modis, & congruis ordinibus instituta condiderit, eaque propriis concesserit vel manere, vel proficere posse mensuris; hic rationabili creaturæ subrepsit affectus, qui per id, quod decentius facta consisteret, plus ei de propria dignitate confidere, quam sicut modus ejus poscebat, de ipso collatore dignitatis ingessit, atque ita aliter appetendo sui culminis firmitatem, quam competens ejus decens norma requireret, secit eam præter ordinem natu[illegible]m cupiendo fastigium meriti potioris erumpere, qui excessus utique sicut reatum intulit excedenti, sic justitiam conditoris, contra cujus ordinem tendebatur, offendit: & dum ab eo tenore cessatur, quo solo proficeretur ad summi boni perenne consortium, consequenter, qui ad ejus stabilem participationem pervenire non posset, defectus accessit, sicut creaturæ rationalis usibus congruebat. Non angelos ad profectum conditos promerendæ stabilitatis æternæ, illa res indicat, quoniam si facti essent, ut ulterius nihil egerent, nulla pars eorum ullum potuisset habere defectum: non enim in eis diversam naturam fuisse dicendum est, ne ille, qui propria voluntate prolapsus est angelus, excusaretur, si hoc illi non suæ protervitatis ingessit arbitrium, sed necessitas sibi inditæ conditionis imposuisse videatur. Unde ergo beati & sublimes angeli de perceptis grati, pia devotionis officio, & non seipsos, sed potius ipsi præferendo convenienter auctorem, ad ejus perpetuitatem proficere provehique meruerunt: inde isti qui reprobi sunt, de perceptis consequenter ingrati, debitumque dissimulantes obsequium, seque ipsos magis, quam qui tantæ dignitatis substantiam condiderat, præferre molientes, & delectatione suæ creationis illecti a creatoris honore cessando, quanto arroganter elati tan-

Rom. 7.
1. Cor. 9.
1. Joan. 1.
Phantasmata somniorum non sunt peccata.
Matth. 5.
Luc. 11.
1. Pet. 4.
2. Cor. 15.
Initium omnis peccati superbia.

tanto æternitatis rectitudinem per irreverentiam non sequendo, ab ejus pariter & indignatione & participatione retracti sunt, & ab eo quod sempiternum est recedentes, in id quod semper deficit sunt reducti: quod præstante Deo nostro, alias confidimus plenius exequendum. Nunc interim quantum præsenti negotio sufficit, hæc illa causa est, hoc illud malum, per quod etiam sine vitio corporali quadam spirituali fornicatione motus angelus a divina qua illustratur gratia & participatione delapsus est: eoque modo degener factus, ac de cælesti sede pro hac sua decoloratione seclusus, secundæ conditionis imaginem Dei per invidiam flammatus evertit. Isdem motibus aggrediens in securitate degentem, quibus de summis ad ima male confisus ipse ciderat, hinc illa felicitas paradisi primis hominibus constare non potuit: hinc illa primæ conditionis integritas, dum ita de se fidit, tamquam ipso qui condiderat non egeret, nec de perceptis agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conservandis quæ sumpserat poscit auxilium, nec ad eum etiam pulsata tentatoris accessu devota concurrit, & consulit, suæque se credit inter prospera voluntati, facile sine præsidio creatoris paruit deceptoris insidiis, & in prævaricationem tracta consequenter illiciti, conditionem præfixæ mortis invenit, meritoque est competenti subjecta vindictæ: quoniam nec de bonis fuerat devota retinendis, nec malum præcaverat ante prædictum, dum per majoris ambitum potestatis, Deum se scilicet fore præsumentis, toveas hostilis persuasionis incurrit; & quæ, si suo ordine mansisset grata factori perpetuum summæ commercium deitatis potuisset apprehendere, competenter sine debito summæ divinitatis officio copiosa promissione lustrata, ad divinitatem non potuit pervenire. Sic ergo sine illius principalis ac summæ rationis affectu, quæ in bonis semper retinendis contrariisque refutandis intemerata persistit: ad cujus utique similitudinem ratione fuerat animal institutum, ut ea pro suo modulo congruis actionibus imitando, ipsiusque servando reverentiam, subsequendoque gratiam, ut vere similitudo ejus & imago permaneret, obtinere potuisset, fieretque divinæ rationis tamquam suæ parentis & auctoris digna consortio; & per hæc nihilo minus, utpote particeps æternitatis, æterna constare, dum sua quæ creata fuerat dignitate confidit; sibique se putat in eo quod erat facta subjacere, nec subdita veneratur devotione factorem, & ab illius participatione discessit, & in seipsa sine illo, in quo habebat subsistere posse, non constitit. Atque ita ordinem legitimæ rationabilitatis excedens, in irrationabilitatis abruptum per verisimilitudinem ratiocinationis, qua Deum se fieri credebat, abducta est, & illius privatione, quæ sempiterna vita est, in istam recidit, quæ sine fonte vitæ vitam perpetuam retinere non posset. Quam vis ergo pro his transgressionibus digna fuerit ultione, justus tamen arbiter Deus sic istam creaturam propositæ legis æquitate corripuit, ut quæ divinum sequi tramitem inter felicia fastidivit, sibimet ipsam merita lance dimisit. Ut tamen quia & decepta fuerat creaturæ potioris incursu, illius scilicet, quæ fremebat, illo terrenam proficere posse substantiam, unde spiritalis ipsa ciderat, & tamquam solatium capere cupiebat de alterius ruina creaturæ, velut non solum se culpandam ex alterius quoque transgressione prætenderet, sed lapsum suum in creatoris referret opificium, cujus & aliud opus constare veluti minime potuisset, inestabili circumventæ pietate consuleret, utramque vero creaturam recte conditam hac ratione monstraret, quia & degeneres angeli per sanctorum angelorum beatitudinem consultantur. Quod isdem modis, quibus illi, hoc est, debitæ pietatis officio, creatoremque suum debita prædicatione laudando, per dignationis ejus augmenta, profectumque reverentiæ competentis, participationem boni parentis, stabilitatemque perpetuam sempiternæ gloriæ sunt adepti. Sic isti quoque si eodem tenore niterentur, ad similem beatitudinem venire potuissent, nisi defides a sui laude factoris & competentem reverentiam non sequentes, ab ejus retracti participationis affectu, propriæ nequivissent incrementa perfectionemque sumere dignitatis, dum suæ institutionis claritate detentis ulterius se nihil egere, ac sibi se sufficere posse præsumunt, per quæ seipsos obtinere fidentes quidquid per solam gratiam potuissent conditoris adipisci, quod in suæ prorsus conditione mutabilitatis habere non poterant, homo quoque de seipso manifestis indiciis revincatur, in tantum rite factus, ut qui per divinam gratiam potest surgere post ruinam, multo amplius potuisse doceatur, si eamdem gratiam devota mente sequeretur, integer permanere, quantumcumque gratia ista prævaleat magis inde cognosci, dum & incolumis absque eadem stare nequiverit, & valeat ad eamdem incolumitatem redire, post lapsum. Bonus ergo artifex Deus, qui sempiternum & summum semper habet esse: quod bonus est, atque ideo nec unquam crescendi gestit amplius appetitum: quia nihil est super id, quod sempiternum bonum semper & summum est, nec ulla potest inclinatione diminui, de hoc ipso, quod summum bonum sempiternumque consentit. Unde etiam non per rapinam in forma Dei dictus est constitutus; qui hoc habebat utique per naturam, sicut ille spiritus, qui quod nec sempiternum habebat omnino, nec summum per rapinam maluit occupare, quam per auctoris gratiam, perpetem consequi dignitatem, a quo sumpserat angelicæ substantiam claritatis, quemadmodum beati angeli in divina gratia permanentes consecuti sunt sempiternæ beatitudinis firmitatem: pravus autem spiritus nec illud potuit obtinere quod visus est incompetenter invadere, & tenorem suæ conditionis excedens, in hoc etiam non potuit permanere, quod factus est. Auctor ergo bonus ut bonum se opus condidisse firmaret, si in eadem sui conditione persisteret; inferioris creaturæ suæ miseratus offensam, quod spiritualis substantiæ quæ & sui & alterius processerat, ipsa deceptrix atque in sua nequitia perseverans omnino consequi digna non fuerat, terrenæ conditionis & per fraudem deceptæ substantiæ naturam pariter clementer suscepit & causam; sicque ut nunc breviter explicemus, competenti lapsam dispensatione reparare proponens, ut in seipso hæc eadem natura, quæ per inobedientiam mortis rediret ad vitam, solus ipse peccat[f] in se sciens in substantia, quam post peccatum restaurandam potenti benignitate suscepit, ut indebitam mortem quam sine peccato utique non debebat pro his qui per peccatum debitores mortis extiterant, imputaret; simulque diabolum hominis deceptorem, qui con-

Diaboli in humanum genus invidia unde est orta

Cur diabolus peccavit

Gratia Dei in homine quantum potuit.

Cur Deus Verbum carnem humanam suscepit.

[f] peccati nescius

consentientem sibi subditum per divinam tenebat jure sententiam, per justitiam nihil ei reddere jam debentem. Et cum occidisset eum in quem sine peccato licentiam non habebat, merito ei vice mutua subjugaretur addictus, quique se humanæ substantiæ utpote captivæ suæ dominum Deumque jactabat; huic & justo pariter, & Deo vero mutuo subderetur. Intererat enim æquitatis immensæ & non abruptæ divinæ potentiæ diabolus, sed ipsius hominis etiam quem se prostravisse jactabat justitia vinceretur, quibus non satis habuit reparator excelsus, ut ipse tantummodo in ea natura quam sumpserat gereret de hoste humani generis hunc triumphum. Quid enim præstaretur universæ nostræ creaturæ, si victor diaboli solus Christus existeret? Tribuit ergo fidelibus suis dignanter immensa pietate consortium. Tribuit per gratiam suam fidemque collatam, ut hominum millia ineffabilis compendio sacramenti participatum ejus acquirerent, renovatæque in suo salvatore naturæ facti consimiles, ipsi quoque fierent deceptoris sui mutata sorte victores. Itaque contra superbum spiritum permanentem, hoc est provisum curatione salvandis, ut competentibus modis ad suæ conditionis integritatem proficerent, dignitatemque cœlestem; quatenus elationis exitialis affectum (qui non solum humanam, sed ipsam quoque, sicut dictum est, angelicam prostraverat ante naturam) humanitate necessaria medicinaliter declinaret ad integritatem reparandam, quippe post lapsum carere debuit illo malo, quo integra præstare nequiverat: oportebat autem ut ipsa quoque rationabilis humana creatura quod propria voluntate perdiderat, etiam secundum Dei gratiam propriam reciperet voluntatem, & quæ sine merito curabatur, tribueretur ei, ut etiam hæc sequeretur ex merito: propterea maluit singularis ille salvator perfici potius in infirmitate virtutem, quam rursus sine infirmitate vel de se confidentem, vel auctoris negligentem fieri humanam substantiam sine infirmitate securam. Hinc est igitur quod B. Paulus, qui & ruinam conditionis humanæ, & restauratione n ceteris copiosius intimavit, etiam de seipso clamat: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet; propter quod ter dominum rogavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi*; & iterum ipse: *Vanitati enim creatura subjecta est*; adhuc utique vanitati, quantum adhuc mundanis sensibus implicatur, corruptibilique conditione deprimitur; illa utique creatura, de qua idem dicit alibi: *Si qua igitur nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova*: & de qua idem alibi dicit: *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo, in operibus bonis*. Itemque ipse de eadem: *In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura*.

Christiani per Christum victorem vincunt diabolum.

2. Cor. 12.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

Ephes. 2.

Gal. 6.

Hæc utique creatura, qua in Christo refecti sumus, non qua ab initio facti sumus, de qua etiam beatus Jacobus apostolus sic ait: *Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus*, non illius creaturæ, quæ in Adam condita est, *sed quæ Patris luminum, a quo est omne datum optimum, & donum perfectum*, voluntate genita verbo veritatis, initium sumpsit in Christo; & hoc ipsum ideo, ne quibuscumque suis bonis fideret humana substantia: sed quidquid recti in se esse cognoscereet, desursum descendens, esse perpenderet ab incommutabili & sine vicissitudinis obumbratione luce semper immensa, per quam sibi mutabili & vicissitudinum obumbratione fuscatæ, luminis veri munus sentiret impendi. Hæc est igitur illa creatura, quæ spiritualiter vivens, non volens sustinet mortalis infestationis affectus, contra quos indefinenter pugnans, mallet non habere quos vinceret, quam cum infesto jugiter hoste confligere. Non volens ergo subjaceat in tantum vanis desideriis, in quantum sine dubitatione perituris. Unde dicit apostolus. *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non quæ vultis, illa faciatis; sed propter eum*, inquit, *qui subjecit in spe*, ut nemo in hac scilicet vita rursus de plena felicitate sit arrogans; ac ne rursus forsitan desperatione succumberet, sic eam subjecit his molestiis perferendis, ut tamen spe consoletur erecta. Hæc est igitur sine ambiguo creatura, de qua ait; *quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Patefecit de qua creatura vellet intelligi, *in libertatem*, inquiens, *filiorum Dei*, quæ in hoc mundo ex ea parte nunc servit, qua vitiis infestatur humanis. Tunc ad libertatem filiorum Dei perfecta securitate venturam, *cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Ut fiat sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est mortis victoria tua? ubi est mors in stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Jesum Christum*. Quapropter beatus apostolus manifestius volens & de qua creatura ageret, & de qua ejus servitute, quave libertate differeret, utpote per quem Christus loquebatur, ostendere, adhuc inculcat, & dicit: *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit*, non nisi rationabilis creatura est, & illa rationabilis, quæ quid ingemiscat, quidve parturiat, jam renata cognoscit, & infirmitatem suam deflens, promissionem perpetuæ tranquillitatis expectat, quo doctor egregius quousque perducat, diligentius intuendum est: *Non solum*, inquiens, *illa*, hoc est creatura populi Christiani, *sed nosipsi primitias spiritus habentes*; Ipsi utique apostoli, ipsi ecclesiæ principes & parentes, qui primordialiter sancti Spiritus dona sumpserunt, quæ ecclesiasticis ministrarent spiritualiter incrementis; ubi sine controversia semetipsos quoque in una eademque quamvis majore gratia præditos, unde & ait; *primitias spiritus habentes*, quasi primates gratiæ Dei, in una tamen eademque secum totamque ecclesiam generali conditione constituit: *sed etiam nosmetipsi*, dicens, *primitias spiritus habentes, intra nos gemimus*, aperuit quorum ille gemitus, quem supra dixerat, esse noscatur, & quid gemeret evidenter exposuit, *adoptionemque expectantes*, certe jam sacramento regenerationis pignus adoptionis accepit. Quæ est ergo ista adoptio, quæ post adoptionum initia sustinetur, quæve redemptio corporis nostri, quæ ventura proponitur? Ergo non accepisti, quæ expectare te dicis? Accepi, inquit, sed mysteriis sum renovatus initiatusque cælestibus superstes, & in hac adhuc mor-

Creatura nova quomodo dicatur Christianus.

Jac. 1.

Gal. 5.

Rom. 2.

Ibidem.

2. Cor. 11.

Rom. 8.

Apostoli quomodo dicantur habere primitias spiritus.

mortalitate consistens, quæ sua sunt, in me competenter operantibus, ad eorum plenitudinem perfectionemque valeam, atque hic pugnantium ibi fit consummata victoria, ubi dicendum est: *Absorpta est mors in victoria: ubi est mors stimulus tuus. Nunc autem spe salvi facti sumus; spes autem quæ videtur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus*, satis clara luce patefecit qui sit status in hac vita fidelium, quid in fide teneant, quid in spe sustineant, quid tota caritate desiderent, quod totum incunctanter ideo fit, sicut quidam magister ecclesiæ sapienter edocuit, dicens: Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est servata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas, quo scilicet sua saltem fragilitate commonita post ruinam, non in se fidat nostra conditio, sed ad illius incessabiliter recurrat misericordiam reformanda, cujus gratiam non quærendo, nec in paradisi potuit intemerata felicitate constare, discatque sine tali præsidio inde lapsam per quod instruitur post ærumnas ad gaudia redire perpetua; multoque se magis incolumem hoc subsidio durare potuisse, quo non solum ad creationis suæ reducitur institutum, sed ad cæleste præparatur habitaculum. Huic autem disputationi nullatenus æstimetur esse contrarium, quod in epistola sua beatus Jonnes apostolus & evangelista disseruit: *Quia qui natus est ex Deo, non peccat*, ut ex hoc videlicet qui regenerati sunt, non peccare credantur: quod utique si eo sensu, sicut quidam non recte judicantes arbitrantur, vir magnus ille promptisset, universaliter utique quisquis renatus esset jam peccare non posset. Deinde contra hunc eumdem apostolum sentire convincitur, si quis hoc eum definisse prætendit: idemque quippe dicit alibi: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est*: Et iterum: *Si dixerimus quia non peccamus, mendacem faciemus eum, & verbum ejus non erit in nobis*: & utique hoc tantus & talis dicebat apostolus: cujus si quis potiorem se meritis æstimare contendit, ipse videat, cavetque ne incidat in mortiferæ præcipitationis abruptum. Certe enim ipse qui hæc dicebat, ex Deo utique natus erat; & tamen docebat atque prædicabat, dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus*, & cetera, quæ superius comprehensa sunt: sed qualiter peccare non possit, qui ex Deo nascitur, ipse potius vir Deo plenus exponat: *Si dixerimus*, inquis, *quia non peccavimus, mendacem faciemus eum: quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & justus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate*. Patefecit quomodo qui ex Deo nascitur, peccare non possit, ut scilicet unusquisque fidelium postquam ex Deo natus est, sicut, se non habere peccatum pronuntiare non debet, sic quod admittendo contraxerit, confidenti relaxatione submotum peccatum inesse non possit, sicut ipse etiam secutus adjunxit: *Hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem justum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed totius mundi*. Quod breviter indicatum prudens lector per totum scripturarum corpus copiosis poterit testificationibus invenire, & manifestius approbare.

1. Cor. 15. Rom. 8.

Fidelium in hac vita status.

Augustinus.

Natum ex Deo non peccare quomodo intelligendum.

1. Joan. 4.

1. Joan. 1.

1. Joan. 1.

Ibidem.

1. Joan. 2.

Sic temperatum nostræ salutis antidotum, ut omni protervitate deposita, *qui gloriatur non in se, sed in domino glorietur*. Etiam illud præterea diligentibus intuendum est, quod quosdam movere perspeximus id quod ait apostolus, cum conjugibus fidelibusque loqueretur, sanctificari scilicet sive virum sive mulierem infidelem per cujuslibet sexus fidele consortium: & in primis non inconvenienter occurrit quod dictum est de fœdere conjugali; *erunt duo in carne una*. Per quod possit consequenter intelligi, ut quoniam cujuslibet conjugis fidelis corpus templum est Dei, & regeneratione purgatum, divinique sanctificatum per purificationem mysterii, secundum quemdam modum, per conjugalis unitatem carnis etiam conjugis infidelis sanctificatio corpus attingat, longeque distet ista societas ab illo consortio quod in utrisque conjugibus idolis mancipatum est, & immundi spiritus habitatione pollutum, dum in illo genere nuptiarum per legem fœdusque conjugii, ad alterum tametsi nescientem forsitan nec volentem divina benedictio per alterius unitæ sibi carnis accedit. In isto vero, & principalis illa fornicatio qua anima alienatur a Deo & spiritus pravi contagium tam reddat utrumque conjugem detestanda coinquinatione maculatum, quam ab illa fide quæ corda purificat summæ divinitatis externus. Deinde non irrationabiliter (quantum arbitror) & illud concurrit, ut oratione fidelis cujusque conjugis etiam infideli misericordia quantacumque præstetur, vel ipsa certe quæ ad salutem pertineat temporalem: in qua misericordia non parum divinæ pietatis acquirit: & per hoc secundum quemdam modum particeps divinæ dignationis effectus edicitur. Si enim cibi qui per legem sacram describuntur immundi, per verbum Dei sanctificari testatur apostolus, unde etiam illud est: *Quod Deus mundavit, tu Act. 11 commune ne dixeris*; non erit absurdum nec inconveniens quod per fidelis conjugis precem, quam fieri pro ipsa certum est affectione conjugii, aliquid etiam infidelis conjux sanctificationis, misericordiam divinam quam fidelis conjugis implorat supplicatio, consequatur, longeque differat (sicut dictum est) ab illo connubio, in quo utrique conjuges a veræ divinitatis sunt puritate exteri, & voluntarie submoti, sed immundos utrique spiritus invocantes, pari immunditia sunt referti. Nam si comparatione levium vel gravium peccatorum justificatus dicitur, ab eo qui majoribus est vitiis involutus ille quem minor reatus involvit, (sicut dicitur ad Jerusalem quæ tunc criminum & prævaricationum immanitate fervebat: *Justificasti sororem tuam Sodomam*) quanto magis justificatio vel sanctificatio, & si non plena atque perfecta, secundum tamen quemdam modum competenter accipitur, ubi non solum a fideli conjuge minus peccatur, sed ab eo etiam conjuge peccatore remedium summæ divinitatis exposcitur, quam ubi a conjugibus utrisque peccatur. Nam secundum quemdam modum hanc sanctificationem per fidelem conjugem etiam infideli conjugi pervenire hæc ipsa verba testantur apostoli: siquidem non jam infidelem conjugem legitimam sanctificationem sumpsisse confirmat, quia per fidelem conjugem quippiam sanctificationis acquirat. Denique qua sit conditione censendus secutus adjunxit: *Nam si infidelis, discedat*, non jam in-

1. Cor. 10.

1. Cor. 7.

Ezech. 16.

1. Cor. 7.

de

de tanquam fidelem suscipi designans, quia per hæc quæ dicta sunt aliquid ad eum pervenit fidelis conjugis, sive consortium, seu precem divinæ sanctificationis & gratiæ, sed nisi ipse quoque fidelis existat, pro infideli sit procul dubio judicandus. Est etiam ille modus infideli conjugi sanctificationis impertiendæ per conjugem jam fidelem, si huic exhortationem conversionis ad Deum, & credulitatem summæ divinitatis insinuet, majestatem virtutemque ejus inculcet, & per affectum conjugii eum facilius informet & inclinet ad fidem, astruens quæ sit spes in unum Deum credentibus, vel in hujus vitæ cursu, vel post ejus transitum quæ requies sit futura. Hæc cum per fiduciam conjugii sanctis verbis cor ejus assidua voce pulsando conjux fidelis frequenter insinuat, divinæ sanctificationis eidem, & menti ejus, & corpori propinat effectum, sicut ait beatus Petrus apostolus: *Similiter mulieres subditæ sint viris, ut si qui non credunt verbo, per mulieris conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conversationem vestram*; quam si per familiaritatem suscipiat conjugalem, & Dei gratiam sibi per affectum conjugii ministratam non in vacuum recipiat & refutet, fit sanctificatio per fidelem conjugem conjugis infidelis, dum hisce modis ex infidelitate in consortium sanctificationis attrahitur. Alioquin si oblatam sibi gratiam nec per affectum suscipit conjugalem, quæ in vacuum tam divinæ dignationis, quam etiam humanæ singularis affectionis oblitus, æstimat abnuendam, atque ob hoc ipsam quoque conjugis affectionem nititur abjurare, & ab ipsius pii consortii lege discedere, digne permittitur eidem licentia discedendi; quia non est illo conjugio dignus, quo se ipse judicavit indignum, patienterque ferat fidelis conjux illo se caruisse conjugio, quod fornicatur a Deo, cui idem conjux fidelis inhærendo, principalem Dei retinet castitatem. Itaque & adultero caret, & eo qui respuit una veraciter fieri caro cum conjuge jam fideli, nec æstimet fuisse legitimum quod divina sibi despexerit lege conjugii; ac potius libenter accipiat eum, qui anima separatus a Deo est, & a se quoque corpore fuisse divisum.

1. Pet. 3.

Secundum hunc igitur modum etiam de talium filiis accipiendum est, quod illic consequenter asseritur, ubi apostolus: quod nisi hæc sanctificatio inter hujusmodi conjuges proveniret, filii eorum immundi essent, nunc autem sancti sunt. Sancti sunt enim, secundum quemdam modum in comparatione illorum, qui ex utrisque parentibus immunditiæ diabolicæ mancipatis contaminatisque nascuntur.

Quomodo dicantur sancti filii qui ex alterutro fideli conjuge nati sunt.

Isti enim ex ea parte, qua de sancta carne fidelis parentis, & templo Dei, & Deum unum in suo corde gestantis exorti sunt, nonnihil divinæ benedictionis hauserunt, in qua utique benedictione sanctitas continetur, cujus dignatione perstricti, sancti non immerito nuncupantur. Per hanc quidam etiam sanctificationem assumunt, ut ad eam sicut competit perveniant consequendam, jam ejus per parentem fidelem rudimenta percipiunt, & odorem sanctæ adoptionis agnoscunt, precibus Christiani parentis, quibus eis sine ambiguo imploratur divina misericordia, utique sanctificatio jam præbetur, & plerumque fidelis studio parentis, vel ad venerabilia loca parvuli defe-

A runtur, vel etiam nescientibus renatis fonte baptismatis sanctificatio plena confertur. Aut ubi jam capaces rationis extiterint, adhortatio & insinuatio pii parentis ingeritur. Quæ omnia sanctificationis instrumenta esse manifestum est, quibus ut ad ejus veniant firmitatem, aut si ista despiciunt, semetipsos sanctificatione dispolient, & gratiam Dei, quæ his per affectum parentum ingeritur, evidenter evacuant. Atque ita de sanctis vel de eruditionibus sanctitatis abscissi, in non sanctorum consortia profana rediguntur. De quibus nihilo minus sic dicatur, quomodo de parentibus eorum infidelibus præceptum; *Si infidelis vult is discedere, discedat*. Numquidnam hæc genera B sanctitatis, vel sanctificationis de utroque profano parente progenitis filiis intimantur? Ecce quid interest inter sobolem ex illo vel isto conjugio procreatam: ecce quemadmodum isti familiares & propinqui sunt sanctificati, atque ideo non immerito sancti sunt editi, & quibus divina misericordia consequenter ejus precibus imploratur, quique cum sanctis educationibus imbuuntur, & sacræ religionis initiantur affectu, ad cujus si pervenerint firmitatem, illius per sacramentum sanctificationis plenitudinem consequuntur, cujus per fidelem parentem etiam ante sacramentum rudimenta sumpserunt, per quæ rudimenta jam sancti, qui sancta institutione præparabantur, non in- C congrue sunt vocati. Numquid autem quia dictum est sanctificari infidelem conjugem per fidelem, ita dictum est, ut jam propriæ credulitatis sanctificatione non egeat, ac non magis ideo quia per illam familiaritatem fidelis conjugis percipiendæ sanctificationi proximus sit, & propinquus effectus. Nam si jam sanctificatus diceretur, ut sanctificatione penitus non egeret, non de eodem in consequentibus diceret: *Infidelis si vult discedere, discedat*: sic ergo & filii eorum nuncupati sunt sancti, quia per sancti parentis affectum capiendæ sint proximi sanctitatis; non quod jam ipsi propria sanctificatione non egeant, quæ utique; sicut nullus Christianus addubitat, sine regeneratio- D nis sacra mysterio nec sumitur nec habetur; sicut & parens eorum infidelis sic sanctificatus dicitur per fidelem, ut tamen ingestæ sibi per fidelem conjugem sanctificationis ipse legitimum non suscepit effectum, infidelis fuerit nuncupatus. Sicut ergo eum, quem per fidelem conjugem sanctificatum dixit, postea nuncupat infidelem, quia proprie ipse vel ipsa non credidit, sic & filii qui per fidelem parentem eo modo sanctificati quo conjunx, sancti appellati sunt, nisi ipsi quoque proprie credant, infideles consequenter existunt: satis enim apparet, secundum quemdam modum sanctificationem hanc conjugis appellatam, qui postea infidelis asseritur; sic ergo & de filiis intelligendum est. E Numquid igitur, quod sæpe repetendum est, soboles profanorum hujuscemodi sanctitatis aliqua cujuslibet parentis portione contegitur, vel aliquibus hujusmodi disciplinis, precibus, adhortationibus cujuspiam participationem, vel notitiam, vel auditum, vel eruditionem sanctitatis assumit, quæ est sub immundorum spirituum dominatione consistens, & diabolicis prævaricationibus, & contagiis mancipata? Hoc modo semper immunda est, quo parentes, quamdiu in eadem perversitate consistit: plerumque autem & per anticipationem (quod in scri-

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Per anticipationem dicitur aliquid esse in scriptura quod futurum est

scripturæ sanctæ textu frequentius invenitur) jam esse dicitur quod futurum est, sicut in evangelio legimus. Quia Jesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Filios Dei certe jam nuncupans, qui adhuc essent diffusa gratiæ evocatione per mundum sacris innovandi mysteriis, in Dei filios adoptandi: vel cum dicitur: *Beati qui non viderunt & crediderunt*, jam beati appellati sunt qui adhuc tunc futuri fuerant beati, cum essent quæ non viderant credituri; sicut & plerumque pro faciendis jam facta referuntur, ut *foderunt manus meas, & pedes meos*. Item tamquam profitendo definitur, quod non sit causa qualibet interveniente faciendum, sicut beatus apostolus pro devotione prædicationis injunctæ ad Hispanias se profitetur iturum: quod tamen certa dispensatione deitatis, quod fieret non provenit: alter cum appellatur, aliquid esse; quod hoc ipsum esse cessavit, vel cessaturum est, hoc ipsum esse; quod dicitur, ut Judas apostolus qui prævaricando, quod est appellatus amisit, sicut idem & discipulus dictus est, cum quidem nec Christi discipulus esset, sed potius diaboli, sicut de eo dictum est: *Unus ex vobis diabolus est*, quod diaboli esset operarius. Dictus est tamen discipulus etiam, cum nec verus esset, & cessaturus hoc dici. Est & ille modus, quod sæpe velut generaliter & absolute dicitur, cum tamen ad omnes generaliter non pertinere manifestum est, ut cum dicitur Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, omnes quidem gentes benedicentur: nec erit ulla natio sub cœlo, cui non prædicetur evangelium, & tunc veniat finis; sed ipsæ gentes non ex integro omnes benedicentur, quia non omnium est fides: vel sicuti est, *omnis lingua confitetur Deo*; cui locutioni tenus ille connectitur, cum ex parte totum sæpius nuncupatur: sicut & tunc homo Juda cum totam gentem procul dubio nominaret. Sic & illi fideles sancti videri possunt vocati: quia multi, vel plurimi ex his, per ea quæ dicta sunt, mysteriis imbuti cælestibus, sancti efficientur, & merito jam esse dicti sunt quod futuri sunt, vel ex ea portione, qua per religiosum parentem erant participes sanctitatis, tamquam jam ex integro id essent, sancti sunt nuncupati, vel quia ex talibus filiis multi futuri essent plenæ sanctificationis hæredes.

Jam & isti ex eo quod futuri fuerant nuncupati sunt, & licet hoc essent plurimi forsitan nunc futuri, a parte sanctorum toti sancti generaliter sunt vocati. De resurrectionis vero qualitate, vel de ea quæ post resurrectionem species sit futura, audiamus apostolum prædicantem, ubi ait: *Sed dicet aliquis, quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient?* & humanæ mentis diffidentiam redarguens, quam merito stultam, quæ Deo quidquam judicaret impossibile, nuncupando, competenter ex rerum etiam visibilium & humanis conversationibus usitatam similitudinem comparationemque magnificam præclarus doctor inducit, dicens: *Insipiens*, (qui Deo hæc impossibilia æstimas, vel ambigis esse facienda) *tu quod seminas, vivificatur, nisi prius moriatur?* Quam similitudinem ad resurrectionem corporis post mortem futuram convenienter aptavit. Deinde quod secutus adjecit: *Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas sed nudum granum, ut puta tritici & ceterorum. Deus autem dat illi corpus, prout voluit*. Ad qualitatem jam & speciem, quæ post resurrectionem futura est, genus comparationis adhibere curavit, *prout voluit*, inquit. Quid adhuc quæris? prout voluerit Deus, sic dabit unicuique corpus ineffabili potentia suscitatum: sed forsitan arbitreris, ideo magis significari non unicuique suum reformandum proprie corpus, cum affruatur prout Deus voluerit esse reparandum.

Diligenter ergo sensum plenius hæc tractantis intende; si scire conaris cujusmodi corpus unicuique sit Deus hoc ipsum prout voluerit redditurus, & tamquam tibi jam tunc ad ista respondentis apostoli verba perpende. Nosse desideras, quare resuscitatis hominibus corpus, prout Deus voluerit, sit daturus, agnosce prudenter, & *unicuique seminum proprium corpus*, quod utique non sine causa vir Deo plenus annectit, nisi ut futuras hominum hujusmodi dubitationes expelleret. Audi, inquam, quod sapienter adjecit, & ex similitudine rem ipsam cui comparatur agnosce: *& unicuique*, inquit, *seminum proprium corpus*; si in similitudine proprium corpus, ergo & in re, cujus similitudo est, proprium corpus certum est esse reddendum; semina enim ista sine controversia hominibus comparavit, de quorum utique morte & resurrectione loquebatur: atque ideo singula singulis conferens, quantum ad vivificanda post mortem corpora pertineret, de grani non prius vivificati quam mortui comparatione singulari mirabiliter explicavit. Dehinc quali post resurrectionem corpore conferetur esse quisque venturus, id est, utrum hac conditione, quam moriendo gestaverat, an longe meliore, nihilo minus illa similitudine patefecit, quam secutus expoluit: *Et tu qui seminas, nudum granum seminas, ut puta tritici, aut alicujus ceterorum; & Deus dat illi corpus, prout vult*. In hac ergo forma corpus Deum dare, decentius quam obierat, evidenter expressit; sicut in subsequentibus dicitur: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptionem; seminatur in ignobilitate, surgit in gloriam: seminatur in infirmitate, surgit in virtutem: seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale*. Ecce quemadmodum hominis morientis non hoc seminatur, quod corpus est post futurum. Ecce prout vult Deus intelligitur resurrecturis corpus reformare post mortem cum inæstimabili suæ misericordiæ voluntate: quod fuerat in corruptione seminatum, incorruptibili nobilitate restaurat: quod fuerat terrenæ conditionis in ignobilitate sopitum, in gloria cœlesti resuscitat: quod fuerat mortalitatis infirmitate resolutum, redintegrat in immortalitatis decore vestitum: postremo quod fuerat animale defunctum, corpus spirituale restituit, & reformat: quæ cuncta ad statum meliorationis sublimationisque respiciunt. Illa vero quæ restat pars comparationis annexæ specialiter ad proprietatem corporis unicuique redhibendam pertinere firmatur, qua consequenter dicitur: *Et unicuique seminum proprium corpus*: ubi satis apparet in quavis resurgentium claritate proprietatem corporis esse mansuram: nec otiosum quod beatus apostolus cum de solo humano genere, quod solum est utique suscitandum, nec alia quæcumque substantia hoc est munere decoranda, atque ideo sufficeret ad unum genus hominum unam speciem seminis gratia comparationis adhibere, per

Joan. 20.
Luc. 24.
Per anticipationem in scripturis dicuntur facta pro faciendis.
Joan. 6.
Genes. 22.
Philip. 2.
1. Cor. 15.
Ibidem.
1. Cor. 15
Ibid.
Ibidem.
Ibidem.

per quam & non prius vivificari quam mori, & honorabilius corpus quam seminaretur exurgere perdoceret: sed ut diversi sexus proprium corpus asseret innovandum, quod in una specie seminis, quantum ad similitudinem respiceret, non habebat, ne per hoc & unam tantummodo speciem resuscitandorum corporum futurarum significasse putaretur proprietatum distinctione summota; discreta quæcumque seminum genera comparationis suæ caute convenienterque duxit adhibenda, ut proprietatem corporum, sicut dictum est, quam una species discernere non valebat, seminum diversitas indicaret, suppeditaretque plenæ comparationi facultas, per quam ad specialitatem corporum designandam convenientissime diceretur, & *unicuique seminum proprium corpus*, ut quod una species cujuslibet grani, discreto sexu, qui ei nullus æstimare non posset exprimendæ corporum proprietati, sicut sæpe jam dictum est, seminum diversitas intelligentiam ministraret. 1. Cor. 15.

Triplex igitur in hac comparatione propositio, disputatio, diffinitio est: & quantum ad intelligendam resurrectionem pertinet corporalem ex similitudine grani non prius vivificati quam mortui competens similitudo sufficiensque depromta est. Quantum vero ad id attinet, quia *non id corpus seminatur, quod futurum est: sed Deus dat illi corpus prout vult*: in ejusdem continentia lectionis necessario causa referatur, cum corruptibile corpus seminatum perhibetur incorruptibile redditurum, & cetera, quæ huic sensui probantur adhærere. Ibidem.

Quantum autem ad proprietatem corporum respicit edocendam, plenissime declaratur quod beatus apostolus nequaquam seminis unius comparatione contentus, per quod proprietatem corporum non posset ostendere, cum id una species, ut supra memoratum est, seminis non haberet, studuit ex seminum diversitate monstrare unicuique surgentium, qui sunt utique seminibus comparati, proprium corpus esse reddendum. Et resurgent ergo homines vivificati post mortem, qui utique prius morientibus, & postmodum vivificandis seminibus comparati sunt: & non hoc quod moriuntur, id est tamquam seminantur, resurgunt; *sed Deus eis dat corpus ut vult*, ut sit de corruptibili incorruptibile, de mortali immortale, de inspirituali spirituale; ut quod mortis fuerat conditione decoloratum, immortale & decorum integritate reddatur, & proprium corpus sicut unum quodque seminum sine dubio recepturi sunt: quod quia diverso sexui in uno semine comparari non poterat, ex seminum diversitate collatum est, ut ex diversitate seminum corporum proprietas signaretur. Si vero proprium corpus resuscitatus quisque suscipiet, indubitanter est consequens ut unicuique sexui corpus proprium reformetur; quia, sicut dictum est, & unicuique seminum proprium corpus restituitur attributum. Et si unicuique seminum proprium corpus restituitur, per quæ utique semina in utroque sexu omne genus hominum designatum est, sequitur ut omne genus humanum, quod in utroque sexu istis est seminibus designatum, proprium sit corpus resumpturum. Hoc nos ex verbis apostoli fas est sobria consideratione metiri, ultra quæ cavendum est temeraria curiositate prorumpere; propter quod etiam commonemur: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne feceris scrutatus*. Et, *non alto sapientes, sed humilibus consentientes*. Postremo attendentes illud, quod apostolica quoque prædicatione firmatum est, *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus timentibus se*, quisquis superius memorati sensus apostoli non est intelligentia, vel comparatione contentus; ad hoc certe, velit nolit, sine dubitatione constringitur, ut quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, qualibet audeat sibi mediatione componere, quasi verbo humani corporis aliqua membra culpabilia, vel decora, vel reprehensibilia sint creata, cum Deus fecerit omnia bona valde, & unamquamque speciem in suo genere competenti decore subnixam, nisi quod hæc, quæ inhonesta nostra sunt dicta, concupiscentiæ primordialis decoloraffet excessus: quæ utique sic fuerant instituta, ut ad nutum mentis humanæ famulantia, tantummodo ex animæ rationalis arbitrio ad procreandæ sobolis causam suis officiis fungerentur. Præter hanc vero causam nihil contra mentis imperium, quæ præveniendo insolentius voluntatem, vel cum id voluntas expeteret, quidquam rebellionis afferent. Sed postquam anima summis suis subjecta non constitit, pari in seipsa naturæ contumacis lege punita superbia est, ut huic quoque, id est animæ dominio subjecta consequenter obsequia repugnarent, & quod vetiti præsumptione contradixerat humanæ mentis inobediens appetitus, in ea parte corporis indicaret, qua degeneris, ac decoloratæ superbæque radicis procul dubio vitiosa fuerat generatio propaganda: quæ utique si hic nisi essent hac exorbitatione fœdata potuerant decore tantum humano generi propagando tam honesta, quam moderata persistere etiam in corpore sine dubitatione terreno, quanto magis credendum est in spirituali corpore ineffabiliter decentius hæc posse constare; præcipue cum nihil jam genitalis officii in illa perpetua claritate gestura sint: sed ad hoc tantum suæ speciei formæque non deerunt, ut non aliqua alia forma quam humana, cui promissa resurrectio est, resuscitata judicetur, nec aliquid sit, quod in carnis perfecta resurrectione non maneat, & videatur alia species suscitata, quam integræ carnis humanæ lineamenta designant: quæ quisque non vult fortasse moderata ratione librare, velit nolit, ut dictum est, aut ad illud superius revertetur, *ut quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*, non æstimet perscrutandum, aut si ultra conatur erumpere, ipse videat suæ temeritatis abruptum. Quam autem condita sunt honesta humanæ membra substantiæ, etiam res illa nos admonet, quod cum in paradiso nudi essent primi parentes, nihil in his confusionis habuerunt. Unde post peccatum & concupiscentiæ virus ingressum, corporum suorum inordinata perturbatione confusi sunt. Atque ideo satis apparet, quod si in illa quavis felicitate paradisi positi, terreno tamen corpore constituti, conspici sine confusione potuerunt, multo magis in illo spirituali corpore, atque in illa sublimi beatitudine, quæ similitudinem gestura est angelorum, & ut homini in carnis resurrectione nihil desit, integer reformetur. Et ne aliquid deforme conditor crearse videatur, si quid de resuscitato corpore subtrahatur bonum, potius ejus opus inde etiam comprobetur, ut ejus conditio in illis quo

Eccles. 3. Rom. 12.

1. Cor. 2.

Genes. 1.

1. Cor. 2.

quoque claritatis decore permaneat, nisi forte isti etiam illic adhuc existiment motus corporeos orituros, *ubi* (sicut ipse dominus ait) *neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli*. Quod utique si in unam speciem corporis unumque sexum omnes fuerant suscitandi, cur diceretur causa penitus non fuisset. Quin potius cum femineo sexu magis competat nubere, non illic defuturum, sed cessaturum prorsus a nuptiis indicatur. Cum autem nihilo minus scriptum sit, *ut capiat unusquisque propria corpora quæ gessit, sive bona, sive mala*, quomodo id fiet, nisi uterque sexus in sui corporis proprietate vel judicium subeat, vel præmium beatæ resurrectionis accipiat? Falluntur autem qui putant illud apostoli testimonium sibimet suffragari, quo videntur asserere in virilem formam omnes homines resuscitandos, ubi ait: *Donec occurramus in unum virum perfectum*. Quid ergo facient cum rursus idem dicat: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*; quod huic utique opinioni eorum erit sine dubitatione contrarium, nisi mysterio competenter inspecto modesta mente cognoscant, qualiter utrum conveniat, quid itaque velit sibi, quod in utroque sexu describat ecclesia, quantum domino referante sentimus, exponimus. Ab initio Christum & ecclesiam humana carne similitudine conjugii designatam sancta scriptura testatur. Proinde cum femineo sexu censetur ecclesia, infirmitas quidem humanæ conditionis ostenditur, quæ tanquam in ecclesia conjuge Christi convenienter exprimitur: sed nomine virginitatis, vel continentiæ ejus propositum vel integritas fidei, de qua & ipse B. apostolus disserit, intimatur. Cum vero dicitur, *Donec occurramus omnes in virum perfectum*, nec diversum est, nec divinum; quoniam quidquid in ecclesiæ corpore continetur, quæ cum Christo una caro est sacri lege conjugii, etiam ipsius caro modis omnibus in sexu fieri utroque quod dictum est sive illic virginem castam sive huic virum perfectum, ut ita sint in ecclesia catholica intemerata fide viventes, & sancto proposito continentes. Licet adhuc possit in infirmitate conditionis humanæ, ut tamen per unam carnem ecclesiæ & Christi, id est conjugis & viri, in ipso quoque virilem accipiat firmitatem vigoremque perfectum, cujus per ecclesiæ virgineam fidei castitatem, quam cum eodem una caro fiunt, & viri membra perfecta; ubi illa quoque beati apostoli Pauli verba tractanda sunt, quibus ait: *Omnes nos in unum corpus baptizati sumus in Christo*. Quantum ad unitatem utique pertinet sacramenti unum corpus sumus in Christo: quantum ad sexuum diversitatem ipse alibi dicit: *Sive vir, sive mulier, omnes unum sumus in Christo*: cum suo enim toto corpore, quod ejus est plenitudo, perfectus est Christus; & ideo quia per unum idemque mysterium, licet diversi sexus, unum tamen corpus accipitur, per cujus corporis plenitudinem perfectus est Christus. Cum ergo vir Christus ecclesiæ tanquam conjugis suæ & caput sit & virtus, atque perfectio; merito omnis ecclesia in hunc unum virum perfectum, cujus est una caro, perhibetur occurrere.

Marc. 12.

2. Cor. 5.

Ephes. 4.

2. Cor. 11.

Ephes. 4. Occurrere in virum perfectum quomodo intelligatur.

1. Cor. 12.

Galat. 3.

DECRETA DUO

Quæ Gratiano auctore ex epistola ad Dardanis episcopos desumpta sunt.

PRIMUM.

Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur.

Post quingentos annos constituta Christi quosdam audio velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi. 9. xvi. quæst. 3.

SECUNDUM.

Non oportet ab eorum eleemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

Nec quisquam vobis omnino persuadeat, Acacio prævaricatoris suæ crimen fuisse laxatum: * quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jure meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quæsivit omnino nec meruit, nec mortuus jam potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram*, & reliqua. Ceterum de eo, qui in divino judicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi ejus nomine refutato, ceterisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam. 24. quæst. 2. Nec quisquam. * non advertit Binius hæc sumpta esse ex epist. ad episcopos Dardaniæ supra pag. 47. Matth. 18.

CONSTITUTA GELASII PAPÆ,

QUÆ EPISCOPI IN SUA ORDINATIONE ACCIPIUNT;

Quibus Afrorum ordinationes inter alia prohibentur ex diurno pontificum, aliisque fide dignis codicibus MSS.

Papa ille clero, ordini, & plebi consistentibus civitate illa, (*a*) dilectissimis filiis (*b*) in domino salutem.

PRobabilibus desideriis (*c*) nihil attulimus tarditatis. Fratrem (*d*) jam, & coepiscopum nostrum illum vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas: ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem; qui neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expœnitentem, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos hujusmodi forte repererit, non

1 In libro diurno Rom. Pont. inscribitur: *Synodale quod accipit Episcopus*. Est & inter Epistolas Gregorii II. ordine quarta. Citatur & apud Gratian. ex Gelasio 26. XII. quæst. 2. clero, ordini, & plebi Brendesii. *Hardouinus*. Gelasio etiam inscribitur in Lucensi Codice vetustissimo. *Mansi*.

(*a*) Ex Luc. cod. 490. damus variantes.

(*b*) *Deest* in Domino *salutem*.

(*c*) *addis vestris*

(*d*) *etiam*

non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem non minuere studeat, sed augere. De rediru vero ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones: quarum unam sibi ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: Tertiam pauperibus & peregrinis: quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam. De quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis; sed & ingressu quadragesimali atque (a) medio, vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate, & pentecoste meminerit esse præbendum, exceptis his qui mortis urgentur periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subveniri. Huic ergo sedis nostræ præcepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut inreprehensibile, placidumque fiat corpus ecclesiæ, per Christum dominum nostrum, qui vivit, & regnat cum Deo patre omnipotente, & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum Amen. *Et subscriptio ejus.* Deus vos incolumes custodiat dilectissimi filii.

XV. EPISTOLA GELASII PAPÆ.

Narrat quæ a Rustico Lugdunensi episcopo acceperit subsidia & quantas ab Acacio sustineat persecutiones.

Dilectissimo fratri Rustico Gelasius. *

INter ingruentium malorum turbines & variarum tentationum quibus pene mergimur afflictationes, tua nobis caritas, amantissime frater, grande solatium propinavit. Quid enim consolatius posset accidere quam videre fratres carissimos invicem compatientes & partem oneris ferentes, quibus non minima benedictionis portio collata est. Benedictus Deus qui tua erga nos taliter affecit præcordia, ut non tantum quæ patimur, animo sentias, sed ea monstres in sanctæ tributionis exhibendo misericordiam, qualem habeas in compassivo corde caritatem, & adjungas ad dulcissimæ consolationis sermones quæ sunt præcipuæ inter amicos opitulationes. Verum dilectionem tuam non fatigabimus scribentes quam in arcto fuerimus. Scit frater noster & coepiscopus Æonius * quam utile fuerit & quod misit, & quod ad nos misisti subsidium. Ceterum frater noster Epiphanius * qui ad gentis suæ relevandos & redimendos captivos ad partes vestras destinatur, fraternitatem tuam certiorem faciet, quantam ob impiissimi Acacii causam persecutionem sustinemus. Sed non deficimus, & inter tot pressuras nec cedit animus, nec relaxatur zelus, nec subvertit metus. Sed licet aporiantes & angustiati, confidimus in eum qui dabit cum tentatione proventum: & si ad tempus sinit deprimi, non patietur opprimi. Fac, carissime frater, ut tuus tuorumque in nos, vel potius in sedem apostolicam non cesset affectus. Qui enim in petra solidabuntur cum petra exaltabuntur. Adjuva fratrem nostrum Epiphanium, & sentiat quia me amas, & cum redierit ad propria, scribat dilectio tua tam quæ sibi quam quæ fratribus nostris & coepiscopis per Gallias constitutis circa impiissimi Acacii causam videbuntur. Deus te præstet incolumem frater carissime. Datum VIII. Kalend. Februarias Asterio & Præsidio vv. cc. consulibus. *

* Arelatensis archiepiscopus.

* Thimenis ep. cujus vitam scripsit Ennodius.

* Anno Ch. 494.

AD EPISTOLAS GELASII PAPÆ I.

APPENDIX.

GELASIUS PAPA.

Ex Bahuzii Miscellan. tom. v. pag. 419 cum seq. Ex Suppl. Maniti tom. I. pag. 259.

QUid novæ ædificationi antiqua ecclesiarum poterit præjudicare divisio; cum in ea non futura, sed quæ erant præsentia finirentur? Nunc autem ad hanc basilicam, quæ dedicanda est, illud debet summa intentione disquiri, quis, id est, cujus civitatis, ex eadem re, ante quam basilica, quæ fabricata est, fundaretur, baptizaverit incolas, aut ad cujus consignationem sub annua devotione convenerint. Non enim terminis aut locis aliquibus convenit diffiniri, sed illud facere diœcesim quod superius continetur, ut constet commanentes a quo fuerint lavacri regeneratione purgati. Et ideo, fratres carissimi, amotis ambagibus, & omni circuitione submota, hoc vos modis omnibus convenit investigare, ut ille maxime ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem præscripsimus debere, permitti noveritis. In ceteris etiam ecclesiis, quas post constitutum quod gestis sanctæ memoriæ Leonis Papæ in synodo nuper relectis in his locis quæ distincta sunt per subreptionem ab virunnis * episcopo constiterit consecratas, hæc eadem & requirenda, & sunt modis omnibus ordinanda; ita tamen ut documentum, quod superius diximus, in omni constitutione servetur: quia quicquid supplosis petitionibus claruerit postulatum, id in irritum merito tanti præsulis erit contemplatione deducendum.

* Leonis corrupte.

GELASIUS IN DECRETIS

Dulcio defensori.

EXperientia tua præsenti admonitione suscepta filiis nostris viris magnificis Æmiliano magistro militum, & Constantino judici, & Ampelio ex nostra exhortatione dicere non omittat. Ecce, sicut magnitudinis vestræ desi-de-

(a) *mediana.*

derium postulavit, sine mora aliqua, & sine A ullo dispendio, ita ut nec ipsas dare ecclesiasticis officiis consuetudines sineremus. Anastasium diaconem Lucerinæ civitati ordinavimus sacerdotem. Propterea nunc magnificentia vestra ejusdem episcopi vel ecclesiæ Lucerinæ utilitatibus in universis quæ sunt necessaria libenter impendat, & competentia vigilantiæ suæ tribuat Christiana devotione solatia.

STEPHANO EPISCOPO, GELASIUS.

OPortuerat Antistiam, quæ direxit petitorium, in desiderata sibi pudicitia permanere, quia non facile contemnere debuit, quod facile prius credidit postulandum. Pertractato enim & maturato consilio juventutem suam, vel ea quæ petitorio debuit æstimare, nec contra electionem viduitatis indictæ suffragia postmodum & occasiones rumpendæ quærere castitatis. Sed quia mutabilem mentis errorem serendæ culpæ cupiditate temeravit, & maritum potius incontinentiæ suæ, quod nullis prohibetur legibus, exquisivit, supradictam processioni solitæ noveris esse reddendam, & ut accessus ecclesiæ & ministeriorum sacra communione potiatur. B

AD TERTIAM HANC EPISTOLAM ADNOTATIO.

Ne contra electionem viduitatis &c.

VIduæ nullam solemnem castitatis professionem emittebant. Quæ si obligatam Deo privati voti religione castitatem assumpto conjugio violabant, nonnisi Deo reddebant rationem. Vide epistolam Gelasii ad episcopos Lucaniæ c. XXI.

GELASIUS PAPA

MAXIMO ET EUSEBIO EPISCOPIS.

Fretum ex Balsamo ubi sup. cum seq.

LIcet regulis contineatur antiquis, parochias unicuique ecclesiæ pristina dispositione deputatas, nulla posse ratione convelli, ne per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente, ubique universalis confusio nascere- D tur, jam in decretis nostris ante non multum temporis destinatis, omnia jussimus, quæ taliter fuerant invasa, restitui. Sed quia temeritas pervadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adjungat, ea quæ inter fratrem & coepiscopum nostrum Constantinum Camiscanæ ecclesiæ sacerdotem, & directos ab Anconitano pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cogitationibus quæ sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari, quia neque negligentia pontificis, neque temporalis adjectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignavia faciente consensus, nec surripiente supplicatione præceptio divellere potest semel diœcesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota consistit

IDEM JUSTINO ARCHIDIACONO ET FAUSTO.

De rebus ecclesiæ in quatuor partes dividendis.

VObis & famæ vestræ consultum duximus, ut pontificis vestri loco vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat, quatenus omnia prædia ad vestrum revocetis studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod ecclesiæ putetis esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis urbanisque collectam ad Antistitem deferatis. Ex qua B tamen collectione habeatur ratio, quod ad causas vel expensas accedentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestretur, & quartæ portiones vel fidelium oblationes de hac fiant modis omnibus pensione, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericus pro suo judicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omnium conscientia faciat erogari. Fabricis vero quod competit ad ordinationem pontificis erogatione vestra decernimus pendendum. Si quid forte ab annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode condatur in thecis, ut si major emerserit fabrica, sint subsidio, quæ diversi temporis diligentia po- C tuerint custodiri, aut certe ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

INCIPIUNT DICTA GELASII PAPÆ.

CAtechumeni, latine dicuntur instructi, vel audientes, ii sunt qui fidem Christi instructi audiunt Christi præcepta, & recte credunt, & etiam a sacerdote consignati sunt, & per exorcisma purgati, & resipiscunt. Sed necdum sacro baptismate sunt abluti. Pœnitentes hi dicuntur in canone qui de criminibus, de majoribus culpis agunt publice pœnitentiam. Et sciendum est quia secundum præceptum canonis non licet fidelibus, idest jam baptizatis, D missas in ecclesia cum audientibus, idest catechumenis stare tempore orationis & canonicæ laudis, & simul cum eis orare, & psallere. Neque clericis aut aliis laicis dicet cum pœnitentibus simul mixti orare, aut psallere..... antiquitus proprius statutus locus, aut extra ecclesiam, aut in initio introitus ecclesiæ, ubi ad orandum & audiendum divinum officium stabant catechumeni, idest instructi vel audientes, & infra ecclesiam. Super istos erat similiter proprie locus statutus ubi stabant pœnitentes, ut omnes in ecclesiam introeuntes scirent eos de criminalibus culpis pœnitere, & orarent pro eis, & illi per hæc humiliati magis reciperent veniam delictorum suorum. Et super hos in E alio ecclesiæ spatio stabant cæteri fideles laici, segregati tamen a clericis. Cumque autem in aliquibus capitulis canonis dicatur ut pro quacumque criminali, idest graviori culpa ejiciatur ab ecclesia quicumque, non est intelligendum ut funditus prohibeatur ab omni conventu & auditione divinæ laudis, & præceptorum Domini; quod nimis absurdum est, & contra præceptum divinæ clementiæ, ut æger a divina excludatur medicina Dei, qui pro salute peccatorum est incarnatus, & passus; & abjectus ab omni conventu & consolatione fidelium

Ex M Luc. IX.

Dia-

Diabolo tradatur. Sed prædicta rationabiliter intelligendum est, ut ejiciatur a communione, idest consortio aliorum fidelium, qui intra ecclesiam stant tempore orationis & laudis Dei, & stet per statutos annos ad orandum & laudes Dei audiendum extra ecclesiam inter audientes, idest cathecumenos; & expletis his omnibus A secundum judicium commissæ culpæ intret in ecclesiam in communionem, idest consortio orationis cum pœnitentibus, inter quos, expletis iterum annis secundum judicium culpæ suæ, redeat plenius a communione, idest consortium cæterorum fidelium, & perceptionis sacri corporis & Sanguinis Christi.

JOANNES DOMINICUS MANSI

IN SEQUENTEM CANONUM COLLECTIONEM

Ex Decretis Gelasii nomine inscriptis collectam.

AD LECTOREM PRÆMONITIO.

INter veteres Pontifices fere nullus occurrit, si Gregorium Magnum & forte etiam Leonem excipiat, cujus nomine tam multa decreta inscripta apud veteres collectores legantur. Ego illa omnia vel fere omnia hic sub uno veluti conspectu exhibere aggressus sum; non quod omnia sinceros esse Gelasii fœtus existimem; sed eadem plane consilio, quo & ceteri ante me conciliorum collectores, minus etiam sincera, sed quæ ab aliis sincera habita sunt danda esse judicarunt. Porro istis colligendis usus sum præcipue codicibus Burchardi, Ivonis, & Gratiani. Adjeci notulas interdum meas sed brevissimas, & quæ facile ad Variantes ex MSS. codd. acceptas pertinent. Adjungere potuissem & singulorum censuras, sed cum dicti mei rationes afferendæ essent, nimis in longum me res illa protraheret. Adeant qui voluerint præclarum opus Caroli Sebastiani Berardi Uzeliensis presbyteri in regia Taurinensi academia jurisprudentiæ studiis præfecti inscriptum: Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti, *Taurini 1752 quatuor in volumina divisum.*

Non esse sumendum corpus Domini sine calice.

Gelasius Majorico, & Joanni episcopis.

Ivo part. 2. cap. 89. De cons. cr. cap. Comperimus. Anselmus hanc canonem conjungit cum canone Ita nos de quo infra, tacquam sit pars eiusdem Gelasii epistolæ. Hunc idem canonem statim subdo. Ivo p. 10. cap. 18. Cap. Itaque 22. q. 2.

COmperimus autem quod quidam in eadem regione sumpta tantum corporis sacri portione, a calicis sacri cruore abstineant. Qui procul dubio nescio qua superstitione docentur obstringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius ejusdem mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire.

De his qui duos episcopos suos occiderunt ut amplius episcopo careant.

Gelasius Majorico & Joanni episcopis.

Ita nos quidem * Latinorum cædes geminata pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit, ut diu constitutio nostræ deliberationis hæsitaret, dum & ingerere quemquam parricidialibus exemplis dubitaremus antistitem. Quapropter jam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, ut parœciæ vices ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernentur, quia ibidem commanentes ferro didicerunt necare pastores, inauditoque facinore (quod etiam nullis provinciis nusquam prorsus acciderit, quæ bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur) hæc reperta sit civitas, quæ præsules ministrando sibi fidem Christianam sine persecutione prosternat. Curandum est igitur ut illic funesta pernicies cassatione propriorum sanetur antistitum, atque ita saltem furoris tanti materies subtrahatur, eoque modo vel illa, dum in quos sæviat non habebit, ab hujusmodi cessatione desistat, vel aliis imitantibus dira contagia non præbeat. Egeat ergo episcopali-

* Sillaciorum secundum demonstrat Berardus t. II pag. 422 nempe Squillaci.

bus subsidiis sibimet aliunde depensis, quæ sacram in suo gremio collatam furto crudeliter macularat sanguine dignitatem; quia in utroque hac est ultione plectenda, sive scilicet instinctu domestico, seu furiis incitata, nefas hoc committit exterius. * Præbeat ergo dilectio vestra in hoc statu positæ ministerium visitationis ecclesiæ; & aut conveniendo pariter aut vicissim prout qualitas rerum, causaque poposcerit; divina * ministeria repræsentet ingratis; ne cum devitamus zizania, dominica videamur præterire frumenta.

* Quæ sequuntur non habet Ivo, sed Gratianus.

al. mysteria

Gelasius Johanni Episcopo.

Ivo p. 10. cap. 13.

C Nos ausus impii commovere Asselli, qui archidiaconatus fungebatur officio; nam cum duro casu lethaliter fauciato pontifice præ cæteris Ecclesiam custodire debuerit, ac ne quid de episcopali domo subduceretur, & eum ipsum in tumultu præsenti permisit occidi, cum ad satendum servari debuisset, utrum hæc sua voluntate peregerit, aut cujusquam præcipitatus impulsu, & prius ab eo, quia idem creditarius prætulis fuisse dicitur interempti, ecclesiastica requiri substantia. Quis autem non evidenter intelligat propter hoc præcipuum dictum eius fuisse sublatum, quatenus nec complices proderet, & ignorata facultas ecclesiæ facilius direptionibus subjaceret? Nam & libellarius D incisus episcopi perhibetur inventus, & vir bonus Asellus ac suo gradu dignus (quod nunquam ante tentatum est) prius in se decretum, adactis ecclesiæ ministris compulit celebrari, quam de excessu secundum tramitem vetustatis ad sedis apostolicæ notitiam relatio mitteretur. Quam sit autem intolerabile malum quis Christianus addubitet? ut cum solcat etiam communi sorte defuncto Pontifice transitus eius ante omnia nuntiari, competens deputari visita-

ſtatio, atque ita de ſubrogando ſacerdote tractari, hic unus extiterit, qui interfecto religionis antiſtite, de ſuo mox honore cogitaverit, quam ſtuduerit deferre quod geſtum eſt. Ubi tametſi latet extrinſecus quid agatur; tamen affectatæ poteſtatis abruptum, conſcientiam ſuſpicione non exuit, defuncti locum pariter ambientis (*forte* ambiens) interim ne quis hoc unquam audeat uſurpare, quod ante iſtum nullus eſt auſus, ab officio quod gerebat, noſtra ſit auctoritate ſubmotus, donec quid in perpetuum de tali ordinari cenſeamus plenius retractetur. Si qua tane juris eccleſiaſtici ſubſtulitſe convincitur modis omnibus reformare cogatur.

Ivo p. 3. cap. 95. 1 Q. De *patriarcha*.

Gelaſius Elpidio epiſcopo.

Sacroſancta religio, quæ catholicam tenet diſciplinam, tantam ſibi reverentiam vindicat, ut ad eam quilibet niſi pura conſcientia non audeat pervenire. Nam quemodo ad divini myſterii conſecrationem cæleſtis Spiritus invocatus adveniet, ſi ſacerdos, & qui eum adeſſe deprecatur, & criminoſis plenus actionibus reprobetur?

Grat. 23. q. 8. c. *Quo ausu*.

Abſque authoritate Romani pontificis ad comitatum epiſcopi proficiſci non audeant.

* ita hunc titulum legerunt Baronius, cum coſtat Varia Decretalium [illegible]

*Gelaſius Helpidio epiſcopo Volaterrano * inter cætera.*

Quo auſu, qua temeritate reſcribis Ravennam te parare proficiſci, cum canones evidenter præcipiant nullum omnino pontificem niſi nobis viſis, atque conſultis, ad comitatum debere contendere (quod cum longævi vel ætate vel honore pontifices Piſtorienſis, Lucenſis, & Feſulanus nuper monſtrentur feciſſe, tu qui paucorum dierum fungi ſacerdotio videris) quemadmodum tibi putas licere, quod non licet; niſi quod hoc officio carere feſtinas, quod his exceſſibus te offendis indignum?

An ut excluſa Gratiano omiſſa ſupplent Rom. Conc. ex Polycar. [illegible] l. tit. 27.

Ivo p. 3. cap. ex [illegible] 1. Licet [illegible] regulis 94.

Gelaſius Maximo, & Euſebio epiſcopis.

Licet regulis contineatur antiquis parochias unicuique eccleſiæ priſtina diſpoſitione deputatas nulla poſſe ratione convelli, ne per conſuetudinem peſſimam exempli mali temeritate creſcente ubique univerſalis confuſio naſceretur, tamen etiam decretis noſtris ante non multum temporis deſtinatis omnia juſſimus, quæ taliter fuerant invaſa, reſtitui; ſed quia temeritas pervadentium legem ſibi putat poſſe generari, ſi ſceleri ſuo pertinaciam retentionis adjungat, ea quæ inter fratrem & coepiſcopum noſtrum Conſtantium * Camiſcanæ eccleſiæ ſacerdotem, & directos ab Anconitano pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda præſcripſimus. Nulla igitur præſumptione ſtatum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari, quia negligentia Pontificis neque temporalis objectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignavia faciente conſenſus, nec ſubripiente ſupplicatione præceptio divellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam, ex qua ſemper ad regenerationem, atque conſignationem plebs devota convenit (*in Gratiano additur, ſed forte verba ſunt ejuſdem Gratiani non Gelaſii*) territorium enim non facere diœceſim olim noſcitur ordinatum.

* Gr. Anucan.

Gelaſius Epiphanio epiſcopo.

Ad epiſcopos ceteros direximus juſſionem, ut eos, qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum judicent eſſe non dignos.

Ivo p. 3. cap. 229. cap. *ad epiſcopos* 27. q. 1.

Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Feliciſſimo,

Sorano & Timotheo epiſcopis.

Frater & coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatum, & Maurum Beneventanæ municipes civitatis in contumeliam religionis acerba nimis & plectibili contumacia proſiluiſſe, qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum, nec illic quidem tutum, aut de injuria ſecurum eſſe ſiveruut, auſi temerariæ menti admittere quod nec poteſtatibus quidem vel principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in ſanctuariis conſtitutum, captata ſacerdotis abſentia, reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent, quos, quantum nobis ſua ſuggeſtione pateſecit, merito indignos eſſe ſacra communione judicavit. Et ſi revera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit. Nec enim ad ſupplicandum jure debet admitti, ubi admittere ſacrilegium non dubitavit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata utrumque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio, ut humilitatem ſibi vendicet & furorem. Et ideo, fratres cariſſimi, ſupradictos, ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus parochiarum veſtrarum eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate prohibete, ut non ſolum hi, qui in injuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probabuntur, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verum etiam ceteri a tali præſumptione ultionis iſtius timore revocentur.

cap. *Frater & coepiſcopus* 27. q. 1.

De ſinceritate hujus epiſtolæ in utramque partem diſputat Berardus, & rem in medio reliquit; mihi nihil vere ſuſpicioſum occurrit.

Gelaſius Juſto epiſcopo.

Dilectio tua ſtudeat quæſita omnium fideliter rerum veritate, ut ſi de ſpatis de quibus memoratur orta contentio diffinitio dudum certa proceſſit, intemerata ſervetur. Alioquin ſi nihil unquam conſtiterit terminatum, tunc de præſcriptione temporum ſi qua pars diſſidet * præbeat ſacramentum; * ut tamen quæ hactenus poſſediſſe perhibetur, juſjurandum ſinatur offerre.

* *diffidit* Gratian. *confidit* Mſ. Gratian. *ita ut*

De Servis ſine conſenſu dominorum ordinatis.

Gelaſius Martyrio & Juſto epiſcopis.

Ivo part. VI. cap. 353. cap. *Ex antiquis* diſt. 54. * Epiſt. ad Fl. Lucan. cap. 14.

Ex antiquis regulis & novella * ſynodali explanatione comprehenſum eſt, perſonas obnoxias ſervituti, cingulo cæleſtis militiæ non præcingi. Sed nescio utrum ignorantia, an voluntate rapiamur, ita ut ex hac cauſa nullus pene epiſcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela

cir

circumstrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. * Actores siquidem illustris viri, filii nostri Amandiani graviter conqueruntur, homines suo juri deditos, alios adhuc clericos, alios jam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum, quod tantorum pontificum collectione sub omnium saluberrimæ provisionis assensu constat esse perfectum, hujusmodi personas suscipi non debere, verum etiam si qui forte in divinæ cultum militiæ ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminare prorsus, & exutos religioso privilegio ad dominorum possessiones justa debuerint admonitione compelli. Et ideo, fratres carissimi, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverit attineri, discussos & obnoxios ac probatos custodito legum tramite sine intermissione restituite, ita ut si quis jam presbyter reperitur, in eodem gradu peculii sola amissione, permaneat. Diaconus vero aut vicarium præstet, aut si non habuerit, reddatur. Residua officia sciant neminem posse ab obnoxietate, si convincitur vindicari, quatenus ordine custodito nec dominorum jura, nec privilegia illa ratione turbentur.

* Hæc usque Gratianus solus cetera habet & Ivo.

*Gelasius Rufino * & Justo episcopis.*

* In Cod. Laboratis MS. pro *Rufino* est Martino.

Honorati & primarii Varulanæ (f. Verulanæ) civitatis fusius nobis precibus supplicarunt, sicut habetur in subditis, quibus etiam subscriptionem propriam commodarunt, se ab Agnello diacono gravi contumeliarum genere fuisse maceratos, ut etiam res perjurii (sicut ipsi dicunt) se asserant inclinatos; & ideo, fratres carissimi, secundum petitorii fidem supradicto diacono ad vestrum judicium, imminente Laurentio Romanæ ecclesiæ defensore, mox deducto, veritatis assertione discussa, si constiterit integritas supplicantium, aut intenta doceat diaconus, aut de ejus protervitate noveritis esse vindicandum, quatenus de tantis excessibus memoratæ improbæ temeritatis exclusus ultio digna comitetur, & qui se convitiis trivialibus implicavit, sacræ communionis arceatur accessibus.

Gelasius Cresconio illustri.

Illud te modis omnibus volumus custodire, ne quis episcoporum Siciliæ de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos solidos præsumat accipere, neque compellere presbyterum aut clerum parochiarum suarum supra vires suas eis convivia præparare.

Utrumque affert Ivo p. 3. cap. 135. & 136. & ex Ivone Gratianus 16. q. 3. Dilectio cap. Illud te modis. 10. q. 3. Postremum hoc fragmentum Gratianus non Gelasio, sed Pelagio tribuit, at cum ex Ivone accepisse Gratianus facile judicetur; ideo cum Ivo Gelasium legat, idem & Gratianum scripsisse oportet. Est autem canon a disciplina sive Gelasii, sive Pelagii ætate vigente abhorrens.

Quod episcopo nullo commento res liceat ecclesiæ alienare, & quod privilegia omni ratione integra convenit servari.

Gelasius Justino archidiacono, & Fausto defensori.

Volatoranæ ecclesiæ actus vel patrimonium, quod hactenus comperimus destitutum, vel post damnationem Eucharisti, quo fuerat depravante dispersam, curæ vestræ decrevimus esse delegandum, ut diligentia, qua vos pro ecclesiæ utilitatibus existimamus esse vigilantes, prædia culturæ restituatis antiquæ; revocetis si quas sunt vendita aut donata mancipia, possessiones etiam ab Ennatio & Oppilione episcopis vel cæteris quovis jure videritis teneri (quia contra constituta synodi ab episcopo prædia alienari nullo poterunt commento) nihilominus revocentur; sit emptoribus ad eum recursus, qui præsumpsit aliquid de ecclesiæ rebus illicita venditione distrahere; ita ut pensiones annuas ad pontificem deferatis, cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari, ut ejus dispensatione portiones proveniant consuetæ, ita ut portionem quartam, quæ ad eos pertinet, sua pontifex ordinatione distribuat, prout cujusque locum meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum, ut quartam clericis eroget pro consideratione suæ electionis, antistes. Fabricarum etiam portio, episcopo sciente & disponente vestra erogatione pendatur, quatenus nihil penitus in detrimentum alicujus rei patiamini generari. Si quid vero in ecclesiæ vestræ damnum, aut in his quæ sunt præceptionis nostræ prohibita pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeamus. Decimas justo ordine non tantum nobis, sed majoribus visum est, plebibus tantum ubi sacrosancta dantur baptismata deberi.

Ivo p. 1 cap. 314 C. *Frequens* dist. 54.

De eadem re Gelasius Herculentio, Stephano & Justo episcopis.

Frequens equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui neque antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes obnoxias possessionibus, obligatasque personas venientes ad clericalis officii cingulum non refutant. * Nuper etenim actores illustris feminæ Placidiæ petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Casilinatis urbis, Antiochum servum juris patronæ suæ absentis dominæ occasione captata, ad presbyterii honorem usque productum, ejusque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo fratres carissimi, inter supradictos actores, & eos qui conditionis extremæ repetuntur, objectam cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera objectam sibi maculam justitiæ retragationis non potuerit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad sequendam * cognitionis suæ necessitatem modis omnibus redhibete. Antiochum vero, quia per sacerdotium non jam potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc in quo est ho-

* Hæc usque Gratianus solus, cætera habet & Ivo.

* Græc. *cognationis*

est honore desiderat collocate, non veluti reditum sibi, sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

Gelasius Philippo, & Cassiodoro.

Ivo. p. 10. cap. 12.

Cælestini causa talis est, quas vos quoque non arbitror ignorare, siquidem hic conscius convictus in cæde parentis, & episcopi, quemadmodum gestorum renore monstratur, cunctorum judicio nullatenus æstimatus est officio dignus altaris, eique pro tam detestando facinore unius anni interdicta communio est. Quatenus pœnitudine competenti tanti facinoris curaret abruptum. Quod etiamsi a nobis juberetur, ipse magis cogitans divini corporis sacramentum debuit ad hoc mente purgatiori remeare. Quod tempus tamen aut expletum, aut prope jam putamus exactum; post quod ei communionis facultatem patere non dubium est, ut & sententia Synodalis possit abrumpi, & ut illi magis prosit, valeat majori satisfactione mundari.

De correptione ejus, qui magica arte criminatus sit.

Gelasius Secundino Vasinensi. (fortasse Vaisinensi.)

Ivo p. 11. cap. 25.

Atroces injurias indecorum prorsus ducimus ministrorum ecclesiæ vocibus irrogari, talia laicorum cum plerumque refugiant actiones. Tempus bonum siquidem honesta femina didicerat a magistro Paulo diacono, quæ non solum suggerit criminibus appetitam, verum etiam in damnata arte magicæ execrationis conscientiam miscuisse. Et ideo, frater in supradictos te decrevimus cognitorem, ut si prædictum diaconum protervitas ista convincit, postquam indecenter probatus fuerit mulier inciviliter appetisse, aut eumdem ad adstruenda quæ jactavit adstringas, aut digna correctione compescas.

Locus depravatus.

Ut Judæi conversi honorentur.

Gelasius Quinigesio episcopo.

Ivo p. 11. cap. 11.

Vir clarissimus Telesinus, quamvis Judaicæ credulitatis esse videatur, talem te nobis approbare contendit; ut merito nostrum appellare debeamus, qui pro Antonio (Antio) parente suo specialiter postulavit, ut eum dilectioni tuæ commendare debeamus: & ideo fratrem supradictum voluntatis nostræ mandatorumque respectu ita te habere convenit, ut non solum in nullo penitus opprimatur, verum etiam in quo ei opus fuerit tuæ se gaudeat dilectionis adjutum.

XI quæst. 1. cap. L.

In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis eventum.

Gelasius papa Quinigesio episcopo.

Quia res in litigio posita in nullam transferri potest omnino personam, donec legitimæ cognitionis eventu, cui potius debeatur, judiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones, sed in eodem statu, re eadem posita, in quo videtur, (sicut dictum est) ante constituta, quisquis sibi putat quidpiam posse competere, juridico pulset examine, præjudiciis omnibus inde submotis.

Quam diligenter examinandum sit de Servis Judæorum.

Gelasius Siracusio Constantio & Laurentio episcopis.

Ivo. p. XIIII. cap. 233.

Judas, qui Judaicæ professionis extitit mancipium, juris sui quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venesranam confugisse suggessit, sicut petitorii tenor adnexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia christiano nupera præfato domino signaculum circumcisionis infixum. Quapropter diligenter vestra inter utrumque sollicitudo rerum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videatur, nec servus hac obiectione mentitus competentis jura domini declinare contendat.

Ne quis contra ecclesiasticam satisfactionem excommunicatis communicet.

Iv. p. XXV. cap. 33.

Gelasius Majorico Serano, & Joanni episcopis.

Cælestinus presbyter fratris & coepiscopi nostri Serani qui contra pontificale judicium, contraque apostolicæ sedis mandata prorumpens supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit, cum non potuerit ignorare sententiam proprii Sacerdotis ab officio protinus ecclesiastico repellatur, ut nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia statuta venire contendat.

Gelasius papa Fausto magistro militiæ.

Ivo ibid. cap. 61.

Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus, & qui hoc certam faciendi solus habuit potestatem beato Petro apostolo principaliter mandat * quæcumque super terram ligaveritis, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Super terram, inquit, nam in hac alligatione desinitum nunquam dixit absolvendum.

* Matth. 16.

Exemplum vindictæ in eos qui se iustas habere causas mendaciter fingunt.

Ivo. part. XVI. cap. 77.

*Gelasius Joanni episcopo * Vivanensi.*

* Gratian. cap. uxor. Felicis 27. q. 4 ubi legit *Ficuensi*.

Uxor Felicis, & Filia Romam (quia sic oportuit) pervenerunt: siquidem hunc ipsum primum se ad barbarorum basilicam conferentem, seque bonas causas habere jactantem egredi sub hac conditione præcepimus, ut si actus suos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil contra eum prorsus asperum fieri, durumque pateremur, alioquin si contra fidem, & utilitatem dominicam venisse probaretur, ipse sibimet imputaret, atque ordinationi congruæ subjaceret. Qui superveniente filio nostro viro spectabili Orthasio, sic est ad singula quæque convictus, ut os aperire non posset, & vera esse, quæ huic obiicerentur propria voce fateretur, ideoque tenetur mancipatus custodiæ.

De

De hominibus ecclesiastici juris ne testamenti sibi paginam faciant.

Ivo p. 16. cap. 3.

Gelasius Honorio episcopo.

Illud etiam sinceritatem tuam non latere volumus ad nos fuisse perlatum, quod ampliatus conductor, quem non solum servum constat ecclesiæ sed ita rationibus a multis temporibus implicatum, ut etiamsi esset ingenuus, donec ratiociniis cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur, ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cujus omne peculium ecclesiastico juri legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his præsumptionibus vice nostra tua fraternitas contradicat, nec fieri prorsus aliqua subreptione permittat. Ac si eidem quidquam humanitatis forte contigerit, quia grandævus esse memoratur, mox ejus sine dilatione substantiam unanimitas tua filiis ejus dumtaxat, quibus patrimonium probatur commissum sub fideli descriptione contradat, donec temporibus universis, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas cogatur reddere indemnes.

Grat. dist. 87. can. 4.

Gelasius Honorio episcopo.

Divinæ retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

Grat. 25. q. 2. cap. decessorum.

Statuta priorum decessores servare oportet.

* Ita legit cod. Deusdedit Vatic. cum medit sit *Missalia*.

*Gelasius Cresconio, Joanni * & Missalæ episcopis.*

Decessorum statuta sicut legitima & justa successores custodire convenit, ita etiam debent malefacta corrigere.

Grat. de consecr. dist. 1. cap. Certum est.

Gelasius Joanni episcopo Sorana.

Certum est quidem, & nostris præceptionibus constitutum, ne quis in ecclesia aut in oratorio sedis nostræ non legitur permissione dedicatum, processionem publicam putaret impendi: ne conditores furtivis subreptionibus contra regularum statuta proscilirent. Sed quia Magetia spectabilis femina petitorii nobis oblatione suggessit, in possessionibus propriis suorum corpuscula condidisse: frater carissime humanitatis intuitur, quod priora statuta non maculent funeribus, & sepulcris tantum, in comprehensis petitorio locis ministeria noveris pro solemnitate præstanda, ut defunctorum nomine solummodo divina celebrentur officia, publica frequentatione, & processione cessante. * Data idibus Aprilis.

* desunt sequentia in edit. sed reperta sunt a Ballerinis in cod. Vat. 3833.

In ecclesia quam quis ædificat nihil sibi præ cæteris vendicet.

Grat. 16. q. 7. can. Pia mentis.

Gelasius papa Senecioni episcopo.

Piæ mentis amplectenda devotio est, qua se Julius U. H. in re Juviana sui juris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem S. Viti confessoris ejus nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater carissime, (si ad tuam diœcesim pertinere non ambigis) ex more convenit dedicari collata primitus donatione solemni, quam ministris ecclesiæ destinasse se præfati muneris testatur, sciturus sine dubio præter processionis aditum, qui omni christiano debetur, nihil ibidem se proprii juris habiturum. * Data XIII. Kal. Augusti.

* ita restituunt Ballerini ex cod. Deusdedit cum in codice legeretur *Julius nobis in re Juliana*.

* Hæc desunt in editis & supplent Ballerini ex cod. MS.

Idem de eodem.

Grat. ibid. cap. Frigentius.

Frigentius vero petitoria nobis insinuatione suggessit in re sua quam Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis Archangeli, & Martini confessoris pro sua defensione fundasse. Et ideo, frater carissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem supra memoratæ basilicæ solemni veneratione dependet. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica non erit vendicandum, nisi processionis aditum, qui christianis omnibus in commune debetur.

Grat. dist. 64. can. Quia per ambitiones.

Episcopi a suo metropolitano & ipse ab eodem consecretur.

Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum jura turbare, ac privilegia, quæ metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas temeraria præsumptione pervadere propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant dissidium tenere; quo scilicet ab ejus auctoritate divisi, vel impunes proprias usurpationes exerceant, non respicientes quia æterno Judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudiciis paternarum non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres si per Dardaniam, sive per quamque contiguam provinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meminitis, & ab eisdem substituti decernentes, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter statuatis antistites, & vicissim si metropolitanus humanæ conditionis forte decesserit, a comprovincialibus episcopis, sicut forma transmisit sacrari modis omnibus censeatis: nec quemquam sibi, quam vobis antiqua dispositione concessum est, potiamini vendicare: quatenus & inter ipsas adversantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum Patres nostros constanter fecisse non dubium est.

JOANNIS DOMINICI MANSI NOTA IN PRÆCEDENTEM EPISTOLAM

Anselmus Lucensis in sua collectione lib. 6. cap. 39. hoc fragmentum totidem verbis ex epistola Gelasii ad Natalem episcopum refert sed circa finem apud eundem Anselmum ita variat: *Caritatem tuam duximus instruendam nos pariter ad metropolitanos vestra provincia sive cujusquam contigua, quæ catholicam servant unitatem magnopere delegasse ut omnes episcopos in eadem regione metropolitanus suos debeat ordinare, eundemque ipsum metropolitanum si humana morte transierit, nonnisi comprovinciales episcopi juxta formam veterem studeant ordinare, quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas nullus sibimet contra fas usurpare contendat.*

Grat. dist. 87. cap. 2.

Gelasius Anastasio episcopo.

Defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet sub-

venire, quia pupillis tuitionem etiam divinitas jussit impendi. Et ideo Maximo & Januario clericalis officii (qui se solatio parentum vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis, ut adversus improbitates adversariorum suorum protecti, tum executioni adnixu, noxia commenta non sentiant.

Grat. ibid. can. 5. Tueatur ecclesia, quos in sui defensione suscepit.

Gelasius Fortunato episcopo.

Irreligiosum prorsus & execrabile judicamus, si quisquam vel extraneos in sui tuitione susceptos non omni fide & tota animi sui educaverit sanctitate. At cum Olympius diaconus dilectionis tuæ Felicis, & Olympi suggeratur avunculus, eosque parvulos tutelæ vice susceperit nutriendos, ultra latrocinium esse judicamus, quod eos bonisculis parentum, sicut asserunt, reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges & jura vendendo.

Grat. 12. q. 2. Gelasius Justino archidiacono, & Faustino defensori.

De rebus ecclesiæ non est aliquid alienandum.

Vobis enim & famæ vestræ consultum duximus, ut pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui ejus nomine pariter universa disponat: quatenus omnia prædia ad vestrum revocetis studium, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per incuriam & negligentiam minuatur; sed omnis pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis, urbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestreretur; & quatuor portiones vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione: ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo judicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis, erogatione vestra decernimus esse pensandam. Si quid forte sub annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode, tradatur enthecis ut si major emerserit fabrica, sit subsidio quod ex diversi temporis diligentia potuerit custodiri, aut certe ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

Grat. 12. q. 2. can. 26. Gelasius Clero & Ordini & plebi Brundusii.

Reditnum & oblationum duæ portiones clericis committantur.

Concesso vobis, quem petistis, antistite fratre jam & coepiscopo meo Juliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, & *infra*. Reditus & oblationis fidelium in quatuor partes dividat quarum una sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: fabricis tertiam; quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem divino est redditurus examini.

Non petenda est absolutio, cum inique fertur sententia. Grat. 11. q. 3.

Gelasius episcopis Orientalibus de damnatione Dioscori.

Cui est illata sententia deponat errorem, & vacua est, sed si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum. Ivo. pag. XIV cap. 8. qui tamen melius habet *de communione Acacii vitanda.*

Extant hæc verba in tractatu Felicis III. de Acacio sede damnato, hic dato ex Maffeja. Mansi.

Implorantibus patrocinium episcopi debent adesse. Grat. dist. 87. can. 2.

Gelasius Gerontio (f. Leontio) & Petro episcopis.

Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plus tamen viduarum, & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas, quas tueri a nobis, vel ab omnibus divina manifestat assertio.

Gelasius Leontio & Petro episcopis. Grat. dist. 87. cap. 3.

Quisquis in negociis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos convenit animositate præstari

Gelasius clero, ordini, & plebi Brendesii (Brundusii.) Anselmus Lucensis lib. VI. cap. 46.

Concesso vobis quem petistis antistite fratre jam & coepiscopo meo Juliano necessarium fuit eodem ad ecclesiam suam mox remisso, ad vos nostra scripta pariter destinare, quibus agnosceretis, eidem fuisse præceptum ne unquam ordinationes præsumat illicitas. Ne bigamum, & qui virginem non est sortitus uxorem, atque illiteratum, vel obnoxium in aliqua parte corporis debilem notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel expetentibus cavere debebit, quia hujusmodi a venerabilibus prohibentur officiis, ac nihil ex mynisteriis atque ornatu postremo de quacumque re quam constat ad ecclesiam pertinere, audeat in alterum qualibet ratione transferre. Reditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quarum rationem divino est redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos, hac observatione promoveat, ut jejunio quarti, septimi & decimi mensis vespere sabati presbyteros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum nisi in festivitate paschali & pentecoste tradere non præsumat exceptis ægritudine laborantibus.

A

JOANNIS DOMINICI MANSI IN HUNC CANONEM NOTA

INtegram hanc epistolam Gratianus in duas distinxit diverso etiam titulo præfixo; nam ab illis verbis, Concesso vobis usque ad illa reddituros examini, *titulum præfixit clero, & ordini, & plebi Brundusii ita 12. quæst. 2. can.* XXVI. *Ab illis verbis* venerabilis etiam baptismi usque in finem relatus de consecr. Dist. IV. can. XVII. *incipit novus canon cum titulo:* Gelasius papa clero & plebi Tarentino. *Professio hæc legitur in libro* Diurno Romanorum Pontificum, *& est formula literarum, quæ tradebantur episcopis recens ordinatis. At hanc formulam accepiam esse ex scriptis* Gelasii *suasit indicat vetustus Lucensis codex manuscriptus, in quo hæc ipsa formula sub Gelasii nomine legitur. Est autem codex ille sæculo exeunte VIII. scriptus.*

Grat. dist. 24 can. 3. Ad ministerium alicujus ecclesiæ clerici ejusdem promoveantur.

Gelasius Cælestino episcopo.

Presbyteri, diaconi, & universi clerici Stomensis (Histoniensis) civitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi (quæ in supradicta civitatis parochia probatur esse constructa) presbyterum qui constitutus fuerat defecisse; atque in ejus locum Julianum diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocius debere ordinari. Et ideo, frater charissime, si de ejus vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum presbyterii honore decorabis, sciturus eum visitatoris te nomine non cardinalis creasse pontificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconum in ejus ecclesiæ ministerio si conversatio ejus patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus ad mysteriorum consecrationem nec sacerdote indigeat nec ministro.

Canon iste plane cohæret cum fragmento ab Holstenio ex collectione cardin. Deusdedit vulgato & hic excusso.

Grat. XI. quæst. I. can. XII. A sæculari judice clericus non est audiendus.

Gelasius papa Ezechiæ comiti.

Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum poscitur dignitate præstandum: quia Deo servientibus beneficium negare non convenit. Silvester itaque atque Faustinianus, qui se a cunabulis clericos confitentur, a Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur, quia dicunt se ingenuos atque Deo authore, pristinæ conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrimæ iterum servitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adstricti, per archidiaconum urbis Grumentinæ esse conventos, cum constet eum, qui cælestem militem pulsat, nonnisi ejus forum debere sectari. Et ideo, dilecte filii, depenso salutationis affatu supradictos clericos tibi commendo, ut si ad delegatorum judicium eorum adversarii venire contempserint sublimitatis tuæ tuitione vallentur; ne quid illis aut subreptio, aut nimica legibus violenta necessitas imponat, quia qui judicium refugit, apparet eum de justitia diffisum.

Nonnisi ad episcoporum judicium clericus vocetur. Ibid. can. XIII.

Gelasius Crispino, & Sabino episcopis.

Silvester & Faustinianus ecclesiæ Grumentinæ clerici lacrymosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi Domini sui benignitate concessam hæredum ejus oppressione pulsari, sibique in clericatus officio pene a cunabulis servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominus constitutis, Divinis mysteriis impendere servitium non licere, cum (si petitionem veritas subse-
B quatur) contra patris & auctoris sui factum venientibus, ut indignis, hæreditas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris sui prosilire judicium. Et ideo, fratres carissimi, quoniam se etiam ab archidiacono dictæ ecclesiæ queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris judicium promisit eos esse secuturos calcatis omnibus rationibus, & contra leges divinas & publicas pulsatis forum suum putavit auferri in vestro judicio, quisquis ille est, qui clericum lacessit, adveniat, ut ecclesiæ jura quæ vetusti principes assidua sanctione firmaverunt, impetitis clericis non negentur.

C *Ambos hos canones falso inscribi Gelasio judicat, nec immerito, Berardus, cum archidiaconorum jurisdictio recentioris disciplinæ extiterit.*

Gelasius papa Fabiano (al. Sabino) episcopo.

Baptizandis numerus non imponatur: nec cathedraticum ultra vetustum morem exigatur. Grat. X. q. III. can. V.

Nec numerus baptizandis juste creditur imponendus, cum quanti petierint, vel ad regenerationem festinaverint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater carissime, hujusmodi superfluam constitutionem modis om-
D nibus removebis, ut unus quisque aut in vicina sibi ecclesia, aut in electa pro suæ mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius quam vetusti moris esse constiterit, ab ejus loci presbytero noveris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium devotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus ecclesiis est præscripta servabis.

In electione episcopi parochus debet adesse. Idem dist. LXIII. can. XI.

Gelasius papa Philippo & Geruntino (f. Geronti) episcopis.

Plebs Diotrensis data nobis petitione dele-
E vit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac, sicut asseritur, is qui a vobis jam probatus dicitur a paucis, & tenuibus jam putatur electus, cum ad vos (al. nos) pertineat universos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo, fratres carissimi, diversos ex omnibus sæpe dicti loci parochiis presbyteros, diaconos, & universam turbam vos oportet sæpius convocare, quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem vobis admonen-

nentibus, sibi quærant sola divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis posit revocare præscriptis.

Suspiciosa est hac epistola Berardo, imo quod miretur, impositura auctorem Anselmum Lucensem suspicatur a quo uno Gratianus accepit. Cur nam quæso? quod de antistitum electionibus hic agatur, quarum libertatem asserere e re Anselmi erat nunquid propterea, quod hic decernitur disciplina Gelasiana aliis avertabitur.

Quod servi fugientes dominos suos ad ecclesiam, intercessionem debent quærere non latebras.

Ivo p. III. cap. 119.

Gelasius Bonifacio episcopo.

Metuentes famuli dominos si ad ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent quærere, non latebias ne hæc ipsa præsumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius enim noster vir spectabilis Petrus queritur servum suum in ecclesia S. Clementis diutius commorari, cui cum deputasset sacramenta præstari, illum egredi nulla ratione voluisse. Et ideo dilectos supradicti hominis de præsenti cum eo quem elegerit esse mittendos, qui cum de impunitate ejus sacramenta præbuerint, eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare: aut si in hac pertinacia forte perstiterit, post sacramentum sibi præstitutum reddatur invitus.

Gelasius Rufino, & Aprili episcopis.

Grat. dist. LIV. can. XI. Ivo p. VI. cap. 104.

Quis aut leges principum aut patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum. Actores siquidem filiæ nostræ illustris & magnificæ feminæ Maximæ petitorii nobis insinuatione conquesti sunt Silvestrum, atque Candidum originarios suos contra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præeunte a Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres carissimi, tantæ prævaricationis excessus noveritis sagacius inquirendos; & si constiterit querelam veritate fulciri continuo qui contradictione præeunte non legitime sunt creati * a sacris officiis repellantur.

* consecrati

Idem eisdem.

dist. XI can. XI.

Leges principum aut regulas patrum contemni non liceat.

Quis autem leges principum aut regulas patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æxistimet transire commissum?

Leges Romanorum principum servandæ sunt ab omnibus.

Gelasius Theodorico regi.

Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse præcepit, multo magis circa reverentiam beati Petri apostoli pro suæ felicitatis augmento velle servari.

Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur. Grat. dist. LV. can. XII.

Gelasius papa Palladio episcopo.

Ivo p. VI. cap. 107.

Præcepta canonum quibus ecclesiastica regitur disciplina sicut ad sacerdotium debiles corpore non patitur pervenire; ita & si quis in eo * fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus amittere non potest quod tempore suæ sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur in subditis olim sibi ante annos plurimos collatam presbyteri dignitatem, quam revera immaculati corporis judicio suscepisset *: sed nuper propter provinciæ vastitatem (quam Thusciæ præ omnibus barbarorum feritas diversa sectantium, & ambiguitas invexit animorum) dum imminentes gladios evadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi lecta transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggessit, quæ vix adhibita curatione biennio potuissent * abstergi. Et ideo, frater carissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria sicut consuevit exerceat. Neque enim convenit ab hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in invaletudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

* Ivo addit astu

* Ivo suscepit

* al. obstringi

A regimine suspendatur ecclesiæ qui in terram frequenter eliditur. VII. quest. II. can. II.

Gelasius Rustico & Fortunato episcopis.

Nuper * Foropopulensis ecclesiæ clerici, una cum Sabino * episcopo & Pelagio & laicis propria suggestione referarunt præsulem suum gravi quadam necessitate vexari, cujus eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, præcipue cum eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta direximus, ut ecclesiæ cujus rector tali casu tenetur astrictus visitationem congruam reddatis. Verum quia nunc idem ipse venit huc pontifex falsaque omnia de se jactata disseminat; sub divini contemplatione judicii, vestræque conscientiæ, existimationisque respectu rerum fide solertissime perquisita si aliquando scilicet vel in domo vel in processione, vel in alio quocumque loco probatur * repente collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore jactasse; quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen sive non possit aliquorum factum * testificatione firmari, sive nunquam contigisse dicatur; non putandum est posse sufficere, sed certum manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris & aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnibus * indifferenter uti necessaria probatione compellas.

* *Foropopuliensis*

* In vetustissimo meo Lucensi codice legitur *Sabino*, & *Pelagio laicis*, quæ commodior est lectio

* *prolapsus*.

* deest *factum*

* ad oram mei codicis additur *anellinis*, id est, agnicis.

Cum majores ordinare contempserint de minoribus promoveantur ordinibus.

Idem dist. LXXIV. can. IX.

Gelasius Victori episcopo.

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant. Quapropter quia invitos ecclesiastica moderatio, gravitasque non patitur, ut ex nolentibus fiant nolentes, ordinatio illa potest perficere, si quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores; ipsaque commoda presbyteri propensius, quam diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti, & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæstum.

XVI. q. 1. can. XV.

Testatoris arbitrium servari oportet.

Gelasius papa.

Consideratio ecclesiasticæ utilitatis hoc postulat, ex dispositione testatoris servandum arbitrium.

XVI. q. VI. can. VIII.

Quæ sacerdotes dederunt, subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant.

Gelasius.

Illud statuendum censuimus ut quascumque munificentias clericis aut sibi servientibus de rebus ecclesiæ in usum aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes; subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant. Si quid tamen culpæ extiterit pro qualitate personarum, vel regula præcedentium canonum in persona habeatur, non in facultate districtum.

XXII. q. II. can. V.

Non mentitur, qui animum fallendi non habet.

Gelasius papa.

B. Apostolus Paulus non ideo, quod absit, fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum ad Hispanos se promisisset iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntas interfuit hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quæ ut homo omnia non potuit licet spiritu Dei plenus agnoscere) suprema prætermisit dispositione præventus. Nec quia B. Petrus apostolus divinæ reverentiæ ipsi Domino respondit: *non lavabis mihi pedes in æternum*, fefellisse, quod absit, aut in sua putabitur minime constitisse sententia; quia mox eidem divinæ voluntati cesserit, & quod dixerat esse facturum, a causis adstrictus humanæ salutis, passus est prona voluntate faciendum.

* Hanc & sequentes vulgatum Balsiniani ex Collect. Vatic. Deusdedit Cardin. lib. 2. c. 100.

Gelasius Agilulpho post Cetera. *

Precor autem ut reculam beati Petri apostoli inter Dalmatias constitutam defensare dignemini, & quæ vobis, vel frater, vel coepiscopus meus Honorius (1) pro ejus utilitate suggesserit, vel conductores putaverint intimandum, quam fieri potest, præstare jubeatis.

(1) *Hic Honorius fuit Salonitanus episcopus, ad quem alia una Gelasii edita sunt. Bali.*

Gelasius Januario post cetera.

Sed causas, quibus beneficia beati Petri apostoli continuata percupias, fidenter injungo. Præstet igitur tua nobilitas, ut rebus pauperum ejus auxilium defensionemque concedat, & conductores earum pio favore tueatur, ut vicissitudinem præstitorum ab eodem percipiat consequentem, cujus meritis, & honori devotus ista dependit. Ibid.

Gelasius Firminæ illustri feminæ post cetera.

Ad cumulum vero mercedis vestræ pertinere certissimum est, si prædia quæ vel a barbaris vel a Romanis inconvenienter invasa sunt, vestris dispositionibus egentium victui reformentur. Cujus tanta de provinciis diversis, quæ bellorum clade vastatæ sunt, Romam multitudo confluxit, ut vix ei, Deo teste, sufficere valeamus. Conspicitis ergo quantum boni operis acquiratis, si B. Petro apostolo prædia, quæ pro sua quisque anima contulit, vestro post Deum præsidio liberata reddantur. Cujus benedictionis eulogias, quas pro affectione direxi, peto ut grata suscipere mente digneris. Ibid.

Gelasius actoribus Urbici.

Constat vos intulisse actionibus ecclesiæ ex præstatione fundi claculas, quem conductionis titulo tenes, de fructibus * anni consulatus Asterii, & Præsidii VV. CC. de indictione III. auri solidos XXX. Notavi V. Kal. Augusti (1) Flavio V. C. consule. Ibid. c. 101. * an. 494.

(1) *Idest Flavio Viatore, qui fuit consul an. 405. Bali. Alia cautio ejusdem diei ac ejusdem verbis subjicitur ab eodem Gelasio data Vincomalo, ubi solum fundi nomen deest.* Bali.

Gelasius (1) Hereleuvæ reginæ.

Qui pro victu pauperum domno filio excellentissimo regi cum meis literis supplicaret, Petrum ecclesiæ defensorem dirigere properavi. Quo veniente sublimitatem quoque tuam salutare non desiti, plurimum deprecans, ut pro vestræ salutis, & prosperitatis augmentis egentium caussas juvare digneminí. Data V. Kal. Martii. Ibid. l. 4. cap. 11.

(3) *Anonymus a Valesio editus de gestis Theodorici regis hanc reginam ejusdem Theodorici genitricem vocat.* Mater Ereliva dicta Gothica, catholica quidem erat, quæ in baptismo Eulebia dicta. *Bali.*

Gelasius Petro episcopo Potentino.

Secundum quod vestri portitoris significavit libellus, compertum habemus vos præ manibus habere negotium insolitum. Pertulit, diaconem quemdam commisisse incestum multis indiciis in vicinia notum. Sed quia nemo potest canonice illud fluprum probare, memoratus diaconus omne meritum recusat inde subire ju- Ex MS. cod. universitatis Taurinensis notato f. IV. 7.

judicium? Ad quod ego multis inevitabilibus curis involutus quanta possum brevitate sic rationabiliter respondeo. Nulla quippe judicia inter homines necessaria essent, si omnes veritates cunctis patuissent. Sequitur ergo perquirit a judice debere probationem judicii ordine, unde aliter non cognoscitur veritas culpæ. Sed cum culpa non ignoratur, nec synodum ex hoc congregari oportere, nec judicium agitari jubemus. Sed sola modulata sententia in concilio tractetur, quæ meritum culpæ excedere non videatur. Sicut dictum est antiquis, *oculum pro oculo, dentem pro dente*, & librata mensura, ideo fuit jussa in lege, ut juxta meritum culpæ damnatio ponderetur vindictæ. Si quidam A fortasse, minus capaces in his quæ præmisimus propterea vacillant, quia scriptum habent in legibus nostris de occultis nemo judicetur & judicet. Sed hi tales vigili mente pertractent, quia quod de occultis negatur, sub tacito intellectu de manifestis conceditur. Constat ergo consequenter hoc dici de ipsis occultis, quæ scandalum ecclesiæ nullum inducunt. Si postquam oriri scandalum contigerit pro crimine, nullo modo est prætereundum, quia ecclesia & satisfactione pacata quiescat, & sedata remaneat culpa sic publiciter punita, ut etiam habeant timorem. Satisfactio namque illa est, qua innocens quisque manifestatur, a quibus reus credebatur.

NESTORIANORUM SYNODI TRES

Pro hæresi in Perside, tum & sacerdotum conjugio confirmandis,

Prior quidem Lapetæ, altera Seleuciæ, tertia in Adri Pago Nubadræ

A Barsuma Nisibensi Archiepiscopo anno Pherozis regis XXVII. celebratæ.

Ex Synod. Mansi tom I pag. 391

HOrum conciliorum trium meminit Simeon Beth Arsamensis in epistola de Nestorianis apud Assemanum Biblioth. Orient. Tom. III. par. II. pag. 178. his verbis: *Quum Huzitæ ac Persæ tradit um sibi ab Iba Nestorii atque Theodori doctrinam confirmare vellent, plures in regione Persarum synodos collegerunt; ac primum quidem in Beth-Lapeta Huzitarum metropoli anno Pherozis regis regum vigesimo septimo, deinde in Seleucia & Ctesiphonte urbibus Assyriorum, item in Beth-Adri oppido ditionis Nubadrensis.* Annus Pherozis vigesimus septimus in Christi annum 488. incidit. Anno Autem Christi 488. Acacius Seleuciensem ecclesiam regebat, cui propterea Nestoriani synodos illas, quæ Barsumæ sunt, perperam adscribunt, ut late ostensum est ab Assemano Tom. citato a pag. 391. Quid in his synodis actum sit, indicat Liber Synodicus e Syriaco Arabice redditus, qui hisce synodis hunc titulum inscribit: *Synodus Acacii* (Seleuciensis patriarchæ, quem tamen hisce synodis nunquam se immiscuisse inferius ex Assemano demonstrabimus) *cui Barsumas Nisibis archiepiscopus interfuit, aliique Patres.* His vero synodis nequaquam præfuisse Acacium Seleuciensem archiepiscopum Nestorianum, quamvis id legitur in Libro Synodico ex Arabicorum scriptorum testimonio, demonstrat idem Assemanus loco citato.

Utut res habeat sese, canones in hisce synodis evulgatos ex libello synodico mox laudato hos recenset Assemanus ibid. pag. 390.

Primus canon est adversus quosdam monachos qui conjugium cibosque nonnullos damnabant, unam autem in Christo substantiam profitebantur. Alter in eosdem, ut per vicos & civitates ne discurrerent, neque munia episcoporum aut Parochorum in sacramentis administrandis exercerent, sed subditi episcopis essent, & in cœnobiis suis manerent. Tertius B de conjugio laicis, & clericis omnibus permittendo, cujus hæc sunt verba: Neque episcopus in posterum nubere prohibeat: satis enim sunt mala calamitatesque, quæ Christianis contigere, adulteria, inquam, & scortationes, quæ ad externorum etiam aures pervenerunt: sed id fas esto clericis æque ac laicis, quemadmodum ratio postulat. Nam Christus ait: *non omnes capere possunt hoc verbum*: & Apostolus: *Bonum est*, inquit, *homini ad mulierem non accedere; sed propter fornicationem uxorem suam teneat: & volo homines similes mei esse: si autem se minime continent, nubant.* Unusquisque itaque debet vel a sæculo se omnino separare, vel ei cum pietate adhærere; sacerdos autem is esse, C qui unam uxorem habet, ut in epistola Apostoli ad Timotheum dicitur. Nunc itaque episcopus non amplius cuiquam diacono manus imponat, nisi postquam diligenter de illo inquisierit, constiteritque eum uxorem legitimam habere; eum vero qui conjugio abstinere decreverit, jubeat semotum ab hominum consuetudine domicilium habitare. Quod si ad sæcularia posthac conversus fuerit, ut ad nuptias aut alia id genus, pœnis subjaceat; & si quidem sacerdos sit, a gradu suo amotus esto, donec resipiscat. Qui autem nubit, unam uxorem habeat. Quisquis vero id transgressus fuerit, ab ecclesia segregetur, & ab ordine sacerdotii. Sacerdos autem conjugii expers, aut cujus uxor D vita defuncta est, si legitimas nuptias optaverit, ne prohibeatur ab Episcopo, sive ante, sive post sacerdotium nubere voluerit. Qui his contradixerit, si laicus fuerit, anathematizatus esto; si sacerdos, a gradu Sacerdotii deponatur.

Postremo de concordia Acacium inter & Barsumam inita hæc subjunguntur. Hujus Patris diebus Barsumæ Nisibeni metropolitæ causa feliciter confecta est. Convenere siquidem in synodo episcoporum in Adri pago Maaltajæ, ibique

que Barsumas peccatum, quod ipse cum suis episcopis in Gandisapor urbe perpetraverat, confessus est, assensusque fuit, ut in concilio episcoporum Modainæ cogendo, sua præsentis volentisque acta rescinderentur. Hoc pacto exortum inter eos (Acacium & Barsumam) dissidium sublatum est, sacraque simul mysteria peregerunt. Scripto itaque quidquid in urbe Gandisapor attentaverat Barsumas damnavit, irritumque declaravit, illudque ecclesiæ judicio contrarium, perversaque se opinione ad id perpetrandum actum fuisse confessus est, & in sanctum Babuæum Catholicum inique se gessisse. Quibus de rebus ad Gandisaporenses epistolam A quoque scripsit, testatus, quæcumque antea perpetraverat, iniqueque a se gesta, donec ea Nisibi contigere, quæ inique facta sunt; seque insuper suscepturum quidquid synodus Modainæ cogenda decrevisset, promisit.

Elias Metropolita Nisibenus in epistola ad Bagadenses adversus illegitimam Jesujabi Patriarchæ ordinationem citat canonem XIII. synodi Lapetensis adversus Simoniacos: Hic tamen canon, cum in concilio Barsumæ (de quo in præsenti) non legatur, ad aliud Lapetæ celebratum concilium spectare videtur. Verba sunt Assemani tom. III. part. II. pag. CLXXIX

CONCILIUM ROMANUM I.

QUO A LXX. EPISCOPIS LIBRI SACRI

Et authentici ab apocryphis sunt discreti, sub Gelasio, anno Domini CDXCIV. Asterio atque Præsidio consulibus.

I

[b] *Ordo* * *librorum veteris testamenti, quem* [c] *sancta & catholica Romana suscipit & veneratur ecclesia, digestus a beato Gelasio Papa I. cum septuaginta episcopis.*

* In vetustissimo concilio rum ms. codice inscribitur. *Notitia sacrarum scripturarum seu librorum canonicorum, cum descriptione vel adnotatione Gelasii papæ.*

Genesis liber unus.
Exodi liber unus.
Levitici liber unus.
Numeri liber unus.
Deuteronomii liber unus.
Jesu Nave * liber unus.
Judicum liber unus.
Ruth liber unus.
Regnorum * libri quatuor
Paralipomenon libri duo.
Psalmorum 150. liber unus.
Salomonis libri tres.
Proverbia,
Ecclesiastes, &
Cantica canticorum.
Item Sapientiæ liber unus *
Ecclesiasticus liber unus.
Item * ordo prophetarum.
Isaiæ liber unus.
Jeremiæ liber unus.
Cinoth, id est, de lamentationibus suis.
Ezechielis liber unus.
Danielis liber unus.
Oseæ liber unus.
Amos liber unus.
Michææ liber unus.
Joel liber unus.
Abdiæ liber unus.

* Josue
* Regum
* quem Hieron. apud Hebræos non habere affirmat, sed tantum apud Græcos. Quem etiam Jesu Filium Sirach fecisse indicat sicut alium subsequentem librum.
* libri prophetarum num. 16.

C Jonæ liber unus.
Nahum liber unus.
Habacuc liber unus.
Sophoniæ liber unus.
Aggæi liber unus.
Zachariæ liber unus.
Malachiæ liber unus.
Item ordo historiarum.
Job liber unus. *ab aliis omissus*
Tobiæ liber unus.
Esdræ liber * unus.
* Esther liber unus.
Judith liber unus.
Machabæorum * liber unus.

* al. libri duo
* Hester
* libri duo.

D *Item ordo scripturarum novi & æterni testamenti.* *

Evangeliorum libri quatuor.
Secundum Matthæum liber unus.
Secundum Marcum liber unus.
Secundum Lucam liber unus.
Secundum Joannem liber unus.
Actuum apostolorum liber unus.
Epistolæ Pauli apostoli numero XIV.
Ad Romanos epistola una.
Ad Corinthios epistolæ duæ.
Ad Galatas epistola una.
Ad Thessalonicenses epistolæ duæ.
Ad Ephesios epistola una.
Ad Philippenses epistola una.
Ad Colossenses epistola una.
Ad Timotheum epistolæ duæ.
Ad Titum epistola una.
Ad Philemonem epistola una.

* quem catholica sancta Romana suscipit & veneratur ecclesia.

1 Est in collectione Isidori, cujus exemplaria vetustissima duo sunt in Bibl. Collegii Paris. Soc. Jesu. In Ms. Cod. Dacheriano collectionis Dionysianæ, ut putat, decretum hoc Damaso tribuitur. Et Baron. ad an. 69. ex Concilio Romano sub Damaso, quod continet Cresconiana Collectio, partem hujus decreti exhibet. In Ms. Juriensi Hormisdæ Papæ tribuitur, teste P. Labbeo. In nostro inscribitur *Notitia sacrarum scripturarum, seu librorum Canonicorum cum descriptione vel adnotatione Gelasii Papæ.* Describitur hoc decretum a Vincentio Bellov. in Prolog. cap. 13. & 14. Multo antea, tacito Gelasii nomine, ab Aldhelmo in lib. de laude Virginitatis cap. XI. postea autem Gelasio appellato, ab Hincmaro Remensi, Lupo Ferrariensi, Nicolao Papa, & in Chronico Centulensi apud Dacherium, tom. IV. spicil. Vide & capitulare Attonis tomo VIII. *Harduinus*

Ad Hebræos epistola una.
Item Apocalypsis Joannis liber unus.
Item canonicæ epistolæ numero septem.
Jacobi apostoli epistola una.
Petri apostoli epistolæ duæ.
Joannis apostoli epistolæ tres.
Judæ Zelotis apostoli epistola una.

II.

* In codice Urbeveterano hic inscribitur: *Decretum B. P. de recipiendis & non recipiendis libris quæ scripta sunt ab eo tempore quo ab eis desiderabat fieri.*

Gelasii Papæ decretum cum septuaginta episcopis habitum de apocryphis scripturis.

POst has omnes prophecticas, evangelicas, atque apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis universæ per orbem * catholicæ ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana catholica & apostolica ecclesia * nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est, sed evangelica voce domini & salvatoris nostri primatum obtinuit, *Tu es Petrus*, inquientis, *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis.*

* Romana ecclesia omnibus est caput, ea dominante Nicolao.

Cui * data * est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, * talemque omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho præstulerunt.

* aliis

Petrus & Paulus eodem die Romæ passi.

* antiquo

Est [1] ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, *non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi.*

Epist. 5

Secunda autem Sedes, apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo & evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedes, apud Antiochiam ejusdem beatissimi Petri apostoli nomine habetur honorabilis, eo quod illic, priusquam Romam venisset, habitavit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

III.

1. Cor. 3.

* Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Jesus; tamen ad ædificationem nostram, eadem sancta * Romana ecclesia post illas veteris vel novi testamenti, quas regulariter * suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est,

* id est,
* nunc sic nominatur.

Sanctam synodum Nicænam trecentorum decem & octo patrum, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est.

Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit.

Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi Cælestini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ Sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato.

Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana & Eutychiana hæretes simul cum Dioscoro ejusque complicibus damnatæ sunt.

Sed & si qua sunt concilia a sanctis Patribus hactenus instituta, post horum auctoritatem & custodienda & recipienda, & decernimus, & mandamus.

IV.

Item opuscula B. Cypriani martyris & Carthaginensis episcopi, in omnibus recipienda.

Item opuscula B. Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula B. Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula B. Athanasii Alexandrini episcopi.

Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi.

* alio ordine recensentur in ms.

Item opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula B. Theophili Alexandrini episcopi.

* Item opuscula B. Hilarii Pictaviensis episcopi.

* Item opuscula B. Proterii Alexandrini episc.

Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi.

Item opuscula B. Augustini * Hipponensis episcopi.

* Hipponeregiensis

Item opuscula B. Hieronymi presbyteri.

Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi.

Item epistolam B. Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam; * cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

* de cujus textu

Item opuscula atque tractatus omnium orthodoxorum patrum, qui in nullo a sanctæ ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius * communionis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus.

* communicationis

Item decretales epistolas, * quas beatissimi * Papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diverforum patrum [5] consultatione dederunt, venerabiliter recipiendas.

* v. g. Julius, Damasus, Siricius, Innocentius, Leo, &c.

Item

1 Sunt hæc & in epistola 8. Nicolai Papæ ad Michaelem Imp.; & in præfatione vetusta Concilii Nicæni, quam edidimus tom. 2. quam & Æneas Parisiensis recitat tomo VII. Spicil. pag. 96. & 97 *Harduinus*.

2 Sunt ista & in epist. 8. Nicolai Papæ ante laudata. *Harduinus*.

3 Nicolaus Papa loco citato. *Harduinus*.

4 Nicolaus Papa loco citato. *Harduinus*.

5 Hincmarus tom. 2. pag. 543. legit, *consolatione*: pag. 545. *consolatione*, *vel consultatione*. *Hard.*

Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis * irradiant. Quis * ita esse catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei & adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem *, singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, * scripta esse putantur; sicut cujusdam * Quirici & Julitæ, sicut Georgii, aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

* Illustrantur
* Quis ista catholicorum dubitet. vel Quis cath. dubitat majora, &c.
* & singularem cautelam
* inserta leguntur
* Cyrici

Item vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

* Item actus beati Silvestri apostolicæ Sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hæc imitantur ecclesiæ.

* Item scripta de inventione crucis dominicæ, & alia scripta de inventione capitis Joannis Baptistæ, novellæ * quædam relationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint, beati Pauli apostoli præcedat sententia: *Omnia probate: quod bonum est, tenete.*

* quidem
1. Thess. 5.

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam * beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus; & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit.

* venerabilis

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.

Item chronica Eusebii Cæsariensis, & ejusdem ecclesiasticæ historiæ libros: quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus: quia valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias dignam ordinavit historiam miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis Sedulii [1] paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed misamur.

Cetera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia; * e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

* Quæ sint tamen quæ non recipiuntur.

V.

*Notitia librorum apocryphorum * qui non recipiuntur.*

* qui nullatenus a nobis recipi debent.

In primis Ariminensem synodum a Constantio Cæsare Constantini Augusti filio congregatam, mediante Tauro præfecto *, ex tunc & nunc, & usque in æternum confitemur esse damnatam.

* prætorio

Item * itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri * octo, apocryphum.

* decem. al. novem.

Actus nomine [2] Andreæ apostoli, apocryphi.

Actus nomine Thomæ apostoli, libri X. apocryphi.

Actus * nomine Petri apostoli, apocryphi.

Actus [3] nomine Philippi apostoli, apocryphi.

Evangelium nomine Thaddæi, apocryphum.

Evangelium nomine Matthiæ, apocryphum.

Evangelium nomine Petri apostoli, apocryphum.

Evangelium nomine Jacobi minoris, apocryphum.

Evangelium nomine Barnabæ, apocryphum.

Evangelium * nomine Thomæ, * quo utuntur Manichæi, apocryphum *. [4]

* Evangelia quibus
* apocrypha.

Evangelium * nomine Bartholomæi apostoli, * apocryphum.

* Evangelia
* apocrypha.

Evangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphum.

Evangelia, quæ falsavit Lucianus, apocrypha.

Liber de infantia salvatoris, apocryphus.

Evangelia quæ falsavit * Esitius *, apocrypha.

* Hesychius,
* Isicius

Liber de * nativitate salvatoris, & de Maria & obstetrice *, apocryphus.

* Infantia
* ejus

Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus.

Libri omnes quos fecit * Leucius * discipulus diaboli, apocryphi.

* Lucius
* lecto in c. Just. seu potius lepto, id est λεπτῶς γεγονότος. par. væ genesis de qua alias ex Cedreno.

Liber, qui appellatur Fundamentum, apocryphus.

[10] Liber, qui appellatur Thesaurus, apocryphus.

Liber de filiabus Adæ * geneseos, [11] apocryphus.

* decest in c. Just hoc loco, sed pene sub finem dicitur Cento de Christo.

* Centimetrum [12] de Christo, Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum.

Liber, qui appellatur Actus Teclæ & Pauli apostoli, apocryphus.

1 Vide Baronium ad an. 315. num. 10. & ad an. 324. num. 31. *Hard.*
2 Vide Papebrochium die 3. Maii, & die 4. *Harduinus.* 3 Sedulii opus non apparuit, nisi post Asterii Consulatum. Citatur ab Isidoro in lib. de Script. Eccl. cap. 7. *Hard.*
4 Est opus Recognitionum. *Harduinus.*
5 Vide Photium Cod. 114. & Augustinum lib. 1. contra adversarium legis & prophet. cap. 20. *Hard.*
6 Citatur ab Isidoro Pelusiota lib. 2. ep. 99. *Harduinus.*
7 Citatur ab Anastasio Sinaita apud Coteler. tom. 3. Monum. Eccl. Græcæ. *Hard.*
8 Vide Hieronym. in proœmio comment. in Matthæum. *Harduinus.*
9 Apud Attonem Vercellensem legitur, *Solvetur.* In fine epistolæ Innocentii ad Exuperium, *Leucius.* Videtur esse Λεύκιος χαρίεις apud Phot. cod. 114. *Harduinus.*
10 Θησαυρὸς apud Photium Cod. 85. *Harduinus.*
11 Vide Cedrenum edit. Basil. pag. 3. versu 32. & pag. 6. ver. 39. Epiphan. hæres. 39. num. 6. Georgium Syncellum pag. 5. Hieron. Epist. 127. manf. 18. & 24. aliosque. *Harduinus.*
12 Vide Isidorum lib. de Script. Eccles. cap. 5. *Harduinus.*

Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus.
Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti * Sixti nomine prænotatus est, apocryphus.
Revelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha.
* decid. in nostro ms. & Justelli. Revelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha.
Revelatio, quæ appellatur S. Stephani, apocrypha.
Liber, [1] qui appellatur Transitus, id est, Assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.
Liber, qui appellatur [2] pœnitentia Adæ, apocryphus.
* de Veccia omnes gigantes, Liber [3] Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluvium pugnasse fingitur, apocryphus.
Liber, qui appellatur testamentum Job, apocryphus.
Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus.
Liber, qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus.
Liber, qui appellatur pœnitentia Jamnæ & Mambræ, apocryphus.
Liber, qui appellatur [4] Sortes Sanctorum apostolorum, apocryphus.
* Lucæ Liber, qui appellatur * Laus apostolorum, apocryphus.
* decid. in c. Justelli. * Liber qui appellatur canones apostolorum, apocryphus.
Liber [5] Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosii nomine * signatus, apocryphus.
* præbotatus
Historia Eusebii Pamphili, apocrypha.
Opuscula Tertulliani, apocrypha.
Opuscula Lactantii *, apocrypha. * Firmiani
Opuscula Africani, apocrypha.
Opuscula Postumiani & Galli, apocrypha.
Opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ, apocrypha.
Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha.
Opuscula Commodiani, apocrypha.

A Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.
Opuscula * Tatii Cypriani, apocrypha. * Thasii seu Talcii
Opuscula Arnobii, apocrypha.
Opuscula Tychonii, apocrypha.
Opuscula * Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha. * Cassionis
Opuscula Victorini * Pictaviensis apocrypha. * Petabionensis
Opuscula Fausti Regensis Galliarum, apocrypha.
Opuscula Frumentii Cæci, apocrypha.
Epistola Jesu ad * Abagarum regem, apocrypha. * Abgarum
Epistola * Abagari ad Jesum, apocrypha. * Abgari
Passio * Quirici & Julitæ, apocrypha. * Cyrici
Passio Georgii, apocrypha.
Scriptura quæ appellatur * contradictio Salomonis, apocrypha. * interdictio
Phylacteria * omnia, quæ non angelorum (ut illi confingunt) sed dæmonum magis * arte conscripta sunt, apocrypha. * defid. in c. Justelli. * nomlalbus

Hæc & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manichæus, Faustus *, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, * Callistus, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Eclanensis, Cælestinus *, Maximinus *, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus * Unicus, Lampetius *, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Constantinopolitanus cum * consortibus suis: nec non & omnes hæresiarchæ, eorumque * discipuli, sive schismatici *, docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur; non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica & apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. [7]

* expuncta virgula melius legas Faustus Africanus ad discr. Faustl Regensis Gallarum, alliorumque. atq; ita cc. Just. & noster. * abest a c. Just & in nostro dicitur Calipsus. * Cælestius * Maximianus, * al. Cynicus, sicque omnino legendum ex mss. * Lapicius, * foclis * quod

CONCILIUM ROMANUM

De Libris recipiendis & non recipiendis a Gelasio Papa cum LXXII. Episcopis anno circiter 496. habitum.

Ex Sirmond. Maximum I. Fax. 1.

C Elebre illud de libris probandis improbandisque decretum, in Romano quodam concilio editum diu multumque eruditos exercuit. Potissimum est de Authore dissidium. Conciliorum Collectores omnes Gelasio Papæ tribuerunt, quibus & fidem adstruit Burchardus Wormatiensis, Gratianus & MSS. codices plerique. Verum in codice vetustissimo Collectionis Dionysii Exigui, quem Dacherius communicavit Baluzio, hoc ipsum decretum Damasi Papæ nomen præfert. Denique in vetustissimo Urgellensi codice Balurius Hormisdæ Papæ nomen præfixum reperit. Chifletius in Jurensi nongentorum annorum codice hoc decretum offendit; cumque emendatissimum omnium quæ ad id usque prodierant judicaret, exscribendum illud edendumque in suis ad opera Vigilii Tapsensis notis assumpsit. Hormisdæ papæ in eo codice inscribitur; ex quo sententiæ de Hormisda decreti illius conditore authoritas summa accessit. Ita rebus constitutis, factum est ut non ante multos annos Cl. Fontani-

1 Melitii vel Melitonis Smyrnensis. *Harduinus.*
2 Apud Epiphan. hæres. 26. n. 8. ἀναπλάσεις τῶν Ἀδὰμ: nam idem esse opus Cedrenus sub initium docet. *Hard.*
3 al. *de Eugenia una.* Vide Eucholog. pag. 885. ubi ναυτικὸν πυγμαχεῖν legitur, pro Γιγαντικὸν, ut recte vox ea scribitur id Cod. Reg. 1026. & 1027. & Γιγαντικὸν βιβλίον, apud Photium Cod. 85. *Hard.*
4 Editæ sunt in Codice Canonum veteris Ecclesiæ Rom. edito ex Bibliotheca D. le Pelletier, Regni Administri, anno 1687. pag. 370. *Harduinus.*
5 Citatur a Vincentio Bellovac. lib. 7. speculi Natur. cap. 63. *Harduinus.*
6 Harduinus, *qui schismatica docuerunt &c.*
7 In Ms. nostro: *Explicit decretale editum ab Hormisda Papa urbis Romæ.* Harduinus.

taninus in codicem Vaticanum annorum nongentorum inciderit, qui hoc ipsum decretum profert, idemque cum multa resecet, quæ in editis leguntur, hoc præ cæteris argumento sinceritatem ejus vindicari judicavit. Id enim solemne est hujusmodi lucubrationibus, ut quæ brevissimæ sunt, hæ genuinæ censeantur; fit enim ut novis subinde & novis additionibus tractu temporis reformentur, ut succedentium temporum disciplinæ accommodentur. Hoc ergo decretum, prout in eo Vaticano codice legitur, produxit in suo de Antiquitatibus Hortæ Commentario; censuitque hac vel sola authoritate controversiam de authore opusculi decidi, cum Gelasiano nomine inscribatur. Huic Viri clarissimi sententiæ accessuros sanioris criticæ peritos omnes censeo, tum quoad operis authorem, cum etiam quoad latum de ejus sinceritate judicium, in iis præsertim quæ resecta & plane innovata exhibet. Si enim agatur de iis quæ communia habet cum cæteris, in multis profecto Chiffletiano Jurensi cedit, in quo lectio probatior est, ut conferenti patebit. Desiderandum proinde superesset ut tertius aliquis paris antiquitatis codex proferretur, in quo & detractiones Vaticanæ comparent, & probatæ illæ Chiffletianæ lectiones offerrentur; idque si unquam fors tulerit, prolatis ultro manibus Eruditos excepturos non dubito. Sed bonum factum! id tandem mihi vetustum Lucensem codicem annorum nongentorum evolventi obtigit. En tibi ex eo, Lector, decretum de libris probandis reprobandisque, in quo ea omnia resecta sunt, quæ desunt in Vaticano. In cæteris ad Chiffletianam lectionem potius quam ad Vaticanam accedit. Gelasiano nomine inscribitur, ac tandem tale est, quale desideraveris. Neque eo tantum nomine præstat cæteris huc usque excusis; sed & ex eo commendabitur magis, quod præfatione ornetur, nuspiam in editis legenda; quanquam doleo incuria exscriptoris luxatam esse, nec facile sanandam. Tota Gelasiana est, quantum ex stili similitudine judicare licet. Hoc est meum de nova hac Gelasiani decreti editione judicium: ut id approbem eruditis, ejusdem decreti triplex schema profero, Vaticanum, Jurense seu Chiffletianum, & Lucense.

Post hæc scripta incidi in decretum Gelasianum ex vetustissimo Florentino codice editum a P. Josepho Blanchinio Oratorii Romani S. Philippi Nerii presbytero V. Cl. in prolegomenis ad IV. volumen Anastasii Bibliothecarii editionis Romanæ. Ex eo codice repræsentare se genuinum decretum Gelasii Vir ille doctus centuit. Nec sané negaverim meliorem esse ejus lectionem præ Vaticano. Cum vero ait idem vir doctissimus, catalogum illum Sacrorum Librorum qui in Vaticano Fontanini non extat, legiturque in suo Florentino, c Vaticano sive scriptoris incuria, sive alicujus fraude subtractum esse, futile est & inane, cum & a meo pariter Lucensi absit, quem sane Lucensem ex Vaticano illo expressum, sive ambos ex tertio alio derivatos esse, nemo sibi persuaserit, cum discrepent non raro. Hunc si omittas Sacrorum Librorum catalogum, in cæteris Florentinus ille ferre cum nostro convenit, paucis exceptis, quæ ad extremam pagellæ oram diligenter adnotavi. Est vero Florentinus Blanchinii in fine mutilus, nam post illud: *Fausti Regiensis &c.* cætera desunt, quæ tamen in reliquis omnibus MSS. codicibus leguntur.

Hæc scripseram in priori mea editione: modo vero aliquid accessit, quo nova hæc editio ornetur, nempe variantes e vetustissimo Frisingensi codice annorum circiter 1000. quas mihi, pro ea qua est humanitate, suppeditavit vir doctissimus P. Frobenius Forster prior, & bibliothecarius S. Emmerami Ratisbonensis. In eo codice Concilio Damasi decretum istud subiicitur, nam eo concilio absoluto statim subditur: *item dictum est. Nunc vero de scripturis divinis agendum est, quid universalis catholica recipiat ecclesia, & quid vitare debeat. Incipit ordo veteris Testamenti &c.* tum continuo sequitur integrum decretum de libris legendis.

Lucense.	Vaticanum Fontanini.	Jurense Chiffletii.
Incipit decretale ab urbe Roma editum de recipiendis, sive non recipiendis libris factum. *Synodum sub Gelasio Papa Urbis Romæ cum LXX. Episcopis.*	Incipit decretale Sancti Gelasii Papæ urbis Romæ.	Incipit decretale in urbe Roma ab Hormisda Papa editum.

INCIPIT PROLOGUS.

Ad discutiendas, vel intelligendas scripturas, quas (sic) *in novo, vel in veteri testamento a pluribus editas, illud Apostolicum nobis convenit servare eloquium*: prophetias, *inquit*, nolite spernere; omnia autem probate: *ut plenius Dei operatione credamus illas esse conditas, quas de adventu Domini, ac nativitate, vel passione ipsius, & resurrectione certissime fuisse locutas, per quas enim* (L. etiam) *nos credimus esse salvatos; ibi intelligimus illud, ubi dixit*: quod bonum est tenete, *ad repellendas, vel a catholicis re-*

Lucense.

venuendas scripturas esse cognovimus, quas etiam vir eruditissimus Hieronymus repudiavit, esse damnatas. sufficit nobis dicere, ut ab omni specie mala abstineamus.

Vaticanum Fontanini.

Jurense Chifflettii.

De scripturis Divinis quid universaliter catholica recipiat Ecclesia, vel post hæc quid vitare debeat.

I.

Ordo de veteri Testamento, quem Sancta, & Catholica Romana suscipit, & honorat Ecclesia, iste est.

Geneseos liber I.
Exodi liber I.
Levitici liber I.
Numeri liber I.
Deuteronomii liber I.
Jesu Nave liber I.
Judicum liber I.
Ruth liber I.
Regum libri IV.
Paralipomenon libri II.
Psalmorum CL. liber I.
Salomonis libri III.
Proverbia, Ecclesiastes & Cantica Canticorum.
Item *Sapientiæ liber I.*
Ecclesiastici liber I.
Item ordo Prophetarum.
Esaiæ liber. I.
Hieremiæ liber I. cum Cinoth, ac lamentationibus suis. (a)
Ezechielis liber I.
Danielis liber I.
Osee liber I.
Amos liber I.
Michæa liber I.
Jobel liber I.
Abdiæ liber I.
Jonæ liber I.
Naum liber I.
Abacuc liber I.
Sophoniæ liber I.
Aggæi liber I.
Zachariæ liber I.
Malachiæ liber I.
Item ordo Historiarum.
Job liber I.
Tobiæ liber I.
Esdræ libri II.
Esther liber I.
Judith liber I.
Machabæorum libri II.
Item ordo Scripturarum novi & æterni Testamenti. (b)
Evangeliorum libri IV.
Secundum Matthæum liber I.
Secundum Marcum liber I.
Secundum Lucam liber I.
Secundum Johannem liber I.
Item

(a) Variantes cod. Frising. *Hieremia liber unus cum Cinoth, idest lamentationibus suis.*
(b) Addit: *quem sancta, & Catholica suscipit Ecclesia.*

Lucense.

Post * propheticas (*manu antiqua additur* & Evangelicas) atque Apostolicas scripturas, * quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed Evangelica voce Domini * nostri prima tum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquiens, *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni Cælorum: & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

(*Manu antiqua suppletur* Cui) Addita est etiam societas beati (*manu antiqua suppletur* beatissimi Pauli apostoli vas electionis) qui non diverso sicut *hæretici* * garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die *gloriosa morte* cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est; & pariter supradictam sanctam Roma-

* Fl. ad. hæc omnes.

* Fl. ad quas superius deprompsimus.

* Fl. ad & Salvatoris

* Fl. hæresi.

Vaticanum Fontanini.

I.

Post propheticas, & evangelicas, atque Apostolicas scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; Sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquiens, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo Claves regni Cælorum; & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, vas electionis, qui non diverso, sicut heresi garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosam mortem cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque om-

Jurense Chiffletii.

Item *Actuum Apostolorum liber I.*
Epistola Pauli Apostoli numero XIV.
Ad Romanos Epistola I.
Ad Corinthios Epistola II.
Ad Ephesios Epistola I.
Ad Thessalonicenses Epistola II.
Ad Galatas Epistola I.
Ad Philippenses Epistola I.
Ad Colossenses Epistola I.
Ad Timotheum Epistola II.
Ad Titum Epistola I.
Ad Philemonem Epistola I.
Ad Hebræos Epistola I.
Item *Apocalypsis Johannis liber I.*
Item Canonicæ Epistolæ numero septem.
Petri Apostoli Epistolæ II.
Jacobi Apostoli Epistola I. (a)
Johannis Apostoli Epistolæ III.
Judæ Zelotis Apostoli Epistola una.

II. (b)

Post *hæc omnes* propheticas, & Evangelicas, atque Apostolicas, *quas superius deprompsimus*, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis universæ per orbem diffusæ Catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prolata est, sed evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus*, inquientis, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferni non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves regni Cælorum, & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Addita est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est. Et pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque om-

(a) *Joannis Apostoli epistola una. Alterius Joannis presbyteri epistola duæ.* Ita etiam legitur in vetustissimo Codice Dionysiano S. Emeramii.
(b) *Explicit Canon Novi Testamenti. Item dictum est: post hæc omnes propheticas &c.*

Lucense.

manam ecclesiam Christo Domino consecrarunt, * talesque omnibus *urbibus* * in universo mundo sua præsentia, atque venerando triumpho * prætulerunt.

* *aliisque.*
* *Urbibus.*
* *prætulerunt.*

Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid ejusmodi.

Secunda autem sedes apud Alexandriam B. Petri *nomine* a Marco ejus discipulo & Evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægypto directus, verbum veritatis prædicavit & gloriosum consecravit, (*manu antiqua corrigitur* consummavit) martyrium.

Tertia vero sedes * apud Antiochiam *ejusdem* beatissimi Petri Apostoli habetur honorabilis, eo quod *ibidem* prius quam *Roma* venisset habitavit * & ibidem primum nomen christianorum novellæ gentis *exortum est*.

* *Antiochia beatissimi.*
* *illic.*

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere, præter id quod positum est, * quod est Christus Jesus, tamen *ad* ædificationem sanctam, * *idem* (*manu antiqua* eandem) Romanam ecclesiam post illas veteris vel novi testamenti, quas regulariter suscipimus * etiam suscipi non prohibet scripturas. Idest * sanctam Synodum Nichenam *secundum* trecentorum decem & octo *episcoporum* * (*manu antiqua ponitur* Patrum) mediante Maximo Constantino Augusto.

* *Deest quod est.*
* *sancta.*
* *superius enumeravimus.*
* *Deest Idest.*
* *Patres.*

Sanctam synodum *Ephesiam*, (*manu antiqua* Ephesinam) in qua Nestorius damnatus est, * *cum* consensu *beati* * Cœlestini papæ, mediante *Cheryllo* Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio *episcopo* ab Italia destinato.

* *Deest Cum.*
* *Beatissimi.*

Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana & Euticiana hæresis simul cum Dioscoro, ejusque complicibus *damnatus est*. *

* *Damnata sunt.*

Opu-

Vaticanum Fontanini.

omnibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho pertulerunt.

Est ergo prima Petri Apostoli Sedis Romana Ecclesia non habens maculam, nec rugam, nec aliquid ejusmodi.

Secunda autem sedis apud Alexandriam, beati Petri nomen, a Marco ejus discipulo Evangelista consecrata est. Ipseque a Petro Apostolo in Ægypto directus, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero Sedis apud Antiochiam item beatissimi Petri Apostoli habetur honorabilis, eo quod illic, prius quam Romam venisset, habitavit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortus est.

II.

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ædificationem sanctam idem Romanam ecclesiam post illas veteris vel novi Testamenti, quas regulariter suscipimus, etiam suscipi non prohibet scripturas. Id est sanctam synodum Nicenam CCCrum X. & VIII. Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto.

Sanctam Senodum Efisinam, in qua Nestorius damnatus est, consensu Cœlestini Papæ, mediante Cirillo Alexandrinæ Sedis Antestite, & Arcadio ab Italia distinato.

Sanctam Synodum Calcedonensem, mediante Marciano Augusto & Anatholio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana, Antiochiana, & Eutichiciana hereses simul cum Dioscoro, ejusque complicibus damnatæ sunt.

III.

Jurense Chiffletii.

omnibus *urbibus* in universo mundo, sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt.

Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia; non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi.

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo, atque Evangelista consecrata est. Ipseque in Ægypto directus a Petro Apostolo, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedes apud Antiochiam item beatissimi Apostoli Petri habetur honorabilis, eoquod, illic priusquam Romam venisset, habitavit: Et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

III.

Et quamvis aliud fundamentum nullus potuit ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus; tamen ad ædificationem nostram eadem Romana ecclesia, post illas veteris vel novi Testamenti, quas regulariter superius enumeravimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas. Id est sanctam synodum Nicænam secundum trecentos decem & octo Patres, mediante Maximo Constantino Augusto, *in qua Arius hæreticus condemnatus est.*

Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit.

Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, consensu beatissimi Cœlestini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ Sedis Antistite, & Arcadio *episcopo* ab Italia destinato.

Sanctam synodum Calcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæresis, simul cum Dioscoro ejusque complicibus damnatæ sunt. (a) *Sed & si qua sunt concilia*

(a) Desunt hæc verba usque ad numerum IV.

Lucense.

* Item de hic deinceps

* Opuscula B. Cicili Cipriani martyris & *Carthaginensis* episcopi.

Opuscula beati Gregorii Nanzanzeni epi.

Opuscula B. Basili Cappadociæ episcopi.

Opuscula B. Athanasi *Alexandrini* episcopi.

Opuscula Theophili *Alexandrini* episcopi.

Opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi.

Opuscula B. Helari *Pictaben-* * *pictaviensis* episcopi.

* In Florentino hic ponitur post S. Athanasium.

* Opuscula B. Johannis Constantinopolitani episcopi.

Opuscula B. Ambrosii *Mediolanensis* episcopi.

Opuscula B. Augustini Ipone Regiensis * *Ipponeregiensis* episcopi.

Opuscula B. Hieronimi presbyteri.

Opuscula *Beati* Prosperi viri religiosissimi.

* *epistola.* Opuscula B. Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, cujus textum quispiam *si usque ad unum* jota disputaverit, & non *eam* in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

* *Atque tractatus* Opuscula, * tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctæ ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius *ut communicationis* per gratiam Dei usque in ultimum *diem* viæ suæ fuere participes, *legendos* decernimus.

Item decretales Epistolas, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter su- *suscipiendas esse* scipienda. *

Item gesta Sanctorum Martirum, qui multiplicis (*manu antiqua* multiplicibus) tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis

Vaticanum Fontanini.

III.

Incipiunt opuscula recipienda.

Item opuscula beati Cicili Cipriani martiris, & Cartagenensis episc.

Opuscula beati Gregori Nazazensis epi.

Item opuscula beati Basili Capadociæ epi.

Item opuscula beati Athanasi Alexandriæ epi.

Item op. beati Johannis Constantinopolitanæ epi.

Item op. beati Theophili Alexandrinæ epi.

Item op. beati Helari Pictavinsis epi.

Item op. beati Ambrosi Mediolanenses epi.

Item op. B. Augustini Ipponereginsis epi.

Item op. beati Hieronimi prbi.

Item op. Prosperi viri religiosissimi.

Item epistola bi. Leonis Pap. ad Flavianum Constantinopolitanum episcobum distinam t. cujus textum quispiam suis, quæ ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Item op. tractatus omnium Patrum Orthodoxorum, qui in nullo a scæ ecclesiæ Romane consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius communicatione per gratiam Dei usque in ultimum vitæ suæ fuere participes, legende decernimus.

Item decretales epistolas, quas beatissimi Pap. diversis temporibus ab urbe Roma, pro diversorum Patrum consolatione, dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum Martirum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis inradiant. Quis ista Catho-

Jurense Chifletii.

lia a sanctis Patribus hactenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem & custodienda & recipienda decrevimus.

IV.

Jamnunc subjiciendum de opusculis sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia catholica recipiuntur.

Opuscula beati Cæcilii Cypriani, Martyris, Carthaginensis episcopi *in omnibus recipienda.*

Item opuscula Beati Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Johannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi.

Item opuscula beati Hilarii Pictaviensis episcopi.

Item opuscula Beati Ambrosii Mediolanensis episc.

Item opuscula Beati Augustini Hipponeregiensis ep.

Item opuscula Beati Hieronymi presbyteri.

Item opuscula *Beati* Prosperi viri religiosissimi.

Item epistolam Beati Papæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: de cujus textu quispiam si usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit anat. sit.

Item opuscula *atque* tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a Sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius communicationi per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus.

Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ, diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.

Item gesta sanctorum Martyrum, quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis inradiant. Quis ista Catho-

Lucense.

* Deest ista.

inradiant. Quis ista * Catholicorum dubitet (*manu antiqua* &) majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus sed Dei gratia, & adiutorio, *universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem* singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui *conscripserunt* nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus, vel * idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit esse putatur. Sicut cujusdam *Quirici* & Julitæ, sicut *Georgii*, aliorumque ejusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio in * Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martires & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt omni devotione veneramur.

* &.

* Sancta.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Ilarionis, & *omnium* heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum * omni honore suscipimus.

* Deest omni

Item actus beati Sylvestri Apostolicæ sedis præsulis, licet ejus, qui conscripsit *nomen* ignoretur; a multis tamen in Urbe Roma a Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ *hoc* imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de inventione * *sanctæ* Crucis Dominicæ, & alia scriptura de inventione capitis Johannis Baptistæ, novellæ quidem relationis * nonnulli *eas* Catholici legunt, sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Apostoli probant, * (*manu antiqua* præcedat) sententiam; *omnia probate, quod bonum est tenete.*

* Deest sanctæ.

* sunt &.

* præcedit sententia.

Item Rufinus vir *religiosissimus*, * qui * plurios (*manu antiqua* plurimos) Ecclesiasticis Operis edidit libros, non nullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam * beatissimus Hieronimus eum in aliquibus de *arbitris* libertate notavit, illa sentiemus, quæ prædictum Hieronimus sentire cognoscimus; & non solum de Rufino, sed etiam de univer-

* religiosus.

* Deest qui

* venerabilis

Vaticanum Fontanini.

tholicorum dubitet majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratia, & adjutorio? Singulari cautella in sca Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscribere, nomina penitus ignoratur; & ab infidelibus & idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur. Sicut cujusdam Cirici & Julitæ, sicut Giorgi, aliorumque hujusmodi passiones, q. ad hereticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsanandi orreretur occasio in sca Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes Martires, & eorum gloriosos agones, qui Domino magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item vitas Patrum, Pauli, Antoni, Hilarionis, & omnibus heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronimus, cum omni honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri Apostolicæ Sedis Præsolis, licet ejus, qui conscripsit, nomine ignoretur: a multis tamen in urbe Roma Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hæc imitantur ecclesiæ.

Item scriptura de Inventione Crucis dominicæ, & aliam scripturam de inventione capitis Johannis Baptistæ, novelle quidem relationis & nonnulli Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus advenerint, beati Pauli Apostoli præcedet sententia -- *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiasticæ operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed qum beatissimus Hieronimus eum in aliquibus de arbitrio libertate notavit, illas sentim. q. prædictum beatum Hieronimum sentire cognoscimus, non solum de Rofino, sed etiam de universis, quos vir S. sepius memoratus, zelo Dei, & fidei reli-

Jurense Chifletii.

tholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos? Nec suis viribus, sed Dei gratia & adjutorio *universa tolerasse? Sed ideo, secundum antiquam consuetudinem*, singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus & Idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur. Sicut Quirici cujusdam & Julitæ; sicut Georgii, aliorumque ejusmodi Passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen, cum prædicta *Romana* ecclesia, omnes Martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur.

Item Vitas Patrum, Pauli, Antoni, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus Hieronymus descripsit, cum omm honore suscipimus.

Item actus beatissimi Silvestri Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur; a multis tamen in urbe Roma Catholicis legi cognovimus & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Item scriptura de Inventione Dominicæ Crucis, & alia scriptura de Inventione capitis beati Johannis Baptistæ, novellæ quidem relationes *sunt*, & nonnulli *eas* Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Apostoli Pauli præcedat sententia; *Omnia probate*, & *quod bonum est, retinete.*

Item Rufinus vir religiosissimus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam venerabilis Hieronymus cum in aliquibus de arbitrii libertate notavit; illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo

Lucense.

versus, quos vir sæpius memoratus zelo Dei & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem * omnia cum auctore suo dicimus renuuenda.

* Deest omnia.

Item Cronica Eusebii Cesariensis *epi.* * atque ejusdem historiæ Ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & post in laudibus, atque excusatione Origenis *unum scismatici* conscripserit librum; propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad * scrutationem, (*manu antiqua* instructionem) pertinent, usquequaque non dicimus *renuuenda*.

* Deest epi.

* instructionem.

Orosium virum eruditissimum collaudamus * *quia* valde nobis necessariam adversus Paganorum calumnias ordinavit Storiam, miraque brevitate contexuit.

* qui.

Venarabilis *viri* Seduli *Episcopi* * Paschale opus, quod *heroicis* descripsit versibus, insigni laude proferimus. *

* Deest episcopi.

* præferimus.

Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus. Cætera *autem quæ* ab hæreticis, *sive* scismaticis conscripta, vel prædicta * sunt (*manu antiqua additur* nullatenus recipit Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia) E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

* prædicata sunt nullatenus recipiat catholica & apostolica ecclesia Romana.

Item notitia *de* librorum (*manu antiqua* libros) apocriforum, * qui non recipiuntur.

* Deest qui non recipiuntur.

Ariminensium synodum a Constantio Cæsare Constantini * Augusti filio congregatam mediante Tauro præfecto ex tunc, & nunc, & in eternum confitemur esse damnatam.

* Deest augusti.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sancti Clementis (*manu antiqua* libr. X. *) apocrisum.

* IX

Actus *nomine* Andreæ Apost. apog.

Actus *nomine* Thomæ Apost. apog.

Vaticanum Fontanini.

religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla op. quæ vir beatissimus Hieronimus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus renuuendam.

Chronica Eusebi Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & post in laudibus atque excusatione Origenis scismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen singularum notitiam, q. ad instructionem pertenent, usquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum, quem conlaudamus, qui valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis Sedulii Paschale opus, quod eruditis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramus. Cetera, que ab hæreticis, schismaticis conscripta, vel predicata sunt, nullatenus recipiet Catholica & Apostolica Romana ecclesia: e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

IV.

Notitiam librorum apocriforum, qui non recipiuntur.

Arimenensium Sinodum, a Constantio Cæsare Constantini Augusti filium congregatam, mediante Tauro Præfecto, ex tunc & nunc & in æternum confitemur esse damnata.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sci Clementis, apogrisum.

Actus nomen Andreæ Apl. apg.

Jurense Chiffletii.

lo Dei, & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus renuenda.

Item Chronica Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem Historiæ Ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen singularum notitiam, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum conlaudamus, qui valde necessariam nobis adversus paganorum calumnias ordinavit Historiam, miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis viri Sedulii Opus paschale, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Juvenci quoque nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Cætera quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscripta vel prædicta sunt, nullatenus recipit catholica & Apostolica Romana ecclesia: e quibus, pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credidimus esse subdenda.

V.

In primis Ariminensem Synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Tauro Præfecto, ex tunc & nunc, in æternum confitemur esse damnatam.

Itinerarium *quoque in* nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis *libri numero novem*, apocryphum *esse scimus*.

Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphum.

Lucense

Libri numero decem apog. (sed hoc deletum est manu antiqua.)

Actus nomine Petri Apost. alius apoc.

Actus nomine Philippi Apost. apoc.

Evangelia nomine Matthiæ apog.

Evangelia nomine Barnabæ *apost.* * apog.

Evangelia nomine Jacobi minoris apog.

Evangelia nomine Petri Apost. * apoc.

Evangelia nomine Thomæ, quibus Manichæi utuntur apoc.

Evangelia nomine Andreæ apost. apoc. (*manu antiqua deletur* Andreæ, *& ponitur* Bartholomei.)

Evangelia, quæ falsavit Lucianus apoc.

Evangelia, quæ falsavit *Ysicius* apoc.

Liber de Infantia Salvatoris apoc.

Liber de Nativitate Salvatoris, & de Maria (*manu antiqua post Mariam est* vel) obstetrice * apoc.

Liber, qui appellatur pastoris apoc.

Libri omnes, quos fecit *Lucius* (*manu antiqua* Leucius) discipulis Diaboli apog.

Liber, qui appellatur fundamentum apoc.

Liber, qui appellatur Thesaurum apoc.

Liber de filiabus Adæ *Lectio agenesfeos.* *

Liber, * qui appellatur actus Theclæ, & *Pauli* apos. * apog.

Liber qui appellatur Nephothes * apog.

Liber proverbiorum ab hæreticis conscriptus, & Sancti Xisti *nomine præsignatus* apoc.

Revelatio, quæ appellatur Thomæ *apost.* * apog.

Revelatio, quæ appellatur Pauli apog.

Revelatio, quæ appellatur Stephani apoc.

Liber, qui appellatur transitus, * idest assumptio Sanctæ Mariæ apoc.

Liber, qui appellatur (*manu antiqua* de) Pœnitentia Adæ apoc.

Liber de *Eugenia* * (*manu antiqua* Vegenia) nomine gigan-

* Deest *apost.*

* Deest *idest.*

* *Ugia.*

Vaticanum Fontanini.

Actus nomen Thomæ Apl. libros X. apg.

Actus nomen Petri Apl. alius, apg.

Actus nom., Philippi Apl. apg.

Evangelium nom. Matthiæ apg.

Evangelium nom. Petri Ap. apg.

Evangelium nom. Jacobi minoris, apg.

Evangelium nom. Barnabæ apg.

Evangelium nom. Thomæ, quibus Manichei utuntur, apg.

Evangelium nomen Bartholomei Ap. apg.

Evangelium, quem falsavit Lucianus, apg.

Evangelium, quem falsavit Eusicius, & Lucius, apg.

Lib. de infantia Salvatoris, apg.

Lib. de nativitate Salvatoris & de Maria vel obstetrice, apg.

Liber, qui appellatur Pastoris, apg

Lib. omnes, quos fecit Leucius discipulus Diaboli, apg.

Lib. qui appellatur Fundamentum, apg.

Lib. qui appellatur Thesaurum, apg.

Lib. de filiabus Adæ lectum geneseos, apg.

Lib. qui appellatur hactus Thecle, vel Thollius, & Pauli Ap. apg.

Lib. qui appellatur Nopotis, apg.

Lib. Proverbiorum ab Hereticis conscriptus, & sancti Xisti nomen prænotatus, apg.

Revelatio, qui appellatur Pauli, apg.

Revelatio, qui appellatur Thomæ apg.

Revelatio, qui appellatur Stephani, apg.

Liber, qui appellatur Transitus, idest, Adsumptio sæ Mariæ, apg.

Lib. qui appellatur Penetentia Adæ, apg.

Lib. Eugenii a nom. gigante, qui cum dracone post dilu-

Jurense Chifflettii.

Actus nomine Thomæ Apostoli, libri X. apocryphi.

Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi.

Actus nomine Philippi Apostoli apocryphi.

Evangelia nomine Mattiæ Apostoli, apocrypha.

Evangelia nomine Barnabæ, apocrypha.

Evangelia nomine Jacobi Minoris, apocrypha.

Evangelia nomine Petri Apostoli aprocrypha.

Evangelia nomine Thomæ Apostoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha.

Evangelia nomine Bartholomæi Apostoli, apocrypha.

Evangelia nomine Andreæ Apostoli, apocrypha.

Evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha.

Evangelia quæ falsavit Isicius, apocrypha.

Liber de infantia Salvatoris, apocryphus.

Liber de nativitate Salvatoris, & de Maria vel obstetrice, apocryphus.

Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus.

Libri omnes quos fecit Lucius discipulus diaboli, apocryphi.

Liber, qui appellatur Fundamentum apocryphus.

Liber, qui appellatur Thesaurum, apocryphus.

Liber de filiabus Adæ, *hoc est*, Leptogenesis, apocryp. (*a*)

Liber, qui appellatur Actus Teclæ & Pauli, apocryphus.

Liber qui appellatur Nepotes, apocryphus.

Liber Proverbiorum, qui est ab hæreticis conscriptus, & sub nomine sancti Sixti præsignatus apocryphus.

Revelatio, quæ appellatur Pauli Apostoli, apocrypha.

Revelatio, quæ appellatur Thomæ Apostoli, apocr.

Revelatio, quæ appellatur sancti Stephani, apocr.

Liber, qui appellatur Transitus, idest, Adsumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Adæ, apocryphus.

Liber de Eugenia nomine gigante, quæ cum dracone post di-

(*a*) *Liber qui appellatur Adæ* lepto genesfeos.

Lucense.	Vaticanum Fontanini.	Jurense Chifletii.
gantis, qui cum dracone post diluvium ab hæreticis pugnasse perhibetur apoc.	luvium ab hereticis pugnasse perhibetur apg.	diluvium ab hæreticis pugnasse fingitur, apocryp.
Liber, qui appellatur Testamentum Job apog.	Liber, qui appellatur Testamentum Job. apg. Non historia beati Job, sed alius ad hereticis conscriptus.	
Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis apog.	Lib. qui appellatur Pœnitentiæ Origenis, apg.	Liber, qui appellatur Pœnitentia Origenis, apocryphus.
Liber, qui appellatur pœnitentia Sancti Cipriani apoc.	Lib. qui appellatur Pœnitentia sci Cipriani apg.	
Liber, qui appellatur pœnitentia Jamne, & Membre apoc.	Lib. qui appellatur Pœnitentia Jamnæ & Mambre, apg.	Liber, qui appellatur Pœtentia Jamne & Mambre, apocryphus.
sortes. Liber, qui appellatur sors * Apostolorum (*manu antiqua scribitur* laus) apoc.	Lib. qui appellatur Sors Apostolorum, apg.	Liber, qui appellatur Sortes Sanctorum, apocryphus.
	Lib. qui appellatur Lusa Apostolorum apg.	Liber, qui appellatur Lusa Apostolorum, apocryphus. *Liber, qui appellatur Canones Apostolorum, apocryphus.*
Liber Fisiologus, qui ab hæreticis conscriptus, & beati Ambrosii nomine præsignatus apoc.	Lib. filosogus, qui ab Hereticis conscriptus est, & beati Ambrosii nom. præsignatus, apg.	Liber phisiologus, ab hæreticis conscriptus, & beati Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus.
Storia Eusebii Pampeli apog.	Historia Eusebi Pamphili, apg.	Historia Eusebii Pamphili, apocrypha.
Opuscula Tertulliani apoc.	Opuscola Tertulliani, apg.	Opuscula Tertulliani, apocrypha.
* *Ad sive Africani, sive Firmiani.* Op. Lactanti * apoc.	Op. Lactanti, ap.	(*a*) Opuscula Lactantii, apocrypha.
* *Deest.* Op. Africani apoc. *	Op. Affricani, apg.	Opuscula Africani, apocrypha.
* *Postumiani.* Op. *Postulliani*, * & Galli apoc.	Op. Postumiani & Galli, apg.	(*b*) Opuscula Postuminiani, apocrypha.
Op. Montani, Priscillæ, & Maximillæ apoc.	Op. Montani, Priscillæ & Maximillæ, apg.	Opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ, apocrypha.
* *Fausta* Op. omnia *Faustini* * Manichæi apoc.	Op. omnia Fausti Manichei, apg.	Opuscula Fausti Manichæi, apocrypha.
Op. Commodiani ap.	Op. Commodiani, apg.	Opuscula Commodiani, apocrypha.
Op. alterius Clementis Alexandrini apoc.	Op. alterius Clementis Alexandrinæ, apg.	Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.
Op. *Tassii* Cypriani ap.	Opusc. Tassi Cipriani, apg.	Opuscula Tascii Cypriani, apocrypha.
* *Arnovini.* Op. Arnobi * ap.	Op. Arnobi, apg.	Opuscula Arnobii, apocrypha.
Op. Ticoni apoc.	Op. Tigoni, apg.	Opuscula Ticoni, apocrypha.
Opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum ap.	Opuscula Cassiani Pbri Gallearum, apg.	Opuscula Cassiani Presbyteri Galliensis, apocrypha.
* *Petrabiensis* Opus Victorini *Pictabensis* * ap.	Opus. Victorini Petabionensis, apg.	Opuscula Victorini Pietabiensis, apocrypha.
Manu antiqua inseritur hic, Op. Fausti Regensis Galliarum ap.	Op. Fausti Regensis Gallearum, apg.	Opuscula Fausti Regensis Galliarum, apocrypha.
* *Hic desinit Cod. Florent.* * Op. Frumenti Cœci ap.	Op. Frumentini Cœci, apg.	Opuscula Frumenti Cœci, apocrypha.
Centonem de Christo, Virgilianis compaginatum versibus ap.	Centonem de Xpo Virgilianis convaginatum versibus, apg.	Centones de Christo, Virgilianis compaginati, apocryphi.
Epistola Jesu *Abagusc* ap.	Epistola Ihu ad Abgiarum, apg.	Epistola Jesu ad Agarum, apocrypha.
Epistola Abagujo ad Jesum ap.	Epla Abgari ad Ihm, apg.	Epistola Agari ad Jesum, apocrypha.
Pas-	Pas-	Pas-

(*a*) *Opuscula Lactantii sive Africani, sive Firmiani apocrypha.*
(*b*) *Opuscula Postumiani Galli apocrypha.*

Lucense.

Passio *Quyrici*, & Julitæ ap.

Passio Georgi ap.
Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis apoc.

Filacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, sed Dæmonum magis conscripta sunt, ap.

Hæc & his similia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, *Basilidis*, Ebion, Paulus etiam *Samosatenus*, Fotinus, & Bonosus (*manu antiqua* &) qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis *obscenissimis* sequacibus, Apollenaris, Valentinus sive Manicæus, Faustus, Africanus Sabellius, Arrius, Machedonius, Eunomius, Novatus, *Sabacius*, *Cælestus*, Donatus, Eustacius, Jovianus, Pelagius, Julianus *Celumensis*, Cælestius Maximinus (*manu antiqua* Maximianus) Priscillianus ab Spania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus *Cynicus*, Lampetius, Dioscorus, *Eutices*, Petrus, & alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit. Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon & omnes *hæretici*, *hæreseorumque* discipuli, sive scismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum ab omni Romana, & Apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub *anathematis* insolubili vinculo in æternum confitemur esse *damnanda*.

Vaticanum Fontanini.

Passio Cirici & Jolitæ, apg.

Pass. Giorgi, apg.
Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis apg.

Filacteria omnia, que non Angelorum, ut illi confingunt, sed Dæmonum magis arte conscripta sunt, apg.

Hæc & his similia, quæ Simon Magus, Nigolaus, Cirinthus, Marcion, Baselides, Ebion, Paulus etiam & Samosetanus, Futinus & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinianus, sive Manicheus, Faustus, Affricanus, Sabellius, Arrius, Machedonius, Eunomius, Novatus, Sabastius, Celestus, Donatus, Eustacius, Jovianus, Pelegius, Julianus Elane, Celestius, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Unicus, Lampecius, Dioscorus, Eutichius, Petrus, & alius Petrus: e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit: Accacius Constantinopolitanus cum consortibus suis: nec non & omnes hereses, hereseorum discipuli, sive scismatici, qui docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retenentur, non solum repudiata, verum ab omni Romana, vel Catholica & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathemate insolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Expliciunt Decretalis.

Jurense Chiffletii.

Passio Quirici, & Julitæ, apocrypha.
Passio Georgii, apocrypha.
Scriptura, quæ appellatur Salomonis interdictio, apocrypha.

Philacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, sed Dæmonum magis conscripta sunt nominibus, apocrypha.

Hæc & his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baselides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus & Bonosus, qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius Macedonius, Eunomius, Conomius, Novatius, Sabbatius, Callistus, Donatus, Eustacius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Eclanensis, Cælestinus, Maximianus, Priscillianus ab Spania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cinicus, Lamperius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus: e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit: Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis: necnon & omnes hæresiarches, & eorum discipulos, qui schismatica docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinuimus; non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana, catholica & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis, & indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Explicit Decretale editum ab Horsmida Papa Urbis Romanæ.

Notæ Severini Binii.

Causa concilii.

a *Concilium*.) Ad fidem catholicam illibate custodiendam, diffidia tollenda, pacemque in ecclesia restituendam, pontifex una cum concilio in eo potissimum laboravit, ut apostolica & catholica ecclesia communio nulla vel levi macula conspersa, illibata penitus & impollutta sarta ac tecta in omnibus servaretur. Ad hoc autem præstandum sollicitiorem curam impendens, non solum vindicasse voluit ipsam ecclesiam ab omnibus, ut semper fuit, immunem hæresibus atque hæreticorum consortio; sed ut eam redderet a pravorum scriptorum contagione securam, omne studium adhibens, delectum habuit ecclesiasticorum librorum qui hactenus editi legi tolerent: distinguens separansque, quasi eo domini, mundum ab immundo, & secernens pretiosum a vili. Cujus rei perficiendæ gratia Decretum constituit ab ecclesia catholica perpetuo servandum, in quo post recensitos veteris ac novi testamenti libros canonicos, adjecit de primatu Romanæ ecclesiæ & aliarum patriarchalium ecclesiarum juribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum antistitum præsumptionem & audaciam

Acta concilii.

A infringendam, qua se Acacius primum, inde ejus successores adversus Romanam ecclesiam proterve nimis erexerant.

De libris sacris & apocryphis.

b *Ordo librorum veteris testamenti*.) Quotquot hoc loco enumerantur, & in canonem sacrorum librorum referuntur libri veteris testamenti, iidem penes omnes recensiti sunt supra canone ultimo concilii Laodicani, & canone 47. concilii Carthaginensis III. item epist. 3. Innocentii primi ad Exuperium. Canonem apostolorum 84. utpote quo sacri omittuntur, & apocryphi in numerum sacrorum referuntur, spurium esse & illegitimum supra in notis ejusdem canonis copiose ostendimus. Veteris ac novi testamenti libros sacros a calumnia hæreticorum omnium liberavit doctissime & copiosissime reverendissimus & illustrissimus cardinalis Bellarminus toto lib. 2. de verbo Dei scripto: illustrissimus item cardinalis Baronius tom. 1. annalium, diversis in locis, S. Pauli, aliasque canonicas epistolas cum apocalypsi S. Joannis apostoli a furore & dementia hæreticorum vindicavit: ad evitandam prolixitatem ilthuc lectorem benevolum remitto. De libris apocryphis eorumque auctoribus diversis in locis annalium Baronius di-

B gnissi-

gnissime observare annotavit, & post eum Antonius Possevinus in apparatu sacro.

(*Sancta Romana ecclesia.*) Hoc Decretum extat distinct. 15. can. 3. Lectio ejus ab originali tantopere discrepat, ut satis certo statui non possit quin sit vera & pura Gelasii, nec magnopere mirandum sit, si nonnula sint quæ difficultatem faciunt. Vide notas emendatorum Decreti Gratiani, &c.

Observatio P. Antonii Pagi

ad annum Christi 494. num. 2. & seqq.

Decretum de scripturis divinis, & opusculis sanctorum Patrum, *quæ in Ecclesia catholica recipiuntur* valde urget heterodoxos, qui traditionem rejiciunt, & librorum canonicorum numerum pro libito, ac sectarum suarum commodo mutilant. Job enim, Tobias, Judith, Macchabæorum libri, epistola ad Hebræos, Apocalypsis Joannis, Petri duæ, Joannis apostoli III. Judæ I. in eo memorantur. Pearsonius in vindiciis Ignatianis prolixiorem sermonem de ejus auctore ac tempore, quo conditum est, instituit, & pag. 53. ait, se existimare hoc Decretum post synodum V. anno DLIII. celebratam, promulgatum fuisse. Neque catholici de hujus sanctionis auctore, annoque, quo ea emissa, inter se conveniunt; quod MSS. codices eam tribus diversis pontificibus adscribant. Vetustissimus codex collectionis Dionysii Exigui, quem secum communicatum a Dacherio Baluzius testatur, hoc Decretum *Damaso papæ* attribuit, & Baronius anno LXIX. num IV. refert, Cresconiam collectionem continere concilium Romanum sub Damaso, in quo de libris apocryphis agitur, cujus Decreta repetita credit Baronius a Gelasio in Decreto LXXII. episcoporum, de quo anno 494. cum collectoribus conciliorum verba fecit. Verum codex antiquissimus a Pearsonio lectus, & a Lanfranco ex Beccensi cœnobio in Angliam delatus hunc titulum præfert: *Decreta Gelasii papæ de recipiendis, & non recipiendis libris. Quæ scripta sunt ab eo cum LXX. eruditissimis episcopis.* Nicolaus I. pontifex Romanus in epist. XLII. ad episcopos Galliæ circa annum DCCCLXV. data, Lupus abbas Ferrariensis in fine epistolæ ad Carolum Calvum, & in fine quæst. de Sanguine Christi, Gratianus dist. 15. cap. *Sancta Romana*, Burchardus Wormatiensis episcopus, varii codices MSS. omnesque excusi *Gelasium* hujus Decreti auctorem produnt. Denique *Hormisdæ papæ* in antiquissimo Vergellensi codice Baluzius & Chifletius in Jurensi, illud adscribi testantur. Indeque Chifletio in fine notarum ad Vigilium Tapsensem existimatum, Decretum hoc primo sancitum fuisse a Gelasio in concilio Romano hoc anno: ita tamen ut non quasi Decretum pontificium, sed velut tectus concilii quidam canon prodiret: tum deinde ab *Hormisda* editum esse sub forma pontificii Decretalis, & in quinque titulos methodi gratia divisum ac fortasse nonnullis in locis restitutum.

Gelasium tamen celeberrimi hujus Decreti auctorem esse, & non nisi per errorem illud Hormisdæ attributum demonstrabo, & litem, ni valde fallor, dirimam. In eo cum damnatorum voluminum index texitur, inter ea libri Cassiani ac Faustii Rejensis numeratur hac præmissa sententia: *Cetera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia, e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.* Cumque plurimos libros hæreticorum aliorumque incertorum auctorum Patres synodi Romanæ damnasseant, hos inter Cassiani & Faustii volumina posuere hoc titulo: *opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum apocrypha, opuscula Faustii Regiensis Galliarum apocrypha.* Sæculo sequenti exortis de Divina Gratia contentionibus ex *Faustii* præsertim libris, non modo in Occidente, verum etiam in Oriente alii *Faustum* defenderunt, alii eandem acerrime confutarunt, præcipue Monachi Scythæ, qui ex Asia erumpentes adversus eum Europam atque Africam commoverunt, ut anno DXX. explicabimus. Eo rerum statu consultus *Possessor* episcopus Africanus a Trasamundo Africæ rege in exilium missus, dum Constantinopoli moraretur, ubi *Faustii* libri a pluribus defendebantur ut catholici, a Maxentio vero & a Monachis Scythis ut hæretici damnabantur, consulit ipsemet Hormisdem papam, quod de iisdem libris sentiendum esset; eamque in rem justissimum discursum suum ad eum misit. Extat ejus ad Hormisdam Relatio Tom. superiori Concil. dictaturque accepta XV. Kal. *Augusti Rufiso V. C. Cos.* idest anno DXX. Hæc Possessoris in ea verba: *Arbitror vestram Beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana Urbe ecclesiæ laborent infidis, & ad morem veteris morbi in sanctum vulnus tuorum quærat irrumpere, quod obdurtum creditur excrevisse. Unde cum quærendum fratrum animos de codice Faustii cujusdam nostræ Galliæ Regiensis civitatis episcopi, qui de diversis rebus & frequentissime de Gratia Dei diversis visus est disputare, ita secundum mentem, aliter (ut se habent humana studia) in conventuum vestrorum ore crediderunt de hac ambigua consulendum.* Addit postea Possessor: *Quæso, ut consulentibus, quid de præfati auctoris dictis videatur, auctoritate apostolica responsionis agnoscant: maxime quod illic quoque magistri nostri Vitalianus & Justinianus præcipue super hac re rescripto Beatitudinis vestræ similiter informari desiderant.*

Hormisda Possessoris epistolam die XVIII. mensis Julii anni DXX. accepit, & die XIII. mensis Augusti ad eundem rescripsit epistolam ordine LXX. in qua inter alia ait: *Hæc vero quæ vos de Faustii cujusdam Galli Antistitis dictis consulitis, litteris indicastis, id sibi responsum habeant: neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen catholicæ fidei, aut ecclesiastica disciplina ambiguitatem posse gignere, aut religiosi præjudicium comparare. Illa sunt a Patribus, quæ fideles fieri debeant instituta: sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum populi ædificatione compositum, si cum fide recta, & doctrina sana concordat, admittitur, si discordat abolitur.* Ubi Hormisdam de Decreto Gelasii loqui recte observarunt Cardinales Baronius anno DXX. num XXI. & Card. Norisius in Cenot. Pis. pag. 445. Verum, quæ paulo post idem pontifex subjungit, non se se, sed eundem Gelasium illius Decreti conditorem fuisse, manifeste insinuant: *Non improvide veneranda Patrum sententia fideli posteritati quæ essent catholicæ dogmata, definiit; certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, Sancto spiritu instruente, præfigens, ne opinioni suæ Lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiastica commodaret, sed quod voluptati suæ concepisset, assereret.* Decretum itaque de libris recipiendis, & non recipiendis, non ab *Hormisda*, sed ab aliquo ex ejus successoribus in aliqua synodo Romana emissum, non quidem ab Anastasio & Symmacho, qui Gelasium secuti sunt, & Hormisdam antecessere; cum nullus unquam id asseruerit, nullumque MS. alterutrius nomen præferat, sed a Gelasio, cui innumeri codices illud attribuunt.

Nec dici potest, illud scriptum esse a *Damaso*, cujus nomen Librariorum errore præfert in collectione Cresconiana, cum plerique opusculorum in eo memoratorum auctores post Damasum vixerint, & scripserint. Nihil præterea ab *Hormisda* immutatum, ut credidit Chifletius; cum Hormisda in sua ad *Possessorem* epistola citata hunc remittat ad ea, quæ jam fixa fuerant a Patribus, nihilque novi de *Faustio*, de quo consultus fuerat, statuere voluerit. Apparet igitur *Hormisdam* tam ad Possessorem, quam ad Legatos suos, qui Constantinopoli tunc agebant, Decretum *Gelasii* papæ misisse ac mandasse, ut illud ab omnibus religiose observaretur. Quo pacto *Possessoris* petitioni faciebat satis. Contigit vero, ut Decretum illud tunc in varia exemplaria transcriptum, & latius per Europam, Africam, & Orientem, præsertim a *Faustio* adversariis disseminatum fuerit, & quia ab *Hormisda* papa missum fuerat, ejusque nomine ubique divulgatum, eidem ab aliquibus, temporis progressu, imprudenter adscriptum fuerit. Hæc falsæ illius inscriptionis fine dubio origo.

Baronius & conciliorum collectores scribunt, Decretum Gelasii datum esse *Asterio & Præsidio Coss.* hoc ea anno; verum refellunt eos codices MSS. in quibus nota illa temporaria non habetur. Legi in bibliotheca regia antiquissimo charactere exaratum, sed sine nota consulari, aliumque in bibliotheca sancti Victoris Parisiensis, a quo ea etiam abest, nec dubito, quin in ceteris MSS. desideretur: cum concilium Romanum LXXII. episcoporum, in quo illud emissum ante annum CCCCXCVI. celebratum non fuerit. In laudato enim Decreto hæc verba de Sedulio leguntur: *Item venerabilis Viri Sedulii opus Paschale, quod hæretici descripsit verbis, tamquam laude præferimus.* In fine vero libri Bucolicorum editis Virgilii Medicei vetustissimi hæc habentur.

Tuetur Rufus Apronianus Asterius V. C. & inl. ex comite domest. protect. ex com. priv. largit. exprof. Urbi Patricius & consul ordin. legi & distinctis codicum fraxeti Macharii V. C. non mei fiducia sed ejus cui si ad cuncta sum devotus arbitrio XI. Kal. Mai. Roma

P. Vegili Maroniis

Distinctis emendans gratum mihi munus amici
Succedens operi fidelius iambos
Bucolicum liber explicit

Em. Card. Norisius laudatus, qui eum clausulam produxit, observat in vetusto codice Vaticano num. 3163. post carmen Paschale Sedulii hæc legi: *Hæc opus Sedulius inter cartulas dispersum reliquit, quod revolutum & adunatum, atque omni elegantia divulgatum est a*

Ter-

Turcio Rufo Asterio quinto U. C. exconsule ordinario atque Patricio. Similem huic codicem etiam vidit Cospinianus, qui ad consulatum *Asterii & Præfidii*, ait, carmen Sedulii *a Turcio Rufo Asterio quinto U. C. Exconsule ordinario atque Patricio* scriptum esse. Eadem annotatio erat etiam in codice, quo Aldus Manutius senior usus est, siquidem advertit, opus illud non a Sedulio, sed a *Turcio Rufo Asterio V. C. exconsule ordinario atque Patricio* publicatum esse. Verum quidem est, Sirmondum in notis ad epist. XXIV. lib. Ennodii scribere, in codice Remensi poematis Paschalis Sedulii hac haberi: *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum, adornatumque ad omnem elegantiam, divulgatum est a Turcio Rufo U. C. consule ordinario atque Patricio.* Verum ex laudatis MSS. liquet, loco, *Exconsule ordinario*, ascriptorem per errorem posuisse, *consule ordinario*; eumque Asterius ante annum sequentem *Exconsul* dici non potuerit, ante eum annum *Sedulii* carmina non collegit, aut evulgavit, idque, nec antea synodus Romana, in cujus Decreto de Sedulio mentio, celebrata fuit, ut recte videre Usserius lib. 3. de Primordiis Eccles. Brit. c. 16. Pearsonius in Vindiciis epistolarum sancti Ignat. pag. 46. & Card. Norisius Innocuus, qui plura habet de Sedulio & ejus opere. Cum vero mense Martio alia *synodus Romana* habita sit, ea de qua agitur, pertinet ad an. CCCCXCVI. sulque II. Romana, sub Gelasio, non I. ut perperam hactenus conciliorum collectoribus appellata, & horum exemplo ab aliis.

EPISTOLA AVITI EPISCOPI VIENNENSIS, AD CLODOVEUM REGEM FRANCORUM.

De suscepta ab eo Christi fide, atque baptismo.

Avitus Viennensis episcopus Clodoveo regi.

VEstræ subtilitatis acrimoniam quorumcumque schismatum sectatores sententiis suis, variis opinione, diversis multitudine, vacuis veritate, Christiani nominis * visi sunt obumbratione velare. At dum status nostros æternitati committimus, dum quid recti unusquisque sentiat futuro examini reservamus, etiam in præsentibus interlucentis radius veritatis emicuit. Invenit quippe tempori nostro arbitrum quendam divina provisio: dum vobis eligitis, omnibus judicatis, vestra fides nostra victoria est. Solent plerique in hac eadem causa, si pro expetenda sanitate credendi, aut sacerdotum hortatu, aut quorumcumque sodalium suggestione moneantur, consuetudinem generis, & ritum paternæ observationis opponere. Ita saluti nocentem verecundiam præferentes, dum parentibus in incredulitatis custodia inutilem reverentiam servant, confitentur se quodammodo nescire quid eligant. Discedat igitur ab hac excusatione post talis facti miraculum noxius pudor. De toto priscæ originis stemmate sola nobilitate contenti, quidquid omnis potest fastigium generositatis ornare, prosapiæ vestræ a vobis voluistis exurgere. Habetis bonorum auctores, voluistis esse meliorum: respondetis proavis quod regnatis in sæculo: instituitis posteros quod regnatis in cœlo. Gaudeat ergo quidem Græcia, habere se principem legis nostræ: sed non jam quæ tanti muneris dono sola mereatur illustrari: quod non desit & reliquo orbi claritas sua. Siquidem & occiduis partibus in rege novo non novi jubaris lumen effulgurat. Cujus splendorem congrue redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut consequenter eo die ad salutem regenerari ex unda vos pareat, quo natum redemptioni suæ cœli dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis domini, sit & vestri; quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecrastis. Quid jam de ipsa gloriosissima regenerationis vestræ solennitate dicatur? cujus ministeriis etsi corporaliter non accessi, gaudiorum tamen communione non defui. Quandoquidem hoc quoque regionibus nostris divina pietas gratulationis adjecit, ut ante baptismum vestrum ad nos sublimissimæ humilitatis nuntius perveniret. Unde nos post hanc expectationem jam securos vestri sacra nox reperit. Conferebamus namque, nobiscumque tractabamus, quale esset illud, cum adunatorum numerus pontificum, manus sancti ambitione servitii membra regia undis vitalibus consoveret: cum se Dei servis inflecteret timendum gentibus caput: cum sub casside crines nutritos salutaris galea sacræ unctionis indueret: cum intermisso tegmine loricarum immaculati artus simili vestium candore fulgerent. Faciet, si quid creditis, regum florentissime, faciet inquam indumentorum ista mollities, ut vobis deinceps plus valeat rigor armorum: & quidquid felicitas usque huc præstitit, addet hinc sanctitas. Vellem vero præconiis vestris quiddam exhortationis annectere, si aliquid vel scientiam vestram, vel observantiam præteriret. Numquid fidem perfecto prædicabimus, quam ante perfectionem sine prædicatione vidistis? an forte humilitatem, quam jamdudum nobis devotionis impenditis, qui nunc primum professione debetis? an misericordiam, quam solutus a vobis adhuc super populus captivus gaudiis mundo insinuat, lacrymis Deo? Unum ergo quod vellemus augeri: ut quia Deus gentem vestram per vos ex toto suam faciet, ulterioribus quoque gentibus, quas in naturali adhuc ignorantia constitutas nulla pravorum dogmatum germina corruperunt, de bono thesauro vestri cordis fidei semina porrigatis, nec pudeat pigeatque etiam directis in rem legationibus adstruere partes Dei, qui tantum vestras erexit. Quatenus externi quoque populi paganorum, pro religionis vobis primitus imperio servituri, dum adhuc in alios videntur habere proprietatem, discernant potius gentem, quam principem. Nulla igitur patria quasi speciali sede sibi vindicet totis quos honorum gradibus attollitis: constat vos esse, quo communis uno solis jubare omnia perfruuntur: vicina quidem plus gaudent lumine, sed non carent remotiore fulgore. Quapropter radiate perpetuum præsentibus diademate, absentibus majestate. Successus felicium triumphorum, quos per vos regio illa gerit, cuncta concelebrant. Tangit etiam nos felicitas: quotiescumque illic pugnatis, vincimus. Inter hæc tamen catholicæ religionis affectum servat in vobis cura misserendi: & in apice rerum omnium gubernacula continente non

non minus eminet sanctitas, quam potestas. A Ex qua utique factum est, ut dirigi ad vos servi vestri, viri illustris, Laurentii filium principali oraculo juberetis: quod apud domnum meum, suæ quidem gentis regem, sed militem vestrum, obtinuisse me suggero. Nihil quippe est in quo servire non potest. Commendat directum. Congaudi misso, invidi vos visuro: cui minus computandum est ad utilitatem parenti proprio restitui, quam patri omnium præsentari.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Baptismum Clodovei regis annales Francorum assignant anno regni ejus XV. post victoriam Alamannicam. Is est juxta eram nostram annus Christi desinens CCCCXCVI. In natali enim domini exeunte anno baptizatum Avitus in hac epistola testatur. Triennio serius, sed more suo, Clodoveo baptismum statuit Sigebertus anno CCCCXCIX. omnia enim triennii fere spatio posterius narrare solet quam gesta sunt.

AMPLIORES EJUSDEM NOTÆ.

Ex edit. omnium operum Aviti anno 1642.

Clodoveo regi.) Francorum, ad quem Theodorici quoque regis Italiæ duplex apud Cassiodorum est epistola, libro II. variarum XLI. & lib. III. IV. sed utraque Luduinum vocat. Prior autem huic nostræ suppar, si tempus spectetur: scripta videlicet post victoriam Alamannicam, qua Clodoveo fidei Christianæ occasio fuit, & baptismi, cujus hic pompam Avitus elegantissime describit. Docet porro, quod hactenus ignorabamus, in vigilia Natalis Domini celebratum, non in vigilia paschæ, quod Hincmarus Remensis, falso sibi & rerum nostrarum scriptoribus persuaserat.

Græcia principem legis nostræ Anastasium imperatorem Christianum illum quidem, sed non satis orthodoxum; Romæ vero & in Italia rex Theodoricus, & in Gallia Visigothorum Alaricus, & Gundobadus Burgundionum, Ariani prorsus erant, iremque Suevi, & si qui alii in Hispania, in Germania autem, & in Britannia, adhuc pagani. Ut non injuriosi sint, qui post Clodoveum, qui primus omnium in ecclesia Catholicus rex fuit, regibus Francorum primum inter Christianos principes locum vel hoc nomine deberi asseverant.

v. 1. *Laurentii filium*, de quo iterum in duabus proximis epistolis. Hunc ad patrem redire cum cuperet Anastasius, Clodoveum intercessorem adhibuit, ut eum a Gundobado repeteret, apud quem captivus obses, ut reor, pro patre tenebatur.

EPISTOLA REMIGII

RHEMORUM EPISCOPI AD EUMDEM CLODOVEUM

Consolatoria in obitu Albofledis sororis ejus, quæ non multo post susceptum baptismum e vita migrarat.

Domino illustri meritis Clodoveo regi Remigius episcopus.

ANgit me, & satis angit, vestræ causa tristitiæ, quod gloriosæ memoriæ germana vestra transiit Albofledis. Sed consolari possumus, quia talis de hac luce discessit, ut recordatione magis suscipi debeat, quam lugeri. Illius enim vitæ fuit, quod assumpta credatur a domino, quæ a Deo electa migravit ad cœlos. Vivit vestræ fidei, etsi est conspectus desiderio recepta. Christus implevit, ut benedictionem virginitatis acciperet; quæ sacrata non est lugenda, quæ fragrat in conspectu domini flore virgineo: quo scilicet & corona tecta, quam pro virginitate suscepit. Absit ut a fidelibus lugeatur, quæ bonus Christi odor esse promeruit, ut per eum cui placet auxilium possit conferre poscentibus. Dominus meus, repelle de corde tuo tristitiam: animo rite composito regnum sagacius gubernate, erectiora sumentes studio serenitatis consilia. Læto corde membra consorta: mœroris torpore discusso acrius invigilabis ad salutem. Manet vobis regnum administrandum, & Deo auspice procurandum. Populorum caput estis, & regimen sustinetis. Acerbitate ne te videant in luctu affici, qui per te felicia videre consueverunt. Esto ipse tuæ animæ consolator, vigorem illius providentiæ continens ingenitæ, ne tristitia candorem tuæ menti subducat. De ejus præsente transitu, quæ choris est juncta virgineis, ut credo, rex gaudet in cœlo. Salutans gloriam vestram, commendo familiarem meum presbyterum Maccolum quem direxi. Quæso ut tanti habeatis ignoscere, quod qui occursum debui, exhortatoria destinare verba præsumpsi. Tamen per harum bajulum si jubetis ut vadam, contempta hiemis asperitate, frigore neglecto, itineris labore calcato, ad vos auxiliante domino pervenire contendam.

Greg. Turon. lib. II. hist. cap. 31.

CONCILIUM ROMANUM II.

QUO A GELASIO ET EPISCOPIS LV.

Misenus absolvitur anno domini CDXCV. III. Idus Maii.

REsidente in synodo venerabili viro papa Gelasio una cum Bonifacio, Maximino, Epiphanio, Basilio, Vitali, Claro, Irenæo, Decio, Asello, Euplo, Valentino, Martiniano, Basso, Benigno, Primitivo, Palladio, Uindemio, Constantio, Martyrio, Candido, Laurentio, Deodato, Mercurio, Stephano, Dulcitio, Fortunato, Paschasio, Sanctulo, Innocentio, Chrysogono, Colonico, Molensi, Maximiano, Valentino, Constantio, Gaudentio,

α Edidit Baronius cum varis lectionibus ex MS. Virdunensi, quas cum eo communicavit P. Fronto Ducæus. *Harduinus.*

β Si Concilium, in quo de libris apocryphis actum, anno tantum 496. habitum est, ut supra diximus ex Pagio, restat, ut hoc Concilium, in quo Misenus absolvitur, primum sub Gelasio dici debeat, illud secundum.

tio, Felice, Vitaliano, Petro, Sereno, Aucupio, Timotheo, Stephano, Laurentio, & Probo episcopis, residentibus etiam Castino, Laurentio, Canusio, Eugenio, Januario, Martiano, Gordiano, Petro, Urbico, Paulino, Valente, Petro, Asterio, Smaragdo, Bonifacio, Maxentio, Epiphanio, Justino, Felice, Redempto, Proiectitio, Callisto, Joanne, Valentino, Sebastiano, Martino, Epiphanio, Andrea, Servodei, Apelltone, Petro, Servando, Agapito, Abundantio, Marcellino, Litorio, Laurentio, Agathone, Sebastiano, Valentino, Anastasio, Genesio, Dionysio, Epiphanio Acontio, Paulino, Agapito, Adeodato, Benedicto, Dominico, Redempto, Severo, Juliano, Stephano, Crescentiano, Septimino, Cypriano, & Epiphanio presbyteris una cum Amandiano viro illustri, & Diogeniano viro spectabili: astantibus quoque diaconibus, Gelasius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Meminit dilectio vestra superiore conventu oblatum nobis a Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum: hunc eumdem, si placet dilectioni vestræ denuo recentendum, ut acta nostra contineant. Et quia aliud se quoque petitorium præ manibus habere profitetur, quid etiam in hoc contineatur, possumus agnoscere. Et adiecit: Miseni libellus denuo recitetur. Anastasius diaconus recitavit: Datum a famulo vestro Miseno die octavo Iduum Martiarum, Viatore v. c. consule. Quantum ad meæ pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quod merui ' ad causam pœnalem, quæcumque foret perduci.

* respicit

Quantum vero pertinet * ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt; ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici, Judæ prævaricatoris exemplo: & quia tanta est ineffabilis illa clementia, quæ apostolica potestate universum facinus possit absolvere. Hanc igitur solam in meo negotio, papa venerabilis, vocem miserandus effundo. Parce prostrato, porrige manum jacenti. Nullis ignorantiæ excusationibus nitor, nullas decipulas circumventionis obtendo: nec in quemquam calamitatis meæ studeo transferre discrimen: quia alios inculare non debeo, qui poscam clementer absolvi: quia licet mihi pro mea defensione nihil afferam, non ambigam tamen hæc omnia tuo judicio esse tractanda. Tantum quæso, ut superno numini obtequentes, quod pronuntiat per prophetam: *Nolo mortem morientis, donec revertatur & vivat:* vos potius cuncta quæ in persona mea gesta sunt, benigna consideratione * librantes, viaticum seni ' ægritudine & continua maceratione consumpto, ne sine ecclesiastica communione rapiar, non negetis, ex alterius casu experimentum meæ formidinis intuens: qui auxilium, etiam vobis conferre volentibus, non potuit indipisci. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum ' hoc ipso dignanter ostendite quod ' ad receptionis ecclesiæ superstes gratiam valui pervenire.

Ezech. 33.

* deliberantes.

Quo lecto, Gelasius episcopus dixit: Petitorium gesta retinebunt. Et adjecit: Ipse nunc Misenus adveniat, & petitorium quod obtulit, ipso præsente, recitetur. Cumque ingressus fuisset Misenus, prostratus in terram aliud petitorium obtulit, & rogavit ut susciperetur. Cumque susceptum fuisset, Gelasius episcopus dixit. Utraque petitoria quæ potulit, ipso quoque præsente, legantur. Iterum Anastasius diaconus recitavit: Datum a famulo vestro Miseno. VIII. Idus Martias, Flavio Viatore viro clarissimo consule.

Quantum ad meæ pertinet infelicitatis * abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quoniam merui ad pœnalem causam quæcumque sorte perduci. Quantum vero respicit ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Judæ prævaricatoris exemplo; & cetera quæ superius continentur. Item aliud petitorium recitat. Datum a famulo vestro Miseno sub die ' tertio Idus Martias, Flavio viatore viro clarissimo consule.

* obruptum

* quarto

Oblato primitus petitorio meo nihil aliud suppliciter exoravi, quam ut misericordia mihi sedis apostolicæ non in perpetuum negaretur: cujus mihi spem quoniam pro immensa Dei pietate, qua regitur, relucere jam sentio, magis magisque consentiam meam contagiis perfidorum, quæ infeliciter potius, quam studio, circumventus incideram, liberam purgatamque esse pronuntians, toto corde atque ore protestor sub divinæ contemplationis intuitu, me omnes quidem hæreses & quidquid immicum est catholicæ & apostolicæ fidei, communionisque sinceræ, prona mente refutare: tum præcipue Eutychianam hæresim cum suo scilicet auctore Eutychere & ejus sectatore Dioscoro, vel successoribus ejus atque communicatoribus Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctisque eorum complicibus & communicatoribus respuere, damnare, & anathematizare perpetuo, omnesque istos & hujusmodi horribiliter execrari, nec unquam me cum talibus ullum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium, sed ab his omnibus futurum prorsus alienum. Quorum pravitatem licet nunquam voluntate receperim, tamen me quia calamitatis impulsu minus cautus videor incidisse, sub conspectu Dei & beati Petri apostoli ejusque vicarii, ac totius ecclesiæ, mea (sicut dixi) ' professione voceque condemno, detestor, exhorreo, in sola me fide communioneque catholica & apostolica semper duraturum esse confirmans. Cui petitioni meæ manu mea subscripsi die tertio Iduum Martiarum, Viatore viro clarissimo consule. Hæc vestræ beatitudini in conventu venerandorum ' credidi meis manibus offerenda. Et alia manu: Ego Misenus huic petitioni meæ & a me oblatæ subscripsi, die & consule suprascripto.

* Confessione

* episcoporum

Gelasius episcopus dixit: Quæ lecta sunt, transcribantur. Et adjecit: Quid videtur fraternitati vestræ statuendum, vestri quoque consilii participatione desideramus agnoscere. Levaverunt se omnes episcopi & presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum vicies. Quod vobis Deus dedit in potestate, præstate: dictum duodecies. Hoc fac quod facit domnus Petrus: dictum decies. Ut indulgeas, rogamus: dictum novies. Cum denuo sedissent, Gelasius episcopus dixit: Sedes apostolica quidem, quæ Christo domino delegante

gante totius ecclesiæ retinet principatum, pro dispensatione curaque generali, quam vel pro fide Catholica, vel pro paternis canonibus regulisque majorum necessaria [5] semper circumspectione dependet, Misenum atque Vitalem, quos contra Eutychianæ pestilentiæ sectatores, vel contra eos qui talium se communione polluerant, suæ potestatis legatione suffultos ad orientem dudum sub sanctæ memoriæ decessore meo præsule destinarat, quod apostolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum adversum quos missi fuerant consortia recidissent, gestis synodalibus rerum discussione patefacta, communione pariter & honore merito jureque submovit.

Quibus tamen misericordiæ locum memor supernæ pietatis pro suo moderamine reservavit: & dum conditionem posuit ultionis, spem noluit propitiationis abscindi: sicque suam sententiam temperavit, ut istorum veniam cum illorum mallet salute provenire, quorum fuerant participatione decepti: ac potius præberent eis, quos suo firmaverant in pravitate consensu, & salubrem correctionis metum, & emendationis imitandæ consortium. Denique sic ipsa animadversionis verba librata sunt, ut se illi & cum istis [6] percussos adverterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse salvari. In quo utique & his non est in totum via præclusa remeandi; & illis, si mallent, per istos est oblata correctio, studiumque porrectum, quo possint meliore conatu præteritos compensare prolapsus, si favorem, quem prævaricatoribus facili voluntate detulerunt in reformationem catholicorum potius converterent sacerdotum.

Dictum est enim, tamdiu istos fore suspensos, donec auctore Deo, & adnisu catholicorum principum, vel populi Christiani, [7] Alexandrina catholicum sacerdotem recepisset ecclesia. Gratulandum scilicet crederetur, nullo modo Græcos non posse renuere quod viderent ab apostolica sede fuisse damnatum, facileque eos posse de istorum supplicio commoveri, ut nossent quid vitarent, & quid consequenter ambirent, [8] ac velle putarent resipiscendo magis sentire cum rectis, quam jugiter errare cum perfidis. Expectatumque diu est, ut his rationibus incitati contagia nefanda deponerent, [9] una cum apostolica sede consentiendo, sicut de eorum speratum fuerat voluntate; [10] nitentesque catholicis sacerdotibus revocandi studium potius commodarent: quo ipsi ad orthodoxam [11] recurrerent unitatem; & istis, qui illorum participes erroris extiterant, ministrarent præstitutæ receptionis effectum. Nec qua fieri potuit occasione cessatum est, quo competenter admoniti & sufficienter instructi, pariter pericula vitanda cognoscerent, ac patere sibi januam, si sinceris mentibus hanc petiissent, apostolicæ communionis adverterent.

Sed quia eo perventum est, ut hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ referrent contraria non haberent, differrent tamen hactenus adhibere consensum; illorum quidem difficultatibus paternum quemdam debemus pii doloris affectum, deprecantes omnipotentiam Dei nostri, quæ sola quamvis devias in veritatis viam potest convertere voluntates, ut eisdem suæ propitiationis operatione mirabili spiritum resipiscentiæ & efficaciam correctionis dignanter infundat. Quæ donec (sicut de ejus virtute confidimus) divina placatione proveniant, hunc interim qui supplicat desiderabiliter expetentem nullatenus perire patiamur: ut cujus non sunt orientales dejectione perterriti, ne in errore persisterent, saltem curatione provocentur, ut redeant ad salutem; præcipue cum dispositionis sedis apostolicæ clementiam tenor comitetur ipse dictorum, neque prolata sibi repugnare constitutio judicetur. Definitum quippe est (ut superius jam prædictum est) eos de quibus agimus catenus debere suspendi, donec auctore Deo, & præfatis annitentibus, Alexandrina catholicum receperit ecclesia sacerdotem: non abrupte & sine exceptione propositum est, sed ea ratione depromptum est, qua non sive illis annitentibus, sive non annitentibus, indifferenter videretur infixa sententia: ideoque sub quo tenore librata conditio est, eodem non existente, necessitatem suæ professionis absolvit. Quod enim cum annisu prædictorum pronuntiatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse, manifestum est. Sed cum eorum etiam faciendum memoratur annisu, satis evidenter ostensum est, quod sine hoc non posset impleri. Licet ergo illi, quorum deesse probatur annisus, de sua sint obstinatione miserandi, tamen quia deest, sicut sine eo effici non potest quod cum eodem effici posse præsumptum est; ita desistentibus causis, per quas hic articulus veniret ad terminum, insolubiliter non retinet obligatum.

Quapropter lata sententia non existentibus per quæ possit usque ad sui exitum deputatam tenere mensuram, his consulendi, & his qui arctati tenebantur, tribuet libertatem. Et apostolica quidem sedes (ut sæpe repetendum est) æstimans orientales nullo modo non posse respuere quod sedes apostolica refutasset, eosque saluti propriæ & apostolicæ communioni nullius præferre posse personam, hæc de eorum mentibus melius æstimarat. Sed quod iterum non tacendum est, dolenda pernicies non velut improvidam bene de orientalibus sentientem potest opinionem magis apostolicæ sedis arguere, quam suæ pervicaciæ potius deputare, quod oblatum sibi tramitem propriæ redintegrationis secuta non fuerit: nec ideo tamen aliis debet medicinalem desiderantibus impedire per suam pervicaciam facultatem. Tunc enim dicta sunt de Græcorum contensione fidenter, quia & simul beati Petri societatem quibuslibet videbantur præponere posse personis, & qui extiterunt ante catholici, æstimabantur consensuri facile veritati, atque ideo cujusliber hominis affectum in desideriis apostolicæ communionis non posse præponere? quæ cum nondum susceperint per quas hic ordo decurreret voluntates; id quod per eas fieri posse præsumptum est, cernitur absolutum; quoniam * cum desunt qui perficiant, nullus provenire potest effectus: imo cum iidem ipsi, per quos judicabatur esse faciendum, ne efficiatur obsistant: qui si in hac sunt (quod absit) obstinatione mansuri: resoluta conditio est illius rei, quæ eorum studiis fiducialiter censebatur impleri.

Sin vero (sicut potius optamus) fuerint ad meliora conversi, ne inter hæc interim qui misericordiam postulat, vel ætate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit interciri, dum super istis est consulendum, ne defuncto jam nullum possit remedium subrogari; quippe cum dictum sit, sive illis annitentibus, sive etiam

* si desint per quos id efficiant.

fortassis invitis, sed cum eorum magis annisu quod promulgatum fuerat posse constare: sicut igitur cum illis annitentibus nullatenus pace * fixa perdurant: hoc etiam tenore beatus Paulus apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum se ad Hispanias promisisset iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere: quantum ad divini secreta consilii, quæ ut homo omnia non potuit licet Spiritu plenus agnoscere, superna præte mittit dispositione præventus. Nec quia beatus Petrus apostolus pro affectu divinæ reverentiæ ipsi domino respondit: *Non lavabis mihi pedes in æternum*; fefellisse (quod absit) aut in sua putabitur minime constitisse sententia, quod mox eidem divinæ cesserit voluntati: & quod [12] se dixerit non esse facturum, causis adstrictus humanæ salutis expeteret prona voluntate faciendum.

* pizfixa

Joan. 13.

Idcirco [13] illa non accedente via, qua eorum fuerat reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, qua subveniatur, oribus subveniendum esse decretum est: maxime cum Miseno ex quolibet excessu vel qualibet prævaricationis pœna sufficiat, quæ usque eo tractata est, [14] ut sola considerationis humanæ suprema consideratione laxetur, remittendaque punitio sit, quæ non habet ultra quo crescat. Quia cum nulli animæ Deus omnipotens & misericors per ecclesiasticam pietatem quærenti noluerit remedium denegari; non dubium est, hoc ipso audore Deo, & divina compunctione prodire, ut tunc de eius receptione tractetur, quando ea non protelanda quoque necessitas compellat impendi: nostro præterea salvatore B. Petro apostolo præ ceteris delegante: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata in cœlis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis*: sicut & his verbis nihil constat exceptum, sic per apostolicæ dispensationis officium & totum possit generaliter alligari, & totum consequenter absolvi. Præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat apostolicæ miserationis exemplum, ut absolutione damnati, si resipiscant universi, & ab errore se retrahant, atque ad apostolicæ communionis sinceram redeant * unitatem, vinculis se damnationis illius, quam universaliter merito prævaricatores exceperant, non ambigant exuendos.

Matth. 16.

* puritatem.

Neque enim qui longe positos ad integram fidem curare nitimur, revertentes in præsenti supplices refutare debemus: ubi solicite præcavendum est, ne conscientiæ detrimentum negantes, [15] usque ad extremum * peccati materiam (quod absit) [16] nullatenus incidamus: censuræque veritatis etiam circa supplices, sine fine persistens, transeat in reatum. Proinde quantum, præmonente domino, possibilitatis humanæ desideranti remedia præbeamus, [a] totum quod supra nostræ facultatis est modulum divino judicio relinquentes, non autem nobis poterunt imputare, cur prævaricationis offensam viventibus remittamus; quod ecclesiæ Deo largiente, possibile est: qui nos etiam mortuis veniam præstare deposcunt: quod nobis possibile non esse, manifestum est: quia cum dictum sit, *Quæ ligaveritis super terram*, quos ergo non esse jam constat super terram, non humano, sed suo judicio reservavit: nec audet ecclesia sibimet vendicare, quod ipsis beatis apostolis conspiciat non fuisse concessum: quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum.

* peccati

Matth. 16.

Tulerit Vitalis sortem divini judicii, cui etiam, cum magnopere velleimus, non potuit subveniri: huic saltem prosint, dum copia viventis admittat, in remediis assequendis alterius experimenta repente subtracti. Cumque scriptum noverimus: *Unus assumetur, & unus relinquetur*: hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differenda sanandi, qui hoc ipso recipiendus divinitus indicatur, cum illi supervivit, [17] qui ad hæc non meruit pervenire: & quoddam de utroque cœlestis judicii refulget examen; ostenditurque nobis evidentius in duobus, in quo fuerit causa sine venia, & [18] in quo sit quæ indulgentia carere non debeat: atque ideo quam ipse quoque si superstes competenter Acacius expetisset, potuerat obtinere, (quippe de quo sic positum est, insolubilem fore, ut non diceretur: Etiamsi forte corrigeret) multo magis huic qui communione ejus infectus est, implorantibus benigniter, pietatis est apostolicæ non negare.

Luc. 17.

Professus ergo Misenus regulariter se omnes hæreses, Eutychianam præcipue cum Eutyche, Dioscoro, Timotheo Ælluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petroque Antiocheno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus & communicatoribus detestari, eosque anathemate ferire perpetuo, communionis apostolicæ, & sacerdotalis gratiam, quam catholica traditione percepit, recipiet dignitatis. Omnes episcopi & presbyteri surgentes in synodo acclamaverunt: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum quindecies. Domine Petre, tu illum serva: dictum duodecies. Cujus sedem & annos: dictum septies. [19] Vicarium Christi te videmus, dictum sexies. Cujus sedem & annos: dictum septies trigesies.

Misenus absolutus.

Sixtus notarius sanctæ Romanæ ecclesiæ jussu domini mei beatissimi papæ Gelasii ex scrinio edidi die [20] tertio Idus Mai, Flavio Viatore viro clarissimo consule. *

* Anno Chr. 495.

Nota Severini Binii.

a *Consilium.*) Cum Vitalis & Misenus apostolicæ sedis legati, per Zenonem imperatorem inducti Acacio communicassent, & Petri Moggi Alexandrinæ ecclesiæ invasoris nomen in dipty his publice recitari sine contradictione audivissent, ideoque justo judicio a Felice papa in synodali patrum consessu excommunicati fuissent; tandem post intervallum undecim annorum, postque Vitalem in excommunicatione defunctum, Misenus gratia Dei adjutus, ad mentem rediit; suamque delictum plurimum detestatur, ad pœnitentiam & ecclesiæ unitatem recipi postulavit. Indicto igitur hac de causa concilio, post causæ cognitionem magno omnium applausu humeris pastorum impositus ad ovile Christi, unde annis prope undecim aberraverat, vicissim reductus fuit. Habitum est hoc synodale judicium in basilica sancti Petri, anno Christi 495. tertio Idus Mai, sub consulatu viri clarissimi Flavii Viatoris, qui est Gelasii 4. & Anastasii imperatoris annus imperii 5. Acta hujus concilii per Dionysium Exiguum translata fuerunt. Ea quæ ex Vaticana bibliotheca accepta sunt, atque etiamnum tomo 1 epistol. pontif. recitantur, nonnihil mendosa sunt, & fide carent. Quæ vero ex codice

Misenus resipuit.

Causa & locus concilii.

Acta concilii

[a] Hic locus integer, usque ad ea verba, *alta defunctorum*, citatur a Vigilio Papa, in constituto an. 553. *Harduinus*.

dice Virdunensi per Frontonem Ducæum societatis Jesu professorem edidit illustrissimus cardinalis Baronius, anno 495. integriora sunt & magis emendata. Quæ Romano exemplari collata, in pristinum fere candorem omnino restituta, hic infra post notas nostras tibi benevole lector exhibemus.

Variæ lectiones Frontonis Ducæi, S. J.

1 *Ad causam paulum quamumque foret.*) Manuscriptus habuit, *ad causam paulum quacumque forte perduci*. Eodemque modo legitur paulo post in hoc ipso concilio.

2 *Ægritudine & continua.*) Ægritudine continua & maceratione.

3 *Hoc ipso diguanter ostendite.*) Hoc ipsum indignanter ostendit, quod.

4 *Ad receptionis ecclesiastica.*) Hoc ipsum, inquit, me ostendit immerito fuisse calamitate oppressum, quod non ut Vitalis ex hac vita subductus sum prius, quam communioni catholicæ possem restitui. Unde subjicit paulo post Gelasius. *Hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differenda sanandi, qui in hoc recipiendus divinitus indicatur.*

5 *Semper circumspectione dependet;*) Semper circumspectione dependit.

6 *Percussos adverterent.*) Percussos adverterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse salvari.

7 *Alexandrino catholicum.*) Alexandrinæ catholico sacerdote cœpisset ecclesia graviari, ut scilicet crederetur.

8 *Ac valle putarent.*) Ac valle putarentur resipiscendo.

9 *Una cum apostolica sede.*) Ut cum apostolica sede.

10 *Nitentesque catholicis.*) Nitentes catholicis.

11 *Recurrerent unitatem.*) Recurrerent veritatem.

12 *Se dixerit non esse.*) Se dixerat non esse facturum.

13 *Illa non accedente via.*) Illa non faciente via, *forte legendum*, favente.

14 *Ut sola considerationis.*) Ut sola conditionis humanæ.

15 *Usque ad extremum peccati.*) Usque ad extremum peccati materiam.

16 *Nullatenus incidamur.*) Ullatenus incidamus, censuræque severitas etiam circa.

17 *Qui ad hoc non meruit.*) Qui ad hoc non meruit.

18 *In quo sit, quæ indulgentia.*) Quo indulgentia, *forte legendum*, quo indulgentia carere non debet: atque adeo quod ipse quoque.

19 *Vicarium Christi te videmus.*) Vicarium Christi te videmus: dictum undecies. Apostolum Petrum te videmus: dictum sexies. Cujus sedem.

20 *Tertio Idus Mart.*) Idus Martii.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Habitum Anno CCCCXCVI.

Ex nova Baluzii Collectione

IStius quoque conventus memoriam debemus illisdem Victori & auctori libelli synodici. Ajunt ergo Anastasium, cum factus esset Imperator, hæreticorum synodum congregasse apud Constantinopolim, in eaque confirmatum fuisse henoticum Zenonis, & Euphemium Episcopum Constantinopolitanum Chalcedonensis Concilii defensorem depositum, & Macedonium in ea sede restitutum. Addunt autem eumdem Euphemium ab Imperatore Euchaida ultra Armeniam in exilium missum fuisse.

VITA
EPISTOLÆ, ET DECRETA
ANASTASII PAPÆ II.
Ex Libro Pontificali.

Dantur variantes ex Cod. 490. Lucca

[a] ANastasius natione Romanus, ex patre Petro, de regione quinta Caput tauri, [b] sedit anno uno, mensibus undecim, diebus 24. [c] Hic fuit temporibus Theodorici regis. Hic fecit confessionem B. Laurentii martyris ex argento, pensante libras [*] 80. [d] Eodem tempore multi clerici & presbyteri se a communione ipsius [*] erexerunt, eo quod communicasset sine consilio episcoporum vel presbyterorum vel cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ diacono Thessalonicensi nomine Photino, qui communis erat Acacio, & [e] quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit. Qui [f] nutu divino percussus est. Hic fecit ordinationem unam (*a*) in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, episcopos per diversa loca numero 16. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, XIII. Kalendas Decembris. Et cessavit episcopatus dies quatuor.

[*] 100.

[*] eruerunt, vel ejecerunt,

(*a*) *In urbe Roma* deest.

Notæ Severini Binii.

a *Anastasius.*) Sub consulatu Pauli, (non, ut habet Marcellinus in chronico, Joannis Scythæ & Paulini) anno Domini 496 28. Novembris post interregnum 7. dierum Anastasius Gelasio pontifici subrogatus fuit. Exordio pontificatus sui ad Anastasium imperatorem ab hæresi ad meliorem mentem avocandum, Germanum Capuanum & Crescionium Tridentinum episcopos ablegavit cum epistola ad imperatorem scripta, qua petebat, ut nomen Acacii Constantinopolitani ex diptychis plane expungeretur, ut infra in notis ejusdem epistolæ dicemus. Falsum itaque & erroneum esse liquidissime constat, quod errantem pontificalis libri auctorem secuti, vulgant hæretici; quasi damnatæ memoriæ schismaticum antistitem Constantinopolitanum Acacium, a Felice tertio & Gelasio jam ante prædamnatum, multisque ante præteritis annis tempore Felicis papæ, ut ibidem ex Liberato annotavimus, defunctum, beatissimus pontifex Anastasius in sedem suam revocare, aut saltem nomen ejus sacris diptychis restituere voluerit. Quod de inita cum Photino communione, deque approbatione baptismi & ordinationum Acacii, in hoc pontifice redarguunt, ineptum & calumnis plenissimum esse

Quo tempore Anastasius sit creatus papa *a*

Anastasium calumniantur hæretici

Secunda calumnia hæreticorum Anastasio obiecta

esse infra patebit. Apocrisiarii ecclesiæ Alexandrinæ supradictis legatis sedis apostolicæ de sua fide libellum obtulerunt, ut Romanæ ecclesiæ communion m sufficerent; sed cum tota sua contestione nullam Chalcedonensis concilii mentionem facerent, illud frustra conati fuerunt. Festus senator Romanus, hoc tempore propites quasdam necessitates civiles Constantinopolim ablegatus, favore imperatoris Anastasii impetravit, ut sacra SS. apostolorum Petri & Pauli memoria, a schismaticis hactenus aliquandiu neglecta, honorificentius & splendidius celebraretur. Pro qua re, ut gratiam parem redenderet, imperatori, *clavculo pollicitus est*, inquit Theodor. Lector coll. lib. 2. *persuasurum se Romano pontifici, ut concordiæ Zenonis subscriberet*. Sed accidit, mira erga ecclesiam Dei providentia, *quod cum Romam venisset, Anastasium episcopum mortuum reperisset*. Ex quibus satis apparet Anastasium papam, antequam a Festo de perfidia tentaretur, integrum atque sincerum in catholica fide decessisse. Et quanquam Justinianus imperator, epistola ad Hormisdam, manifeste significet, pontificem cum Anastasio imperatore aliisque Acacianæ schismatis defensoribus communicasse; tamen ipsius Symmachi papæ litera apologetica satis declarant, Anastasium pontificem nullam cum imperatore Anastasio concordiam inisse, sed magis illum execratum esse. Verba Symmachi papæ ad imperatorem hæc sunt: *Dicis quod mecum senatu conspirante excommunicaverim te. Ipsa quidem ego, sed rationabiliter factum a decessoribus meis pro audio consequor*. Quæ profecto tam libere de prædecessoribus affirmare ausus non fuisset, nisi papæ fides sincera, atque in ea tuenda sacerdotalis constantia in omnibus probata fuisset. Vide plura hac de re infra. Hæc ex Theod. Lectore & epist. Anastasii Baronius anno 497.

Festus senator dat caulam schismati Laurentiano.

An Anastasius papa cum Acacianis vel Acephalis communicarit.

b *Sedit anno uno, mensibus undecim, diebus 24.*) A consulatu Pauli usque ad Paulinum & Joannis Scytha.

c *Hic fuit temporibus Theodorici regis.*) Anno quarto regni illius pontificatum adeptus, tenuit eum usque in annum eiusdem Theodorici sextum, qui est Christi 498. cuius mense Novembri vita simul ac pontificatu Anastasius papa defunctus fuit.

d *Eodem tempore multi clerici & presbyteri.*) Hæc contra Anastasium schismatis Laurentiani sectatores sparserunt, hac occasione: Leo papa epistolam ab interpretibus corruptam, a Photino Thessalonicensis ecclesiæ diacono restitui, atque ex prototypo archivo Romanæ ecclesiæ accepto, in pristinam integritatem transferri & emendari ex officio petierat. Quod cum Photinus, ut ex libello legatorum Alexandrinorum patet, infra præstitisset; acceptum est ab adversariis, quasi cum Acacianis communicasset. Gloriantur nostri temporis hæretici, Anastasium de errore ac perfidia convictum, quod sine consilio episcoporum, cum Photino aliisque Acacianæ sectæ fautoribus communicarit. sed quam inepte & nimis præpropere, nemo non videt: potuit enim resipiscentem sine ullius concilii auctoritate ab excommunicatione absolvisse, & citra ullum peccati periculum, cum eodem communicasse: imo si operam i lam tori ecclesiæ necessariam ab excommunicato & plane schismatico requisivisset, non modo fidem amisisset, sed neque ullam anathematis sententiam eo ipso incurrisset. Vide Bellarm. lib. 4. de Romanis pontificibus cap. 10. Baronius prædicto anno 479. num. 27. emendatores decretti Gratiani in notis ad canonem Anastasius dist. 19. Covarruvias tom. 2. lib. 4. variarum resol. cap. 13. hæc conficta omnino esse probant, hoc potissimum argumento, quod Acacius (sicut Nicephor. lib. 16. cap. 12. Evagrius lib. 3. cap. 18 & sequentibus testantur) tempore Felicis III. obierit, quodque ipse Anastasius cap. 1. epistola sua ad imperatorem Anastasium, Acacium iam mortuum & ante judicem Christum una cum Felice adstare scripserit. Quod quidem de non revocato per Anastasium Acacio certissimum est, sed de Photini communicatione non ita constanter affirmari potest; cum ex libello Alexandrinorum, quem hic subjicimus, contrarium non obscure colligatur.

Qua occasione sparsum fuerit Anastasium cum Acacianis communicasse.

An calumnia plane conficta sit?

e *Quia voluit occulte revocare Acacium.*) Neque nomen Acacii ad sacras diptychas, neque ipsum Acacium ad sedem Constantinopolitanam revocari voluisse, indicat sequens epistola Anastasii pontificis, qua nomen defuncti plane deleri ac tolli rogavit.

f *Nuum divino percussus est.*) Anastasium morbo divinitus immisso extinctum esse, ideo quod baptismum & sacros ordines ab * amico collatos epistola sequenti approbaverit spargunt hæretici; sed more suo, per calumnias, mendacia, ac fabulas. Quod enim de Anastasio imperatore hæretico circa hæc tempora fulmine percusso feribunt in eius vita Beda, Cedrenus, Zonaras, & Paulus diaconus; hoc illi, nullo alio præterquam unius mendosi bibliothecarii auctoritate freti, in caput Anastasii conticia retorquere non verentur. Vide Bellarm. prædicto loco, Sanderum de visibili monarchia ecclesiæ: Hosium lib. 2. prop. doct. catholic.

* Acacio

De obitu Anastasii tertia calumnia hæreticorum.

EPISTOLA I ANASTASII PAPÆ II.

AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

I. *Quod pro Christo fungatur legatione, dum pro pace precatur ecclesiæ.*

II. *Quod non sit temere judicandum de his qui ad dominum migraverunt.*

III. *Ut specialiter in ecclesia nomen taceatur Acacii.*

IV. *Quod magnopere contentio sit cavenda.*

B V. *Ut Alexandrinos imperator admoneat ad fidem sinceram, & ad pacem redire catholicam.*

VI. *Admonetur imperator, ut constitutis apostolicæ sedis obtemperet.*

VII. *Quod eos, quos post damnationem suam vel baptizavit vel ordinavit Acacius, nulla portio lessionis attingat.*

VIII. *Quod mali, bona ministrando, sibi tantummodo nocent, nec ecclesiæ sacramenta commaculent.*

Gloriosissimo & (a) clementissimo filio Anastasio Augusto, Anastasius episcopus.

C EXordium pontificatus mei, primitus oblata populis pace, * pronuntio, (a) & consequenter pro fide catholica humilis pietati tuæ precator occurro: in quo primum mihi divinum favorem propinquasse confido, quod nunc consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium præstat auxilium, ut sicut præcelsum vocabulum pietatis tuæ per universas gentes toto orbo præfulget, ita per ministerium humilitatis meæ, sicut semper est, sedes B. Petri in universali ecclesia assignatum sibi a domino Deo teneat principatum. Nec propter * unum mortuum, diutius tunica illa (b) * salvatoris, desuper contexta per totum, malæ sortis patiatur (c) incertum, quæ sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tua præcipue rempublicam gubernante. Cui etiam D in privata vita tantum circa * sinceræ religionis studium fuit, ut (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes præfixas a sanctis patribus regulas ecclesiæ custodisse dicatur. Quod sanctum studium cum majestate imperii crevisse confidimus.

Contili cum MS Cod. 135. Lucc. Mansi. * pronunciant

* Acacium CP Epist.

* salutaris

* sinceram religionem

I.

Legatione itaque fungimur pro Christo, * (d) nec eos propter offensionem vel scandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illum judicem latere non possunt, in cujus jam sunt judicio constituti. Nec illic se potest interserere in corpore mortali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solum confessio E facit aperta merita singulorum, sed etiam silentii ipsius non potest latere secretum. b Namque & prædecessor noster papa Felix, & etiam Acacius, illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto judice non potest perdere sui meriti qualitatem.

* ne

II.

Itaque monente nos beatissimo Paulo apostolo, ne quod sit in hoc offendiculum in ecclesia,

(a) *excellentissimo.* (b) Deest *&*. (c) *salutaris.* (d) *incessum* (e) *ne.*

clesia, dum, quod facere non possumus, de his, qui jam transierunt, judicare conemur, observandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Deum sclum pertinentibus judicare præsumunt: *Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, domino vivimus: sive morimur, domino morimur, sive ergo vivimus, sive morimur, domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut & vivorum & mortuorum dominetur: Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Monet igitur B. apostolus, ne de his nobis præsumamus judicium, de quibus nemo potest melius vel verius judicare, quam Deus: nec sibi in hoc * (a) quispiam temerarius ausus usurpet, * & propter hoc pax atque unitas ecclesiæ dissipetur. Nam & in Regnorum libro dicitur: *Non quomodo videt homo, videt & Deus: quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Item in Paralipomenon libro 1. *Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, & servi illis in corde perfecto & animo volente, quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem novit.* Item in Ezechiele: *Hæc dicit dominus Deus: Sic dixistis domus Israel, & cogitationes * spiritus vestri ego novi.* Unde & de domino judice dicitur in evangelio: *Sciens autem Jesus cogitationes eorum dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?*

Rom. 14. * quippiam temerarius * ut 1. Reg. 16. 2. Par. 28. Ezech. 11 * cordis Matth. 9.

III.

Precamur itaque clementiam vestram, ut specialiter nomen taceatur Acacii, ut quod multis ex causis scandalum vel offendiculum (b) ecclesiæ concitavit, speciali appellatione taceatur, cum (sicut diximus) in generalitate sacerdotum, uniuscujusque meritum illum judicem latere non possit, qui novit quid cuique tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos vero excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Germano, fratribus & coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacii qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialius recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas defuisse videatur: ut pro divina sapientia vestra perspicue videre possitis, non superbia vel elatione, sedis apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis (quantum nos extra illud judicium, quod solum falli non potest, æstimamus) zelo magis divinitatis extortam.

IV

Nos vero humiliter supplicantes, controversiam in ecclesia remanere nolumus, cum magis vitanda contentio sit, dicitur in Proverbiis: *Odium suscitat * contentio. Omnes autem qui non contendunt, protegit amicitia.* Nam & Apostolus ad Corinthios: *Cum enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Item ad Philippenses: *Si qua ergo consolatio in Christo, si qua allocutio caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idipsum dicatis omnes, eamdem caritatem habentes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes semetipsis superiores, non sua singuli respicientes, sed aliorum.*

Prov. 10. * contentionem 1. Cor. 3 Philipp. 2. * solatium

V.

Hoc tamen præcipue insinuo serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili Auguste, ut cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione catholica, secundum diffinita patrum, & prædicationem omnium sacerdotum qui in ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendo renovabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia vel * (c) pravitatis audiatur.

* pravitas

VI.

Illud vero peculiarius pro amore imperii vestri & beatitudine, quæ * consequi poterit * regnum, pro apostolico officio prædicamus, ut (sicut decet, & Spiritus sanctus dictat) monitis nostris obedientia præbeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur: *Si audieris vocem domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipso, & obedieris præceptis ejus, & custodieris omnem justitiam ejus; omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis non importabo in te: ego enim dominus sum, qui salvum facio te.* Et illic iterum tuba potentissima canitur: *Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus postulat a te aliud, quam ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & servias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, custodire præcepta domini Dei tui, & justitias ejus, quas ego mando tibi?* Hæc me suggerentem frequentius non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens domini in evangelio verba: *Qui audit vos, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum, qui me misit.* Nam apostolus, concinens salvatori nostro, ita loquitur: *Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum suum in nobis.* Pectus clementiæ vestræ, sacrarium est publicæ felicitatis, ut per * præstantiam vestram, quam velut vicarium Deus præsidere jussit in terris, evangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia * (d) resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur.

* vestrum * regimen. Iiid. Exod. 15. Deut. 10. Luc. 10. 1. Thess. 4. * instantiam * resistatur.

VII.

Nam secundum ecclesiæ catholicæ consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive Levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus

Distinct. 19. Secundum ecclesiæ catholicæ.

(a) quippiam temerius (manus æque antiqua emendat temerarius) (b) ecclesiæ.
(c) pravitas. (d) resistatur.

minus firma videatur. Nam & baptismum quod procul sit ab ecclesia, sive ab adultero, vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum: quia vox illa, quæ per columbam sonuit, omnem maculam humanæ pollutionis, excludit, qua declaratur ac dicitur: *Hic est qui baptizat* * (a) *Spiritu sancto & igne*. Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla (b) ministri indignitate constringitur. Nam & Judas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per * indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce: *Scribæ* (inquit) *& Pharisæi super cathedram Moysis sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim & non faciunt*. Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister (c) officio suo videtur operari, hoc totum (d) contineri * implente divinitatis * effectu, ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. (e) A Deo autem non quæritur, quis vel qualis prædicet, (f) ut invidos etiam bene prædicare Christum confirmet, quo malo diabolus ipse dejectus est, & hoc ipse prædicare non desinit.

Marc. 3. Luc. 3. * in

Joan. 12.

* in-plus.

Matth. 23.

* implendo * effectum,

1 Cor. 3.

Philip. 1.

VIII.

Ideo ergo & (g) ipse Acacius, cujus nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, (h) ei autem obfuit. Quod * cum [1] ita sit, aliquorum [1] tantum se extendit curiosa suspicio, ut imaginentur, prolato a papa Felice judicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse: ac * perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint, in (i) hac quoque parte similiter tractatum prævalere superiorem, quia non sine usurpatione (k) nominis sacerdotii, adjudicatus hoc egit: in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica canitur: *Verumtamen Deus* (l) *conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis*. Nam superbia semper sibi, non aliis, facit ruinam: quod universa scripturarum cælestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur a propheta: *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam*. Unde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflictus est: quia non populus, * qui in (m) ministeriis donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, quæ peccaverat, justo judicio propria culpæ erat obnoxia: quod ubique numerosa scripturarum testatur instructio. Unde remotis hominum studiis sive versutiis, in hac adhuc præsenti fragilitate positorum, secundum preces nostras annisu & auctoritate imperiali (n) offerre Deo nostro unam catholicam ecclesiam & apostolicam: quia hoc solum est, in quo non solum in terris, sed etiam in cœlo triumphare * (o) * sine fine possitis. *Subscriptio*: Omnipotens Deus regnum & salutem tuam perpetua protectione custodiat gloriosissime & clementissime semper Auguste.

* ut et,

* proinde

Psal. 87.

Psal. 100.

* mysteriis

Notæ Severini Binii.

a *Epistola*.) Hanc epistolam Anastasius pontifex per Germanum & Crescionium episcopos apostolicæ sedis legatos, Constantinopolim transmisit ad Anastasium imperatorem hæreticum, ut eum ad meliorem frugem revocaret. In proposito plissimo pontifex optimus nihil effecit. Imperator detentis dolose Constantinopoli legatis, per fraudem ac dolum magno conatu elaboravit ut ipsum Romanum pontificem ad subscribendum Zenonis henotico induceret. Usus est hac in re opera Festi senatoris: quo eventu, supra dixi in notis ad vitam Anastasii.

Quo fine scripta.

Anastasius Acacium sæ sedis tempore e vivis excessisse agnovit.

b *Namque & prædecessor noster papa Felix, & etiam Acacius illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto judice non potest perdere sui meriti qualitatem*.) Hoc loco manifeste indicat Anastasius papa, Acacium dia ante hæc tempora e vivis excessisse. Dubium itaque nullum est, quin mendosum sit & erroneum quod auctor pontificalis scribit supra in eius vita, ipsum de revocando occulte Acacio plurimum elaborasse, ideoque nutu divino percussum esse.

c *Ut specialiter nomen taceatur Acacii*.) Nomen Acacii e sacris diptychis expungi rogat, tantum abest ut auctorem schismatis ad sedem revocari voluerit. Auctoritate hujus loci Justinus imperator ad Hormisdam scribens, ait: *Anastasius religiosissimæ memoriæ, vestra culmen ecclesiæ, palam aperteque constituit, cum hac idem negotium scriberet decessori nostro, satis esse pacem effectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestra sedis constituta sequitur, qui non omnes memoriæ mortuorum judicat contemnendas*. Quibus verbis insinuat, pontificem in illud inclinasse, ut nomine Acacii tantum sublato, aliorum schismaticorum non expungerentur. Erat imperator Justinus. Etsi enim hic solius Acacii mentio fiat, de ceteris tamen cum Acacii nomine communicantibus nequidquam decrevit; sed hoc tantum suggessit, se recepturum eos quos Acacius baptizavit, vel ordinavit. Quod apostolica auctoritate dispensando fieri posse cognovit, cum sciret Gelasium papam, se idem præstituram pollicitum esse. Nullam vero concordiam cum Anastasio imperatore iniisse ejusdem nominis pontificem, ea quæ supra ex apologeticis literis Symmachi papæ adduxi evidenter ostendunt. Baronius anno 497. numero 25. & 26.

Nomen Acacii e diptychis expungi rogat.

d *Nullum de his vel quos baptizavit Acacius*.) Baptismi & ordinis sacramenta ab Acacio administrata rata esse & valida, ideoque nullo modo iteranda decernit; idque apostolicæ traditioni convenientissime constituit, ut patet ex iis quæ supra diximus in notis can. apost. 46. & 47. multorumque conciliorum hac de causa in Africa sub Stephano papa habitorum. Unde quod Gratianus dist. 19. cap. 7. & 8. dicit: *Illicite & non canonice, sed contra decreta prædecessorum & successorum suorum hæc rescripta dedisse*. ordinatosque ab Acacio licite suos ordines usurpasse & administrasse, optimo jure ab emendatoribus Gratiani ibidem reprehenditur. Non enim sensit Anastasius ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam acceptis officiis rite fungi potuisse; sed tantum firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam. Vide emendatores decreti præallegato loco.

Justinus imperator refellitur.

Gratianus reprehenditur.

II. AD

1 Ms. *Quod qui est*, mendose: forte, *quod quoniam est*. Harduinus.

(a) *in Spiritu &c.* (b) *ministerii.*
(c) *pro officio.* (d) *continere implendo divinitatis effectum.* (e) *adeo.*
(f) *sed quem prædicet, ut &c.* (g) *hic cujus nomen &c.* (h) Deest *et autem obfuit*; ac pergit: *quod si & aliquorum in tantum &c.* (i) *hanc quoque partem.*
(k) Deest *nominis* (l) *conquassavit.* (m) *mysteriis.* (n) *offerre.*
(o) *sine fine possitis.*

II. AD CLODOVEUM REGEM

Francorum Christianissimum.

Gratulatur quod recens nomen Christo dederit.

Clodoveo Anastasius episcopus *

* Ex Rhedis R. P. Hier. Vignerii tom. v Spicilegii p. 182

TUum, gloriose fili, in Christiana fide cum exordio nostro in pontificatu contigisse gratulamur *. Quippe sedes Petri in tanta occasione non potest non lætari cum plenitudinem gentium intuetur ad eam veloci gradu concurrere & per temporum spatia repleri sagenam, quam in altum jussus est mittere idem piscator hominum & cœlestis Jerusalem beatus claviger. Quod serenitati tuæ insinuare voluimus per humerium presbyterum, ut cum audiveris lætitiam patris in bonis operibus; impleas gaudium nostrum, & sis corona nostra, gaudeatque mater ecclesia de tanti regis, quem nuper Deo peperit, profectu. Lætifica ergo, gloriose & illustris fili, matrem tuam, & esto illi in columnam ferream. Nam refrigescit caritas multorum, & malorum hominum versutia navicula nostra feris fluctibus agitatur & despumantibus undis pertunditur. Sed speramus in spem contra spem & dominum collaudamus, qui eruit te de potestate tenebrarum & in tanto principe providit ecclesiæ, qui possit eam tueri, & contra occurrentes pestiferorum conatus galeam salutis induere. Perge igitur dilecte & gloriose fili, ut Deus omnipotens serenitatem tuam & regnum cœlesti protectione prosequatur, & angelis suis mandet ut custodiant te in omnibus viis suis & det tibi in circuitu de inimicis suis victoriam.

* Clodoveus aut baptizatus in natali anni 496 aut in paschate an. 497. unde argum. Baronium, alios que.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Huic epistolæ subjicienda fuerat epistola Avitl Viennensis episcopi, quæ supra pag. 175 sub Gelasii pontificatu excusa fuit: cum ad Anastasii II. papæ tempora baptismus Clodovei haud dubie pertinent.

Ex nova Baluzii Collectione

FRAGMENTA EPISTOLÆ ANASTASII

Papæ Romani ad Ursicinum.

Nunc primum edita ex duobus antiquis codicibus manu scriptis, uno Ecclesiæ Bellovacensis, altero monasterii Corbejensis.

NAm principium Deus verbum has nostræ naturæ primitias per multam sibi bonitatem uniri dignatus est, quia non permixtus, sed in utrisque substantiis unus & ipse visus, secundum quod scriptum est *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud*. Solvitur enim Christus Jesus secundum meam substantiam quam suscepit, & solutum suscitat proprium templum.

Iterum Anastasii Papæ ad Ursicinum.

Confitemur ergo Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ante omnia quidem secula sine principio ex patre natum secundum deitatem, novissimis autem diebus de sancta virgine Maria eumdem incarnatum & perfectum hominem ex anima rationali & corporis susceptione, omousion patris secundum deitatem, & omousion nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter. Propter quod unum Christum eumdem filium Dei & hominis unigenitum a patre & primogenitum ex mortuis confitemur, scientes quod quidem cœterno suo patri secundum divinitatem, secundum quam opifex est omnium, & dignatus est post consensionem sanctæ virginis, cum dixit ad angelum, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, ineffabiliter sibi ex ipsa ædificavit templum & ut sibi univit quod non cœternum de sua substantia e cœlo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex virgine, hoc accipiens & sibi uniens, non Deus verbum in carne versus est, neque ut phantasmata apparens, sed inconvertibiliter incommutabiliter suam conservavit essentiam, primitias nostræ naturæ suscipiens sibi univit.

Iterum ejusdem Papæ ad eundem Ursicinum.

Nunquam autem per resurrectionem unitionis nostræ discessit a proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem.

Stephani Baluzii Nota.

Hanc epistolam ab Anastasio Papa scriptam esse sub initia pontificatus ipsius hinc colligitur quod scripta est ad Ursicinum, eum nimirum qui a Gelasio missus fuerat ad Dardanos ut illis explicaret doctrinam apostolicæ sedis in causa hæresum quæ orientis Ecclesiæ turbabant. Vide epistolam tertiam ejusdem Gelasii.

LIBELLUS QUEM DEDERUNT

Apocrisiarii Alexandrinæ Ecclesiæ Legatis ab Urbe Roma missis (*a*) Constantinopolim destinatis.

Gloriosissimo atque excellentissimo patricio Festo, & venerabilibus episcopis Cresconio & Germano simul cum ejus potestate directis in legatione ab urbe Roma ad Clementissimum & Christo amabilem imperatorem Anastasium, Alexandrinæ venerabilis ecclesiæ Dioscorus presbyter, & Chæremon lector, responsis ejusdem ecclesiæ servientes.

VEnerabiles sanctæ ecclesiæ Romanæ urbis atque Alexandrinæ non solum fidem rectam & immaculatam, ex quo salutaris in eis prædicatus est sermo, sed etiam in divino ministerio semper concordiam servaverunt. Quippe cum ab uno fuerit in utrisque jactum fidei fundamentum, (Petrum memoramus beatum apostolum, cujus per omnia sanctus evangelista Marcus extitit imitator) ita ut si quando contigerit in rebus ambiguis quædam episcoporum concilia celebrari, sanctissimus is qui Romanæ præsideret ecclesiæ, reverendissimum Alexandrinæ civitatis archiepiscopum deligeret, ut sui curam loci susciperet.

Sed hoste humani generis, cui bona perosa sunt, De causa di-

(*a*) Ita restitui ex Collectione Avellana in Cod. Vatic. cum antea legeretur *missis ab Anastasio Papa*. Vide Baller. Oper. S. Leonis tom. III. pag. CLXIV.

Scorditarum inter Romanam ecclesiam & Alexandrinam.

sunt, qui in perniciem nostram impio semper furore grassatur, non piguit per satellites proprios zizania inter utrasque conserere, ut tantæ unitatis discordiam perpetraret. Nam Eutyche impiissimo contra fidem, quæ in beatissimis apostolis prædicata est, sentiente & docere tentante, contigit per idem tempus sedis apostolicæ præsulem tunc Leonem literas ad Chalcedonense concilium destinare; quarum literarum fuere interpretes hi qui cum Theodoreto Cyrorum civitatis episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores: contraque eam fidem, quæ a venerabilibus trecentis decem & octo patribus est edita, supra memoratæ literæ probantur existere; & non pravas occasiones his, qui ejusdem nefandissimi Nestorii blasphemias vindicant, præstiterunt; ita ut licentius astruerent eumdem Nestorium minime perversa sensisse. His igitur causis Deo amabilis populus noster offensus est, & de Græca translatione arbitratus est in Latino quoque sermone sensum contineri, ac sese ab unitate Romanæ divisit ecclesiæ. Nec non etiam Romanus antistes, existimans nos contra eam fidem, quæ tradita est a beatissimis apostolis, conspirasse, a nostra se communione suspendit.

De legatis Alexandrinis Romam missis.

Veruntamen ejus volentes satisfacere sanctitati, nos eam fidem tenere, quam princeps apostolorum Petrus, ejusque discipulus Marcus beatissimi crediderunt, & postmodum trecenti decem & octo venerabiles edidere pontifices, legatos ad urbem Romam nostra dirigere curavit ecclesia. Sed ibi quidam civitatis nostræ repertus est a recta fide dissentiens, atque ab ea ex causis quoque diversis alienus existens, qui hoc visus est perpetrare, ne ulla in suscipiendis legatis copia præberetur: qui nec ad faciem usque salutationis admissi, sine aliquo effectu reversi sunt.

De legatione Thessalonicensis ecclesiæ.

Quia vero ante non multum temporis Photinus religiosus diaconus sanctæ Thessalonicensis ecclesiæ nobiscum de pace ecclesiarum verba conferuit, dixitque se ante spatium parvi temporis destinatum a sanctissimo archiepiscopo Andrea Thessalonicensis ecclesiæ ad Romanum pontificem Anastasium: & affirmabat de his quæ nos vehementer offendunt, in translatione epistolæ sibi satisfactum fuisse a supradicto præsule Romanæ ecclesiæ, quod scilicet in epistolæ translatione comprobarentur errores: ipsam vero Latinam epistolam iuxta fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum editam constitisse. Insuper quædam retulit ex persona ejusdem antistitis fuisse narrata, quæ ad vituperationem eorum, quæ in translatione sunt indita, pertinerent: & ad illos, qui ea confingere tentaverunt, ad satisfactionem eorum qui rectam fidem immaculatamque custodire non negligunt.

De repurgata & ad purum restituta epistola Sancti Leonis

Quibus abunde sanatis, cupientesque pristinam redintegrari concordiam, maluimus etiam a vobis, si vera sunt illa quæ Photinus religiosus diaconus nobis retulerat, edoceri, vestræque desideravimus occurrere sanctitati, & de his omnibus habere colloquium. Verum sanctitas vestra non semel sed crebro nos docere dignata est in epistolæ interpretatione errores interfitos non in Latino textu fuisse conceptos. Quapropter supplicavimus vobis, ut confessionem nostræ fidei sumeretis: pro qua venerabilis ecclesiæ nostræ legatione perfungimur: quam fidem etiam ubique sanctissimus archiepiscopus intimavit, & approbantium accepit rescripta cunctorum. Quod si etiam vestram huic fidei sanctam ecclesiam videritis congruere, nobis satisfieri jubeatis? ut sublatis e medio scandalis, ad pristinam tam Romanæ, quam Alexandrina venerabiles ecclesiæ redeant unitatem.

Professio fidei ex parte ecclesiæ Alexandrinæ.

Hanc autem fidei confessionem vobis obtulimus taliter continentem ex evangelicis apostolicisque præconiis inspiratione divina solam veram rectamque fidem, quam trecenti decem & octo venerabiles patres, qui in Nicæna synodo congregati sunt, ediderunt: quam & secuti sunt centum quinquaginta qui ad urbem regiam convenerunt æque venerandi pontifices. Hanc etiam exequentes qui Ephesi collecti sunt patres, annuente quoque sedis apostolicæ papa sanctissimo Cælestino, sacrilegum damnavere Nestorium, pœnam in eos qui tentaverint fidem aliam statuere, præfigentes: quem Nestorium nos quoque simul cum Eutyche contraria his quæ superius dicta sunt sentientes anathematis ultione damnamus, suscipientes duodecim illa capitula, quæ venerandæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ quondam archiepiscopus scripsit. Confitemur autem unigenitum Dei filium & Deum, qui secundum veritatem factus est homo, dominum nostrum Jesum Christum consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem: qui descendit & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine Theotoco, hoc est, Dei genitrice, unum Filium non duos existere. Unius namque dicimus unigeniti Filii Dei sive miracula, sive etiam passiones, quas sponte pro nobis carne sustinuit. Eos autem qui dividunt, vel confundunt, aut phantasiam aliquam introducunt, nequaquam omnino recipimus: quia incarnatio illa, quam Dei genitrix secundum veritatem ex se edidit, augmentum filii non effecit: mansit enim trinitas, etiam incarnato, quod unum ex trinitate est, verbo Dei. Hæc itaque scripsimus, non fidem novantes, sed vobis causa concordiæ satisfacere cupientes. Omnem autem qui aliter sentit, senseritve, seu nunc, seu aliquando in quocumque loco, vel in quolibet concilio, anathematis pœna percellimus, præcipue vero Nestorium & Eutychetem, universosque qui illis assentiunt.

Nullam de concilio Chalcedonensi mentionem habent.

De his quæ gesta essent inter ipsos legatos

Vestra igitur reverentia suscipiens fidem nostram, hanc se præsuli Romanæ ecclesiæ Anastasio asseruit relaturam: quem & paratum existere memorabat satisfacturum illis qui fuissent a nobis hac causa transmissi. Illud etiam asserebat, * hanc fidem Dioscorum, Timotheum, Petrumque sensisse nostræ quidem civitatis archiepiscopos, nec deberi in diptychis eorum nomina recenseri. Nos contra poposcimus, aut perduci adversus eos qui astruant talesque demonstrent; aut si non reperientur qui eos convincere potuissent, nobis pro eorum persona satisfacientibus acquiescant; demonstrantibus & approbantibus, quod hanc fidem tenuerint, docuerint, cunctisque quos informaverunt, tradiderint præfati parentes nostri & archiepiscopi Timotheus, Dioscorus, & Petrus. Vestra autem sanctitas * tenuit, dicens, non sibi fuisse præceptum ab apostolicæ sedis antistite de his facere quæstionem.

* Lege, *contra hanc fidem* Hard.

* tenuit,

Hæretici cum sint, quantum fabripere apostolicam communionem

Hujus rei gratia obtestamur vos coram magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo, qui de sancta & Dei genitrice Maria virgine incarnatus

natus & natus est, quique concordem glorificationem servitutemque fidelium probat libenter & suscipit, & sanctis angelis ejus, per hanc eamdem immaculatam quæ de illo est fidem; ut ad urbem Romam, favente domino, venientes, hanc chartulam offeratis apostolicæ sedis antistiti Anastasio, quæ ex persona sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ vobis oblata est: ut ejus sanctitas relegens quæ sibi fuerint placita, seu literis ad sanctissimum nostrum archiepiscopum datis, seu per aliquem internuntium manifestare dignetur. Nam cum a sanctitate ejus fidei rectæ fuerit servata confessio, quæ est a beatis patribus constituta, nos paratos existere profitemur ad urbem Romam legatos, qui pro unitate sanctarum Dei ecclesiarum agere debeant, destinare.

Confidimus autem in Domino nostro Jesu Christo, quod huic fidei ejus beatitudo consentiens, juxta illa quæ in responsione sunt posita, velut proprios etiam nostros populos arbitretur, & pro eorum regimine solicitudinem gerat, cupiens secundum Deum omnibus utilis approbari. Exemplum autem hujus chartulæ apud nos detinuimus, necesse habentes, si qua mora provenerit quo minus sanctarum ecclesiarum unitas fiat, in illo glorioso de cœlis adventu Domini nostri Jesu Christi, cum venerit judicare vivos & mortuos, ante tribunal ejus, ubi nulla est acceptio personarum, cum hoc assistere ad refellendum eos qui sanctarum ecclesiarum neglexerunt unitatem.

Dionysius Exiguus Romæ de Græco convertit.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Libellus.*) Cum per universum orientalem ecclesiam innotuisset, pro pace ecclesiarum concilianda, a sede apostolica legatos Constantinopolim missos esse, apocrisarii Alexandrinæ ecclesiæ ibidem morantes, hunc libellum supplicem fideique confessionem obtulerunt, ut Alexandrina ecclesia in communionem catholicam ab ecclesia Romana reciperetur. Et quia hic libellus, in his quæ spectant ad epistolam sancti Leonis papæ ab interpretibus depravatam, luculentam rerum gestarum tractationem continet, eamque speciem pietatis exhibet, qua ad nefandissimos & sacrilegos hæreticos Dioscorum, Timotheum & Petrum colendos miseram plebeculam induxit, dignum esse judicavimus eum, in codice Vaticano hactenus integrum conservatum, huic loco inserere. Cur hic libellus huic operi inseratus

DECRETUM ANASTASII PAPÆ II.

EX GRATIANO.

Malorum impietati favet qui eis obviare cessat.

Qui potest obviare, & perturbare perversos, & non facit; nihil est aliud quam favere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. 23. q. 3. Qui potest obviare. * supr. T. VII. pag. 941.

Ex Labbei Appendice tom. 4.

CONVENTUS REMENSIS

Ad Clodovei Regis Francorum baptismum in ecclesia sancti Martini anno Dom. CDXCVI ipso Dominici natalis die.

AD Clodovei baptismum episcopos convenisse, babemus ex iis Aviti Viennensis verbis, epistola supra edita pag. 175. Cum adunatorum numerus pontificum, manu sancti ambitione servilis, membra regia undis vitalibus confoveret· *ubi forte legendum*, numerosa pontificum manus. *Diem vero natalis Domini pridem ex eadem epistola assertum a Sirmondo nostro habemus. Denique in S. Martini ecclesia celebritatem illam peractam fuisse, docet Nicetius Trevirorum episcopus in epistola ab eodem Sirmondo edita:* Humilis, *inquit*, ad domini Martini limina cecidit, & baptizari se sine mora permisit.

Ex P. Pagio ad an. Chr. 498. n. 7. & 8.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Habitum anno CDXCVIII.[1]

MAcedonius in cathedra CP. repositus favore Anastasii Imperatoris Synodum Episcoporum ἀνηρέτων sive in urbe præsentium coegit, ad unionem Ecclesiarum regiæ urbis, receptis actis Chalcedonensibus. Testis est Theophanes, dum anno Incarn. secundum Alexandrinos 491. qui Kalend. Septemb. anni Christi 498. auspicatur, scribit: *Hoc anno Macedonius Imperatoris consilio Monasteria urbis a præcipua Ecclesia communione ob Zenonis Concordiæ sanctionem se dirimentia, studuit reconciliare. At cum propositum non posset exequi, de convocandis in unum per urbem peregrinantibus Episcopis, deque scripto firmandis, quæ Chalcedonensis Synodus recte decreverat, Imperatori auctor fuit: quod per actum Scriptura consignatum postea factum est.* His consonat Auctor libelli Synodici infra allatus a Labbeo ad finem Pontificatus Symmachi Pontificis.

Rem aliter narrat Tununensis ad Consulatum Gibbi anno Chr. 499. gestum his verbis: *Anastasius Imp. Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hierapolitano præsulibus Constantinopoli synodum congregat: & contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium,* * *Quirum, & Joannem Episcopos, ceterosque alios, qui in Christo duas prædicabant* * Cyrum

1 Baluzius in nova Conciliorum Collectione hoc Concilium anno Christi 497. affigit; alterum vero esse putat illud, de quo Tunonensis, anno Chr. 499. celebratum

naturas, duasque formas, & qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone Episcopo Romano, & ejus tomo, atque Chalcedonensi synodo inferre anathema persuasit. Verum Scriptores, qui de rebus Ecclesiasticis imperante Anastasio gestis scripsere, inter se non conveniunt ob dissidia, quæ inter ipsosmet orthodoxos versabantur. Quæ in causa fuere, cur A Historici falsis relationibus decepti, res aliter sæpe narraverint, quam revera sese eæ habuerint. Quare Tununensis narratio ex Teophanis narratione corrigenda. Quis enim credat Constantinopoli synodum habitam, a qua absfuerit Patriarcha CP. & interfuerit Flavianus Patriarcha Antiochenus? Hoc proculdubio absurdum.

AD CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

ANNI CDXCVIII.

ADNOTATIO CRITICA.

Ex Suppl. Mansi T. I. pag. 377.

MEmoriæ lapsu Pagius in Critica, & ex eo Collector Venetus discrimen aliquod in historia Concilii CPtani hujus anni inter Theophanem & Victorem Tunonensem invexit, cum reipsa mirus sit utrinque consensus. Victor ad consulatum Anastasii Augusti, idest ad An. 497. hæc notat: *Macedonius CPtanus episcopus synodo factis condemnat eos qui Chalcedonensis decreta synodi suscipiunt, & eos qui Nestorii & Eutychis defendunt.* Hæc synodus ea ipsa est ac illa quam describit Theophanes ad annum Alexandrinum 491. qui a Kal. Septembris anni 498. inchoabat. *Macedonius de convocandis in unum per urbem peregrinantibus episcopis, deque scripto firmandis quæ Chalcedonensis synodus recte decreverat, Imperatori auctor fuit, quod per actum scripturæ consignatum postea factum est.* Quæ hic ait Theophanes de confirmandis iis, quæ Chalcedonensis synodus recte decreverat, hæc Victor clarius exponens ab ea synodo rejecta Chalcedonensis decreta, sed admissam quæ in ea absoluta est Eutychetis damnationem affirmat.

Denique Victor anno 499. Gibbo Consule novum aliud CPtanum Concilium, Theophani ignotum, memorat his verbis: *Anastasius imperator, Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hierapolitano Præsulibus, Constantinopoli synodum congregat, & contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Quirum & Johannem episcopos, cæterosque alios, qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone episcopo Romano & ejus Tomo, atque Chalcedonensi synodo inferre anathema persuasit.* Hæc Victor, qui Concilia CP. duo, aliud anni 497. alterum vero anni 499. in unum huc usque confusa sedulo distinguenda docet. Synodi hujus suboscure meminit Evagrius lib. 3. cap. XXXII. narrans Philoxenum Hierapolitanum episcopum monachos plures incitasse, ut in urbem venientes Flavianum compellerent, quo synodum Chalcedonensem & Leonis epistolam damnaret. *Id vero Flavianum agre tulisse* affirmat; ex quo tumultus ingens exortus est. Quam causam prætendit imperator ut Flavianum in exilium pelleret. Si vera in his tradit Evagrius, Tunonensis narratio in nonnullis peccat; licet enim forte tunc synodus, de qua Tunonensis, celebrari potuerit; ea Antiochiæ potius quam Constantinopoli coacta ex narratione Evagrii colligitur. Insuper vix apparet, cur Flavianus in ea synodo Philoxeni postulatis in damnanda synodo atque Leone Papa assensum præbuerit, cum potius odium Philoxeni & fautorum ejus in se concitarit, ut proinde damnationem & exilium in caput suum attraxerit. Non abs re igitur opinaremur Tunonensem ex inani vulgi rumore captatam historiam scriptis tradidisse; quanquam forte, quam indicat, synodus haberi tunc potuerit, in qua Philoxenus cæterique Flaviano vim frustra intulerint.

VITA
EPISTOLÆ, ET DECRETA
SYMMACHI PAPÆ.
Ex Libro Pontificali.

Dantur variantes ex Cod. Lac. 490.

[a] SYmmachus natione Sardus, ex patre Fortunato, [b] sedit annos XV. menses VII. dies XXVII. [c] Hic fuit temporibus Theodorici [*] regis & Anastasii [*] Augusti, (*a*) a die X. Kalend. Decemb. usque in diem XIV. Kal. Augusti. Hic [*] sub contentione ordinatus est uno die [d] cum Laurentio, Symmachus in basilica Constantiniana, Laurentius in basilica beatæ Mariæ. Ex qua causa separatus est clerus, & divisus est (*b*) senatus. Alii cum Symmacho erant, alii vero cum Laurentio. [e] Et facta (*c*) contentione, hoc [*] construxerunt partes, ut ambo Ravennam pergerent ad judicium regis Theodorici. Qui dum ambo introissent Ravennam, hoc judicium æquitatis (*d*) invenerunt, ut qui primo ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima cognosceretur, ipse sederet in sede apostolica. Quod tandem æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis. Et factus est præsul Symmachus. [f] Eodem tempore papa Symmachus congregavit synodum, & constituit Laurentium in Nucerina civitate episcopum intuitu misericordiæ. [g] Post annos vero quatuor, aliqui ex clero zelo [*] ducti, & aliqui ex senatu, maxime Festus & Probinus, incriminaverunt Symmachum. Et subornaverunt falsos testes, quos miserunt Ravennam ad regem Theodoricum, accusantes beatum Symmachum, & occulte revocaverunt Laurentium post libellum Romæ factum. Et fecerunt schisma. Et (*e*) divisus est iterum clerus: nam alii communicaverunt Symmacho, & alii Laurentio. Tunc Festus & Probinus senatores miserunt relationem regi, & cœperunt agere, ut [h] visitatorem daret rex sedi apostolicæ. Tunc rex dedit Petrum [*] Altinæ civitatis episcopum, quod canones prohibent. [i] Eodem tempore B. Symmachus congregavit episcopos 115. & facta synodo, purgatur [k] a (*f*) crimine. Et damnatur Petrus Altinas invasor sedis apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia vivo episcopo Symmacho pervaserunt sedem ejus. Tunc ab omnibus episcopis, & presbyteris, & diaconibus, & omni clero vel plebe redintegratur sedi apostolicæ B. Symmachus cum gloria apud B. Petrum sedere præsul. [l] Eodem tempore Festus caput senatus exconsul, & Probinus exconsul, cœperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis senatoribus, & maxime cum Fausto exconsule, & cædes & homicidia in clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant beato Symmacho justè, publice qui inventi fuissent intra urbem, gladio occidebantur. Etiam & sanctimoniales mulieres, & virgines deponentes de monasteriis, vel de habitaculis suis, denudantes sexum fœmineum, cædibus plagarum afflictas vulnerabant, & omni die pugnas contra ecclesiam in media civitate gerebant. Et multos sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum & Gordianum presbyteros ad vincula S. Petri, & ad sanctos Joannem & Paulum fustibus & gladio interfecerunt, & multos Christianos, ita ut nulli esset securitas die vel nocte de clero in civitate ambulare. Solus autem Faustus exconsul pro ecclesia pugnabat. [m] Post hæc omnia beatus Symmachus invenit Manichæos in urbe Roma, quorum omnia simulacra vel codices, ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremavit, & eos (*g*) ipsos exilio relegavit. Fuit autem a consulatu Paulini usque ad consulatum Senatoris. [n] Hic fecit basilicam S. Andreæ apostoli apud B. Petrum, ubi fecit ciborium ex argento, & confessionem pensantem libras 120. Arcus argenteos tres, pensantes libras 60. Oratorium S. Thomæ apostoli ex argento, & confessionem pensantem libras 20. Arcum argenteum, qui pensat libras 16. Confessionem S. Cassiani, & sanctorum Proti & [*] Jacynti ex argento, pensantem libras 20. Arcum argenteum pensantem lib. 12. Oratorium S. Apollinaris ex argento, & confessionem cum Arcu, pensantem libras 31. Oratorium sancti Sosii ex argento, & confessionem, pensantem libras 20. Item ad fontem in basilica B. Petri apostoli, oratorium sanctæ Crucis ex argento, confessionem & crucem ex auro cum gemmis, ubi inclusit lignum dominicum: ipsa crux aurea pensat libras 10. Fecit autem oratoria duo, S. Joannis evangelistæ, & S. Joannis Baptistæ, infra quorum confessiones fecit arcus argenteos, pensantes libras 30. Quæ cubicula omnia a fundamento perfecta construxit. Basilicam beati Petri marmoribus ornavit. Et cantharum B. Petri cum quadriporticu ex marmoribus ornavit, & ex musivo agnos & cruces & palmas ornavit. Ipsum vero atrium omne compaginavit. Gradus vero ante fores basilicæ B. Petri ampliavit, & alios gradus sub tigno dextra lævaque construxit. Item episcopia in eodem loco dextra lævaque fecit. Item (*h*) sub gradibus in atrio alio cantharum foris in campo potuit, & usum necessitatis humanæ fecit, & alios gradus ascendentibus ad B. Andream fecit & cantharum

[*] Hæretici
[*] Eutychiani
[*] amatic clerum & pauperes, bonus, prudens, humanus, gratianus, & cum eo ordinatur Laurentius episcopus: ita c. Hardynus operaria
[*] constituerunt. Ita & Luc
[*] & dolo
[*] Altinatem
[*] Hyacinthi

(*a*) *a die Kal. Augusti.* Hic &c. (*b*) *& senatus.* (*c*) *intentione.* Ita & supra pro contentione. (*d*) *invenit.* (*e*) *diversus.* (*f*) *crimine falso.* (*g*) *suo.* (*h*) *Item subgradus in atrio Alium cantharum foris.*

rum posuit. Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo * Lardario (a) & a fundamento eam cum fonte construxit, ubi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicam S. Pancratii, ubi & fecit arcum argenteum, qui pensat libras (b) 1. Fecit autem in eodem loco balneum. Item apud S. Paulum apostolum in basilica renovavit absidam, quæ in ruinam imminebat, & post confessionem picturam ornavit, & cameram fecit & (c) matronium. Et super confessionem imaginem argenteam cum salvatore, & duodecim apostolos posuit, qui pensant lib. 120. Et ante fores basilicæ gradus fecit in atrio & cantharum, & post absidam aquam introduxit, ubi & balneum a fundamento fecit. Intra civitem Romanam, basilicam S. Silvestri & Martini a fundamento construxit juxta (d) thermas Trajanas, ubi & super altare ciborium argenteum fecit, quod pensat libras 120. Arcus argenteos 12. qui pensant singuli lib. 10. Confessionem argenteam, quæ pensat lib. 15. Ad B. Joannem & Paulum, fecit gradus post absidam. Item archangeli Michaelis basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam oratorium sanctorum Cosmæ & Damiani a fundamento construxit. Item via Tiburtina milliario 27. ab urbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyra, præpositis illustribus, de proprio facientibus, a fundamento basilicam S. Petro in fundo Pacinianio dedicavit. Item ad B. Petrum & B. Paulum apostolos, & ad S. Laurentium pauperibus habitacula construxit. Item ad B. Petrum viginti cantharia argentea fecit, pensantia singula libras 15. Et arcus argenteos 22. pensantes singulos libras 20. Hic reparavit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ in ruinam imminebat. (Hic absidam B. Agnetis, quæ in ruinam imminebat,) & omnem basilicam renovavit. Hic constituit, ut omni die dominico, vel natalitiis martyrum, hymnus Gloria in excelsis diceretur. Hic fecit cœmeterium Jordanorum in melius, propter corpus (e) Alexandri. ° Hic omni anno per Africam vel Sardiniam episcopis, qui in exilio erant retrusi, pecunias & vestes ministrabat. P Hic captivos per Liguriam & Mediolanum, & per diversas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit, & dimisit. Hic fecit ordinationes quatuor in urbe Roma, per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros * 92. diaconos 16. episcopos per diversa loca n. 117. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli, 14. Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies septem. Qui etiam in pace confessor quievit.

* Lardario.

Defunctus apostolus inclaria Luc.

FRAGMENTUM ALTERIUS

Vitæ ejusdem Pontificis a schismatico quodam cœvo descriptæ.

Ex Cod. Vat. non vulgavit Cl. Joseph. Blanchinius in lib. inscrip. Enarrat. Pseudo-Athanas.

SYmmachus sedit annos quindecim, menses septem, dies viginti & septem: cum hoc autem fuerat Laurentius Romanæ ecclesiæ presbyter ordinatus episcopus; tantaque clerum ac populum Romanum discordia feralis invaserat, ut nec divina consideratio, nec metus regius partes a propria confusione cohiberet. Tunc coguntur utrique, Symmachus scilicet & Laurentius, regium subituri judicium, petere comitatum. Ibi Symmachus multis pecuniis obtinet: Laurentius ad gubernandam ecclesiam Nucerinam, Campaniæ civitatem, plurimis coactus minis promissionibusque dirigitur. Post aliquot autem annos pro multis criminibus apud regem Symmachus accusatur, quem rex sub occasione Paschali, quod non cum universitate celebraverat, ad comitatum convo.... rationem..... festivitatis dissonantia redditurum; fecitque apud Ariminum resedere; cumque ibidem cum suis clericis aliquantis permoratur, post meridianis horis super litus maris ambulans, vidit mulieres inde transire, cum quibus accusabatur in scelere, quæ comitatum petebant, regia jussione. Dissimulans ergo se scire, quod viderat, nocte media, dormientibus cunctis, cum uno tantum conscio fugiens, regreditur Romam, seque intra beati Petri apostoli septa concludit. Tunc presbyteri, & Diaconi, nec non reliqui clericorum, quos secum deduxerat, adeunt regem, & sine sua conscientia Symmachum fugisse testantur, per quos rex tam ad senatum, quam ad clerum præcepta super ejus quodammodo damnatione transmittit. Accusatur etiam ab universo clero Romano, quod contra decretum a suis decessoribus observatum ecclesiastica dilapidasset prædia, & per hoc anathematis se vinculis irretisset: pro diebus autem paschalibus ab omnibus pœne vir venerabilis Petrus Altinatis episcopus a rege visitator ecclesiæ Romanæ deposcitur, & post sanctam festivitatem, synodus in urbem Romam pro voluntate Senatus, & Cleri, jubente rege, de ejus excessibus judicaturo convenit. Atque id agitur a nonnullis episcopis & senatoribus ne .....l.....m Symmachus..... audientiæ subderetur. Hoc palam pro ejus defensione clamantibus, quod a nullo possit Romanus pontifex, etiam si talis sit, qualis accusatur, audiri; sed electiores antistites, tam pro religionis intuitu, quam pro regia jussione censebant tantæ rei negotium pœne ubique vulgatum sine examine nullatenus deferendum. Cumque synodus sub hac dissonantia, plus inter partes ministraret fomenta discordiæ; tandem constituit ut libellus, quem offerebant accusatores Symmachi, susceptus inter gesta solemniter panderetur. Quo facto mox per episcopos idem Symmachus, ut occurrat ad judicium, convenitur. Sed cum per clericos, qui ei observabant, fuisset ejus negata præsentia; iterum & tertio secundum regulas, ut ad synodalem conveniat audientiam per antistites admonetur; nullumque dignatus est dare responsum. Tunc aliquanti episcopi videntes nihil se in causa proficere, clerum qui discesserat a consortio Symmachi, semel & iterum commonent, ut ad eum prætermisso revertatur examine. Qui se nequaquam hoc facere posse respondit, prius quam tantis criminibus impetitus discussione regulari vel absolvatur, si innocens fuerit, vel si reus exstiterit, a sacerdotio deponatur. Sed moras episcopi n.....ntis cum viderent magis ac magis studia divisionis augeri, quæ sibi utilia visa sunt pro Symmachi persona constituunt; & sic urbem in summa confusione derelinquunt. Clerus

(a) *Lardarium*. (b) XV. (c) *matroneum*.
(e) *Format*. (d) *S. Alexandri*.

rus ergo, & senatus electior, qui consortium vitaverat Symmachi, petitionem regi pro persona Laurentii dirigit, qui eo tempore Ravennæ morabatur, Symmachi violentiam, persecutionemque declinans, ut ipse Romanæ præsederet ecclesiæ, ubi dudum fuerat Summus Pontifex ordinatus. Quia hoc & canonibus esset adfixum, ut unusquisque illic permaneat, ubi primitus est consecratus antistes; vel si quibusdam commentis exinde remotus fuerit, eum modis omnibus esse revocandum. Sic Laurentius ad urbem veniens per annos circiter quattuor Romanam tenuit ecclesiam, per quæ tempora, quæ bella civilia gesta sint, vel quanta homicidia perpetrata, non est præsenti relatione pandendum. Dumque partes mutua se dissensione collidunt, ac pro suis studiis regale præsidium sæpe deposcunt, ad ultimum petitionem Symmachus regi per Dioscorum Alexandrinum Diaconum destinavit, adferens sibi magnum præjudicium fieri, & maxime de titulis ecclesiarum, quas intra urbem Laurentius obtinebat. Ad hanc insinuationem regis animus delinitus Patricio F..... præcepta dirigit, admonens ut omnes ecclesiæ tituli Symmacho reformentur & unum Romæ pateretur esse Pontificem: quod ubi Laurentius comperit, urbem noluit diuturna conflatione vexari, ac sua sponte in prædiis memorati Patricii Festi sine dilatione concessit, ibique sub ingenti abstinentia terminum vitæ fortitus est. Symmachum vero postmodum quamvis victorem, de multis rebus fama decoloravit; obicemor & maxime de illa, quam vulgo conditariam vocitabant. Nec non & de ordinibus ecclesiasticis, quos acceptis palam pecuniis distrahebat; pro quibus rebus usque ad finem vitæ ejus ecclesia Romana in schismate perduravit. Hic beati Martini ecclesiam juxta sanctum Silvestrem Palatini illustris viri pecuniis fabricans, & exornans, eo ipso instante dedicavit; nonnulla etiam cœmeteria, & maxime sancti Pancratii renovans, plura illic quoque nova construxit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quando pontifex factus fuerit.

a *Symmachus.*) Post interregnum 4. dierum anno Christi 498. qui est Anastasii exordii ultimus, paucorum voto Laurentius Romanus, plurimorum voto suffragiis Symmachus ex diacono pontifex est electus. Cura & studio Festi senatoris, qui se Romanum pontificem ad subscribendum Zenonis henotico inducturum imperatori promiserat, procuratum fuit, ut cum schismate universa ecclesia eligeretur Laurentius, quem impiis postulatis acquiescturum præsciebat. Exercitus & senatus, non sine cæde & sangu[illegible], alii Laurentio, alii Symmacho adhæserunt. Auctores sunt vites Laurentiano schismati, quod fautorem ac promotorem haberet Paschasium sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum, virum doctrina & sanctitate præstantissimum, de quo S. Gregorius libro quarto dial. capite quarto refert, quod Germanus episcopus conviviis meliorum pro salute corporis Angulanas thermas ingressus prædictum Paschasium in caloribus stantem invenerit, quodque ille, quæsitus quid ibi ageret, responderit: *Pro nulla alia causa in hoc panali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me dominum deprecare, atque in hac cognosces, quod examinatus sit, & huc reatum me non invenerit. Quæ de re dum vir dominus Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed jam dictum Paschasium in loco eodem minime invenit.* Ita perniciosum schisma Laurentianum suo exemplo fovit & promovit Paschasius sacra Romanæ ecclesiæ diaconus, quod pro necessitate temporis ac loci illegitimo judicio regis Ariani consopitum, justaque deinceps synodali sententia condemnatum, vehementiore eruptione recruduit, ut infra patebit.

Schisma Laurentianum in eligendo pontifice.

Paschasius post obitum poenas fuit schismatis Laurentiani.

Paschasius intercessione & precibus Germani a thermis liberatur.

Clodoveus rex Francorum.

Primo anno pontificatus Symmachi Clodoveus rex Francorum victoria contra Alemannos per Christi invocationem impetrata, a S. Remigio Galliarum apostolo præviis & subsequentibus miraculis celeberrimis ad fidem conversus, baptismatis sacramentum suscepit. Inter miracula, illud, quod Hormisda pontifex apostolorum temporibus dignum esse judicat, celeberrimum est, quod columba cælitus advenienis ab ulla schismatis allata fuerit, qua tum ipse fons uere solito, tum etiam rex Clodoveus sacratus est. Quo apparatu bellico Alaricum vicerit, quemve exitum vitæ habuerit, infra dicemus in notis concilii Aurelianensis I. verbo *Clodovei*. Ex Aimonio & Hincmaro in vita S. Remigii apud Surium die 13. Januarii. Baron anno 499.

Columba ampullam chrismatis affert.

Jacobus Syrus.

Hujus temporibus floruit Jacobus Syrus in Macedonia sanctitatis fama celeberrimus, de quo Procopius libro primo de bello Persico scribit, quod cum Persæ eum sagittis petere tentassent, divino portento manus arcusque visi sunt immobiles consistere. Cum Anastasius imperator in regia quædam monstra ab imaginibus Christianis aliena pingi curasset, magna contra eum orta est populi seditio. Cedrenus. Orthodoxo episcopo & Ariano de fide altercantibus, probationem fidei per ignem zelo incensus catholicus Ariano obtulit, quam cum ille recusasset, catholicus per ignem incolumis evasit. Cedrenus. Theodorus Lector. Dum Constantinopoli quidam episcopus Arianus baptizaret, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto, aqua ex colymbetra evanuit. Theodorus lector.

Catholicus in certamine de fide per ignem incolumis evadit.

Ex Saracenis Syriam populantibus unus sagittam contorsit in S. Theodori imaginem, quæ sanguinem emisit. *Hanc imaginem*, inquit Damascenus de imaginibus lib. 3. *adhuc superest, sagittæ vulnus habet & vestigium sanguinis, quorum qui eam viderunt, multi adhuc superstites. Et ego imaginem vidi, & quod vidi monumentis mandavi.* Acephali per ducem suum Anastasium, Macedonium Constantinopolitanum, Flavianum Antiochenum & Eliam Hierosolymitanum orthodoxos episcopos, ideo quod Chalcedonensem synodum damnare nollent, relegarunt, iisque nequissimos & scelestissimos hæreticos Eutychianos substituerunt. Timotheum ex custode ecclesiæ susceperunt Macedonio, Severum ducem Acephalorum nequissimum monachum subrogarunt Flaviano: in locum Eliæ Hierosolymitani Joannem quemdam substituerunt. Qua ratione Joannes a S. Saba conversus communion Acephalorum renuntiarit, Eutycheti, Nestorio, Severo, aliisque hæreticis anathema dixerit, videre est apud Cyrillum in vita S. Sabæ. Severus per legationem episcoporum tentat Alamundatum principem Saracenorum, ut a suis baptismum accipiat, suisque erroribus imbuatur: at is præventus a catholicis baptizatus est, & legatos pulchre delusit, dicens se accepisse literas de morte archangeli Michaelis, quod cum illi impossibile affererent; quanto, inquit, impossibilius Deum crucem passum, quod vos affirmatis unam tantum naturam in Christo ponentes. Theodorus Lector. Cedrenus.

Imago Theodori fauciata sanguinem emittit.

Ergo non sub hoc Symmacho Orthodoxi relegantur ab Anastasio.

b *Sedit annis 15. mensesque octo, dies 26.*) Annis 15. mensibus octo minus quatuor diebus sedisse, a consulatu Paetini & Scythæ ad M. Aurelium Cassiodorum consulem, probat Baron. anno 514. num. 6.

Tempus pontificatus Symmachi.

c *Hic fuit temporibus Theodorici.*) Ab anno Theodorici in Italia regnantis septimo usque ad 22. ab anno Anastasii in oriente nono usque ad 24.

d *Cum Laurentio.*) A quo schisma Laurentianum denominatur: auctore Festo hoc schisma procuratum fuisse, ex Theodori Lectoris coll. dixi supra in principio.

e *Et falsa contentione confirmarunt partes.*) Importuna & malesuada necessitas, legum nescia, hæc contra leges & canones fieri postulavit.

f *Eodem tempore papa Symmachus congregavit synodum.*) Romanam primam, qua ab omnibus qui interfuerunt episcopis cognitus & approbatus est Romanus pontifex. Vides notas ejusdem concilii infra.

g *Post annos vero quatuor.*) Errat in tempore Anastasius. Nam cum libellum accusationum primo anno pontificatus Symmachi accepisset, initio secundi Romam redit, ut synodum hac de causa Roma congregatam adversus rabiem sua præsentia securum redderet.

Error Anastasii in tempore.

h *Visitatorem daret rex sedi apostolicæ.*) Qui accusationes Symmacho objectas cognosceret. Cum enim schismatis auctores de illegitima electione Symmacho nihil negotii facessere possent, ad calumnias & mendacia conversi in eumdem maxime crimina confixerunt, missoque ad ipsum regem accusationis sum libello contra pontificem, a Theodorico Ariano rege petierunt visitatorem, eo falso prætextu, quod qui ad aliorum episcoporum delicta cognoscenda visitatores mitteret, ipse quoque visitatorem & cognitorem suorum criminum subire deberet. Hoc cum Theodoricus ad conciliandam ecclesiam necessarium fore arbitraretur, Petro Altinensi episcopo illud muneris imposuit. Ut tamen aliqua ex parte pontificiæ dignitati consuleret, eidem mandavit, ut cum Romam pervenisset, mox pontificem Symmachum in basi-

Schismatici visitatorem a rege petunt & impetrant.

Petrus Altinensis visitatorem agit.

basilica Vaticana consistentem conveniens salutaret. Quod cum adversarii, quando in urbem venisset, ab eo præstari vetuissent, atque ex eo, catholici qui Romæ erant, cognovissent missum a rege visitatorem schismaticorum parti minus addictum esse, a rege adhuc absente precibus interpositis impetrarunt, ut causam Romanæ ecclesiæ pro more ac consuetudine synodali judicio tractet & definiat. Verum cum animadverteret rex optimus non fore securam synodalem patrum congregationem, nisi ipse in urbe præsens adesset, prætentam suam hactenus dilatam opportuno tempore urbem ex hostibus periclitanti exhibere necessarium esse putavit. Sic igitur diu expectatus, anno Christi 500. qui est Symmachi pontificis secundus Patricio & Hypatio consulibus (teste Cassiodoro) regia munificentia populo Romanique consilio in urbem se contulit. Hæc ex litteris Ennodii Baron. anno Christi 500.

Rex Catholicus Romam venit, ut concilium annuat, ac ad suam hactenus prænotatam causam odit.

Eodem tempore beatus Symmachus, &c.) Vide notas consilii Romani II. infra sub Symmacho.

Concilium Symmachi condemnatum nulla ejus in actis synodalibus extat.

k *Quæ reperiantur*.) Mirum est, quod cum tanta concilia acta synodalia reperiantur, in nullis eorum vel levis mentio haberetur, de quo crimine pontifex accusatus fuerit. Unde habes, lector, quod dicas, prudentes episcopos omnes illas infamiæ notas, quas adversarii Symmacho pontifici inurere conati sunt, profundo silentio sepultas, & oblivione deletas voluisse, omnique studio procurasse, ne quavis occasione labes aliqua immo totius ecclesiæ sacerdotis publicis actis consignata ad posteros dimanaret. Ceterum ex aliorum conciliorum decretis sancitum, quo omnes presbyteri & diaconi secum habere contubernales, quos vocant concellaneos, seu cellulanos præsertim esses, potest quasi per transversum insinuare & intelligi sanctissimum pacem ab adversariis enormi crimine adulterii pulsatum fuisse. Vide Baron. an. 502. num. 32.

Ne quidem hæreticis ejus ætatis ejusmodi crimen objicitur.

l *Eodem tempore Pelagius martyr genatus*.) Ennodius libello suo infra posito declarat, necatos in hoc schismate martyres coronam dignos fuisse, eosque confessionis gloria nobilitatos, qui aliquid ea de causa passi fuissent. Secundum illam magni Dionysii Alexandrinæ ecclesiæ episcopi sententiam, apud Eusebium lib. 4. hist. c. cap. 15. qui ait: *Oportebat omnia incommoda pati potius, quam ecclesiæ Dei dissidio concordium. At illud martyrium quod qui patitur, ne dicimatur ecclesiæ confessor, non minus certe, sed multo plus meo judicio mihi videtur commendationis, quam illud quod confitetur, ne idolis omnino immoletur.* Quod ecclesia Constantinopolitana clericos a schismaticis tempore S. Chrysost. necatos ut martyres coluerit, supra diximus sub Innoc. I. Pontifice. Baron. ann. 502. num. 12. & 13.

Reus ipse calumniæ Anastasii.

m *Qui hæc omnia inventi Manichæus*.) Futilis ergo calumnia est Anastasii imperatoris, qua Symmachum de Manichæorum hæresi infamarat. Contra vero ipsum Anastasium imperatorem de Manichæorum hæresi non levi suspicione infamatum fuisse, asserit in fine epistolæ suæ apologeticæ Symmachus papa, dum eumdem Manichæorum patronum appellat. Baronius anno 503. num. 31.

n *Hic fecit basilicam S. Andreæ*, &c.) Magna admiratione dignum est a Romano pontifice tanta præstari potuisse sub rege barbaro, sub cujus urbe ipsa quodammodo captiva tenebatur videbatur. Cum præsertim idem Symmachus pastorali munificentia in redimendis captivis, & alendis episcopis Africanis in Sardiniam relegatis non defuerit, sed abunde cuncta suppeditarit.

Symmachus in pauperes liberalis.

o *Hic omni anno per Africam vel Sardiniam*, &c.) Cum Trasamundus rex Vandalorum hæreticus pacificus episcopos Africanos in Sardiniam deportasset, ut constabit infra ex notis concilii Byzaceni, hujus pontificis erga omnes relegatos confessores episcopos eximia caritas fraterna tunc eluxit. prædecessorum enimvestigiis insistens cunctis egestate laborantibus necessaria victus largiter suppeditavit. Scripsit ad eosdem epistolam, qua se dignum pro fide certantium militum hortatorem exhibet.

p *Hic captivos per Liguriam redemit*, &c.) Non pecunia regis Theodorici, sed Romanæ ecclesiæ eleemosynis. Baronius anno 506. num. 56.

A

EPISTOLA I. SYMMACHI PAPÆ

AD ÆONIUM ARELATENSEM EPISCOPUM.

Rescissis iis quæ Anastasius decessor in Viennensi controversia innovarat, antiqua sedis apostolicæ decreta observari jubet.

Dilectissimo fratri [a] Æonio Symmachus.

Casarii nomen intercepterat qq. ejusdem gravissimo

Dilectionis tuæ literas, mandataque filio nostro Crescentio presbytero internuntio deferente suscepimus, quibus constat inter Arelatensem & Viennensem ecclesiam aliquod de ordinandis episcopis in vicinis civitatibus oriri luctamen: illa re videlicet faciente, quod decessor noster sanctæ recordationis Anastasius, tractans confusionem provinciæ, aliqua contra veterem consuetudinem jusserit observari, decessorum suorum videlicet ordinationem (quod non oportebat) sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad trinitatis instar, cujus una est atque individua potestas, unum fit per diversos antistites sacerdotium; quemadmodum priorum statuta a sequentibus convenit violari? Huc accedit, quod ne sit sententiarum varietas ad ipsam sacrosanctam catholicam religionem credimus pertinere: cujus omnis potestas infringitur, nisi universa quæ a domini sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sint. Quod alias contingere poterit, si successor decessoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ gesta sunt, faciat rata esse quæ gesserit. Quanta enim vicariis beatissimi Petri apostoli judicabitur esse reverentia, si quæ in sacerdotio præcipiunt, eisdem transeuntibus dissolvantur? Relegentes ergo veterum antistitum super hac causa ordinationes, quibus ecclesiasticum gravatur sectinium; dilectionem tuam enixissime commonemus, ut in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus cana ac reverenda servetur antiquitas, nec novella constitutio vetustæ sanctionis robur imminuat, quia non aliter inter vos poterit servari concordia, nisi novis cupiditatibus antiquitatis reverentia modus prudentiori adhibeatur consilio. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Kalendas Octobris, iterum post consulatum Paulini [b] junioris viri clarissimi. [c]

Dominicum paschæ VIII. *Kalendas Aprilis*. [d]

[c] Anno Chr. 500.

[d] x. Kal. Mart. anno 502.

II. AD [b] EUMDEM ARELATENSEM EPISCOPUM.

Ut ipse & episcopus Viennensis Romam certos homines mittant, qui de ipsorum controversiis instructi, sedi apostolicæ allegandæ suggerant.

Dilectissimo fratri Æonio Symmachus.

Movit equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declaravit: [e] namque contra regulas ecclesiastici constituti, & adversus reverendorum canonum tractatum, per subreptionem

[e] nempe

---

1. Expungenda vox *Sacrosanctis*, ab alicuo sciolo intrusa, cum Paulinus ann. 498 Consul ordinarius dici non possit, *sacrosanctis* ut a nullus eiusdem nominis cum in consulatu præcesserat. *Pagius* ad an. Ch. 490. n. 13.

2. Hæ duæ Epistolæ ordine inverso hic positæ. Hæc enim scripta ad Æonium ante præcedentem.

nem Viennensis ecclesiæ pontificem de apostolica, præsidente prædecessore nostro, sede culpabiliter aliqua meruisse; cum, si sit vera conquestio, effectum non possint impetrata frivole possidere: nec a nobis aliquid novi poterit ordinari, nisi quæ a patribus prædecessoribusque nostris hac causa statuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis absentia præjudicabiliter videremur aliqua decrevisse, id magis duximus ordinandum, ut fraternitas tua competenti tempore de ecclesiastico ordine instructum non moretur de omni causa dirigere, qui apud nos veritatem causæ competenter alleget; quatenus pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub deliberationis robore sanciatur. Illud etiam dilectionem tuam facere debere præcipimus, ut fratrem & coepiscopum nostrum Viennensis urbis antistitem misso nuntio & scriptura commoneat, ut constitutis diebus is quoque hominem proprium dirigat, qui partis ejus allegationes competenter insinuet, ut depromptis ab utraque suggestionibus, securius quæ in perpetuum servanda sint disponantur. Quia semper suspectus judicat, qui sub unius quod videtur eligit deploratione sancire. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data sub die III. Kalendas Novembris, post consulatum Paulini viri clarissimi. *

* Anno Chr. 499.

NOTA SEVERINI BINII.

De inscriptione harum duarum epistolarum, vide quæ dixi supra in notis ad epistolam Gelasii 12.

III. AD LIBERIUM PATRICIUM.

De electo episcopo Aquilejensi, cujus præbet electioni assensum.

Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, Liberio patricio salutem.

CUm pro veneranda * religione conscientiæ verba dirigitis in Aquilejensis electione pontificis, & divinis initiata lingua cultibus militat consecranda, in ignoti nos diligentia sermonum vincula tenuerunt: quia nihil superat judiciis, quoties aliquid probatus extulerit. Quid enim sententiæ sequacium derelinquat, quando justitiæ obsequitur, cujus in examen definitio non vocatur? Agitis bono conscientiæ, quod vestro vix negaretur imperio. Exhibuit inter arbitros Marcellini venerabilis coldegam Maximus hominum humilitate sublimior, & ne potestati favor per obliquos adscriberetur interpretes, quod de proprio descripsit ingenio, laudati junxit ad pretium. Egistis mediocrem, ne præexcelsi esset suspecta prædicatio; clarissimorum testimonia, ut vires accipiant culmina, castigantur. Felix sacerdotium, cui facem prætulit plena mens luminis. Beata conversatio, quæ idcirco in discussionem deducta est, ut tanto viro adstipulante superaret, quæ non didicisset saporem victoriæ nisi subjacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam adversa peperunt: providet defensores fortissimos mediocris impugnatio. Sed quid epistolæ terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana concinnatione transgressus? Jungo & ego amplissimis * patribus vestris, pro modulo exiguitatis propriæ, vobis cœlo obsequente consensum: & quod mirabile inter homines habetur, consideratione vestri attrahor ad amorem. Inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet caritas iinis inserta visceribus. Peregrinante persona, comitem se tamen cœlestis gratia desideriis jungat, & dum cupitis datur effectus, aut veniat bonum pontificatus, aut faciat. Data XVIII. Kalendarum Novembrium die, indictione octava. *

* est Ennodii prima Nb. V.

* amplissimis patribus

* Anno Chr. 499.

IV. AD LAURENTIUM MEDIOLANENSEM,

Qua ejus virtutes describuntur.

Dilectissimo atque carissimo fratri Laurentio Mediolanensis ecclesiæ archiepiscopo, Symmachus episcopus in domino salutem.

PRodit religiosæ votum * conscientiæ, mens laudibus devota pontificum: assertio ingenii est, Deo obsequentibus mancipare quod loquimur, in quorum præconiis forte angustus sermo vulget imperitiam, manifestat tamen, si abstineatur, insantiam. Quis mendicam narrationem æstimet, quam vota locupletant? Sæpe in facundiæ dotibus pauper invenitur vena prædicantis, & e diverso thesaurus cordis irradiat in egestate verborum. Qui vice Dei judicat, non desiderat picta * alloquia, sed quæ infucatus commendat nitor ingenii: quia in his etiam sine amore blanditur eloquentia, in illis splendorem suum veritas nuda commendat. Sine phaleris est omne quod dictat affectio: ad unguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem recti habere, quam similitudinem. Ad te, venerabilis mihi antistes * maxime, sermo est, cui * cum meritorum testimonio virtus cœpit a vocabulo, in quo actus eloquitur qui nomen appellat. Provida parentum diligentia tuorum, prius te * eligi voluit, quam probari. Te olim sæcularibus inhærentem titulis, castreusis fudor excoluit, & ad ecclesiæ gubernacula pars adversa solidavit, sicut dominus loquitur in evangelio: *Qui in minimo fidelis, & in magno fidelis est.* Te sacrum judex & consilii comitem meruit, & laboris. Bene, venerandis initiandus altaribus, & in laica conversatione quod sacrum esset, elegisti. Tu pudicitiæ in illa ætate custos inventus es, in qua & lex obsequitur desideriis. Satis enim est, pueritiæ ambitum, quam licentia fulcit, * horreri. Christus milites suos, quos in personam ducis attollat inter acies quærit hostiles. Adscitus ecclesiæ, pontificem actibus implesti ante tempora dignitatis. Non fuit advena benignitas, quæ naturæ innixa radicibus, de cano flore germen ostendit. Temporale enim est omne quod fingitur: perpetuum quod cum ætate maturescit. Non tibi sacerdotium rem doni credimus evenisse, sed præmii. * Alii vulgari gratia lenocinante commendantur: tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum. Manet te singularis sapientia, quæ licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessaria. Frustra monitoris personam suscipit, qui impacti non prævalet æstimare pondus officii. Vilissimis comparandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. Dedit tibi apicem res judicii, non favoris. Dignus pontifice amor est, quem censura conciliat. Devenustat institutoris * genium, qui per

* Dictio tertia Ennodii data Stephano V. S. R. E. cardinali dicenda de Maximo episcopo.

* colloquia,

* Maximo, legendum videtur, tum ex mss. Ennodii codicibus, tum ex ipsa serie orationis in Laurentio ista non congruunt.

* eligere Ms. 1.

* horreri.

* Alius vulgi ora et lenocinantur

* ingenium

per solam gratiam vult placere. Tu his erudi-A tus & formatus cœli beneficiis, plus agendo populum institues, quam docendo. Illa monita discipulorum conscientiam erudiunt, quæ probantur exemplo. Sine pudore invitat ad innocentiam, qui illam fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetralium quasi testem metuunt, qui peccare disponunt. Nascentibus culpis metus & reverentia tua negat * effectum. Qui inter exordia occurrit vitiis, & occasionem lapsuum adimit, & concupiscentiæ purgat auctorem. Hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro linguæ meæ commendatione dedicavi: si precibus tuis vitæ successus arriserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo; ut quæ universis nota sunt, mansuris in posterum litteris, quatenus gaudeat ætas secutura, serventur.

* affectum

Exemplum libelli a Cæsario episcopo Symmacho papæ oblati.

SIcut a persona beati Petri apostoli episcopatus sumit initium, ita necesse est, ut disciplinis competentibus sanctitas vestra singulis ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat. In Gallia siquidem provincia ab aliquibus personis ecclesiastica prædia diversis titulis alienantur. Ita fit, ut pro suo quis arbitrio devota mente relinquentium & egentium necessitatibus deputatas imminuat facultates. Hoc postulamus ut fieri prohibeat apostolicæ C sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum. Illud etiam pari supplicatione deposcimus, ut de laica conversatione, qui in singulis judicum officiis meruerint, aut certe rexerint sub aliqua potestate provincias, nisi multo ante tempore præmissa conversatione legitima, & vita examinata, nullus clericus aut episcopus ordinetur. Viduas etiam jam diu religioso habitu assumpto, & sanctimoniales longo jam tempore in monasteriis consistentes, poscimus ut unicuique conjugii causa, nec volentes sibi jungere, nec invitas rapiendi libera sit facultas. Illud etiam humili prece suggerimus, ut nulli per ambitum ad episcopatum concedatur accedere, nec data D pecunia sibi potentes homines suffragatores adhibeant. Et ut hæc facilius possint custodiri, clerici vel cives decretum facere, vel subscribere, sine metropolitani notitia vel consensu penitus non præsumant. Hæc omnia ultione districtionis vestræ fieri prohibete; quatenus & in ecclesia vestra, & in supradicta provincia, disciplina bonis actibus amica servetur.

V. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.[1]

Cæsarii consultationibus respondet.

I. *Ut res ecclesiæ non alienentur.*
II. *Ut nullus honorem præmiis accipiat.*
III. *Ut laici per gradus ad sacerdotium provehantur.*
IV. *Ut raptores viduarum, vel virginum, ab ecclesiæ communione pellantur.*
V. *Ut viduæ vel virgines continentiam professæ non nubant.*
VI. *Ut nullus per ambitum ad episcopatum accedat.*

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

HOrtatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere de singulis quæ ab apostolica sede concedi * supplicas, quod a patrum cautela & provisione non discrepat. Et quamvis ecclesiasticæ regulæ pene omnia comprehendant, tamen superfluum esse non credimus, * denuo quæ sunt sæpius interdicta repetere.

* postulas
* nunc

I.

a Possessiones igitur, quas unusquisque eccle- 16 quæst. 1. Possessiones.
siæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari B quibuslibet titulis atque * contractibus, vel subquocumque argumento non patimur: nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis necessitas largiri suaserit: sic tamen ut hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter donec vixerint perfruantur.

* distractionibus

II.

Illud magnopere commonentes, ut hi qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum * præmiis ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium * priventur effectu. Qui * aut ab hujusmodi se intentione cohibeant, aut vindictis canonum sciant se sine C dubitatione subdendos.

* promissa
* reprimantur
* Qui autem se a. h. i. non cohibent, vindictis &c.

III.

De laicis personis decernimus, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus & tempora, & gradus constituti sunt, per quos ad hanc dignitatem debeant adspirare: quia quicumque sine instituto promovetur, non facile caret offensa, & sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

IV.

Raptores igitur viduarum vel virginum, pro 46 quæst. 2. Raptores
immanitate tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui Deo sacratas virgines, vel volentes, vel invitas, matrimonio suo sociare tentaverint: quos pro tam nefandi D criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus.

V.

Neque viduas ad nuptias transire patimur, 27. quæst. 1 Neque viduas.
quæ in religioso proposito diuturna observatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.

VI.

Nullus itaque per ambitum ad episcopatus 1. quæst. 1. Nullusitaque.
honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat quod religiosis & Deo servientibus * inurat opprobrium? Si quis episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime E suffragatrices adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere, adhibito cujuslibet generis timore, compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio clericorum ac civium possit unanimitas declarari. Hortamur itaque, ut pro catholicæ religionis intuitu, & ecclesiarum pace, hæc uni-

* Inducat 1. quæst. 6. Si quis autem episcopatum.

1 In Collect. Isid. *Incipiunt decreta Symmachi Papæ ad Cæsarium Ep. Arel.* In titulis canonum, quos habet Collectio Dionysiana ms. in Collegio Paris. Soc. Jesu, hoc Constitutum dicitur esse Concilii secundi sub Symmacho: *De rebus Ecclesiæ conservandis.* Harduinus

universi fideli ac devota mente custodiant: quia non est dubium prævaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriæ communionis subire jacturam. Hæc tamen ad omnium episcoporum volumus perferri notitiam. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VIII. Idus Novembris, Probo viro clarissimo consule. *

* Anno Chr. 502.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Possessiones*.) Hinc quæ beneficiorum ecclesiasticorum origo fuerit, manifestum fit. Cum enim solerent clerici ab ea ecclesia per episcopum singulis mensibus moritam stipem accipere, ut supra diximus in notis conciliorum tempore Cypriani habitorum; contigit postea, ut aliquibus ex his ecclesiæ possessiones, quoad viverent, ab ipso episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quod (ut habet Symmachus) bene meritis tantummodo eas concedi liceret.

beneficiorum ecclesiasticorum origo quæ.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

ad an. Christi 502. num. 12.

Epistola Symmachi papæ ad Cæsarium episcopum Arelatensem, cujus initium: *Hortatur nos æquitas*, cum anno Christi 502. conjungi non potest quia hæc ejus subscriptio: *Data VIII. Idus Novembris Probo V. C. Consule*; alioquin Symmachus vel nominis solius Avieni consulis Occidentalis meminisset, vel utrumque consulem memorasset. Cumque *Probum juniorem* non appellet, manifestum est eam epistolam anno 513. ad Cæsarium datam. Ad eum pariter Christi annum revocandum *Exemplum libelli a Cæsario episcopo Symmacho papæ oblati*, cujus initium: *Sicut a persona &c.* quia Symmachi epistola responsa sex complectitur ad petitiones sex Cæsarii in eo libello expressas. Labbeus hic exemplum libelli Symmacho papæ a Cæsario oblati cum anno 499. Symmachi vero responsa cum anno 502. connexit, qui error in altera conciliorum editione corrigendus erit.

VI. APOLOGETICA ADVERSUS

Anastasii Imperatoris libellum famosum,

Quod pontificem ob latam in se excommunicationis sententiam proscindebat.

AD Augustæ majestatis Gratiani imperatoris epistolam octo libris beatus respondit Ambrosius, quia pro fide catholica & illum non piguit prolixius prædicare, & hic non fastidivit gratanter accipere. Hæc dixerim, ut si modum libelli promendo collegerim, non existimer quæ non oportuit locutus. Si mihi, imperator, apud exteros reges, eosque totius divinitatis ignaros, pro fide catholica dicendum foret, quidquid ejus veritati rationique congrueret, etiam prætenta morte perorarem. *Væ mihi erit si non evangelizavero*, meliusque est jacturam vitæ præsentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere. Si Christianus princeps es, qualiscumque præsulis apostolici debes vocem patienter audire. Contumelias tuas, imperator, quas sub divino judicio ipse perpendis, utrumne in me religiosa mente profuderis, fateor vel mei causa, vel tui dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem domini recolendo, dicentis: *Cum vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, propter justitiam gaudete*. Tui autem, quia nollem sic meam gloriam provenire, ut te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem dominicis & apostolicis eruditionibus institutus, benedictionem studeo tuis, imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odiis redhibere caritatem. Sed vide, quæso, ne ab eo qui ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam*; quantum a me remittitur, tantum a te cumulatius exigatur. Quid enim Christus dicat de his, qui vel * nimirum in eum credentem scandalizaverint, evangelium referat, non mea voce promatur. Sed fortasse dicis, imperator, potius te esse minimum, qui credas in Christo, & de te hoc rectius accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus, & totus homo est sic conceptus, sic conversatus in sæculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic elevatus in cælum, sic exinde dictus est esse venturus, sic hodieque in cæli regione persistit, dicente apostolo: *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, & certe de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus, qui sic credidit in Christum. Sed hujusmodi in Christum credit qui in integrum Christum credit, non in semichristum, & ideo non Christum, quia Christus non nisi integer. Integer autem non nisi hujusmodi. De tali ergo in se credente dicit: ipse etenim minimus ejus, & parvus est: pro quo scandalizato quid promiserit, ipsius, ut dictum est, melius verbis ostenditur. Fortasse dicas, imperator: Sed ego quoque talem Christum credo, & ideo inter ejus minimos jure connumeror. Hoc gravius, si & talem credis, & talem non credentibus communione misceris. *Non solum*, inquit apostolus, *qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus*. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce alios non esse, aut longe gravius, ut dictum est, contra notam sibi erit tendere veritatem. Contumelias igitur, imperator, quas in meam proferendam putas esse personam, utinam quam mihi gloriosæ sunt, ita te gravare non possent. Domino meo dictum est a quibusdam: *Dæmonium habes, Vorator; De fornicatione natus*: & putas quia ego debeam mihi dolere? Quam talia proferenti cautum est, & divinis legibus & humanis? *In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*. Quid cum & humano & cum humano te examinante judicio falsa fuerint approbata? Quid facies, imperator, in divino judicio? An quia imperator es nullum Dei putas esse judicium? Taceo quod imperatorem accusatorem esse non conveniat. Postremo iisdem divinis humanisque legibus nemo possit esse accusator & judex. Numquidnam sub alieno judicio dicturus es causam? vel accusator adstabis? Dicis esse me Manichæum. Numquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo: quorum furor maxime Manichæorum suffragatur errori. Roma mihi testis est, & scrinia testimonium perhibent, utrum a fide catholica, quam in sede beati apostoli Petri veniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deviaverim. Procedat aliquis, & qualibet ratione convincat: alioqui convicia sunt ista, non criminum probamenta. Nescio utrum quibus objicitur falsum, an falsis objectoribus inimica dicentibus me non ordine consecratum. Inter imbres lapidum totus evasi: judicavit Deus. An quia imperator es, divinum putas contemnendum esse judicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum no-

2. Cor. 9.

Matth. 5.

Rom. 12.

f. minimum

Marc. 9.

Colos. 2.

Rom.

Joan. 8.

Matth. 15.

Matth. 18.

xia quæque plerumque permittere. Scriptum
Matth. 7. est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Ostende
ergo quid existimes arguendum, ut iratum ma-
xime Deum, quæ non convenerant, permisis-
se demonstres. An quia Eutychianis nullate-
nus acquiesco? Me quidem ista non sauciant,
sed te palam aperteque demonstrant meum co-
gitasse honorem repellere, quem interventu suo
beatus Petrus imposuit. An quia imperator es,
contra Petri niteris potestatem? Et qui Pe-
trum Alexandrinum recipis, beatum Petrum
apostolum in suo qualicumque vicario cal-
care contendis? An bene factus essem, si
Eutychianis faverem? si Acacii nomini com-
municarem? Latere non potest, cur ista præ-
tendas. Conferamus autem honorem impera-
toris cum honore pontificis: inter quos tan-
Pontificis dignitas major quam imperatoris
tum distat, quantum ille rerum humanarum
curam gerit, ille divinarum. Tu imperator a
pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis,
orationem poscis, benedictionem speras, pœ-
nitentiam rogas. Postremo tu humana admi-
nistras, ille tibi divina dispensat. Itaque ut non
1. Cor. 2. dicam superior, certe æqualis honor est. Nec
te putes mundi pompa præcellere, *quia quod
infirmum est Dei fortius est hominibus*. Itaque
videris quid te deceat. Tamen cum in accusa-
tionem proruperis, tam in divinis legibus quam
humanis pari mecum sorte consistis; in qua
cariturus honore summo si fuero, quia id ma-
vis, te accusante convictus, amissurus pari ra-
tione, si non conviceris dignitatem. Sit istud
in mundo judicium, spectante Deo & angelis
ejus, spectaculum omni sæculo simus, quo aut
sacerdos bonæ vitæ, aut imperator religiosæ
modestiæ consequatur exemplum. Quia his præ-
cipue duobus officiis regitur humanum genus,
ut non debeat aliquid eorum existere, quo va-
leat offendi divinitas, maxime cum uterque
honor videatur esse perpetuus, atque ita huma-
no generi ex alterutro consulatur.

Precor, imperator, pace tua dixerim, me-
mento te hominem, ut possis uti concessa tibi
divinitus potestate: quia etiamsi hæc sub hu-
mano prævenere judicio, sub divino necesse est
ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es,
Rom. 13. Humanis potestatibus parendum, nisi sit contra Deum.
scriptum esse: *Omni potestati nos subditos esse
debere*. Nos quidem potestates humanas suo lo-
co suscipimus, donec contra Deum suas erigunt
voluntates. Ceterum si omnis potestas a Deo est,
magis ergo quæ rebus est præstituta divinis. De-
fer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te.
Ceterum si tu Deo non deferas, non potest
eius uti privilegio, cujus jura contemnis.

Dicis quod mecum conspirante senatu excom-
municaverim te. Ista quidem ego, sed rationa-
biliter factum a decessoribus meis, sine dubio
subsequor. Dicis quod male te Romanus tra-
ctet senatus. Si nos te male tractamus, suaden-
tes ut discedas ab hæreticis: tu nos bene tra-
ctas, quos vis sociare præcipitanter hæreticis?
Quid ad me, inquies, quod egit Acacius? Re-
cede ergo, & nihil ad te. Nam si non recedis
ab eo, pertinet & ad te. Relinquamus uter-
que mortuum. Et nos hoc petimus, ut nihil
ad te pertineat quod egit Acacius. Tu nos fa-
cis objicere tibi, qui vis ad te pertinere quod
egit Acacius. Nos vitamus quod egit Acacius;
vita & tu: & ad utrosque non pertinet quod
egit Acacius, ut possis sine iis quæ egit Aca-
cius cum ea quæ ad nos pertinet causa conjun-
gi, ut possis sine Acacio nostræ communioni
sociari. Nos non te excommunicavimus, impe-
rator, sed Acacium: tu recede ab Acacio, et
ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli
miscere excommunicationi ejus, & non es ex-
communicatus a nobis. Si te misces, non a no-
bis, sed a teipso excommunicatus es. Ita fit ut
in utroque, sive discedas, non sis excommuni-
catus a nobis, sive non discedas, non sis ex-
communicatus a nobis. Catholici principes qui-
dem semper apostolicos præsules institutos suis
literis prævenerunt, & illam confessionem fi
demque præcipuam, tamquam boni filii, quæ
sierunt debitæ pietatis affectu, cui noscis ipsius
domini salvatoris ore curam totius ecclesiæ de-
legatam. Quod quia per occasiones fortasse pu-
blicas tua creditur præteriisse tranquillitas, ne
magis honorem meum quam sollicitudinem do-
minici gregis appetere judicaret, appellare non
distiti meis te sponte colloquiis.

Vulgatum fuisse designas, quod tua serenitas directa militari manu compelleret eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi & armis in prævaricatæ communionis consortia detestanda. Ubi te, rerum humanarum princeps, qualiscumque sedis apostolicæ vicarius contestari mea voce non desino, ut te memineris hominem quantalibet sis mundi potestate subnixus, circumspiciasque cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani catholicam fidem diverso proposito persequi, vel afflligere sunt conati, quemadmodum (vastitatis infectatione, cujus placuit * contritionis illatæ) ipsi, qui intulerint ista prævalendo, defecerint, & orthodoxa veritas hoc prævaluerit magis, quo putaretur oppressa: quæ sicut sub infectatoribus suis crevisse monstratur, sic obtrivisse cognoscitur insequentes. Miror si non humanus sensus intendit, præcipue qui se Christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem, communionemque Christianam variis superstitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc & ipsi quocumque modo percellere moliuntur. Quid interest enim, utrum paganus, an, quod est deterius, sub nomine Christiano veram sincederamque traditionem apostolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatem, ut cum in illis regionibus, cunctæ prorsus hæreseos opiniones suas habeant publice licentiam profitendi, sola catholicæ communionis libertas putetur ab iis, qui se religiosos existimant, subruenda? Quæ si putatur error (quod non licet) cum ceteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus. Sin integritas æstimatur, sequenda potius fuerat, quam violenta persecutione vastanda. Nec eam probantur insequi potuisse, nisi prava sectantes. At ne ipsi convincerentur errare, repellere cogitarunt, quo nutabantur errantes, malentes non affectari quod justum est, sed potius submovere quo docerentur injusti. Sic recessit ab humanis mentibus Deus, ut obstinate contra jus voluntatem non aspiciant, & in isto sæculo divinum non deesse posse judicium, & post hujus vitæ cursum illi sit tremendo non defuturus examini, sub quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, & patefacta puniantur, nisi qui hæc omnino non credunt, quive illa se perpetrasse impune confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestari, qua possumus voce, nullatenus cessamus omnipotentem Deum suis minime defuturum & quan-

quantacumque sit humana præsumptio, quantacumque potentia, sub divino nutu hujus atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum neque hic confidimus evasurum, & in illo magno Dei judicio receptum, quod iis temeritatibus divina retributione debetur. Hæc nos nequaquam tacuisse sufficiat, ut cum superna fuerit ultio subsecuta, & vera nos protulisse consideratio humana cognoscat, & pœnam non inaniter pronunciasse ventura, & præposuisse præmonitionis formam, qua hujusmodi præcipitiis de cetero temperetur. Certe si hujusmodi propterea relinquenda proprio definitis arbitrio, quia nec a Christianis vexari deceat Christum quocumque titulo confitentes, nec viventes in jure Romano lacerari conveniat a Romanis; consequenter ostenditur, Romanos homines, & qualiscumque Christianæ professionis impetere, nec Christianum dici posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi sunt, aut nullus penitus impetendus, & quod in uno genere judicas amovendum, in omnibus repelle, si prævales. Si omnia sunt sinenda, nullus penitus excludendus. Alioqui dum parcendo cunctis erroribus sis amicus, non nisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est. Omnes catholici principes, sive cum imperiis gubernacula susceperunt, sive cum apostolicæ sedi novos agnoverunt præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, ut se docerent ejus esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos, quod chartis quoque tuis apud te etiam possumus adstruere, nisi te æmulum, & reum, & inimicum vitaremus, & judicem. Non mirum si catholicos persequuntur Manichæorum patroni, cum falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in orthodoxos sæviant, quibus potest cum cunctis hæresibus convenire, & universis erroribus amici non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, convincendus est: verum si error non est, tibi verum deesse cognosce, qui persequeris * quo profiteris errare. Sed pravitatis complex non potest nisi eum persequi, qui est pravitatis inimicus.

Principum catholicorum consuetudo novos Romanos pontifices salutandi.

* quo convinceris errore.

VII. SYMMACHI PAPÆ

*Vel saltem ipsius nomine ab Ennodio * diacono scripta ad episcopos confessores.* *

* Vide ep. 14. l. 11 epistolarum ejus.

* in Sardiniam & alias insul. deportatos.

Dilectissimis fratribus episcopis Afris Symmachus.

LUcrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula quæ Christianis indixit, credentium animos subegisset, & per diversa domini grege dispersо, non superesset vel inter paucos, a quibus possit fide perseverante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine quam in devotione complacuit. Scriptum est enim datam satanæ potestatem ut servos Christi cribraret: ut quod de tritico inveniri posset, horreis jungeretur: quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: *Nolite timere pusillus grex: complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida ecclesiæ membra resecaret; & ad cælestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: Qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Nolite metuere, quod pontificalis a vobis apicis insulas abstulerunt. Vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam honoribus consuevit gaudere, quam mentibus. Majora sunt confessionis præmia, quam nominatæ munera dignitatis: Ad illa plerumque etiam minoris meriti personas favor humanus adducit: ista nisi gratia superna non tribuit. Ipse enim in vobis & pugnavit & vicit, quem fides meretur & inter hominum tormenta sociari.

Luc. 22. 5.

Luc. 22.

Prolixis non est opus ad fervorem in vobis cælestem animare colloquiis. Habet incrementa sua divinæ virtutis incendium. Non est opus eos in trophæo jam positos attolli laudibus qui sine monitore vicerunt: gravant conscientiam Christiani quidquid afferunt blandimenta præconii. Res quidem virtutis est quam fecistis, sed summi præmii restitutione superanda. Quod tamen, directis ad filium nostrum N. Ennodium * diaconum literis, speraſtis, beatorum Nazarii & Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocinia invictorum militum, quia & jam vestram piam fidem in præliis imperator agnovit. Feliciter confessionis munera * consummare dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere ecclesiis quietem; & ut mœrorem, quem * induxit adversitas, pacis dulcedine consoletur.

* nomen Ennodii deest in ms. cod. in quo non N. sed H. legitur. nec scit quis sanctorum martyrum miles.

* consummate Deus.

* indixit.

VIII. AD ORIENTALES, &c.

QUod fieri plane cupimus, si quæ scribimus, impleantur. Nullus stupeat servatum hactenus nos nunc solvisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet. *Tempus loquendi, & tempus tacendi.* Quia taciturnitatem præsens tempus expugnat: nam inter cætera quæ accidunt, silere, nec fidei stimulis excitari, magni constat esse fastidii. Quippe ubi religionis reverentia & summa concutitur, aptum juxta divinam scripturam dicere, eos qui sunt mites, debere esse pugnaces. Siquidem & spiritualis quædam Deo accepta congressio inde & laudabiliter universa tolerat; ne quisquam a divina caritate separetur, & vos quidem docere quod doceatis, grave onus pudoris, sed necessarium & utile tales admonere: nec enim congruum illis religiosæ afferre dogmata disciplinæ, a quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio.

Eccles. 3.

Luc. 22.

Sed breviter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana ecclesia qua Nestorii contagione laboravit? Nestorii, inquam, qui quasi putre corporis membrum a societate catholicæ communionis excisus est. Ubi terrarum non prædicatur congregatio Chalcedonensis sancti concilii, quæ Eutychetem & Dioscorum, duo nomina famosa & magnæ perfidiæ, unius sententiæ integritate damnavit, iniquitatis complices uno spiritu divinis dogmatibus adversa sectantes? Quis Petrum & Timotheum præfatorum vernulas ignoravit, propugnatores intentionis addictæ, auctores ac magistros suos tævo errore vincentes? Illum Timotheum loquimur patricidam, qui sanctæ recordationis Proterio superstite, non solum ecclesiam non religiosis auctoribus occupavit, verum etiam effusionem pii sanguinis ad crimen pervasionis adjecit. Ipsius nempe damnationem universalis est ecclesiæ vox locuta, dum cum nomine quoque Christiani honoris exueret

Ejus

Ejus Petrum sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimæ passiones, in quibus ille virtutem animi sui exultavit ostendere. Novit hunc Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum prædicto auctore peccati finem sancti Flaviani operatus innotuit.

Tacenda sunt Antiochiæ mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria reverendum sacerdotii nomen irrisum est. Quis Apamiæ & Tyri gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deflere? Quid Acacium? qui quasi boni sui fascino gravatus, quæ Basilisco imperante præmiserat, novo exemplo pene deprehensus est adversus seipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens, quos prius gloriosum putavit * addicere, & laborans sociare fidelibus quos dudum hæreticos manifestæ prævaricationis ostenderat: propter quod maxime fugiendus, & designato superius damnatorum agmini coæquandus, illa propter quæ fidelis probatus est dissolvens, permixtus his, per quos læsio ecclesiæ generalis evenit.

Adversus hos si patrum dogmata ratio suadet esse servanda, cogitate, si possunt ea majori transgressione calcari, quam nunc per eos qui in partibus vestris Eutychetis dogmata * rediviva resuscitant. Si vero tamquam infirme constituta sententia, sine piaculo negliguntur, citra ullum robur credulitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus novis, vetera constituta solventibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inventa, nec eorum quæ bene instituta sunt firmitas vindicatur, hujusmodi impietates necesse est fidei supervenire. Nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur, & (quis hoc fidelium patienter accipiat?) instituta patrum reverenda calcantur. Et quis non vitæ mortem nulla electione præponat? Ubi catholicæ fidei adoranda reverentia? Ubi multo cruore sanctorum dogmata constituta? Ubi doctorum veterum fidelis auctoritas? Ubi illa religiosarum mentium stupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe æternæ hæreditatis excideret, quasvis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni judicaretur indigna? Nam nulla majora documenta sunt fidei, quam ubi temporis ratio suadet vitam subdere passioni: & ideo qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se cœlestis ostendit esse militiæ. Christus nos pio sanguinis pretio comparavit gratiæ libertate concessa, nihil invenientibus humanis operibus, quod dignum tanta mercede tribuerent. Atque ideo ubi religionis injuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum.

Unusquisque ergo exilia & peregrinationes tamquam domum patriamque respiciat; ne desideriis retentus humanis, Christi societate privetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionem sui fervorem gratiæ consecutos. Fidem ipsam dicere judicemus. Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata fidelium, parvis passionibus munera magna compenset.

Pluribus caritatem vestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari: sed quid opus est vocis stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones apostolicis & patrum docemur exemplis, qui per damna humanarum rerum, cælestium nobis ostenderunt * argumenta virtutum? Ergo pronunciemus intrepidi claras ecclesiæ cum magna fiducia disciplinas. Longe sit a nobis prophetæ sermo dicentis: *Et sacerdotes vera celaverunt*. Quem enim latet, discipulorum scientiam a doctoribus exigendam? & quod non pronunciatum lædit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum latet sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quamdiu adversus eos prolatæ sententiæ non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto meliora: ut ea quæ per improbos confusa sunt, per vos correctionis remedium consequantur. Non est tam durum decipi quemquam, quam deceptum in errore persistere. Malum hoc & malis omnibus gravius, cum a corpore suo membra dissentiunt. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tamen juxta apostolicam vocem, totum corpus ex parte prægravari.

Unde addictorum fugienda communio, juxta beatum apostolum: *Pronunciationem fidei nullus erubescat: virtus est enim omni credenti*. Declinemus sacrilegum Eutychetis errorem cum Manichæa malitia congruentem; communionem quoque eorum qui sunt a talibus educati, pari intentione vitemus, qui nunc quasi morbum & contagium ecclesiis partium vestrarum tentant irrepere. Nemo se separet cum prædictis, & ferre tempestatem dissimulet, donec portum veræ fidei ab eorum communione separatus introeat. Quæ quidem amans moneo, non odio persequens accuso. Nam qui culpanda vituperat, nec utilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quam amantis affectum: & qui cohortatur ad profutura, vehementius boni propositi designat imaginem, ut ferventius utilia expetantur, invitans.

Propter quod, fratres, illius bonæ ecclesiæ desiderantes unitatem, & beatum decorem sanctæ concordiæ præsumentes, dicamus cum sancto David: *Quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*: & ut de vobis apostolus Paulus dixerit: *Vos autem omnes fratres in Christo uno estis*. Donec enim unitas non redeat, nullus ambigat * tandem nihilominus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerunt; de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est & tacere. Nam qui apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea quæ evenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans servare cupit apostolica judicia, cum a præfatorum se labe sejunxerit, nostræ communionis se noverit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos apostolica sedes damnavit, non se societate removerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaque calliditate ecclesiasticæ se custodiæ posse subrepere: quia sicut illos, qui se a suprascriptorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acacii venenis dissociant, libenter amplectimur; ita circa istorum sectatores cura & solicitudo nostra, ne subrepere possint, semper invigilat. Et alia manu: Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data octavo Idus Octobris post consulatum Felicis viri clarissimi. * Anno Chr 512

* abdicere.

* recidiva

* augmenta

Thren. 2.

Rom. 1.

Psal. 132.

1. Cor. 1.

* eadem

EPI-

EPISTOLA ORIENTALIUM

EPISCOPORUM AD SYMMACHUM.

Petunt ut orientalibus ecclesiis schismate laborantibus opem ferat, seque in communione recipiat: catholicam fidem profitentur, & haereses damnant.

Ecclesia orientalis ad Symmachum episcopum Romanum.

BOnus ille & amator hominum dominus noster Jesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos inclinans cœlos, & descendens ad terras, immaculatis evangeliis quotidie illud clamat: *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus; Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Plus autem volens aperire opera suæ clementiæ, adiecit in sequentibus dicens: *Quis autem vestrum habens centum oves, si perdiderit ovem unam ex iis, nonne relinquit nonagintanovem in deserto, & vadit ad perditam, quamdiu inveniat illam? & inveniens imponit illam gaudens in humeris suis, & veniens domum suam, convocat amicos suos & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inveni ovem meam perditam.* Et ut clarius fieret quod dicitur, mox adjecit parabolam mulieris, quæ perditam invenerat drachmam, utrisque adjungens & dicens: *Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cœlis de uno peccatore pœnitentiam agente.*

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 15

Cathedram Petri tenet Romanus episcopus.

Hæc diximus, sanctissime, ausi supplicare non pro perditione unius ovis, neque pro perditione unius drachmæ, sed pro amica nobis salute, non orientalium partium tantum, sed trium prope plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro redemptarum de vana conversatione a parentibus tradita, sed pretioso sanguine agni Dei: sicut docuit beatus gloriosorum apostolorum princeps, cujus cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui venit quærens & liberans quod perierat, & ponens animam suam in redemptionem pro multis. Quem imitatus, sanctissime beatissimeque, festina ad adjuvandum nos, sicut beatus Paulus doctor vester ad auxilium quandoque Macedonum festinavit: & quidem ille in visione cognoscens periclitari Macedones in veritate adjuvare eos properavit.

1 Petr. 1. Actor. 16.

Tu autem affectuosus in filiis pater, non visiones, sed in veritate spiritualibus cernens oculis pereuntes in prævaricatione patris nostri Acacii, noli remorari: magis autem (ut ita dicam sicuti propheta) *non dormites, sed festina ad liberandum nos:* quia non in ligando tantum potestas est tibi data, sed in solvendo quoque diu vinctos ad imitationem magistri: neque in eradicando, vel diruendo, sed in plantando & ædificando, secundum beatum Jeremiam, magis secundum salvatorem mundi Christum, in cujus ille extitit typo: neque in tradendo tantum satanæ in interitum carnis, sed & in caritate formando, longa aversione dejectos: ne (quod absit) majori tristitia absorptis nobis a satana videamini pertulisse dispendium. Non enim ignoras ejus ingenium, qui quotidie a sacro doctore tuo Petro doceris oves Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere, non

Psal. 22. 2. Cor. 5.

Romanus pontifex pastor totius ecclesiæ.

A vi, sed sponte coactas: qui cum doctissimo Paulo clamas nobis subjectis & dicis: *Non enim dominamur vobis in fide, sed cooperamur in gaudio.* 2. Cor. 1.

Quare deprecamur disrumpi novum chirographum nostrum, sicut salvator & dux noster Christus vetus illud in cruce disrupit; ne ultra post lavacrum regenerationis, malorum nostrorum subjaceamus delicto, sed ut ejus qui comedit, uva acerba ligaverit dentes, secundum B. Ezechielis prophetiam. Cum ergo in veritate parabolam istam salutari adventu suo salvator impleverit; cur, sanctissime ac beatissime, Acacii inobedientia, uvam acerbam comedentis, nostri, id est filiorum ipsius in tam longo annorum cursu ligati sunt dentes? Si unus homo peccavit, quare toti synagogæ, aut magis toti habitabili mundo per anathema divinus furor incumbit? Ubi ergo Dei promissio, quæ dicit: *Non percipient filii parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed unusquisque morietur in suo peccato.* Colos. 2. Ezech. 18 Deut. 24. Ezech. 18

Querantur teneri peccato Acacii.

Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutychianorum amicitiam, qui aversantur & anathematizant sanctissimum & beatissimum papam Leonem, vel in Chalcedone synodum habitam, anathematizatus est Acacius; quare nos a vobis æstimamur hæretici, & in anathemate sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quæ dicta sunt in sancta synodo? Qui C propter prædicationem recti dogmatis vestri quotidie oppugnamur, & ut hæretici anathematizamur ab iis qui Eutycheti consentiunt. Noli facere judicium, per illum qui cunctam judicat terram: ne perdas justum cum impio: nec fiat apud te justus ut impius: nec æqualiter judicentur a te orthodoxi & hæretici, vel qui anathematizant prædictam sanctam epistolam, sanctamque synodum vestram rectam, & ii qui vobiscum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quæ a vobis prædicatur.

Et Jesus quidem Nave incircumcisos, & idolorum servitores Gabaonitas cum mendacio fuglentes ad se, dum oppugnarentur ab Abimelech vel ceteris quatuor cum eo principibus, D pro eo quod ad eum confugerant, Deo cooperante, strenue vindicavit, ne blasphemaretur nomen Dei ejus tamquam non eos adjuvare prævalentis. Vos autem, sanctissimi viri, Jesu magni Dei & salvatoris spei nostræ discipuli, imitatoresque ejus qui figuram servi assumpsit, ut nos liberos redderet a peccato quod regnabat in nobis; videntes oppugnari nos & mortificari, non sicut Gabaonitas incircumcisos, sed vobiscum circumcisos in Christi circumcisione, neque idolorum servitores & æmulos, etsi peccatores, tamen Christianos, & vobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis ultra, pii patres: sed sicut E beatissimus prædictus Jesus Nave, non illos tantum, sed & Raab meretricem illis anteposuit propter duorum exploratorum susceptionem; ita & vos nos vigilanter assumite cum Dei juvamine propter duarum naturarum traditionem, quæ a vobis per epistolam inter sanctos constituti papæ Leonis contra Eutychetis deliramenta directa est. Et illa quidem suscipiens explorantes, in stupam tini suæ domus abscondit: nos autem rectæ fidei vestræ suscipientes confessionem, in corde nostro non abscondimus, sed in ecclesiarum dogmatibus Dei mise-

Jos. 10. A simili ducunt argumentum. Jos. 16

misericordia eam cum auctoritate prædicamus. Et illa quidem rogata per metum eos se habere negavit: nos autem oramus, ne unquam humano metu negemus rectæ doctrinæ nostræ veritatem; & usque ad sanguinem pro ea stabimus, ' si sit necesse.

Unde non tædeat nos adjuvare, neque odio habeatis propter adversantium communionem: quando se ab hac plurimi facultatibus impediti, & non habentes solicitudinem multarum animarum suspenderint: quibus vero multarum animarum cura commissa est, in creditis sibi communicent ecclesiis, nullum contrarium habentes communicantem sibi, & metuentes relinquere lupis oves propter vocem domini dicentem: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & relinquit oves & fugit, & lupus rapit eas atque dispergit, quia mercenarius est, & non habet ovium curam*. Quod ergo non amore vitæ capti, sed ovium salutem curantes plurimi sacerdotum hoc faciunt, deinceps, miserante Deo, cognoscere poterit tua paternitas.

Quidam enim de his qui in sacerdotio constituti sunt, ' spectantes in exilio mitti presbyteros orthodoxos & sanctos viros, volentes se præter necessitatem ab ecclesiis suo arbitrio subducere, ipsosque sequi, non cesserunt eis hoc facere, adjurantes eos, ut manerent in creditis sibi sanctis ecclesiis ad populi munimen orthodoxi, in se suscipiendo quæ putantur discretionis illorum. Sicut Rebecca quondam dicens Jacob: *In me peccatum tuum, fiat*: ita illi ab ecclesiis sibi creditis discedere sponte volentibus dixerunt: In nos veniat peccatum discretionis vestræ: tantummodo oves Christi præter necessitatem lupis non relinquatis; ne in loca vestra hæretici ingredientes, lupi discerpant oves; aut certe ab ipsis ovibus suis propter rectam fidem fugati, & his qui non fugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui adversantium communicent, tali fide dicentes: Putas isti amore vitæ hoc faciunt, an amore animarum, ad imitationem domini sui primi pastoris nostri Jesu Christi magni Dei & salvatoris spei nostræ, qui animam suam posuit pro ovibus suis.

Omnimodo autem & qui videntur communicare orthodoxi, & qui se a communione abstinent, omnes post Deum tuæ lumen visitationis & assumptionis opperimur. Quare festina juvare orientem, ex quo vobis duo grandia dei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi salvator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam ipse vobis dedit: illuminate eum rectæ fidei lumine, sicut per ipsum vos quondam divinæ cognitionis lumine idem illuminavit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis ægrotante, unius hominis delicto lassati, in ægritudinis curatione boni illius medici discipuli ipsum cœlestem medicum & principem pastorem, magistrum suum ad curam vocantes ægritudinis ipsius, aliquando dicebant; *Domine inclina cœlos tuos, & descende*: aliquando rursum: *Qui regis Israel, intende: Qui sedes super cherubim, appare: excita potentiam tuam, & veni, ut liberes nos*: sic nos modo, qui infirmitati novæ prævaricationis patris nostri dejicimur, ad tuam clamamus beatitudinem: ut & tu imitator existens Filii Dei, ad ' dilectionem deprecatione venias, imitatione ipsius cœlestis Patris tui, *qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos*. Festina in auxilium nostrum, sciens, sanctissime (sicut in principio dictum est) quia *non opus habent sani medico, sed male habentes*.

Quod si parva existeret ægritudo, nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus, quatenus & passiones bonorum medicorum, id est, gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumque doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia, ut & prævaricationis medicinam, & solutionem vinculorum, & delicti remissionem de tuo sancto ore suscipieremus.

Sed quia *non est ulcus, aut macula, neque plaga tumens, sed totum ulcus est a pedibus usque ad caput*, sicut beatus Isaias antiquam prævaricationem deflens dixit: vos jam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum discipulorum ipsius certissimi plantatores festinate ad curam resolutorum ecclesiastici corporis membrorum, ut dissolutas manus nostras, dissolutaque genua erigatis, & cursus rectos faciatis pedibus nostris; ne quod claudum est, amplius distorqueatur, sed curetur magis per strenuitatem & optimam diligentiam vestram.

Sicut enim magistro nostro domino Paulo glorioso apostolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret sermonem domini in Corintho loqui, adstans dominus dixit: *Loquere & non taceas, quia multus est mihi populus in hac civitate*, & nunc tuæ dicit beatitudini ejus benignitas: Festina, & noli tardare ad orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi, quia non tantum pro centum viginti millibus in magna quandoque constitutis civitate Ninive, sed a multo pluribus spera expectari tuam post Deum medicinam. Si enim qui præcessit beatitudinem tuam inter sanctos constitutus Leo archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum per se currere non duxit indignum, ut captivitatem corrigeret corporalem, nec tantum Christianorum, sed & Judæorum (ut credibile est) atque Paganorum: quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, non ad corporeæ, quæ bello fit, captivitatis correctionem atque conversionem, sed animarum, quæ captivatæ sunt, vel quotidie captivantur? & inter duas diabolici vias erroris, Eutychetis atque Nestorii, tertiam imo mediam nobis ostendas expressius veri rectique dogmatis viam.

Dubiam eam fecerunt nostra peccata, æstimantibus quibusdam non posse inter Nestorii & Eutychetis salutis viam mediam reperiri; sed quod omnino necesse sit, aut illius esse quemquam, aut illius. Propter hoc festina post Deum nos adjuvare: & sicut inter Arii dividentis atque separantis unam deitatis naturam atque substantiam, & Sabellii quoque confundentis personas & minuentis numerum trinitatis, offenderunt sanctissimi patres viam mediam veritatis, in confessione divinitatis unam substantiam, naturam, virtutemque demonstrantes, propter Sabellium tres personas & æquæ potentiæ unam veritatem: sic & vos nunc, sanctissimi atque beatissimi, illuminate nos spiritualis scientiæ vestræ lumine, quæ est inter sententiam Eutychetis ad imitationem Sabellii naturas atque substantias confundentis, & inter Nestorii ad imitationem Arii personas atque substantias dividentis, vera rectæ fidei confessio,

Ut ita conjunga.

Joan. 10.

Diligens curam pastoralem exercita.

Spectantes.

Genes. 27.

Quasi deliberam ex certo.

Psal. 143.

Psal. 79.

Dilectionem

fessio, tradita nobis a papa Leone inter sanctos constituto, & discipulorum in Chalcedone sanctorum patrum duarum substantiarum aut naturarum unitas in una eademque persona & substantia magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.

Fidei professio.

Ipsi enim docuerunt nos divinis scripturis alteram esse visibilem & palpabilem & passibilem carnis naturam, & alteram invisibilem, impassibilem, & incomprehensibilem naturam in una persona & substantia magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi; alteram de matris substantia & natura venientem de semine David, Abrahæ, & Adæ, secundum carnem natam, alteram vero ex utero ante Luciferum genitam de substantia & natura Patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias occasionem apprehendentes qui secundum Nestorium sapiunt, duas personas, aut duos filios, vel duos Christos male introducant; docuerunt sancti illi & beati patres unam scire personam & substantiarum inseparabilem unitatem ex duabus substantiis & naturis, & in duabus substantiis & naturis magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.

Fidei catholicæ confessio.

Nos enim, o sanctissime & beatissime Symmache, eumdem esse existimamus ex duabus naturis, & in duabus naturis, & non (sicut illi dicunt) ex duabus naturis unam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum unitate non pati confiteri; ut se doceant Arianorum esse imitatores, dicentium per Filium glorificari Patrem, cum Filio autem non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos docuerunt fratres tui sanctissimi patres, Per quem & cum quo æqualiter pati dicere nos: quin, Per quem, humanitatem; Cum quo, divinitatem significantes magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi: sic & nunc illis, Ex duabus quidem naturis, dicentibus, In duabus autem non confitentibus, nos ex duabus, & in duabus pariter dicimus. Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit unitas, In duabus autem, in quibus visus est, & palpatus est, & assumptus post passionem & resurrectionem, confitemur, & in quibus venit judicaturus vivos & mortuos.

Neque enim nuda divinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi; nec simplex humanitas morti subjacens per mortem confundere eum qui obtinebat mortem, hoc est diabolum. Unde & post resurrectionem in immaculata carne sua visum Verbum Dei & Deus noster omnibus discipulis suis dicebat: *Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem.* Habentem dixit, ut non is in illa mutatus putaretur, sed in veritate assumptisse crederetur. Beato quoque Thomæ diffidenti clamat: *Infer digitum tuum, & vide manus meas: & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Unde dum assumeretur, duo viri visi discipulis in albis vestibus clamabant & dicebant: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, ita veniet, sicut vidistis eunteum in cœlum*, cum venerit omnimodo in gloria Patris cum sanctis angelis in die terribili justi judicii: sic infideles Judæi videbunt in quem compunxerunt, & cum eis peccatores etiam nostri, cum qui eorum misertus est & liberavit eos, neglectus autem ab eis est. Secundum vos autem sancti & justi videbunt quem dilexit anima eorum, & lætabuntur lætitia ineffabili & gloriosa, accipientes consummationem fidei suæ in salutem animarum suarum, & audientes suavissimam vocem eius dicentis: *Venite benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum ab initio mundi.* Cujus beatæ vocis cum tua beatitudine & nos indignos dignetur Christus dominus noster, per omnia sanctissime pater.

Loc. cit.

Joan. 20.

Act. 1.

IX. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Confirmat diœcesorum provinciæ inter Viennensem & Arelatensem ecclesias a Leone papa constitutam.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Gallias consistentibus Symmachus.

SEdis apostolicæ institutia prædicanda solicitant, ut de concordia universalis ecclesiæ, quæ toto orbe diffusa est, pervigili cura tractemus: quæ tunc præcipue efficacius adolescit, si ea quæ a patribus statuta sunt, ab subsequens reverenter obtervet. Cæterum siquidem frater & coepiscopus noster, metropolitanæ Arelatensis civitatis sacerdos, ecclesiæ beati apostoli Petri limitibus præterintatus, ea quæ eidem de privilegiis ecclesiarum constituta sunt, nostris postulavit innovari sermonibus. Cuncta enim inter ecclesias Arelatensem & Viennensem a decessore nostro beatæ recordationis Leone papa quæ super hac parte ordinata sunt, ecclesiæ Romanæ fidelis declarat institutio. Atque ideo ne ea quæ semper veritatis est arcula, [illegible] quid vendicare queat oblivio, & [illegible] Dei [illegible] vitior temporis [illegible] vergat in [illegible], necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris alfatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo papa dudum cognitis allegationibus partium definivit, parochiarum numerum, vel quantitatem Arelatensis & Viennensis sacerdotibus deputandam. Nos præcipimus nullius usurpatione transcendi, sed ut ante prædiximus, norta indulgentiam supradicti pontificis, Valentiam, Tarantasiam, Genevam, atque Gratianopolim oppida Viennensis antistites juri suo vindicet; nec quicquam amplius ab his quæ semel ab apostolica sede concessa sunt, æstimet præsumendum. Alias vero parochias, vel diœceses cunctas privilegio & honore suo Arelatensis episcopatus sub temporum continuatione defendat. Nec enim observatio & verularis reverentia [illegible], si amplius de humilitate gloria sacerdotalis attollitur. Proinde, fratres carissimi, finitis honoris [illegible] distributione contenti, nec per fraudulentia patrocinia, nec per cujuslibet excusationis obtentum [illegible] cita præsumptione terminos concessæ potestatis excedant. Studere siquidem unusquisque debet devotionis officium magis gratia [illegible] ambitione, ne & domini nostri offendamus, & humanam in se lacessat invidiam. Tacere nos ista commisse dispensatoris [illegible] minime [illegible] tuntur ut & de his qui ecclesiasticis regulis obtecundant perseverantibus in concordia sedis apostolicæ gratulemur. & illi qui catholicis disciplinis obtempetare dedicerunt, ab ecclesiæ gratia & caritate se alienos ostendant. Deus vos incolumes custodiat. Fratres [illegible] fi-

A

B

C

D

E

mi. Data Idibus Novembris, Probo viro clarissimo consule.* A

* Anno Chr. 501. (1)

Exemplum libelli Symmacho papæ oblati ab Ægidio Abbate & Meissano Notario, de privilegiis ecclesiæ Arelatensis.

QUantum in omnibus ecclesiarum pontificibus, quæ in toto orbe diffusæ sunt, apostolica sedes, sibimet vindicat principatum, & synodalibus decretis firmior ejus præcellit auctoritas; tantum potestatis suæ provisione dudum a sese concessa debet inconcussa servare, quatenus Arelatensis ecclesia fruatur privilegiis suis. Quæ nunc per antistitem Cæsarium seriem suæ petitionis insinuat, & B quam hactenus habuit potestatem vestra deposcit auctoritate firmari; ut quod veneranda sedes quondam perenni sanctione custodiri præcepit, & pragmaticis specialiter decreta sunt constitutis, beatitudinis vestræ præceptis suis etiam nunc confirmet auctoritas. Aquensis etiam civitatis episcopum sanctitatis vestræ moneri præcipite constitutis, ut dum a metropolitano antistite ecclesiæ Arelatensis ad synodale concilium fuerit evocatus, vel aliqua ordinationis causa cum sibi postulet religio divina necessarium, minime venire frustretur; quatenus ea quæ longævis sæculis priscorum sanxit auctoritas, vobis præsulibus præsenti futuræque ætati inviolata serventur. Data ab Ægidio abbate & C Meissiano notario.

X. AD CÆSARIUM ARELATENSEM.

Respondet præcedenti.

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

QUi veneranda patrum statuta custodit, amicum se absolutæ religionis ostendit; & qui providet ut locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiæ cogitare. Rationabile est, ut sancta Arelatensis ecclesia propriis privilegiis perfruatur; & quod vetustas præstitit, & patrum auctoritas roboravit, D nova non debet violare præsumptio. Sic tamen, ut ceterarum ecclesiarum privilegia temporibus acquisita non titubent. quia nec potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit injuriam. Manentibus siquidem his quæ patrum constituta singulis ecclesiis concesserunt, decernimus, ut circa ea, quæ tam in Galliæ, quam in Hispaniæ provinciis de cauta religionis emerterint, solertia tuæ fraternitatis invigilet: & si ratio poposcerit præsentiam sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuæ dilectionis admonitus auctoritate conveniat: & si Dei adjutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus: alioquin existentis negotii qualitas ad sedem apo- E stolicam te referente perveniat: ut cunctis ordine suo peractis, unde inimicus bonitatis sibi blandiatur, locum invenire non possit. Igitur, quemadmodum supra diximus, per singulas ecclesias beneficia quæ sunt diu custodita serventur. Et si tam ecclesiæ Aquensis antistes, vel alius quilibet, metropolitano pontifici juxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit; noverit subdendum se, quod non optamus, ecclesiasticæ disciplinæ. Et in hac parte magnopere te volumus esse solicitum, ut si quis de Gallicana vel Hispania regionibus, ecclesiastici ordinis atque officii, ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: ut nec honor ejus per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa a nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VI. Idus Junias Flavio Senatore viro clarissimo consule.* * Anno Chr. 514.

XI. AD THEODORUM LAUREACENSEM.

Cui pallii concedit usum.

Symmachus * sanctæ apostolicæ sedis gratia Dei episcopus reverendissimo & sanctissimo fratri Theodoro Laureacensis ecclesiæ archiepiscopo. * Ex appendice ad chronicon Reichersperg. & ex metropoli Salisburgensi Hondii.

DIlebus vitæ tuæ pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem & ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato Petro apostolo universus grex dominicarum ovium quæ & commissæ sunt habere dubium non est, ab apostolica sede sicut decuit, poposcisti, quod ut pote ab eisdem apostolis fundatæ ecclesiæ majorum more libenter indulsimus ad ostendendum te magistrum & archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem ecclesiam provinciæ Pannoniorum sedem fore metropolitanam. Idcirco pallio, quod ex apostolica caritate tibi destinamus, quo uti debeas secundum morem ecclesiæ tuæ solerter admonemus pariterque volumus, ut intelligas, quia ipse vestitus, quo ad missarum solennia ornaris, signum prætendit crucis, per quod scito te cum fratribus debere compati ac mundialibus illecebris in affectu crucifigi. Unde cum te foris hujusmodi insignio indueris, intus in animo confidera, quod hoc sit magis oneris quam honoris, atque cor tuum Deo tegente ab appetitu istius sæculi sic tempera, ut & commissam exequi gubernationem studeas, & adeptæ dignitati, cujus sublimaris officio, & probitate morum & vivacitate sollicitudinis ac custodia integerrimæ fidei congruas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum Deo, & benedictionis gratiam, vitamque æternam consequi merearis. Amen.

XII. AD AVITUM EPISCOPUM VIENNENSEM.

Cur inauditam causam judicare noluerit: quodque leges sint aliquando solvendæ.

Dilectissimo fratri Avito * Symmachus: * Ex schedis R. P. Hier. Vignerii pag. 181. tom. V. Spicilegii

NOn debuit caritatem tuam offendere, quod ad fratrem & coepiscopum nostrum Æonium nuper rescripsimus. Non enim juri tuo, dilectissime frater, præjudicatum fuit, cum nos, inaudita parte & absque competenti instructione non posse judicare respondimus. Unde fraterni-

1 Anno 513. ut patet ex Pagi observatione allata supra ad Epist. V.

ternitati tuæ salvum est allegare, quod putaverit allegandum & proponere quod viderit proponendum. Nam licet confusionem provinciæ a prædecessore nostro sanctæ memoriæ Anastasio episcopo præter ecclesiæ consuetudinem & antiqua prædecessorum nostrorum statuta factam esse dixerimus & non esse tolerandam; attamen si ea quæ fecit, rationabiliter fecisse fraternitas tua docuerit, gaudebimus nihil esse ab eo contra canones attentatum quia quod fit præter regulam, modo sit ex justa causa, non infringit regulam, quam sola pervicacia & antiquitatis contemptus lædit. Nam quamvis a patribus statuta diligenti observatione & observanti diligentia sint custodienda, nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur, quod & ipsa lex cavisset si prævidisset. Et sæpe crudele esset insistere legi cum observantia ejus esse præjudicabilis ecclesiæ videtur; quoniam leges ea intentione latæ sunt, ut proficiant, non ut noceant. Quamobrem pergat dilectio tua, rationes quæ prædecessorem nostrum ad tractandam prædictam confusionem impulerunt ad nos dirigere, ut & sciamus quid fuerit statuendum, & in domino lætemur beatæ memoriæ Anastasium nihil fecisse retractandum. Deus te incolumem servet, frater dilectissime. Data III. Idus Octobres Avieno & Pompeio consulibus.

Anno Chr. 501.

A

B

DECRETUM SYMMACHI PAPÆ

ex Gratiano 30. q. 1. can 8.

Per pœnitentiam ei indicitur, qua spirituali filiam, & pœnitentiam suam exercere monstratur.

OMnes quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut & episcopus vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus, unda sacri baptismatis regeneravit. Sylvester quoque docens admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus sauta formicationis ad suam pœnitentiam accedat, quia scriptum est: omnes quos in pœnitentia accipimus, ita filii nostri sunt, ut in baptismate suscepti. Quapropter hoc scelus si quis perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam usque ad exitum vitæ suæ jugi pœnitentiæ se subdat. (a)

(a) Ex Symmachi [illegible] Pacificis Romano ad Avienum Augustum [illegible] cap. 1.

SYNODUS ROMANA I.

SUB SYMMACHO PAPA

Episcoporum LXXII.

De tollendo ambitu in comitiis Pontificis.

TITULI CAPITULORUM.

Contuli cum MS. Cod. Lucensi [illegible] Mon.

I. *Suggestio Fulgentii archidiaconi ecclesiæ Romanæ de congregata synodo ex præcepto papæ Symmachi.*

II. *Interlocutio Symmachi, ut episcopalis ambitus radicitus amputetur.*

III. *Sententia synodi, ut si quis papa superstite pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui ordine vel communione privetur.*

IV. *Ut si papa præventus morte, non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes, quem cunctus clerus, aut certe pars major elegerit.*

V. *Ut si quis ambientes, vel fautores ambientium, coniuratoresque prodiderit non solum purgatus videatur esse, si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus æstimetur.*

C

I.

De congregata synodo ex præcepto Papæ Symmachi.

POst consulatum Paulini viri clarissimi, Kalendis Martii, in basilica beati Petri apostoli, synodo præsidente beatissimo papa Symmacho, Fulgentius (a) archidiaconus dixit.

Beatitudo vestra, directis antehac per provincias auctoritatibus, (b) frequentem Italiæ sacerdotum synodum convocavit, quorum præsentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra, quæ ad ecclesiasticas indemnitates, vel ad pacem totius ecclesiæ pertinent sive concordiam, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris: Exaudi Christe: Symmacho vita. *Dictum est decies.* Cuius sedem & annos. *Dictum est decies.* Dictum est (c) novies. Ut facias, rogamus *Dictum est decies.*

II.

Interlocutio Symmachi, ut episcopalis ambitus radicitus amputetur.

Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis, Romæ dixit: Concilium dilectionis vestræ, neglecta hiemis asperitate, solicitudo nostra pro ecclesiastica indemnitate specialiter congregavit, ut episcopalem ambitum, & confusionis

(a) Ecclesiæ Romanæ (b) frequenter. (c) ostiens.

sionis incertum vel populatem tumultum, quem A per surreptionem diaboli usurpatione aliquorum tempore ordinationis meæ constat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum possimus robuste ac vivaciter amputare. Atque ideo caveamus in posterum, ne subversio disciplinæ, aut audacia præsumentium gesta tentare similia: & pari adunatione tractemus, expressis scilicet sententiis sancientes, quod circa Romani episcopi ordinationem debeat custoditi. Universi episcopi vel presbyteri dixerunt: Ut fiat, rogamus. *Dictum est decies.* Ut scandala amputentur, rogamus. *Dictum est decies.* Ut ambitus extinguatur, rogamus, *Dictum est* * *duodecies*. Exaudi Christe: Symmacho vita. *Dictum est sexies.* Cujus sedem (a) B annos. *Dictum est quinquies.* Ut de præsenti fiat. *Dictum est decies.* Symmachus episcopus dixit: Quoniam fraternitas vestra curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, & pariter circa ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplatione animum præstat, sicut prætitit fratres, deliberatione in præsenti habita, quid placeat ex omnibus, vestris informate sententiis, quæ in hoc venerabili concilio per ecclesiastica recitentur officia. Cumque surrexissent, & paulo post iterum consedissent, Æmilianus notarius synodi decreta vulgavit.

In cod. V. C. Henrici Justellii hæc inseruntur.

SENTENTIA SYNODI.

Ut si quis papa superstite, pro Romano pontificatu cuique quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui ordine (b) priretur.

III.

Propter frequentes ambitus quorumdam, & ecclesiæ nuditatem, vel populi collisionem, quæ molesta & iniqua incompetenter episcopatum desiderantium generavit aviditas, ut extinguatur futuris præsumptio tam perniciosa temporibus, constituit sancta synodus, ut si presbyter, aut diaconus, aut clericus, papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut * pitacia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque communione privetur. Universa synodus surgens, (c) Privetur, acclamavit: Exaudi Christe: Symmacho vita. *Dictum est decies.* Hic pax cum Symmacho *Dictum est* (d) *quinquies*. Cujus sedem & annos. *Dictum est octies.* Pari severitate feriendo eum, qui hoc, vivo (sicut dictum est) pontifice, quolibet modo fuerit ambitiose convictus, aut certe tentasse, omnibus pariter hujus culpæ reis anathematis pœna plectendis. Symmachus episcopus dixit: Ergo universitati placet, & ab omnibus recognoscitur vel probatur ista sententia? Universa synodus dixit: Placet: & quod omnibus placet, fiat.

Dist. 79. Si quis papa.

* pitacia committere.

IV.

Ut si quis papa morte præventus non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes quem cunctus clerus aut pars major elegerit.

Si (quod absit) transitus papæ inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, si quidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem (ut heri solet) studia cœperint esse diversa eorum, de quibus certamen emersierit, (e) vincat sententia plurimorum: sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto judicio de electione decreverit. Synodus dixit: Placet. *Dictum est decies.*

Dist. 79. Si transitus.

V.

Ut si quis ambiens vel fautores ambientium conjuratores prodiderit, non solum purgatus videatur esse si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus æstimetur.

Propter occultas autem fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas hujus sententia districtionis consequitur; si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps actionis hujusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, sublevetur. Universa synodus surgens acclamavit: Placent omnia (f) Exaudi Christe: Symmacho vita. *Dictum est* * *tredecies*. Ut ista ferventur, rogamus. *Dictum est* * *decies*. Ut nullus aliter ad episcopatum Romanum deinceps veniat, precamur. *Dictum est decies.* Ut decreta nostra confirmes, rogamus. *Dictum est* * *decies*. Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentia D gesta suscipient. Et adjecit: Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores, vel intensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit, firmitatem * perpetem sortiantur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnes sine personæ alicujus distinctione constringat. Contra quam si quis sub qualibet occasione venire præsumpserit, * indicta superius districtione plectetur. [1] Et subscripserunt episcopi numero (g) 73.

Dist. 79. Idem, Si quis papa super.

* tricies

* duodecies

* vicies

* perpetuam

* indata

ADDITIO STEPHANI BALUZII.

E *Acta istius Concilii extant apud Dionysium Exiguum & in vulgatis editionibus Conciliorum. Perperam autem his inserta est sententia synodi in postrema Parisiensi. Quod enim additum est ex codice Justelii, est tantum breviarium eorum quæ paulo post recitantur ab Æmiliano Nota-*

[1] Et subscripsit Celius Symmachus &c. Dionys. & post subscriptiones Episcoporum ponit: Et subscripserunt Episcopi numero LXXIII. Harduinus.

(a) & annos. (b) vel communione. (c) privetur deest. (d) quindecies. (e) convincitur. (f) & adiecit: Exaudi. (g) LXXII.

tario, seu potius titulus sequentis capitis, ut patet ex vetustissimis & optimis codicibus 449 & 1572. bibliotheca Colbertina, ubi eadem verba leguntur pro titulo. Itaque aut delenda sunt, aut tituli in fronte singulorum capitum ponendi, ut in eodem codice Colbertino.

Multum autem diversum est initium actorum istius synodi ab editionibus vulgatis in codice 1863. bibliotheca Colbertina vetustissimo, in quo ita scriptum est. Emendavimus tamen nonnulla errata veteris librarii.

Incipiunt canones Symmachi Papa temporibus Teodorici Regis, [1] *Paulino v. c. sub, die Calendarum Martiarum, in basilica beati Petri Apostoli.*

RESidente venerabile Papa Symmacho una cum Rustico Meturnensi, Bonifacio Veliterno, (Innocentio) Forosemproniensi, Miseno Cumano, Colonico Foroclodiensi, Rufino Canosino, (Vitaliano) Rosellano, Epiphanio (Beneventano,) Criscomio Tudertino, Adeodato Cerrensi, Basilio Tollentinati, Stephano Nursino, Decio Trium Tabernarum, Dulcitio Sabiniensi, Innocentio Mevaniæ, Fortunato Anagnino, Valentino Amiternino, Paschasio Vulturnensi, Basso Ferentinensi, Santolo Signino, Valerio Calenio, Felicissimo Cautino, Innocentio, Vitali Fanestri, Vitaliano Venentano, Maximo Nomentano, Constantino Nepesino, Benigno Nolano, Fortunato Puteolano, Palladio Avellenate, Vindimio Fermati, Constantio Sorrentino, Johanne Reatino, Germano Neapolitano, residentibus etiam Laurentio, Januario, Marciano, Gordiano, Maxentio, Petro, Justino, Urbico, Redimito, Paulino, Projectitio, Valente, Juvino, Sorano, Petro, Bono, Paschasio, Fulgentius Archidiaconus dixit. Beatitudo vestra directis &c.

In fine synodi extant subscriptiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum ordine alphabetico, prorsus contra veterem morem. Recte ergo in margine annotavit Labbeus hunc alphabeticum ordinem non servare codicem canonum Ecclesiæ Romanæ aliosque manuscriptos, rectius facturus si veterem ordinem revocasset. * *Sic ergo habent subscriptiones apud Dionysium Exiguum & in codicibus 449 962 1572. & 1863. bibliotheca Colbertina, præcipue vero in 1863.*

* Quæ ratio nos persuasit ut Labbeanis subscriptionibus subjungamus hic Balusianas dare mus. *Mansi.*

Cœlius Symmachus Episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ his constitutis synodalibus a me probatis atque firmatis consentiens subscripsi.

Cœlius Rusticus Episcopus civitatis Meturnensis subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Cœlius Bonifacius Episcopus Ecclesiæ Velternensis subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Cœlius Misenus Episcopus civitatis Cumanæ subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Rufinus Episcopus Ecclesiæ Canusinæ subscripsi.

Criscomius Episcopus Ecclesiæ Tudertinensis subscripsi.

Clarus Episcopus Ecclesiæ Allisanæ subscripsi.

Basilius Episcopus Ecclesiæ Tollenatis subscripsi.

Vitalis Episcopus Ecclesiæ Fundanæ subscripsi.

Decius Episcopus Ecclesiæ Trium Tabernarum subscripsi.

Innocentius Episcopus Ecclesiæ Mibanatis (Cod. 962. Minatitas) subscripsi.

Valentinus Episcopus Ecclesiæ Amiternensis subscripsi.

Bassus Episcopus Ecclesiæ Ferentinæ subscripsi.

Vitalis Episcopus Ecclesiæ Fanestris subscripsi.

Vitalianus Episcopus Ecclesiæ Rosellanæ subscripsi.

Maximus Episcopus Ecclesiæ Bieranæ subscripsi.

Constantinus Episcopus Ecclesiæ Capuanæ subscripsi.

Benignus Episcopus Ecclesiæ Aquæviventis subscripsi.

Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Sucsanæ subscripsi.

Palladius Episcopus Ecclesiæ Sulmonianæ subscripsi.

Vindemius Episcopus Ecclesiæ Antiatinæ subscripsi.

Constantius Episcopus Ecclesiæ Otriculanæ subscripsi.

Johannes Episcopus Ecclesiæ Ariminensis subscripsi.

Germanus Episcopus Ecclesiæ Pisaurensis subscripsi.

Martinus (Codd 449 962. & 1572 Martyrius) Episcopus Ecclesiæ Terracinensis subscripsi.

Candidus Episcopus Ecclesiæ Tiburtinæ subscripsi.

Laurentius Episcopus Ecclesiæ Trebensis subscripsi.

Vitalianus Episcopus Ecclesiæ Narniensis subscripsi.

Serenus Episcopus Ecclesiæ Numentanæ subscripsi.

Justus Episcopus Ecclesiæ Acheruntinæ subscripsi.

Adeodatus Episcopus Ecclesiæ Cerrensis subscripsi.

Stephanus Episcopus Ecclesiæ Nursiensis subscripsi.

Dulcitius Episcopus Ecclesiæ Sabinensis subscripsi.

Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Anagninæ subscripsi.

Paschasius Episcopus Ecclesiæ Vulturnensis subscripsi.

Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Anagninæ pro Sanctulo Episcopo civitatis Signinæ, quia subscribere non potuit, pro eodem subscripsi.

Innocentius Episcopus Ecclesiæ Forosensis subscripsi.

Valerius Episcopus Ecclesiæ Calenotanæ subscripsi.

Felicissimus Episcopus Ecclesiæ Caudinensis subscripsi.

Inno-

1 Sed cum Symmachus die tantum 22. mensis Novembris an. 498. quo Paulinus Cos. fuit, Pontificatum consecutus fuerit, hac subscriptio videtur mendosa? *Pagius ad an. Christi 499 num. 3.*

Innocentius Episcopus Ecclesiæ Forosempronienſis ſubſcripſi.

Valentinus Episcopus Ecclesiæ Amiterninæ pro Romano Episcopo Ecclesiæ Picinanſium (*Cod.* 962. Pinatiatium, 449. Bitinanatium, 1572. Bitananatium) ſubſcripſi.

Colonius Episcopus Ecclesiæ Foroclodienſis (*Cod.* 1863. Foroclaudianenſis) ſubſcripſi.

Epiphanius Episcopus Ecclesiæ Beneventanæ ſubſcripſi.

Johannes Episcopus Ecclesiæ Spoletanæ ſubſcripſi.

Conſtantinus Episcopus Ecclesiæ Venafranæ ſubſcripſi.

Maximus (*Codd.* 449. 962. & 1572. Maximianus) Episcopus Ecclesiæ Perusinæ ſubſcripſi.

Saluſtius Episcopus Ecclesiæ Amerinæ ſubſcripſi.

Licinianus (*Codd.* 449. 962. & 1572. Lucianus) Episcopus Ecclesiæ Tarquinienſis ſubſcripſi.

Molenſis Episcopus Ecclesiæ Centumcellenſis ſubſcripſi.

Florentinus Episcopus Ecclesiæ Pleſtanæ ſubſcripſi.

Maximianus Episcopus Ecclesiæ Subaugeſtanæ ſubſcripſi.

Fortunatus Episcopus Ecclesiæ Fulgentinæ ſubſcripſi.

Johannes Episcopus Ecclesiæ Vibonenſis ſubſcripſi.

Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Tadinenſis ſubſcripſi.

Mercurius Episcopus Ecclesiæ Sutrinæ ſubſcripſi.

Felix Episcopus Ecclesiæ Nepeſinæ (*Cod.* 1863. Faliciſcæ) ſubſcripſi.

Serenus Episcopus Ecclesiæ Nolanæ ſubſcripſi.

Aucupius Episcopus Ecclesiæ Puteolanæ ſubſcripſi.

Timotheus Episcopus Ecclesiæ Abellinatis ſubſcripſi.

Rotarius Episcopus Ecclesiæ Surrentinæ ſubſcripſi.

Stephanus Episcopus Neapolitanus ſubſcripſi.

Rotarius pro fratre meo Urſo Episcopo ſubſcripſi.

Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Vulſinenſis ſubſcripſi.

Item Gaudentius Episcopus Vulſinenſis pro Projecticio Foronovano.

Quintus Episcopus Ecclesiæ Teanenſis ſubſcripſi.

Gaudentius Episcopus Ecclesiæ Salernitanæ ſubſcripſi.

Bellator Episcopus Ecclesiæ Oſtienſis ſubſcripſi.

Marius Episcopus Ecclesiæ Tiſernatis ſubſcripſi.

Lampadius Episcopus Ecclesiæ urbis Albenſis ſubſcripſi.

Adeodatus Episcopus Ecclesiæ Formienſis ſubſcripſi.

Urſus Episcopus Ecclesiæ Aſtallinæ (*Codd.* 449. 962. & 1572. Stabianus) ſubſcripſi.

Saturninus Episcopus Ecclesiæ Herdonitanæ ſubſcripſi.

Subſcripſerunt Episcopi numero LXXIII.

Cœlius Laurentius Archipresbyter tituli Praxidæ his ſubſcripſi & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Cœlius Januarius Presbyter tituli Veſtinæ his conſenſi & ſubſcripſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me manere profiteor ſententia.

Martianus Presbyter tituli ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.

Gordianus Presbyter tituli Pammachii ſubſcripſi.

Petrus Presbyter tituli ſancti Clementis ſubſcripſi.

Paulinus Presbyter tituli Juli ſubſcripſi ut ſupra.

Petrus Presbyter tituli Chryſogoni ſubſcripſi.

Urbicus Presbyter tituli ſancti Clementis ſubſcripſi.

Aſterius Presbyter tituli Pudentis ſubſcripſi.

Valens Presbyter tituli ſanctæ Sabinæ ſubſcripſi.

Felix Presbyter tituli Æquitii ſubſcripſi.

Soranus Presbyter tituli Veſtinæ ſubſcripſi.

Projectitius Presbyter tituli Damaſi ſubſcripſi.

Juſtinus Presbyter tituli Pudentis ſubſcripſi.

Bonus Presbyter tituli Matthæi (*Codd.* 449. 962. & 1572. Creſcentianæ) ſubſcripſi.

Redemptus Presbyter tituli Chryſogoni ſubſcripſi.

Opilio Presbyter tituli Veſtinæ ſubſcripſi.

Johannes (*Codd.* 449. Jovinus, 1572. Jobinus, 962. Jobianus) Presbyter tituli Æmilianæ ſubſcripſi.

Paſchaſius Presbyter tituli Euſebii ſubſcripſi.

Johannes Presbyter tituli Pammachii ſubſcripſi.

Romanus Presbyter tituli Tigridæ ſubſcripſi.

Marcellinus Presbyter tituli Julii ſubſcripſi.

Servus Dei Presbyter tituli ſancti Clementis ſubſcripſi.

Dominus Presbyter tituli Creſcentianæ ſubſcripſi.

Petrus Presbyter tituli Julii ſubſcripſi.

Sepicianus (*Idem Codd.* Sebaſtianus) Presbyter tituli Nicomedis ſubſcripſi.

Martinus Presbyter tituli Cyriaci ſubſcripſi.

Epiphanius Presbyter tituli Cyriaci ſubſcripſi.

Abundantius Presbyter tituli Sabinæ ſubſcripſi.

Marcellus Presbyter tituli Romani ſubſcripſi.

Aſellus Presbyter tituli Vizantii ſubſcripſi.

Sebaſtianus Presbyter tituli Æquitii ſubſcripſi.

Valentinus Presbyter tituli Euſebii ſubſcripſi.

Anaſtaſius Presbyter tituli Anaſtaſiæ ſubſcripſi.

Geneſius Presbyter tituli Nicomedis ſubſcripſi.

Petrus Presbyter tituli Praxedis (*Cod.* 962. Marcelli) ſubſcripſi.

Dionyſius Presbyter tituli Æmilianæ ſubſcripſi.

Epiphanius Presbyter tituli Apoſtolorum ſubſcripſi.

Hilarus Presbyter tituli Laurentii (*Cod.* 962. Sabinæ) ſubſcripſi.

Acontius Presbyter tituli Faſciolæ ſubſcripſi.

Paulinus Presbyter tituli Apoſtolorum ſubſcripſi.

* Julianus Presbyter tituli Anaſtaſiæ ſubſcripſi.

Agapetus Presbyter tituli Apoſtolorum (*Cod.* 962. Æquitii) ſubſcripſi.

Vincentius Presbyter tituli Creſcentianæ ſubſcripſi.

Benedictus Presbyter tituli Gaii (*Cod.* 962. Priſcæ) ſubſcripſi.

Dominicus Presbyter tituli Tigridæ ſubſcripſi.

Redemptus Presbyter tituli Gaii ſubſcripſi.

Severus Presbyter tituli Marcelli ſubſcripſi

Ste-

* Ad hanc a Gelaſio papa edocatum ſcripſit Dionyſ. Exiguus epiſtolam editam T. I. pag. 1. Labbe.

Stephanus Presbyter tituli Apostolorum subscripsi.

Venantius Presbyter tituli Marcelli subscripsi.

Crescentius Presbyter tituli Apostolorum (*Cod.* 962. Anastasiæ) subscripsi.

Paulinus Presbyter tituli sancti Laurentii subscripsi.

Septiminus Presbyter tituli Juli (*Cod.* 962. Marci) subscripsi.

Julianus Presbyter tituli Juli subscripsi.

Paulinus Presbyter tituli Fasciolæ subscripsi.

Epiphanius Presbyter tituli Fasciolæ (*Cod.* 962. Cæciliæ) subscripsi.

Adeodatus Presbyter tituli Æquitii (*Cod.* 962. Gaii) subscripsi.

Dominicus Presbyter tituli Marcelli subscripsi.

Eutyches Presbyter tituli Æmilianæ subscripsi.

Julianus Presbyter tituli Anastasiæ subscripsi.

Marcus Presbyter tituli Lucinæ subscripsi.

Cyprianus Presbyter tituli Marci (*Cod.* 962. Fasciolæ) subscripsi.

Abundantius Presbyter tituli Marci subscripsi.

Bonifacius Presbyter tituli Cæciliæ (*Cod.* 962. Praxidæ) subscripsi.

Stephanus Presbyter tituli Eusebii subscripsi.

Timotheus Presbyter tituli Marcelli (*Cod.* 962. Lucianæ) subscripsi.

Victorius Presbyter tituli sancti Laurentii subscripsi.

Laurentius Presbyter tituli Æmilianæ subscripsi.

Paulinus Presbyter tituli sancti Laurentii subscripsi.

Subscripserunt Presbyteri numero LXVIII.

Subscriptio Diaconorum.

Cyprianus Diaconus Ecclesiæ sanctæ Romanæ regionis VII. his subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

Anastasius Diaconus regionis primæ subscripsi.

Citonatus Diaconus regionis quintæ subscripsi.

Joannes Diaconus regionis secundæ subscripsi.

Terrensis Diaconus regionis primæ subscripsi.

Tertullus Diaconus regionis quartæ subscripsi.

Sequitur statim in codice 1863. *libellus quem Joannes Diaconus obtulit Papæ Symmacho, alieno loco editus a Labbeo ex hoc ipso codice, & mendose editus. Restituendus est ergo loco suo, & exhibendus qualis extat in veteri codice.*

Libellus Johannis Diaconi, quem obtulit sancto Papæ Symmacho.

CÆlius Joannes Diaconus Ecclesiæ Romanæ. Quia me ad tempus ab Ecclesia separavi, agnoscens errorem meum, spero misericordiam beatitudinis vestræ & redintegrari me unitati, consentiens quæ veneranda synodus judicavit atque constituit, anathematizans Petrum Altinatem & Laurentium Romanæ ecclesiæ perversorem & schismaticum. Quod si aliquando similia adtemptavero in ea causa de qua veniam ab apostolatu vestro merui, tunc ecclesiasticæ subjaceam ultioni. Quod manu mea scriptum obtuli sub die XIIII Kalendarum Octobrium, Messala viro clarissimo Consule.

Notæ Severini Binii.

a *Synodus.*) Cum ad perniciosum schisma compescendum, regis secularis & Ariani judicium contra leges & canones ecclesiasticos importuna necessitas ecclesiæ interpellaret, & jam rex Arianus, suo judicio schismate ecclesiæ & tumultu populi fedatus, Symmacho, ut pote qui plurimis suffragiis electus esset, eidem apostolicam adjudicasset, jamque legitime congenda synodo locus constitutus esset, mox Symmachus papa ad Italiæ episcopos litteras dedit, quibus iidem ad synodum quam primum convenire jubebantur, ut omnium etiam episcoporum cognitione & judicio approbaretur legitimus Romanæ ecclesiæ episcopus, quem rex Arianus sua sententia legitime electum confirmaverat. Id habent acta concilii in principio cap. 1. Anastasius in vita Symmachi hisce verbis: *Papa Symmachus synodum congregavit.* Erat itaque Theodorus Lector in collectaneis suis, ubi hanc synodum a Theodoro rege congregatam scribit. Cur rex congregaverit synodum. Rex Arianus quemadmodum Symmachum pro verum confirmat.

b *Romana I.*) Ante Kalendas Martias anno 499 sub bimestri pontificatu Symmachi papæ, ob schisma exortum, in clero simul & senatu dissentiones, tumultus, cædes, ac rapinæ commiscebantur, atque ad decisionem Theodorici regis Ariani. Unde manifestum est, hanc synodum, quæ Kalendis Martiis celebrata scribitur, primam esse inter sex alias, quæ Romæ sub Symmacho congregatæ fuerunt. Quamobrem non sine C justa causa hoc concilium primum inferimus, quod ab anteriorum editionum collectores secundum numerarunt. Tempus concilii.

c *Episcoporum* 72.) Quorum nomina infra subscripta extant. Episcoporum numerus.

d *De tollenda ambitu.*) Causam habit concilio, ut dicit Symmachus pontifex cap. 2. his verbis: *Et ejusdem ambitum, & confusionis contrariam vel potestatem tumultum, quem per subreptionem diaboli usurpatione alienorum temporum ordinationibus mea conflata contrium, commonitatis partem traditam, in suorum pectoribus retrorsum amputare.* Acta concilii summatim reconferuntur in titulis capitulorum. Hac eadem synodo auctore Anastasio bibliothecario in Symmacho, *antiquis inimicitiis, ut ait, constitutum fuit*, ut Laurentius in schismate contra Symmachum electus Nucerinæ civitatis antistitem ageret.

e *Post consulatum Faustini viri clarissimi.*) Anno ab initium Christi 499 & Symmachi papæ primo. Hac eorum consulari pendictus serius consignari debuit, cum unus dumtaxat consul hujus anni in urbe constitutus occidentalibus nondum innotuisset.

f *Venerunt vestra, &c. Synodum convocavit.*) Videtur hanc synodum auctoritate Romani pontificis congregatam esse. Unde quod in collectione sua scribit Theod. Lect. his verbis: *Theodoricus Arianus* (ita pro Gotho) *Romæ tunc temporis potens, licet Arianus esset, collecta episcoporum synodo, Symmacho Romanorum episcopatum confirmavit, Laurentium vero pseudo-synodalibus nomine Nucerinæ episcopum constituit.* Hæc inquam a Theodoro falsa scripta fuisse ex supradictis manifestum est. Quis convocaverit synodum hanc?

g *Si (quod absit) transitus papæ conjectatus contingat, ut de successore electione deliberare non possit.*) Sciendum hoc loco, semisem Romanorum pontificum post Petrum apostolum sibi successorem aliquem subrogasse, vel etiam subrogare tentasse, modoni a tamen causa observatum fuisse, ut decedentis pontificis de successore sententia rogaretur, quem populus clerus Romanæ ecclesiæ suo suffragio libere vel approbare, vel reprehendere poterat, si ita ecclesiæ expedire judicaret. An pontifex ab successore suo deceat.

☞ SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

Pro Conjugis Monachis & sacris hominibus permittendis,

Babæo Nestorianorum Patriarcha præsidente, anno Zamaschis regis II. Christi 499. celebrata.

Ex Mari Sanctorum t. pag. 3[illegible]

Synodi hujus acta ex libro Synodico Syriaco Arabice verso & ex Elia Damascenio Nestoriano in suo Nomenclatore Arabico Assemanus Biblioth. Orient. tom. III. part. I. pag. 429. descripsit. Ea verba Synodici: Synodus Mar-Babæi in qua plures episcopi interfuere, & Hosee Nisibis metropolita. Decrevit hæc synodus matrimonia cum una duntaxat femina ad procreationem prolis celebranda; omniaque quæ inter Barsumam [1] & Acacium [2] intercesserant, & mutuas epistolas actaque cætera cassavit, pacemque instaurare volens interdixit ne quis quam antea tenuerat sententiam in hac parte, in posterum tueretur. [3] Præcepit itidem, ut omnes Throno Seleuciensi, qui in Cocche est, & Mar-Babaeo Catholico parerent; hujus vero canonis transgressorem redarguendum esse dixit. Si vero in sua contumacia perstiterit, noverit nullam se inter fratres partem in posterum habiturum. Præterea statuit, ut episcoporum apud suos metropolitas conventus non bis, ut antea fiebat, sed semel duntaxat quolibet anno haberetur. Similiter & altera, quæ apud patriarcham fieri consueverat synodus semel quolibet biennio, ad quadriennium protraheretur ad mensem octobrem, nisi alia necessitas patriarcham cogeret episcopos convocare. Quod si eo tempore contingat aliquem episcopum ægritudine, aut quavis alia cauta impediri, clericum teneatur mittere, qui in synodo ejus vices gerat, habeatque suam missionis syngrapham. Qui vero schismatis tempore inter sedes episcopales orti episcopus ordinatus est, si ei quidem diœcesani consenserint, subscriptas ab ipsis præsentibus literas proferat, absentiumque vicem productis deputationis testimoniis præsentes impleant. *Elias vero hæc de eadem synodo scribit.* Anno secundo Giamalabæ regis Catholicus, qui eodem tempore ecclesiam præerat, Babæus metropolitanorum atque episcoporum synodum habuit, facultate accepta a Rege illos convocandi, iisque persuasit, ut universis sub sua jurisdictione degentibus monachis legitimas nuptias permitterent, liberosque procreare sinerent. Constituerunt itaque ut Catholico & inferioribus sacerdotibus atque monachis unicam uxorem ducere, & liberis operam dare secundum scripturas & legem in posterum concederetur. Rursus confirmarunt sanctorum Patrum decreta statuentia debitam Catholico in ecclesia Cochensi præsidenti obedientiam & honorem &c. Confirmavere præterea quæ antiqui Patres decreverunt de synodo ab episcopis omnium locorum apud proprium metropolitam singulis annis bis habenda. Synodum vero a metropolitis apud Catholicum habendam, quam veteres quovis biennio semel cogendam statuerant, ad quadriennium prorogarunt & mensi Octobri affixerunt, &c. Hæc & alia decreta communi suffragio recepta, & in unum volumen redacta, suis singuli subscriptionibus & sigillis firmarunt.

IN HANC SINODUM CL. ASSEMANI NOTÆ.

Hosee Nisibis metropolita. Qui Barsuma nimirum successit, ut dixi tom. 2. pag. 407. Alter Barsuma præcessor in eadem sede fuit, qui una cum Dadjesu concilium celebrasse dicitur in synodico.

Anno secundo Giamalaba regis. Ita Zamaspham vocat Elias. Ex quo loco colligitur Concilabulum Babai anno Christi 499. habitum; Zamaspha enim ex supradictis anno 498. rex inauguratus fuit. Amri præterea mendum corrigitur, scribentis, Babæum *anno Zamaspha quarto* patriarchalem dignitatem initiâ.

Sequitur annis bis habenda. Deest aliquid apud Eliam. Nam in Babai Concilabulo (ut ex synodici supra relatis verbis apparet,) decretum fuit, ut episcoporum conventus, qui apud metropolitanum quolibet anno bis antea fiebat, semel duntaxat in posterum haberetur.

COL:

[1] Nisibenum episcopum.

[2] Seleuciensem archiepiscopum & Patriarcham.

[3] Barsuma Nisibenus conjugia Clericorum defenderat, cui se fidelis Acacium credibile est. Vide Assemanum ibid. pag. 194.

COLLATIO EPISCOPORUM,

PRÆSERTIM AVITI VIENNENSIS EPISCOPI,

Coram rege Gundebaldo adversus Arianos.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Ex schedis R. P. Hieronymi Vignerii Oratorii D. N. Jesu Christi presbyteri eruditissimi prodit in lucem publicam pag. 120. tom. V. Spicilegii studio atque opera R. P. Lucæ Dachery O. S. Collatio sancti Avitii Viennensis præsulis atque episcoporum Catholicorum cum factionis Arianæ Coryphæis coram Gundebaldo Burgundionum rege: quam ab instituto nostro non abhorrentem huic operi inserimus in gratiam studiosi veteris historiæ lectoris.

PRovidente domino ecclesiæ suæ, & Inspirante pro salute totius gentis cor domini Remigii, qui ubique altaria destruebat idolorum, & veram fidem potenter cum multitudine signorum amplificabat, factum est ut episcopi plures non contradicente rege * congregarentur, si fieri posset, ut Ariani, qui religionem Christianam scindebant, ad unitatem possent reverti. Quod ut melius fieret, videretur que id non consilio accidisse, sed occasione, dominus Stephanus scripsit ad episcopos multos, & invitavit illos ad festivitatem S. Justi quam instabat, in quo ob frequentiam miraculorum fiebat concursus plurimus populorum. Venerunt itaque de Vienna Avitus, de Arelate Æonius, de Valentia *...., de Massilia..... Bjus, & plures alii omnes catholicæ professionis & laudabilis vitæ in domino. Qui omnes ad salutationem regis cum domino Stephano ad Sarbiniacum, ubi tunc erat, profecti sunt. Erant quidam inibi de potentioribus Arianis cum eo, qui si potuissent, prohibuissent nostrorum accessum ad regem, sed, domino cooperante, nihil profecerunt.

Gundebaldo

* Apollinaris

Post salutationem factam, dominus Avitus, cui, licet non esset senior nec dignitate, nec ætate, tamen plurimum deferebatur, dixit ad regem: si excellentia vestra vellet procurare pacem ecclesiæ parati sumus fidem nostram tam clare demonstrare esse secundum evangelium & apostolos, quod nulli dubium erit, illam quam Cretinetis non esse secundum Deum & ecclesiam: habetis hic de vestris qui sunt instructi in omnibus scientiis, jubeatis ut nobiscum colloquantur, & videant si possint respondere rationibus nostris, ut parati sumus respondere rationibus eorum.

Ariani interfuerunt.

Ad quæ rex respondit: si vestra fides est vera, quare episcopi vestri non impediunt regem Francorum, qui mihi bellum indixit; & se cum inimicis meis sociavit ut me destruerent: nam non est fides ubi est appetentia alieni, & sitis sanguinis populorum, ostendat fidem per opera sua.

Tunc humiliter respondit dominus Avitus faciem habens angelicam ut & sermonem: Ignoramus, o Rex, quo consilio & qua de causa rex Francorum facit quod dicitis; sed scriptura nos docet quod propter derelictionem legis Dei sæpe subvertuntur regna, & suscitantur inimici omni ex parte, illis qui se inimicos adversus Deum constituunt. Sed redite cum populo vestro ad legem Dei, & ipse dabit pacem in finibus vestris; nam si habetis pacem cum illo, habebitis & cum ceteris, non prævalebunt inimici vestri.

Cui rex: Nonne legem Dei profiteor? Sed nolo tres Deos, dicitis quia non profiteor legem Dei. In scriptura sancta non legi plures esse Deos, sed unum.

Ad quæ dominus Avitus: Absit, o rex, ut plures Deos colamus, *Audi Israel, Dominus Deus noster unus est Dominus*, sed ille unus Deus in essentia, est trinus in personis; & Filius & Spiritus sanctus non sunt alii Dei, sed unus Deus, cujus prima persona est Pater, secunda Filius, tertia Spiritus sanctus: sed Patri non est alia substantia quam Filio, & Spiritui sancto non est alia quam Patri & Filio; & ille Deus qui olim locutus est per prophetas, novissime locutus est in Filio, & adhuc loquitur quotidie in Spiritu sancto. Et quamvis olim per prophetas, mox per Filium, nunc per Spiritum sanctum, unus idemque Deus loquitur; sed sic dicitur ad distinctionem personarum, cum revera sint coæternæ & consubstantiales. Hoc profitemur & parati sumus ostendere.

Probat Arianos unum Deum in essentia trinum in personis.

Et cum videret regem pacifice audientem, protelavit sermonem & dixit: O si vellet tagacitas vestra cognoscere quam bene fundata sit nostra fides, quantum boni vobis & populo vestro inde provenirет, nam & cœlestis gloria vobis non deesset, & pax & abundantia in turribus vestris. Sed vestri cum sint inimici Christi super regnum vestrum, & super populum, iram desuper accendunt, quod, ut speramus, non esset si velletis audire monita nostra, & jubere ut vestri sacerdotes, de his nobiscum colloquantur coram sublimitate vestra, & populo vestro, ut sciatis quia dominus Jesus est æterni Patris æternus Filius, & utrique coæternus Spiritus sanctus, unus Deus benedictus in sæcula, simulque ante omnia tempora & absque ullo initio.

Cum hæc dixisset procidit ad pedes regis, & amplectens eos flebat amare: procubuerunt & omnes episcopi cum eo; unde rex valde commotus est, & inclinans se usque ad eos, erexit domnum Avitum cum ceteris, quibus amicabiliter dixit se responsum daturum illis super petitionibus illorum.

Avitii verba regis omnem tetigerunt.

Quod & crastina die factum est: Nam rex per Sagonam rediens ad urbem misit ad domnos Stephanum & Avitum, ut venirent apud illum: qui cum venissent, rex dixit ad illos. habetis quod postulatis, nam sacerdotes mei parati sunt vobis ostendere quod nullus potest esse coæternus & consubstantialis Deo. Sed

nolo ut id fiat coram omni populo, ne turbæ excitentur: sed tantum coram senatoribus meis, & aliis quos eligam, sicut vos eligetis ex vestris quos volueritis; sed non in magno numero, & id fiet die crastina in hoc loco. Quo dicto episcopi salutato rege discesserunt, & reversi sunt, ut omnia intimarent aliis episcopis. Erat autem vigilia solennitatis sancti Justi. Et licet optavissent quod hoc fieret die solennitatem sequenti, noluerunt tamen propter tantum bonum amplius procrastinare. Sed unanimiter decreverunt apud sancti Justi sepulcrum pernoctare ut illo intercedente obtineret a domino petitiones cordis sui.

Alia festivitas indicta ad diem festum sancti Justi

Evenit autem ut ea nocte cum lector secundum morem inciperet lectionem a Moyse, incidit in illa verba domini: *Sed ego indurabo cor ejus, & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos*. Deinde cum post psalmos decantatos recitaret ex prophetis, occurrerunt verba domini ad Esaiam dicentis: *Vade & dices populo huic, audite audientes & nolite intelligere; & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi ejus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & intelligat suo corde, & convertatur, & sanem eum*. Cumque adhuc psalmi fuissent decantati, & legeret ex evangelio, incidit in verba, quibus salvator exprobrat Judæis incredulitatem: *Væ tibi Corrozaim, væ tibi Betzaida; quia si in Tyro & in Sidone virtutes factæ essent, quæ sunt factæ in vobis, jamdudum in cilicio & cinere pœnitentiam egissent*. Denique cum lectio fieret ex apostolo, pronunciata sunt verba illa: *An divitias bonitatis ejus & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam sustinentia Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in tempore iræ*. Quod cum ab omnibus episcopis observatum fuisset, cognoverunt lectiones illas sic occurrisse volente domino, ut scirent induratum esse cor regis, Deumque illum in sua impœnitentia relinquere, ad ostendendum divitias justitiæ suæ, unde valde tristes effecti, noctem in lacrymis transegerunt. Non destiterunt tamen veritatem nostræ religionis contra Arianos asserere.

Exod. 7.

Esaia 6.

Matth. 11.

Rom. 2.

Igitur tempore quo rex jusserat, conveniunt omnes episcopi & simul ad regiam vadunt cum multis sacerdotibus & diaconibus, & quibusdam de catholicis, inter quos erant Placidus & Lucanus, qui erant de præcipuis militiæ regis. Venerunt etiam Ariani cum suis. Cum ergo sedissent coram rege domnus Avitus pro catholicis, Bonifacius pro Arianis, sermonem habuerunt. Sed postquam domnus Avitus proposuit fidem nostram cum testimoniis sacræ scripturæ, ut era: alter Tullius, & dominus inspirabat gratiam omnibus quæ dicebat; tanta consternatio cecidit super Arianos, ut qui satis amicabiliter audientiam præbuerat Bonifacius, nihil omnino respondere posset ad rationes domni Aviti, sed tantum quæstiones difficiles proponeret, quibus videbatur velle regem fatigare; sed cum ab Avito urgeretur, ut responderet ad antedicta, promittens se etiam responsurum ad ea quæ proposuerat, non potuit respondere ad unam de rationibus quæ fuerant a domno Avito propositæ, neque ullam pro defensione suæ partis allegare; sed tantum os suum in convitiis aperiebat, & dicebat catholicos esse præstigiatores, & colere multitudinem Deorum. Quod solum cum diceret, videretque rex confusionem suæ sectæ, surrexit de sua sede, dicens quod in crastinum responderet Bonifacius. Discesserunt ergo omnes episcopi: & quia adhuc dies non erat inclinata, iverunt simul cum ceteris catholicis ad basilicam domni Justi confitentes dominum quoniam bonus, & laudantes eum qui dederat illis talem victoriam de inimicis suis.

Congressus cum Arianis.

Sequenti vero die iterum ad regiam profecti cum his qui præcedenti aderant: cumque ingrederentur, invenerunt Aredium, qui eis persuadere volebat ut regrederentur; dicebat enim quod tales rixæ exasperabant animos multitudinis, & quod non poterat aliquid boni ex eis provenire. Sed domnus Stephanus, qui sciebat illum favere Arianis, ut gratiam regis consequeretur, licet fidem nostram profiteretur, respondit ei quod non timendum erat ne rixæ procederent ex inquisitione veritatis, & amore salutis fratrum suorum, imo nihil esse utilius ad jungendos animos in sancta amicitia, quam cognoscere apud quos esset veritas, quia ubicumque est, amabilis est, & professores ejus reddit amabiles.

Sexto p. cal. Februarii.

Addidit insuper omnes hic venisse secundum jussionem regis, contra quod responsum non est ausus Aredius amplius resilire. Ingressi sunt ergo, & cum rex eos vidisset, surrexit in occursum eorum, mediusque inter domnum Stephanum & domnum Avitum adhuc multa locutus est contra Francorum regem, quem dicebat sollicitare fratrem suum contra se. Sed cum responderent præfati episcopi, quod non esset melior via ineundi pacem, quam concordare in fide, & operam suam, si gratam haberet, pollicerentur pro tam sancto fœdere conciliando, nihil amplius locutus est, sed unusquisque locum, quem præcedenti die tenuerat, occupavit.

Cum itaque tedissent, domnus Avitus tam luculente probavit, quod catholici non plures Deos adorabant; ut sapientiam ejus tam catholici quam adversarii cum stupore mirarentur. Id autem fecit ut responderet conviciis quæ Bonifacius in nostram fidem jecerat. Postquam ergo conticuit, ut locum daret responsionibus Bonifacii, nihil aliud potuit ille dicere, quam quod præcedenti die fecerat, & conviciis addens convicia, tanto impetu clamabat, ut præ raucitate non posset amplius loqui, & quasi suffocaretur.

Confusione & pudore suffusi sunt Ariani.

Quod cum rex vidisset & satis diu expectasset, tandem surrexit vultu indignationem prætendens contra Bonifacium. Tunc domnus Avitus dixit ad regem: si sublimitas vestra vellet jubere ut hi responderent propositionibus nostris, ut posset judicare quænam fides esset retinenda. Sed nihil rex respondit, neque ceteri Ariani qui erant cum illo: adeo stupefacti erant de doctrina & sapientia domni Aviti. Qui cum videret eorum silentium subjunxit: si vestri non possunt respondere rationibus nostris, quid obstat, cur non omnes simul conveniamus in eadem fide? Tunc murmurantibus illis, de sua fide securus in domino addidit: Si rationes nostræ non possunt illos convincere, non dubito quin Deus fidem nostram miraculo confirmet; jubeat sublimitas vestras ut tam illi quam nos eamus ad sepulcrum hominis Dei Justi, & interrogemus illum de nostra fide, similiter & Boni-

Urget eos Avitus.

Bonifacius de sua, & dominus pronunciabit per A os servi sui in quibus complaceat. Rex attonitus annuere videbatur: sed inclamare cœperunt Ariani, & dicere se pro fide sua manifestanda facere nolle ut fecerat Saul, & ideo maledictus fuerat; aut recurrere ad incantationes & illicita, sufficere sibi se habere scripturam, quæ sit fortior omnibus præstigiis, & hæc semper repetentes, & boantes potius quam vociferantes; rex qui jam surrexerat accipiens per manus domnum Stephanum & domnum Avitum duxit eos usque ad cubiculum suum, & cum intraret amplexus est eos, dicens ut orarent pro eo. Cognoverunt quidem illi perplexitatem & angustias cordis ejus, sed quia pater eum non traxerat, non potuit venire ad Filium, ut veritas impleretur: *Non est volentis, neque festinantis, sed miserentis Dei.* Ex ea die plurimi Ariani ad pœnitentiam venerunt, & post aliquot dies baptizati fuerunt: & magnificavit dominus fidem nostram per intercessionem domni Justi in conspectu omnium.

Blandetur et amplexatur episcopos Stephanum & Avitum.

Rom. 9.

SYNODUS ROMANA II.

ANNO CHRISTI 500.

HABITA ANNO DOMINI D.

In qua CXV. episcopi Symmachum ab objecto crimine absolverunt, atque Petrum Altinensem episcopum deputatum visitatorem condemnarunt.

Cardinalis Baronii de hac synodo sententia.

Synodus Romana.) Si quæ synodus ante sequentem tertiam habita est Romæ, illam esse oportet, de qua Anastasius in Symmacho paucis hæc scribit: *Eodem tempore beatus Symmachus congregavit episcopos centum quindecim, & facta synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Altinas invasor sedis apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho episcopo sedes ejus pervaserunt*, &c. Illustrissimus cardinalis Baronius existimat secundum & tertium concilium opinione vulgari Romæ sub pontificatu Symmachi habita, actiones dumtaxat synodicas esse illius quartæ synodi Romanæ quæ Palmaris nominatur. Sed cum acta tertiæ & quartæ synodi diversa consulari nota signata reperiantur, diversisque mensibus celebrata notentur, a communi & antiquitus recepta sententia non potui recedere. Recensitæ sessiones & actiones diversæ in tertia synodo habitæ fuerunt. Prælocutio Symmachi coram synodo quarta, de rebus tertio concilio tractatis habita, id quod accuratissimus scriptor annalium intendit, apertissime demonstraret, si non idem prope episcopi utrique synodo interfuissent. *Fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta*, inquit, *quæ erant statuenda definivit.* Et recte. Præsentes enim aderant fere omnes illi, quibus auctoribus decretum illud promulgatum fuerat. Nulla igitur valde urgens asseritur ratio, quæ me cogat fateri, tertiam synodum synodicam dumtaxat actionem esse quartæ synodi Palmaris; proinde si illa tertia vere tertia est, inter primam & tertiam hanc celebratam fuisse necessum est affirmare.

B In illo itaque codice Vaticano post Decreta Symmachi papæ legitur hic titulus: *Incipiunt capitula primæ synodi Romanæ sub Symmacho.* Tum synodus hic verbis inchoatur: *Post consulatum Paulini V. C. Kal. Martias.* In fine eiusdem synodi habetur: *Explicit synodus prima Romana sub Symmacho papa.* Secunda deinde. Dehinc ibidem legitur: *Incipit tertia synodus Romana sub Symmacho papa Flavio Avieno V. C. Januario consule sub die VIII. Idarum Novembrium*, &c. Quæ synodus his verbis clauditur: *Explicit tertia synodus Romana sub Symmacho papa.* Sequitur quarta, cujus titulus: *Incipit quarta synodus habita Romæ Palmaris sub Theodorico rege.* Synodi vero initium habet: *Rufo Magno, Fausto Avieno, viris clarissimis consulibus sub die Kalendarum Novembrium, Sancta synodus apud Urbem Romam*, &c. In fine legitur: *Explicit IV. synodus Romana sub Symmacho.* Deinde sequitur hic titulus: *Incipit præfatio Sancti in libro sequenti. Postea: Incipit index. Sancti S. R. Ecclesiæ Domini contra obtrectatores IV. synodo habita Romæ Palmaris a Symmacho papa sub Theodorico Rege.* Post quartam illas synodus legitur: *Incipit actio gesta synodi CCXVIII. episcoporum sub Symmacho papa tempore Theodorici Regis.* Quæ recitata habetur hac clausula: *Explicit synodus Romana sub Symmacho papa.* Denique *Incipit [illegible] synodus Romana sub Symmacho papa habita tempore Theodorici Regis.* Præterea in codice Colbertino num. 331. post primum concilium Romanum sequitur alterum, his verbis inchoatum: *Flavio Avieno V. C. Januario, sub die VIII. Idarum Novembrium, Romæ B. Petri*, &c. Et hæc tertia synodus Romana. Post illam legitur quarta: *Rufo Magno, Fausto Avieno V. C. Consulibus sub die Kalendarum Novembrium. Sancta synodus apud Urbem Romam*, &c. Hujus synodi titulus est, quarta synodus habita Romæ Palmaris. In codice MS. San. Germanensi, num. XXV. tempore Caroli Magni exarato, post primam synodum Symmachianam sequitur alia, cujus initium est: *Flavio Avieno V. C. Januario sub die VIII. Idarum Novembrium*, &c. & post nomina episcoporum habetur: *Bene quidem fratres vestra*, &c. post illam sequitur: *Quarta synodus habita Romæ Palmaris.* Cujus initium est: *Sancta synodus*, &c. Desunt in eo codice aliæ synodi Romanæ. In codice Colbertino, qui fuit Nicolai Fabri V. C. num. 1860. synodi Romanæ sub Symmacho, eo ordine adscriptæ: *Rufo Magno Faustoque Avieno viris clarissimis consulibus, sub die Kalendarum Novembrium, Sancta synodus apud Urbem Romam*, &c. ut supra pagina 889. Tum: *Bene quidem fratres vestra*, &c. ut infra habetur: *Avieno junior V. Clarissimo Consule, sub die octavo Id. Novembris.* Deinde: *Domnis sanctis & venerabilibus*, &c. ut ibidem pag. 892. postea: *Cum ea dicenda Provisum*, ut legitur infra pagina 447. Sequitur: *Incipit sententia episcoporum Ritio Magno Faustoque Coronatis V. V. V. C. C. C. sub die Kal. Novembrium. Sancta synodus apud Urbem Romanam gloriosissimi Regis Theodorici*, &c. Denique sequitur in eodem MS. epistola Symmachi data anno DXIII. cujus initium, *dilectissimo fratri Cæsario Symmachus*, &c. quæ integra recitatur supra pag. 818. Horum MSS. opera singulas Romanas sub Symmacho papa synodos suis annis me reddituum spero.

C In tertia synodo habitæ fuerunt. Prælocutio Symmachi coram synodo quarta, de rebus tertio concilio tractatis habita, id quod accuratissimus scriptor annalium intendit, apertissime demonstraret, si non idem prope episcopi utrique synodo interfuissent. *Fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta*, inquit, *quæ erant statuenda definivit.* Et recte. Præsentes enim aderant fere omnes illi, quibus auctoribus decretum illud promulgatum fuerat. Nulla igitur valde urgens asseritur ratio, quæ me cogat fateri, tertiam synodum synodicam dumtaxat actionem esse quartæ synodi Palmaris; proinde si illa tertia vere tertia est, inter primam & tertiam hanc celebratam fuisse necessum est affirmare.

D De priori synodo Romana anno superiori, quo ea habita, agimus. Eam Merbeus, aliique quidem conciliorum collectores secundam appellarunt, sed evidenti errore, ut Baronius, Binius, pariterque alii non viderunt. Secundo synodi acta ad me non pervenerunt ea tamen

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

ad an. Christi 500. num. 6. & seqq.

Quæ narrat hoc anno Baronius gesta esse in secunda synodo Romana, pertinent ad annum quingentesimum tertium, quo secundum schisma adversus Symmachum conflatum, & *IV. Synodus Romana, Palmaris* dicta, celebrata est, ut eo anno videbimus, ad quem ideo revocandum, quod hic narrat Baronius de Visitatore a Theodorico Rege misso, qui episcoporum delicta cognosceret. Quin vero non solum a Baronio, sed etiam ab omnibus conciliorum collectoribus, ablisque scriptoribus ordo Synodorum Romanorum sub Symmacho propositus dignitus est; ad confusionem vitandam, rationem hic eorum ordinem ex Codice MS. bibliothecæ S. Victoris Parisiensis, a quadringentis & amplius annis exarato, proponam, & suis locis solide confirmabo, singulis synodis acta, quibus habita fuere, dissertis.

tamen eorum tantum anno celebrata. Hac Laurentium schismaticum, ut ecclesiam turbare desineret, Nucerie episcopum renuncivit: *Cum hujusmodi perturbatio*, inquit Theodorus Lect. lib. 2. *tres continuos annos in Urbe Roma perseveraset* (ab anno sc. CCCCXCIII. quo Symmachus pontificatum adeptus est ad præsentem) *Theodoricus Rex, qui tum Romæ regnabat, quamvis fidelis esset Arianus, collecta tamen synodo, Symmacho quidem episcopatum Urbis Romæ confirmavit; Laurentium vero ejusdem Urbis, quæ Nucerie dicitur, episcopum constituit. Laurentius tamen haud quaquam quievit, sed episcopatum Urbis Romæ adhuc ambire non desistit. Quam ob causam eum deponi, & in exilium mitti curavit Symmachus. Atque hac modo fidelis conspicia est.* Ubi, quæ post secundam hanc synodum contigere, uno tenore refert Theodorus, cujus verba exscripsit Theophanes ad annum Incarnat. secundum Alex. CCCCXCIII. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatum. Idem habet Nicephorus lib. 16. cap. 35. In textu tamen Græco Theodori non dicitur perturbationem *tres continuos annos* durasse, sed tantum fuisse *tempus aliquantum*, id est, *triennium aliquorum*, qui etiam utrimque incompleti intelligendi. Quare locus ille male a Valesio in Latinum versus. Neque enim loco illo triennio *Laurentius* turbas ciet, cum synodo priori Romana, anno præcedenti conacta, his verbis subscripserit: *Callistus Laurentius Archipresbyter titulo S. Praxedis hic subscripsi, & confirmavi synodalibus constitutis, atque in hac me professione manere sententia.*

De hac secunda synodo Romana hæc Anastasius bibliothecarius habet: *Eodem tempore papa Symmachus congregavit synodum, & confirmavit Laurentium in Nucerina civitate episcopum intuitu misericordiæ.* Quæ vero Anastasius eorum rei gestæ non memorat, Baronius an. CCCCXCIX. num. X. laudatis his Anastasii verbis dicit, *Laurentium* in prima synodo Romana Nucerie creatum esse episcopum. Verum factum id post triennium a quo *Symmachus* pontificatum inivit, et ex Theodoro Lectore, Theophane, & Nicephoro citatis mox ostendi. Dicit ibidem secundo Baronius, errare eundem Theodorum, qui hæc omnia *Theodorico* regi adscribit, & pontificatum Symmacho ab eodem confirmatum affutit. At Theophanes & Nicephorus locis laudatis eodem plane modo ac Theodorus loquuntur, qui ideo benigne interpretandi sunt, quia enim synodus *Theodorici* regis jussione convocata fuerat, il Symmachi confirmationem eidem Regi attribuunt. Dicit tertio Baronius, in ipsis actis nullam hujus rei mentionem haberi. Ubi loquitur Baronius de actis prioris synodi Romanæ; sed in iis sermo esse non potuit de re, quæ in secunda synodo Romana, cujus acta perire, perfecta est. Ceterum *secunda synodus Romana* videtur hoc anno celebrata, antequam Theodoricus in Urbem adventaret; cum Anonymus Valesianus, cujus locum integrum supra retulimus, afferat Theodoricum Romam venisse, *facta pace*, Symmachum sc. inter & Laurentium. Hæc hactenus de secunda synodo Romana a Baronio aliisque prætermissa innotescunt. Eam cum præsenti anno accurate connexit Hermannus Contractus ex editione Canisii, licet quota ordine fuerit, non expleuit.

SYNODUS ROMANA III.[1]

SUB SYMMACHO PAPA,

In causa ejusdem Symmachi congregata, anno domini DI. Avieno seniore & Pompejo consulibus.

OBSERVAT. PHILIPPI LABBE S. J.

Sirmondus in notis ad epist. 31. Avit. Palmarem, hanc quæ sequitur, appellat, & recentiores arguit, qui palmaris nomen synodo alteri tribuant, quæ Avieno juniore consule celebrata est.

Contuli cum MS. Cod. Lucchesiano Mauri.

[b] (a) RUfo Magno, Fausto Avieno, viris clarissimis [a] consulibus sub die x. Kalendas Novembris [a] (b) sancta synodus apud urbem Romam [c] ex præcepto gloriosissimi regis Theodorici diversis e regionibus congregata in Christi nomine, dixit: Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas, ut de his quæ venerabili papæ Symmacho apostolicæ sedis præsuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi, sanctum concilium judicaret legitime [a], Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum episcopis (quos ad præsentiam principis (c) ipse itineris ductus attraxit) [a] consulendi regem incubuit necessitas, qua [a] hos voluisset ætate fractos, debilitate corporis invalidos (d) congregari. Respondit prætatus rex piissimus bonæ conversationis affectu, plura ad se de papæ Symmachi actibus horrenda fuisse perlata, & in synodo oportere (si vera esset inimicorum ejus objectio) judicatione constare. Memorati pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt, ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synodum convocare; scientes quia [d] ejus sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus, [a] deinde secuta jussionem domini conciliorum venerandorum auctoritas (e) ei singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antediktæ sedis antistitem [a] minorum subjacuisse judicio, in propositione simili, facile forma aliqua testaretur. Sed potentissimus princeps, ipsum quoque papam in colligenda synodo voluntatem suam literis demonstrasse significavit: unde [a] a mansuetudine ejus paginæ postulatæ sunt, quas ab eo directas constabat, hæsque dari sacerdotibus sine tarditate constituit, & quidquid in eodem negotio actum est, scriptis Romam ex diversis terrarum vel regionum partibus, Dei prosecutione præventum est. Et dum in venerabili collectione (f) sermo de incipiendo haberetur negotio, prout poscebat causæ tractatus, sanctus papa Symmachus basilicam Julii, in qua [a] pontificum erat congregatio, (prout habuit cura cœlestis) ingressus est, & de evocatione synodali clementissimo regi gratias retulit, & rem desiderii sui evenisse testatus est. Causa ergo

[a] Leg. 18 ex cod. Jul. Rufo Magno Fausto Avieno V. C. consule.
[a] quarto in notis habita Romæ Palmaris. Sancta &c.
[a] hoc adverbium abest in c. Just. & in cod. can. ecclesiæ Romanæ editis, & idcoo [illegible]
[a] ad consulendum regem quo causa nos vehementer debilitare corporis invalidos congregari.
[a] causa Sedis Romanæ auctoritas hæ gloriosa in ecclesia
[a] prosunda securo
[a] inimicorum
[a] tunc

1 Hanc synodum P. Jacobus Sirmondus Palmarem appellat, & MS. Isidorus in sua collectione Synodum IV. Romanam. In duobus Collectionibus MS. Dionysii Exigui quæ asserventur in Biblioth. Collegii Parisiensis Soc. Jesu, hæc habetur initium: *Rufo Magno Fausto Avieno V. C. Cos. sub die Kalendarum Novembrium, quarto synodus habita Roma palmaris. Sancta Synodus apud urbem Romam &c.* Hujus concilii in Bibl. Collegii Paris. Soc. Jesu exemplaria sunt mss. pervetusta quatuor. *Mordaitum.*

2 Hæc est synodus Romana Symmachi IV. Palmaris, habita anno Christi 503. ut probat Pagius, cuius observationem apposuimus ad finem hujus Concilii.

(a) Rufo. (b) quarta Synodus habita Romæ Palmaris. (c) spes.
(d) addit causa. (e) deest ei. (f) Deest sermo.

Videlicet quidem rex, potestatem abesse ut seditionibus occurrere. Petrum Aliletanum episcopum, ecclesiæ Romanæ dedit.

ergo de sacerdotum animis (quæ de concilio nondum firmato tristitiam ministrabat) abscissa est: auctoritatem ordinis corrigendi, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum prudentia, * se dare professus est, sperans ut visitator, qui contra religionem, contra statuta veterum, vel contra regulas majorum, a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte cederet: & omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus legaliter ab honorabili concilio redintegrarentur seu redderentur: & tanti loci præsul (a) regulariter prius statui pristino redderetur; & tunc, (b) non ante, veniret ad causam: & si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est * maximo sacerdotum numero, quæ mereretur effectum: decernere tamen aliquid synodus sine regia notitia non præsumpsit. Sed suggestio * justa per legatorum negligentiam non meruit secundum vota responsum. Jussus est * regis præceptionibus papa Symmachus ante patrimonii vel ecclesiarum (quas amiserat) receptionem, cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere, qui potestatis suæ privilegia, & quæ pro conscientiæ (quantum juste æstimamus) (c) emundatione submiserat, nec hac voluit vice resumere. Sed dum esset synodus in Jerusalem basilica Sessoriani palatii constituta, aliquibus sacerdotibus visum est, ut libellus, quem accusatores paraverant, qui quotidie seditionibus * appellabant, suscideretur a synodo. In quo suscepto * duo erant, quæ vel veritati inimica essent, vel ipsi (quantum ostenditur *) (d) ecclesiastico proposito repugnarent. Unum, quia dicebant crimina memorati superius Symmachi papæ apud regiam constitutæ notitiam, quod falsum esse * declaravit. Non enim quasi novam causam audientiæ commisisset, si ejus * conscientiam convictam de errore, solam sciret expectare sententiam. Aliud, quod per servos de his quæ obiciebant se eum loquebantur posse convincere: addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus (quantum illi asserebant) posset in judicatione superari. Quæ res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica, cum patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel * accusandi aliquid, deneganda esset licentia. Et dum inter ista, quæ essent facienda tractabatur, † præfatus papa, ut causam diceret, occurrebat. Qui veniens, § ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris, qui cum ipso * erant, per eadem ipsam mortis fuisset occasio; quod probant recentium adhuc vestigia vulnerum, nisi illustris vir comes * Aligernus, majores domus regiæ, prospexissent: quos secum, unde egressus fuerat, ad beati Petri apostoli septa convexerat. His ita actis, & rebus varia confusione turbatis iterum nos ad justitiam contulimus principalem, scientes, divinitate propitia, regere dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse providerat: cujus mansuetudini omnia per relationis seriem (sicut res poscebat) ingessimus; intimantes etiam, sæpe nominatam papam post eadem, cui subjacuerat cum suis, si voluntatem rursum haberet exeundi ad judicium, fuisse commonitum: sed allegasse eum per directos episcopos, (e) nominatis canonibus se cessisse, affectu purgationis suæ culmen humilians, qui tamis periculis pene fuisset oppressus: dominum regem habere quod vellet jus faciendi, (f) sed interim justitiæ * resistentem, statutis canonibus non posse compelli. Ad hæc serenissimus rex taliter (Deo aspirante) respondit; in synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati pontificum, ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana Christianis omnibus redderetur. * Quæ cum juste offerrentur, Dei mandata complentes, Italiæ suum dedimus rectorem, agnoscentes nullum nobis laborem alium remansisse, nisi ut diffidentes cum humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur: quia unum tantæ rei restabat, unde Deo * placeremus, scilicet, ut ‡ sancti * principis voluntate invitaremus senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinata, monentes & instruentes, causas Dei ipius judicio esse committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam: qui dicit: *Mihi vindicta, & ego retribuam*: apud quem conscientia nuda est: cui non absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconvenienter & præjudicialiter in hujus negotii principio contigissent: & nos viam (g) per quam ipsi vocabant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere; qui, quod dicebatur, majori judici servamus, instruentes eos, quia per nos illis Christus innotuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed (h) pastoris: maxime quia in causa præfata multos, qui se dedignabantur agnoscere, & Deo satisfacere, error involverat. Et quia non * poterant plura sub hac occasione ecclesiæ membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens *Jubendos esse plurimos per patientiam & doctrinam*. Et * quicumque putantur rei, & gravibus peccatis involuti, (quamvis nullus est qui delicto careat, sicut Joannes testatur apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, mendaces sumus*) hos tamen magis pressuris hominum * sustentari & perterreri, hæque passiones judicio divino suspendi, maxime cum illa quæ præmisimus inter alia de auctoritate sedis obstarent: quia quod * possessor ejus quondam beatus Petrus meruit, in nobilitatem * possessionis accessit, & claritatem veterem vobis dat de Christi dote rectoribus, clamans scriptum esse per prophetam ex persona Dei: *Numquid non valet manus mea ad consumendum eos qui erroraverunt?* Hæc eadem sæpissime sicut oportuit commonentes, ut ab ista intentione discederent, & factum nostrum, quod Deus inspiraverat, juxta mandatum principis non discuterent, sed seque-

* ita
* regis
intendebant libello
* conventus
* perclaruit
* conscientia convicta de errore solam se sciret
§ quasi ab irruentibus per totum.
* affequendi
* erant,
* Aligernus
* maximo
* Dei ex Concilio & ad hæc Regem di Rum regia de ecclesiasticis
* Quæ cum juste offerrentur Dei mandata complentes, Italiæ suum dedimus rectorem
* placeremus
‡ sancti principis voluntate
* oportebat
* Rom. 1.
* qui competuntur rei
* Joan. 1.
* sustentari
* possessor possessionis ad successio
Iso. 10.

1 Episcoporum 115. Liber Pontificalis. Mandatum.
(a) legaliter.
(b) Deest non ante.
(c) emendatione.
(d) convenient vel.
(e) mandatis canonibus sibi consessisse.
(f) se.
(g) per bonos.
(h) a pastoribus.

sequerentur, sicut decebat ecclesiæ filios: nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent ecclesiæ detrimenta: quæ res poscebat cum festinatione succurri, & nobis hujus celeritatis, & illis obedientiæ necessitas imminebat, maxime cum omnem pene plebem cernamus ejus communioni indissociabiliter adhæsisse, cujus * vos non modica cura stimulabat, ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis, cum Dei nostri obtestatione decernimus, harum necessitatum vel * religionum consideratione adstricti, & cœlesti inspiratione perpensis omnibus, quæ in causa erant, secretis: ut Symmachus papa sedis apostolicæ præsul, ab hujusmodi propositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, (quia totum causis obsistentibus superius designatis constat arbitrio divino fuisse dimissum) sit immunis & liber, & Christianæ plebi, sine aliqua de * objectis * oblatione, in omnibus ecclesiis suis, ad jus sedis suæ pertinentibus, tradat divina mysteria: quia eum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter (a) superius designatas causas, obligari non potuisse cognovimus. Unde secundum principalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuunt potestati, ei, quidquid ecclesiastici intra sacram urbem Romam, vel foris juris est, reformamus: totamque causam Dei judicio reservantes, universos hortamur, ut sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant, & Dei & animarum suarum meminerint, quia ipse & amator pacis est, & ipse pax est, qui monet: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: & in quacumque civitate pacem esse, confirmandam affirmans, beatos esse dicit pacificos. Hæc quicumque ex instructione nostra (quod non æstimamus) vel non * admittit, vel retractari posse crediderit, videat, quia in divino judicio contemptus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati papæ, qui ab episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut eos satisfacientes episcopo suo, misericordia subsequatur, & officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui: quia dominus & redemptor noster oves perditas ab errore lætatur inventas, & super * profugum filium paternam liberalitatem cœlestis * mediator accommodat. Quisquis vero clericorum, post hanc formam a nobis * prolatam, quocumque sacrato Deo loco in ecclesia Romana missas celebrare præsumpserit, præter conscientiam papæ Symmachi, dum vivit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos sincere protulisse.

* ita

* religiosorum

Papa judicio Dei subditus est, non hominum.

* obiectis
* oblatione

Per principalia præcepta notatur principis voluntas seu jussio

Joan. 14.

Matth. 10.
* admittit

* prodigum
* mediator
* probatam

SUBSCRIPTIO EPISCOPORUM.

1 Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus subscripsi.

A Petrus episcopus ecclesiæ Ravennatis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi.
* Felix 2 Interamnensis.
* Bonifacius * Aquavivensis.
Maximus Bieranus.
Æmilianus * Vercellensis. (b)
Maximus Ticinensis.
Cassianus Mutinensis.
Gerontius * (c) Fidenas.
Stephanus Venusinus.
Laurentius (d) * Bojanensis. 3
Fortunatus Fulginas.
Mercurius Sutrinus.
Stephanus Neapolitanus.
B (e) Hilarius Tempsanus.
(f) Maximianus Perusinus.
Innocentius Ferentinas.
Concordius Mesenas.
Vitalis Fundanus.
Castus (g) * Pratensis. 5
4 Aristus (h) Ostiensis.
Martyrius Terracinensis.
Victor Lunensis.
Asterius Aquinas.
Chrysogonus Albanensis.
Amantius Potentinus.
Romanus * Nomentanus.
Ursus Reatinus.
Crescenius Tudertinus.
C Innocentius * Mevanas.
Joannes Spoletanus.
Eustasius Cremonensis.
Laurentius Bergomas.
Eucarpus (i) * Messanensis.
Rufentius (k) Egnatinus.
Serenus Nolanus.
Martianus (l) Æsinus.
Eutychius Tranensis.
Fortunatus Anagninus.
Paschasius (m) * Vulternensis.
Innocentius Forosemproniensis.
Felix Nepesinus.
Hilarius (n) * Cupersanensis. 6
Innocentius 6 Triferninus (o)
D Severinus Tyndaritanus.
Silvanus Veliterninus.
Sebastianus Soranus.
Mercurius Gabinas.
Felix Atellanus.
Rusticus Buxentinus.
Propinquus * Trebiensis.
Adeodatus Formianus.
Bonifacius 7 Camerinensis.
Justus Signanus.
Vindemius Antistinus.
Augustus Liparitanus.
Valentinus Amiternimus.
Fortunatus Suessanus.
Jocundus Augustanus.
E (p) * Trigidius Taurinas.
(q) Viticanus * Callienses.

* Alium ord. legit in cod. ecclesiæ Rom.
* Bonignus
* Aquilejensis.
* Sorana
* Ficuclensis.
* Bovensis
* Prænestinus.
* Nomentanus.
* Mibanas.
* Mevanas.
* Vulturnensis.
* Iapanensis.
* Tribensis
* Tigridius
* Cobanensis

To-

1 Hunc ordinem habet collectio nostra genuina Mss. Dionysii Exigui. *Hard.*
2 Dionys. *Bononensis*. Hard.
3 Dionys. *Portuensis*. Hard.
4 Dionys. *Arifter*. Hard.
5 Dionys. *Hilarus Tempanensis*. Hard.
6 Dionys. *Triferanum Tiberinorum*. Hard.
7 Dionys. *Camertinus*. Hard.
(a) *super id.*
(b) Hunc fere ipsum ordinem tenet Laurent. Codex in quo tamen *Æmilianus* est episcopus Sorianus non Vercellensis.
(c) *Fiscuclensis*.
(d) *Bovensis*.
(e) *Hilarus*.
(f) *Maximianus*.
(g) *Portuensis*.
(h) *Absensis*.
(i) *Mesofanus*.
(k) *Agnatinus*.
(l) *Reanus*.
(m) *Vulturnensis*.
(n) *Tempanensis*.
(o) *Triferanum Tiberinorum*.
(p) *Nigridius*
(q) *Bastignus Cobanensis*.

Joannes Riminensis.
(a) Procubitanus Sepinas.
Candidus Tiburtinus.
Apollinis Lucerinensis.
Aemilius Populoniensis.
Memor Canusinus.
(b) * Callonicus Forocloiensis.
Elpidius Volaterranus.
* Turritanus. Joannes * Thuritanus.
Adeodatus Silvæ candidæ.
* Venerus Pallensis. * Venerus Pallensis. *
Rogatus Tauromitanus.
Servulei Veronensis.
Probus Camerinensis.
* Antonini. Dulcitius Episcopus S. Anthimi *.

NOTÆ SEVERINI BINII.

An synodus hæc tantum ultio sit alterius?

a *Synodus Romana III.*) Illustrissimus cardin. Baronius anno 502. num. 1. 4. 21. & 22. hanc synodum, quod supra etiam dixi, synodicam actionem synodi Palmaris esse arbitratur, ideo quod utraque eadem consulari nota consignatur: quodque Symmachus papa synodum allocutus, *Bene*, inquit, *fratrum vestra, quæ erant definienda definivit*. Quia cum parum urgeamur, visum mihi fuit hac in re a communi sententia nequaquam esse recedendum. Acta Palmaris synodi consulatum Avieni junioris exprefferunt, ut eam a tertia sub Aviano seniore consule celebrata distinguerent. Quid quod utriusque Avieni diversis prænomina idem apertissime demonstrent? Senior Faustus, junior Florentius prænomen habet. Dubium itaque nullum est, quin diversos consulares nota, diversitatem synodorum non obscure indicent. Vide rationes plures infra in notis Palmaris.

Acta depravata fuere.

b *Rufo Magno.*) Cassiodorus & Marcellinus Pompejum ejus collegam recensent. Acta cum depravata esse reperiantur, ex codice Croconiano antiquitus scripto, quantum licuit, emendata sunt.

Schismaticorum violentia & furor.

c *Ex præcepto gloriosissimi regis Theodorici.*) Cum ecclesiæ Romanæ præsentia Theodorici regis aliquantisper quievisset, ex schismaticorum spe, quod favore principis Symmachum papam falsis calumniis circumventum depernendum sperassent, tandem ubi regem æqui amantissimum nihil de causa Symmachi decernere, sed ex sententia episcoporum qui convenerant definire velle cognovissent, furore percitis, ad violentiam conversis, cædibus omnia miscere sunt ingressi. Interea vero rex Theodoricus, interpellatione catholicorum & aliorum, qui erant in urbe, Symmacho faventium senatorum, de cogenda synodo cogitat. Cum vero sciret non esse suarum partium orthodoxos antistites ad synodum convocare, sibi nihil plus æquo tribuens, regia via incedens, more majorum, ipsius Symmachi papæ auctoritate id perficiendum curavit, & ab ipso pontifice literas ea de re dari voluit ac præcepit. Hæc ita se habere, non tantum constat ex actis synodalibus, verum etiam ex illis Theodorici aliorumque episcoporum literis, quæ in hac causa ultro citroque transmissæ fuerunt, quas a Nicolao Fabro Parisiensi acceptas dignissimas esse judicavi quæ hoc loco maxime congruo huic operi inserantur.

PRÆCEPTIO QUÆ MISSA EST PER GERMANUM ET CAROSUM episcopos.

Laurentio Mediolan. Marcellino Aquilejens. Petro Ravennati.

Dominis sanctis & venerabilibus patribus, Laurentio, Marcellino, & Petro, & cunctis episcopis in Urbe residentibus, Theodericus rex.

VOs quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius de reditu vestro secundo consulere, quam indictum concilium alienæ facilitatis imitatione deserere; ne discedentibus universis sub manifesta deserti dispositione judicii A major urbem regiam seditiosis motibus turba concuteret. Sed non optavimus commississe, sanctæ congregationis examinis sub hac protrahi dilatione negotium, nec universitatis animos gravius præjudicio pendere suspensos. Quia nec tranquillitati urbis definitionis mora, nec sacerdotali proposito sententia potest convenire discordia. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est, ceterorumque discessu, qui propter turbam quæ aut casu aut vitio aliquorum contigit, iterata quæ cœperunt reliquere judicia: (Qui tamen, si quid dixerit, potius cogitassent exemplo vestro in urbe residere, expectantes de his quæ illic facta de nostra providentia ordinatione remedium:) Cum in B multas se vias cogitatio nostra disperserit, ad hanc se tramitem consilii cura convertit; ut rursum ad Kalendas Septembris diem, eumdem censuerimus sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus. Ergo ingravatis sanctitatem vestram reliquorum præsentiam convenit opperiri, ut compresso tumultu & dissensione submota, quæ ab omnibus orta est ab omnibus causa peragatur. Nam Ravennam, quemadmodum speratis, non putavimus revocandum esse concilium, dum aliorum labore, aliorum permovemur ætate, parati ut nisi secundo conventu causæ finem judicium synodale posuerit juxta desiderium vestrum, quo nos poscitis esse præsentes; occu- C pationibus nostris Romæ quietis amori postpositis, nos potius Romam Deo auctore veniamus: ut præsentibus saltem nobis citra confusionem atque discordiam, secundum Dei timorem tanta causa terminum sortiatur. Ut non diutius urbs regia turbarum tempestate fatigetur, sed vestri æquitate judicii redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestræ æstimare providentiæ, si commodo sit, aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandum, solutumve in aliqua definitione concilio sub incerto ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere civitatem. *Alia manu*. Orate pro nobis, domini ac venerabiles patres. Datum sub die VI. Idus Augusti. Rufo Ma- D gno, Fausto Avieno V. C. Cos. * * Anno Christi 502.

SENATUS VEL MARCELLINI EPISCOPI CUM CETERIS,

Et alia præceptio, quæ data est per Majorem domus regis.

PRÆCEPTIO REGIS IV. MISSA AD SYNODUM.

Fl. Theodericus rex universis episcopis ad synodum convocatis.

E ROmanæ ecclesiæ pacem, episcopo Symmacho criminosis propositionibus impetito, sub ea quam certatis confusione turbæ, quemadmodum magis potuit providentia nostra consulere, quam ut juxta petitionem Senatus & cleri, ad congregandos ex diversis provinciis causam revocare antistites, & de religiosa sanctione personam sanctum facere judicare concilium? In

1 Lego, *Colonitus*, ut anno 499. & 504. vel, *Colonicus*, ut anno 502. *Hard.*
2 Dionys. *Venerus Pallensis*. Hard.
3 Hæ præceptiones regiæ antecedunt Synodum IV. palmarem. Eas, cum prius mendis effent inquinatissimæ, emendatas ad Collectionem MS. Canonum in Bibl. Paris. Sor. Jesu domus ex Harduino.
(a) *Prothojanus* (b) *Colonicus*.

In oculis sunt dudum ad universam synodum destinata, & conscientiæ nostræ adstipulantur oracula, quibus solius integritatis affectu hoc jus pontificibus commisimus evocatis, ut sub synodalis æquitate sententiæ, aut propter objecta convictus, reatui subjaceret. Post hujusmodi constituta, quis finem tanto dandum dubitarit esse negotio? quis de tam numeroso concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambiguum? quid profuit * sine vitam de prolixo itinere cetera ad nos imposuisse negotia? quid tantarum ecclesiarum absentibus sacerdotibus fuisse suspensum? quid supererit reliquum, si de tanto exitu non datur * imperare conventum? Sed transacta sufficiant, quæ ad hoc tantum in memoriam satis est revocare, quod desinant. Bona est præteritorum recordatio: si quæ displicent, secuta cura correptionis emendet. Non saltem discedentibus aliquibus dilatoque negotio ad secundæ congregationis venientis repetita judicia, pro fide, pro innocentia, pro æquitate concordis, remotis studiis aliquibus dissentiat integritas. Hoc petitione nostra Romanæ confertur civitati, ut sacerdotali consideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio; scientes examen vestrum de his, securum esse judicium. Cogitate matrem confusionis esse discordiam, & quemadmodum consensu dubia solidantur, ita etiam firma dissensione dissolvi. Numquid laboriosa, numquid conscientiæ vestræ gravia, numquid inimica proposito ab antistibus suis pacem poscit ecclesia; & ab his quibus per rationem professionis vestræ cura debeat esse propensior, fidem tumultuosam expetat? Intentio est vobis servandæ justitiæ in cognitione: libertas remotis omnibus occasionibus integra sit vestræ voluntatis: objectorum criminum causa examinate judicium: dummodo studiosa certamina defendi amore, & omne confusionis amputetur ambiguum: maxime cum hanc vobis pro religionis reverentia, consideratione justitiæ nostræ, oracula tribuant facultatem, ut sicut vobis est inquirendæ in hoc negotio voluntas & cura veritatis, personis illic omnibus constitutis, per quas potest fides rerum, quæsita præstare, vos noveritis, & Deus, quid in ipsa causa judicare debeatis, pacem modis omnibus clero, Senatui & Romano populo post judicium reddituri: ne qua turbatio, nulla discordia in civitate remaneat. Si vero vultis ut quod propositum est, transeat sine discussione judicium; vos sciatis, & Deus, qualiter ordinetis: dummodo pax clero, Senatui, populoque Romano sub vestra ordinatione reddatur. Ecce coram Deo & hominibus arbitrio vestro committentes universa, conscientiam nostram, sicut decebat, absolvimus. Tantum est sub justa ordinatione rem fuisse finitam, & unitatem redditam discedentibus incidet. Neque enim tolerabile est ob hanc negligentiam regiæ civitatis amorem quo tenemur adremitti, aut rebus omnibus Deo auctore pacatis sola tranquillitate erigi, & in media urbe confundi, ut desideratur civilitas in * archilatiora, quæ est sub hostium vicinitatis cura. Et ne quid omisisse videamur, cum necessariam crediderit episcopi Symmachi in cognitione præsentiam, Gudilam & Bedeulphum sublimes viros, Majores domus nostræ, quos de præsente misimus * cum Conzatriermo: ne quid dubitationis habeat jussio nostra, sacramenta præstabunt satisfacturi designato episcopo, quemadmodum æstimaverit ordinatio vestra: fuisse cerit, ut vocatus ad concilium, citra Urbem & molestiæ metu securus occurrat. Orate pro me, domini sancti & venerabiles patres. Datum est sub die VI. Kalendas Septembris, Ravenna. Regnante supradicto feliciter: Rufino Avieno Fausto V. C. Cos.

Relatio episcoporum ad Regem.

Agimus Deo gratias, qui regum corda pietatis suæ manu & gubernat & temperat, quando ab ipso venit quod clementia vestra ex amore suo præceptis ad nos moderatissimis per Majores domus Gudilam & Bedeulphum sublimes vestros missis ostendit. Sic enim mansuetos principes cæli Dominus fecit esse quos diligit; & propitiata divinitas, eos in causis omnibus mandatis suis ordinat obedire: quod scriptum est, dicente Deo: *Sine me nihil potestis facere*: quod utique boni intelligendum est. Ideoque nostro toto affectu & obsequio jussioni vestræ parere voluimus: & ad Papam, qui impetebatur, quater cum sacerdotes nostros ex secunda synodo direximus, ut ad judicium conveniret. Sed occurrere se audentiæ nostræ penitus non posse statuit, mandans: Primum ad conventum vestrum, quando Romæ venistis, sine aliqua dubitatione properavi, & privilegia mea voluntati regiæ submisit, & auctoritatem synodi dedi: sicut habet ecclesiastica disciplina, restaurationem ecclesiarum regulariter poposci: sed nullus mihi a vobis effectus est. Deinde cum venirem cum clero meo, crudeliter mactatus sum. Ulterius me vestro examini non committo: in potestate Dei est, & domini regis, quid de me deliberet ordinare. Post episcopos tamen ei Majorem domus vestræ illustrem virum Arigernum direximus, cui quid responsi dederit sua suggestione renuntiat: & intimamus tamen serenissimo domno, quia nobis quid possimus facere non remansit, nec invitum ad disceptationem nostram adducere possumus. Ipsi per canones appellationes omnium episcoporum commissæ sunt; & cum ipse appellat, ecquid faciendum? cum nec in absentem valeamus ferre sententiam, nec contumacis locum deputare, qui se judicibus occurrisse præclamat; maxime quia res nova est, & pontificem sedis istius apud nos audiri, nullum constat exemplum. Voluimus quod restabat pacem juxta præceptum & voluntatem vestram reddere civitati, quæ res & proposito nostro amica est, & beatitudini vestrorum temporum congruebat. Quia confusione tantæ civitatis & gemimus, & horrescimus: ad amplissimum Senatum collegasque nostros secundo direximus, orantes ex verbis Apostoli, qui monet: *Quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes: non vosmetipsos vindicantes, carissimi, sed date locum iræ. Scriptum est etiam: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus*. Nec admonitioni clericorum defuimus, quibus regulariter volumus subvenire. Quia etiam salutare monitum contempserunt; ideo vestri erit imperii nutu Dei respicere ecclesiæ redintegrationem, Romanæ civitatis, & provinciarum quietem. Nunc rogamus, ut infirmitatibus & * & deunitatis nostræ, quemadmodum pii domini, succurratis; quoniam calliditati sæculari sacerdotum simplicitas non sufficit, & jam diutius

* Locus in ms. immediatis.

* Forte impetrare.

* Locus fuit ego aliorum cadunt reformabitis.

* ms. cum illum Com. Arierno.

* Forte, cum illustri Comite Avieno.

* Forte, in domnitatis.

tuus nostrorum mortes, & pericula propriarum A poti non possumus: sed concedite nobis optatissimo præcepto vestro, ut ad ecclesias nostras liceat nos reverti, quia post hanc quæ suggessimus, nihil est quod a nobis possit ordinari. *Et alia manu:* Optamus vobis salutem, domine princeps.

Præceptio Regis.

Flavius Theudericus rex, universis episcopis ad synodum convocatis.

DEcuerat quidem beatitudinem vestram divinæ considerationis reverentia exortum jam finisse negotium: ut vobis ordinantibus B submoveri potuisset de tanta civitate confusio: maxime cum præsentis affectibus jussimus, quemadmodum vestrum visum fuisset arbitrium, memoratum vos terminare debere certamen; dummodo sub justa ordinatione finitum, dissentientes unitati & concordiæ redderentur. Quam miramur denuo fuisse consultum: cum si nos de præsenti ante voluissemus judicare negotio, habito cum proceribus nostris de inquirenda veritate tractatu, Deo auspice, potuissemus invenire justitiam, quæ nec præsenti sæculo, nec futuræ forsitan displicere potuisset ætati? Sed quia non nostrum judicavimus de ecclesiasticis aliquid centere negotiis: ideo vos de diversis provinciis fecimus evocare; ut sub divini timore judicii, totius certaminis vobis disponentibus causa transiret: urbique nostræ, Deo favente, optata per vos concordia redderetur. Nunc vero eadem quæ dudum præsentibus intimamus oraculis, nos coram Deo & hominibus absolventes; ut causam Dei, quam vestra congregationis amplissimo senatui, & pacem clericis sperantes, commisimus, quemadmodum visum vobis fuerit, ordinetis: nec a nobis vestri exspectetur forma judicii, sed vos qualiter vultis ordinate. Sive discussa, sive indiscussa causa, proferre sententiam, de qua estis rationem divino judicio reddituri; dummodo, sicuti sæpe diximus, hoc deliberatio vestra provideat, ut pax Senatui populoque Romano, sub D mota omni confusione, reddatur; ne qua, quod absit, post judicium turba, aut aliqua remaneat in civitate discordia. Sin autem secundum mandata nostra concordia sacratissimæ urbis a vobis fuerit restituta: tunc universitas agnoscere potuerit justum sacri ordinis vestri extitisse judicium. Orate pro nobis, domini sancti ac venerabiles patres. Datum sub die Kalendarum Octobris.

SYNODO ECCLESIASTICO

Vir spectabilis Anagnosticus regis.

Primum salutandi episcopi, & dicendum eis causa E quæ agitur.

SI mihi visum fuisset, aut justitiam habuisset, ut ego debuissem audire cum proceribus palatii mei, potueram tractare quomodo & Deo placuisset, & posteritati ingratum non fuisset: sed quia causa est Dei & clericorum: ideoque modo ad petitionem senatus vel cleri ex diversis civitatibus convenere antistites, velut Deo medio, secundum quod legitis in evangelio, & Apostolo ad Corinthios, hoc sequamini. Nam si meum animum requiretis, ut superius dixi, quæ præcipit Deus in evangelio, hoc sequamini. Si vero vobis visum fuerit sine discussione causam finire, aut discussam, quemadmodum visum fuerit, judicate. Meam personam nolite metuere, reddituri rationem ante conspectum Dei: tantum est ut Senatum, clerum & populum pacificum dimittatis, & quod judicaveritis scribatis. Nos autem hoc probabimus vos bene ordinare, si populo, Senatui, clero pacem integram reddatis. Quod si minime feceritis, offendetis vos uni parti tavisse. Nullius ergo personam ante oculos habeatis: quamvis si vobis aliquis violenter vellet quæ injusta sunt imponere, missis rebus vestris justitiam custodire debeatis. Nam multi & vestræ & nostræ regionis episcopi propter Dei causas, & de ecclesiis & de rebus suis jactati sunt, & tamen vivunt. Ego non solum impono, sed etiam rogo, ut faciatis quæ Deus præcepit, & quæ legistis in evangelio & apostolo. Si autem discutitis causam, vel sub aliquo colore melius causam judicatis. Si autem indiscussam dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus omnino male conversandi. Hæc cum diceret, proposuit similitudinem: Aliquando ut ipse fieret C Imperator, Aspari a senatu dicebatur: qui tale fertur dedisse responsum: Timeo ne per me peccandi consuetudo in regno nascatur. Ita dico & modo, ne irascantur sancti patres nostri: ne per eos, cum non discusserint & ita judicaverint, consuetudo peccandi omnibus sacerdotibus generaliter fiat. Item si voluerit discutere causam, ut securus egrediatur, Arigernus, Gudila, & Bedeulphus sacramenta ei præstabunt. De area vero vel de domo Lateranensi, prout judicatum fuerit, eidem synodus reddat. De vindicta, quæ sperant discussionem si eis placuerit, (a) aut ipsi vindicent, aut quos deputemus legibus exsequantur culpas. Locus obscurus & corruptus.

Notæ Severini Binii.

d *Sinu sedis.*) Hoc loco Romana ecclesia primatus causa tres recensentur. Priore meritum Petri, qui ob meritum confessionis obtinuit primatum. Matth. 16. Secunda ponitur jussio Domini, qua institutus est primatus & Petro collatus, cum dictum est ei Joannis ultimo: *Pasce oves meas.* Tertia conciliorum auctoritas, quæ hanc Domini jussionem declaravit. Vide Bellarmin. lib. 2. de Rom. pont. cap. 17. & quæ infra notabimus. Causæ primatus ecclesiæ Romanæ

e *A manuscriptis ejus paginæ postulata sunt.*) Videas quod nec Arianus quidem rex absque consensu & certis literis Romani pontificis synodum congregare præsumpserit, quia id sibi non licere cognoverat. Arianus rex synodum convocare veritus nisi conscio pontifice

f *Præsentia papæ ut causam dirimeret exorabat.*) Comitante ad judicium cum lacrimis plurima utriusque sexus plebe, ut testatur Ennodius infra.

g *Ab irrumpentibus turbis amicorum suorum ita tractatus est.*) Quibus insultis turba schismaticorum eum ad judicium profectura fuerit, post Anastasium in vita Symmachi, supra laudatus ipse in apologetico ad imperatorem, his verbis: *Inter imbres lapidum pedes vestros, judicandi Deum.*

h *Sancti principis.*) Rex Arianus non ex meritis, sed ex consuetudine piissimus & sanctissimus nominatus, sicut a Dionysio Alexandrino episcopo Valerianus & Gratianus imperatores etiam, ut testatur Eusebius, sanctissimi appellati fuerunt. Idque factum est exem- Arianus rex cur piissimus nominatur.

(a) Locus hic depravatus sic restituendus est ex Cod. Colbert. Ballerinus indicantibus: *aut ipsi vindicent aut nos deputemus, qui legibus exsequantur culpas.*

exemplo S. Pauli apostoli, qui Act. 24. nobiscum hominum pretiosorum gerentem, custodiebat centurionem, optimum Pilatum vocavit. Baron. an. 502. n. 21.

1 *Laurentius Mediolanensis & Petrus Ravennas.*) Hi duo eiusdem prerogativa fidem promittebant: idcoque cum Romam venissent, ne qui ad congregandam eandem Synodum convocati fuerant in suspicionem cuiusdam defectionis venirent, ab ejusdem Synodi conductione non quidem communione catholica abstinuerunt. Ennodius in apologetico pro quarta synodo.

Stephani Baluzii Observatio.

Post consulatum Theodorici regis Italiae ad episcopos istius synodi & relationem episcoporum ad regem, & post praeceptionem & commonitorium ejusdem regis, quae omnia in vulgatis editionibus conciliorum ponuntur post subscriptiones episcoporum, sequitur in cod. Nicolai Fabri, ex quo epistola illa edita fuit: Incipit constitutio Episcoporum. *Et mox describuntur acta synodi, quae alia dicitur sub die Kalend. Novemb. Quo autem modo habuisse constat Hieronym. Habetur in suo codice. Sed omnes alii codices habent sub die X. Kal. Novemb. ut in vulgatis editionibus. Multum autem diversae sunt subscriptiones ab editis in antiquis exemplaribus & diverso ordine positae sunt in codice canonum ecclesiae Romanae. Referemus autem varias lectiones ex eodem codice & ex utraque bibliotheca Colbertina signatis 449. 962. 1572. 1863.*

Æmilianus Vercellensis. *Omnes libri veteres (praeter 1863. qui Amelius Surrentanus habet) & codex ecclesiae Romanae.* Æmilianus Surrentanus. *Editio Magnentina, Surranus. Sed infra nominatur Sebastianus episcopus Surranus, qui Surranus vocatur in antiquis codicibus.*

Bonifacius. *Codex* 1863. Benignus.

Fidenas. *Codex ecclesiae Rom.* Fundanus, 449. & 962. Fiuenciensis, 1572. Fiuhuenensis, 1863. Fiorlanensis.

Venusinus. *Codex* 1863. Vinusensis.

Bononensis. *Codices* 449 & 1572. Bocnensis, 1863. Bomensis, 962. Bononus.

Hilarius. *Veteres libri*, Hilarus. *Quamquam* 1863. *habet* Clarus, *quod eodem recidit.*

Maximianus. *Omnes libri veteres & editiones habent* Maximilianus.

Perusinus. *Cod.* 1863. Festinogensis.

Praenestinus. *Ita quidem editiones. Sed omnes libri veteres*, Portuensis. *Codicem quoque Vaticanum habere* Portuensis *monet Holstenius.*

Ostiensis. *Codices* 449. 962. 1572. Offensis, 1863. Hostiensis.

Martyrius Terracinensis. *Cod.* 1863. Marcianus episcopus ecclesiae Terracinensis, *mendose, ut opinor.*

Mevanas. *Tres veteres libri Colbertini & editiones Dionysii Exigui*, Mivanatis. *Cod.* 1863. Mucnatinensis. *Holstenius ait Mevaniensem ecclesiam eam esse quam S. Gregorius lib. 1. ep. 78. & lib. 7. epist. 73. vocat Vivaniensem.*

Messanensis. *Codex Rom. ecclesiae & tres veteres Colbertini.* Meresape, *quartus*, Meresponensis.

Egnatinus. *Codex* 1863. Eunatinensis. *Reliqui & Dionysius*, Agnatinus.

Ælanus *Cod.* 1863. Eonensis, 449. & 1572. & *Dionys.* Aranus, 962. Æranus. *Holstenius legit* Æanensis, Æani *sive* Æana *urbem ejusque esse inter Samnium & Apuliam in ipso Apennino, quae postea Troja dicta est.*

Eutychius. *Veteres libri*, Eutichus.

Aquinas. *Tres priores codices*, Agninus: *quartus*, Agninensis.

Vulturnensis. *Veteres libri*, Vulturnensis.

Capersanensis. *Veteres libri*, Tempsanensis: *pro eo modo in editionibus*, Temprenensis. *Ipsius episcopi & superiores subscriptio desit in codice* 1863.

Triferinus. *Codices* 449. 962. 1572. & *Dionys.* Detentum Tiberinorum, 1863. Defensenciunsensis. *Holstenius legit* Triferinorum Tiberinorum.

Soranus. *Ita autem edito Magnentina. Sed alia & veteres tres Colbertini priores habent* Suranus, *quartus* Suranensis.

Atellanus. *Codex* 1863. Vitellinensis.

Bononiensis. *Idem codex*, Bofentinensis.

Trebiensis. *Ita edito Magnentina. Codices* 449. & 1572. Tribensis, 962. Triveensis, 1863. Triveniensis.

Signinus. *Veteres libri & editiones Justelli*, Signatinus.

Tauriana. *Cod.* 1863. Taurimensis, *alii & Justell.* Tauriniensis.

Vitinensis. *Cod.* 1863. Vetignensis.

Collinensis. *Veteres libri & Justell.* Celenensis.

Lucerinensis. *Cod.* 449. & 962. Laterinensis 1572. Lucerinensis, 1863. Lariniensis. *Holstenius legebat* Literinensis.

Comiensis. *Cod.* 1863. Cominensis.

Calionensis. *Veteres libri*, Celonensis. *Ita etiam tres priores codices MS. se legisse testatur Holstenius.*

Perusiensis. *Cod.* 1863. Pusinensis.

Velinensis. *Tres priores Colbertini*, Velisinensis, *quartus*, Velinensis.

Thurinensis. *Veteres libri & editio Magnentina*, Turtinensis. *Codex* 1863. Turtenensis.

Venerus. *Veteres libri & edit.* Venerius.

Polensis. *Edit. Dionysii & codices* 449. & 1572. Pullensis. 962. Pellensis, 1863. Pellenciensis; *Vatinianus ab Holstenio citatus* Spellensis. *Holstenius Hispellum esse ait in Umbria.*

Veronensis, *Editio Magnent.* Veronensis; *veteres libri*, Feronensis. *Ita autem editiones Justelli.*

Camerinus. *Editio Magnent.* Carmagnanensis; *Justell. & veteres libri*, Carmejnensis.

Anthimi. *Codices* 449. & 962. Antini, 1572. Antini. *quo modo habet etiam edito Magnentina in margine. Codex* 1863 Antioiensis.

Observatio P. Antonii Pagii.

ad an. Christi 503. n. 2. & seqq.

Synodus Palmaris ad annum Christi 503. pertinere, licet hactenus nemquam eodem a scriptoribus consignata fuerit, demonstrat primo Anastasius, qui in vita Symmachi, postquam retulit Laurentium schismaticum *invasisse episcopum* Nucerinum constitutum esse, narrat quo anno 503. Roma contigere, & ea refert, quae ad synodum Palmarem melius intelligendam plurimum conducunt. *Post annos IV.* (ab anno scilicet Christi quingentesimo, quo synodus Romana secunda habita, & Laurentius dictus episcopus) *zelo ducti aliquot ex clero, & alii ex Senatu, maxime Festus, & Probinus Inventionarius Symmachum, & subornaverunt testes falsos, quos miserunt Ravennam ad regem Theodericum, accusantes Beatum Symmachum, & occulte revocaverunt Laurentium, post libellum Romae factum, & fecerunt schisma, & divisus est iterum Clerus. Et alii commonebant Symmacho, alii Laurentio. Tunc Festus, & Probinus Senatores miserunt relationem regi, & coperunt agere, ut restituerent dari Ros sedi Apostolicae. Tunc res dedit Petrum Altinum* (legendum Altinum) *episcopum, quod Canones prohibebant.* De hoc schismate, & de Petro Altinensi loquitur anno Christi 503. Hermannus Contractus ex editione Canisii, nulla tamen synodi Romanae mentione facta, quam ad annum 504. male differt.

Secundum itaque schisma sub Symmacho anno 503. exortum, & Petrus Altini episcopus Romam ad tumultus compescendos a Theodorico Rege Italiae missus. Anastasius deinde proxime post citata verba subjungit: *Eodem tempore Beatus Symmachus congregavit episcopos centum & quindecim, & facta synodo* (nempe Palmari) *purgatus a crimine falso. Et damnatus Petrus Altinus invasor sedis Apostolicae, & Laurentius Nucerinus, quia vivo episcopo Symmacho pervaserunt sedem ejus. Tunc ab omnibus episcopis & presbyteris & Diaconibus, & omni clero, vel plebe, retinuerunt sedi Apostolicae Beatum Symmachum, ut cum gloria apud Beatum Petrum sederet Praesul* (hac omnia Baronius perperam refert anno 500. num. 2. & male etiam Anastasius Petrum Altinensem sedis Apostolicae invasorem appellat.) *Eodem tempore Festus caput Senatus consulit & Probinus consul coperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis senatoribus, & maxime cum Fausto consule, & cedes & homicidia in clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant Beato Symmacho justo, publice, qui tenuerat sedem intra Urbem, gladio caedebantur* &c. Hoc Anastasius de rebus anno 503. Romae gestis.

Theodoricus rex, ut illis tumultibus finis imponeretur, jussit Romae synodum convocari, cui episcopi centum & quindecim interfuere, licet in vulgatis editionibus septuaginta quinque dumtaxat subscripti legantur. Sed, ut observat Baluzius in nova collectione conciliorum pag. 1464. multum diversae sunt subscriptiones ab editis in exemplaribus manuscriptis, eaque diverso ordine positae. Certe in collectione conciliorum Labbeana nullum concilium refertur, in quo literae, aliaque id genus ad illud concilium pertinencia, ita praepostere descripta sint. Hoc autem concilium Quartum Romanum Palmare appellatum a loco, ubi celebratum est (de quo Anonymus Valesianus de Symmacho loquens ait: *deinde venerunt ingressus Urbem, venit ad Senatum, & ad Palmam populo adunatus* &c.) & quidem anno 503. ut jam ex Anastasio monstravi. Secundo, in codice manuscripto San-Germanensi vetustissimo, de quo supra dixi, post tertium synodum Romanam sequitur alia, cujus titulus: *Quarta synodus habita Romae, Palmaris.* Tum synodus his verbis incipitur: *Sancta synodus apud Urbem Romam ex praecepto gloriosissimi regis Theodorici*, & cetera, quae in vulgatis editionibus leguntur, & ad synodum Quartam Palmarem pertinent. Verum in ea, quemadmodum & in codicibus manuscriptis a me

[illegible] synodus Palmaris his verbis enunciatur: *Rufo Magno, Fausto Avieno, V. V. C. C. Consulibus sub die X. Kalend. Novembr. feriae IIII.* Sed utrumque notam temporarium addititiam esse, non solum codex Sen-Germanensis, a quo abest, demonstrat; sed etiam ex aliis manuscriptis, in quibus ea extat, evidenter apparet. In illo enim, ut supra ad synodum secundam dixi, post synodum octavo Kalendas Novembris, Avieno juniore Cos. anno Christi 501. congregatam, describitur synodus Palmaris, & his verbis incipiunt: *Rufo Magno, Fausto Avieno Cons. sub die X. Kalend. Novembr.* cum tamen Rufus Magnus Avienus anno 501. Consulatum gesserit, ideoque & synodus Palmaris, sive quarta Romana, Rufo Magno Consulatum gerente, habita non fuerit; indeque in illis exemplaribus collocatur post synodum tertiam Romanam, Avieno juniore Cos. anno scilicet Christi 501. congregatam. Quare ex illisdem manuscriptis error, qui in eo inest, delegitur, & certus hujus synodi annus, ex recto synodorum ordine ibidem servato, aperitur. Hoc assumentum concilionum collectores in transversum egit; cum enim Avienus senior anno 501. Avienus vero junior anno 502. consules processerint, synodum quartam falsa consulari nota insignitam ante synodum tertiam Avieno juniore Consule habitam collocarunt, & hanc ultimam quartam ac Palmarem appellarunt, eique libellum Ennodii subjecerunt. Ex quo factum, ut omnes synodi Symmachianae, praeter priorem & postremam, quae sexta fuit, densis animis tenebras effuderint.

Ad hoc autem aliud accessit, quod nempe tam Acta synodi quartae, & epistola Theodorici Italiae Regis ad episcopos latina synodi, quam relatio episcoporum ad Regem, Praeceptio, & Commonitorium ejusdem Regis, ex codice manuscripto adeo depravato descripta fuerint, ut identidem sensus in illisdem pervertatur. Synodus ante diem nonum mensis Augusti coacta fuerat; sed ob confusionem, quae nata est, aliqui ex Urbe discessere, aliique certum judicium reliquere. Quod cum accepisset Theodoricus rex per Germanum & Caesarium episcopos praeceptionem misit. Ea Theodoricus jubet, ut secundo conventu synodo finem imponant, & absentes episcopos opperiantur, quo dissensione summota causa terminum sortiatur, pax ecclesiae & Urbi reddatur. Diem conventus praescribit, Kalendis nempe Septembris. Datum praeceptum illud sub die quarto Idus Augusti, sub hanc verba, quae subjunxit: *Rufo Magno, Fausto Avieno viris clarissimis consulibus*, ab aliquo imperito additae. De hoc discessu & dissensu episcoporum loquitur Ennodius in suo libello Apologetico: *Non omnes, inquiunt, (nempe schismatici) Sacerdotes Regis ad concilium adsivisse auctoritas, nec omnes in judicatione consensuros.*

Sequitur praeceptio Regis quarta missa ad synodum, quare secunda & tertia desiderantur. Dicitur ea data *sub die octavo Kalendas Septembris Ravenna.* Hortatur eos Theodoricus rex, ut in hoc secundo conventu, pacem modis omnibus clero, senatui, & Romano populo reddant, & ad hunc effectum Guidilam & Beduliphum majores domus regis ad concilium mittit. Post hanc praeceptionem contractus relatio episcoporum ad Regem, quo ii gratias ei reddunt, quod Guidilam & Beduliphum miserit, addunque: *Ad Papam, qui imperabatur, propter Sacerdotes ejusdem ex suspensione synodi divisionem, ne ad judicium convenerunt.* Ennodius hanc in rem habet: *Augustum Ayla Sublimissimo papae Symmachus, quae ante sequentionem praecepimus, cum populorum coetibus concordia laetantur, & pacis judicio, cum civitatis quietis fuerit, sperata.* Ingressus est synodum Symmachus primo conventu, qui in Basilica Julii habitus est; ad alterum item Sessionem profitebatur, cum ob adversaria in via circumvectus, ac caeli saevitia, prae oppressus est, quod jam retulerat Ennodius. Post tam eadem commonitus, an rursum ad synodi judicium ire vellet, compellit se jure posse negare. Rectorum dum praeceptio Regis alia notarii episcopis ad synodum convocatis dictata, quae data dicitur *sub die Kalendarum octobris*: In ea sit Theodoricus, dumtaxat jam ore finitis negotiis, seque mirari denuo ab eis consilium fuisse, idcoque se illis eadem quae antea intimare, ut proferant sententiam, de qua fuit rationem Divino judicio redditurl. Quare Kalendis Octobris synodus Palmaris nondum ad finem perducta erat.

In ipsius synodi Palmaris actibus legitur Symmachus papa ingressum esse Basilicam Julii, *in qua pontificum erat Congregatio, & de eventatione synodi regi gratias retulisse, ac dixisse spectare se, ut Vespator, qui contra religionem, contra statuta veterum, vel contra regulas Majorum, a parte cleri, vel ab aliquibus fuerat postulatus, ex ordinatione Antistitum, prima sponte cederet, & omnia quae per suggestionem inimicorum suorum amiserat, potestate equi legaliter ab honorabili concilio redintegraretur, seu redderentur: & tanti loci Praesul prior statim pristine redderetur: & iste, non ante, veniret ad consortium; & si ita vestra videretur, accusationem propositantibus responderet.* Addunt Acta, Concilium hoc retulisse ad Regem, qui, agentibus Symmachi inimicis, iussit eum ante patrimonii vel ecclesiarum receptionem cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere.

Actus deinde secundus conventus, sed *non esset synodus in Jerusalem basilica Sessorium positus, aliquibus secretarius usum est, ut libellus, quem accusatores porrexerant, suscipereur a synodo.* At dum veniret pontifex, *ut consortium decreverat, ab erroribus turbis amulorum suorum ita traditus est, ut multis praebuerit, qui cum ipso erant, mortis suae occasionem.* Rebus varia confusione turbatis, rursus synodus scripsit ad Regem, significavitque Symmachum, qui pene fuisset oppressus, a statutis canonibus non posse compelli. Respondit Rex, *in synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda praescribere, nec aliquid ad se praeter reverentiam de ecclesiasticis negotiis retinere, seque tantum velle, ut provisione concilii pax in civitate Romana christianis omnibus redderetur.* Quibus accepitis Symmachus papa innocens declaratus est, Clericique, qui ab eo desiverant, officio suo restituti, dummodo eidem satisfacerent, ut fusius in Actis continetur.

SYNODUS ROMANA IV.

SUB SYMMACHO ALIAS [b] PALMARIS APPELLATA.

Qua, [c] electione Symmachi confirmata, [d] regis Odoacris lex ecclesiasticae libertati, & pontificis electioni repugnans est abrogata, anno domini DII. Avieno juniore consulatum agente.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De praelocutione papae Symmachi, qui synodi statuta collaudans, clericorum suorum culpas excusat, quod inter alia etiam, propter constitutum illustris memoriae Basilii, a sua communione desiverint.*

II. *Exemplar ipsius constitutis synodo recensetur.*

III. *Sententia ipsius synodi, qua praefatum constitutum nullius esse momenti decernitur.*

IV. *Ut nulli apostolicae sedis praesulis possessionem ecclesiae magnam vel parvam in perpetuum licerat alienare, vel commutationis obtentu ad cujuslibet jura transvertere.*

V. *De*

a In titulis Canonum & Decretorum, qui praefixi sunt Dionysianae collectioni ms. hac synodus tertia Romana appellatur: sirundo autem Concilio assignatur constitutum de rebus ecclesiae conservandis: illud nimirum, quod superius inscriptum est ad Caesarium Episcopum Arelatensem. *Hard.*

b Haec tertia est Romana Symmachi Synodus, & debet praecedere Synodum Palmarem (haec enim non est Palmaris) proxime antecedentem.

V. *De domibus ecclesiasticis, quæ sunt in urbibus, commutandis.*

VI. *Ut non liceat presbyteris urbis Romæ titulorum suorum prædia, seu quicquid juris eorum fuerit, quolibet alienare commento: qui vero hoc agere tentaverit, ordinis sui amissione plectatur.*

VII. *Ut qui petierit prædium ecclesiæ, & acceperit, aut si quis presbyterorum, aut diaconorum, necnon defensorum, dantis subscripserit, anathemate feriatur.*

VIII. *Ut si quis anathematis pœnam parvi duxerit, etiam documento, quo se putat ecclesiæ prædium possidere, frustretur: liceatque cuilibet ecclesiasticæ personæ vocem contradictionis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata reposcere.*

EXEMPLAR CONSTITUTI

FACTI A DOMINO SYMMACHO PAPA,

De abrogandis lege Odoacris regis repugnante libertati ecclesiasticæ in electione pontificis, & de rebus ecclesiæ conservandis.

(a) FLaviano * Avieno viro clarissimo juniore consule, sub die * VIII. Iduum Novembrium, in basilica beati Petri apostoli, residente venerabili viro papa Symmacho, una cum venerabilibus viris (b) & episcopis (c) Laurentio, Maximo, Petro, Laurentio, Æmiliano, [1] Tigridio, Felice, Basiliano, Cresconio, Pacatiano, Benigno, Rufentio, Innocentio, Joanne, Maximo, Stephano, Joanne, Sereno, Eulalio, Proculeiano, Fortunato, Laurentio, [2] Eustathio, Martiano, Jocundo, Candido, Fortunato, Felice, Eutychio, Elpidio, Aprile, Innocentio, Mercurio, Hilario, Fortunato, Concordio, Asello, [3] Innocentio, Stephano, Gerontio, Paschasio, Vitale, Memore, Severino, Hilario, Venerioso, Innocentio, Casto, Colonico, Silvano, Maximiliano, * Aristone, Severino, Propinquo, Martyrio, Valentino, Sebastiano, Romano, Vindemio, Vindemio, Victore, Dulcitio, Urso, Mercurio, Asello, Servodei, Adeodato, Asterio, Martiniano, Felice, Eulebio, Augusto, Projectitio, Crhysogono, Venantio, Rustico, Sallustio, Probo, * Amando, Basilio, & Florentio. Residentibus etiam presbyteris, Projectitio, Martino, Epiphanio, Sebastiano, Servodei, Octaviano, Anastasio, Abundantio, Vincomalo, Paulino Juliano, Marcello, Agathone, Benedicto, Crescentiano, Paschasio, Juliano, Severo, Paulino, Adeodato, Joanne, Timotheo, Laurentio, Hilario, Adeodato, Marco, Stephano, Venantio, Petro, Chrysogono, Litorio & Chrysogono, Tinulo vel * Maximo, Fortunato. adstantibus quoque diaconibus Anastasio, Hormisda, Joanne, & Agapeto, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit:

* Maximiano

I.

Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta, sub divini timore judicii quæ erant statuenda, definivit, & ad justitiæ cumulum * pervenit, dum sufficienter universa complectitur, nec adjectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominationis invasit, & jugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, quos propterea schisma fecisse apud * vos constitit: quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat universis impendi, (sicut oportuit) non negastis; si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est. Unum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. * Dixerunt inter alia, scripturam quamdam illustris memoriæ Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse, in qua nullus Romanæ ecclesiæ nec interfuit nec subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem, (d) * sed ut possit vestrum judicare concilium requiratur, & * referatur in medium, ut lectione agnoscatis, cujusmodi possit habere substantiam. Sancta synodus respondit: Deferatur in medium, ut cujusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitavit

Dist. 96. Bene quidem

* perduxit

* nos

* unde potest deferatur

II.

Cum in unum apud B. Petrum apostolum resedissent, sublimis & eminentissimus vir, * præfectus prætorio atque patricius, agens etiam vices præcellentissimi [1] regis Odoacris, [2] Basilius dixit. Quamquam studii nostri & religionis intersit, ut in episcopatus electione concordia principaliter servetur ecclesiæ, ne per occasionem seditionis status * civilitatis vocetur in dubium, tamen [h] admonitione beatissimi (e) viri papæ nostri Simplicii, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis (meministis) sub obtestatione fuisse mandatum, ut propter (f) illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cujuslibet (g) celebretur electio.

* EXEMPLAR SCRIPTURÆ

* civitatis

Et cum legeret, Cresconius episcopus civitatis Tudertinæ ecclesiæ surgens e conspectu dixit: Hic perpendat sancta synodus, (h) ut præter istis personis religiosis, quibus maxime cura est de tanto pontifice, (i) electionem laici in

---

[1] Dionys. *Trigido*. Hard. [2] Dionys. *Eustafio*. Hard. [3] Ms. *Innocenso*. Hard.

(a) Flavio (b) *deest* & episcopis.

(c) Laurentio, Petro, Æmiliano, Felice, Acrescenio, Benigno, Innocentio, Maximo, Johanne, Eulalio, Fortunato, Eustatio, Jocundo, Fortunato, Euticio, Aprile, Mercurio, Fortunato, Asello, Stephano, Maximo, Laurentio, Frigido, Cassiano, Pacantiano, Rufino, Johanne, Stephano, Sereno, Proculeiano, Laurentio, Martiano, Candido, Fortunato, Euthycio, Aprile, Mercurio, Fortunato, Asello, Stephano, Paschasio, Memore, Hylaro, Innocentio, Colonio, Maximiniano, Felice, Elpidio, Innocentio, Hylaro, Concordio, Innocentio, Gerontio, Vitale, Seretino, Regenerioso, Casto, Silvino, Aristone, Severino, Martyrio, Sebastiano, Vindemio, Victore, Mercurio, Servodei, Asterio, Felice, Augusto, Crisogono, Rustico, Sallustio, Probo, Canido, Basilio, Florentio, Venantio, Propinquo, Valentino, Romano, Dulcitio, Urso, Asello, Adeodato, Martiniano, Eusebio, Projectio, Venantio, Projectio, Martiniano, Epifanio, Sebastiano, Servodei, Epiphanio, Abundantio, Paulino, Marcello, Benedicto, Paschasio, Severo, Adeodato, Timotheo, Hylaro, Marco, Venantio, Petro, Vitorio, Tinulo, Fortunato, Octaviano, Anastasio, Vincomalo, Juliano, Agathone, Arescentiano, Juliano, Paulino, Johanne, Laurentio, Adeodato, Stephano, Petro, Crisogono, & Crisogono, & Maximiano presbyteris, adstantibus &c.

(d) unde potest (e) *deest* viri (f) ullum (g) celebraretur

(h) ut præter missas personas religiosas (i) electionem laici *deest*.

in suam redegerint potestatem, quod contra canones esse manifestum est.

Item Hormisda diaconus legit: * Nam & cum quid confusionis atque dispendii venerabilis ecclesia sustineret: miramur, prætermissis nobis, quidquam fuisse * tentatum; cum etiam sacerdote nostro superstite, nihil (a) sine nobis debuisset assumi. Quare, si amplitudini vestræ vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa * honoratione servemus, hanc legem specialiter præferentes, quam nobis hæredibusque nostris Christiana mentis devotione sancimus: Ne unquam prædium, seu rusticum seu urbanum, vel ornamenta aut ministeria ecclesiarum quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad ecclesiarum jura pervenerint, ab eo qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis qui futuris sæculis sequentur, quocumque titulo atque commento (b) alienentur. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax atque irritum judicetur; sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema. Maximus episcopus * Bieranæ ecclesiæ dixit: Modo sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare. Aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit: Non licuit. Et adjecit: Lege sequentia. Hormisda diaconus legit. Et is qui prædium rusticum vel urbanum juris ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nulla * lege vel præscriptione munitum: sed sive is qui alienaverit, sive is qui consequenter voluntate contraria prædium hujusmodi alienatum revocare tentaverit, id cum fructibus restituat, qui illud fuerit consecutus. Et cum legeret, Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ surgens e consessu dixit: Perlegatur. Hormisda diaconus legit.

III.

Quam etiam pœnam placuit accipientis hæredes prohæredesque respicere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quos hæc maxime servare convenerat, in (c) alienitatem transferantur. Planæ quæcumque in gemmis, vel auro atque argento, nec non & vestibus, minus apta usibus vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ servari ac diu manere non possunt, sub justa æstimatione vendantur, & erogationi religiosæ proficiant. Cumque lecta fuisset, Laurentius, episcopus Mediolanensis ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare pontificem, quia non * licuit laico statuendi in ecclesia, præter papam Romanum, habere aliquam potestatem, cui * (d) obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, maxime cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicujus secundum canones metropolitani legatur assensus. Petrus episcopus Ravennatis ecclesiæ dixit: Scriptura quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus * subsistere manifestum est: quia nec canonibus convenit, & * (e) laica persona concepta videtur, maxime quia in ea nullus præsul sedis apostolicæ interfuisse vel propria subscriptione firmasse monstratur. Ecclesiæ episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: Scriptura quæ in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis constat invalida. Primum, quod contra patrum regulas a laicis, quamvis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, facta videtur. Deinde, quod nullius præsulis apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cujuslibet provinciæ sacerdotes, intra terminos suos concilio habito, quidquam sine metropolitani, suive antistitis auctoritate (f) tentaverint, irritum esse debere patres sancti sanxerunt: quanto magis, quod in apostolica sede, non existente præsule, qui prærogativa beati merito apostoli Petri per universam orbem primam obtinens sacerdotii, statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem, a laicis, licet consentientibus aliquantis episcopis, (qui tamen pontifici, a quo consecrari probantur, præjudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri? Sancta synodus dixit: Liquet secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentii, Petri, Lulalii, Cresconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam scripturam nullius esse momenti, quam, etiam si aliqua posset subsistere ratione, modis omnibus in synodali conventu provida beatitudinis vestræ sententia enervari conveniebat, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur. Symmachus episcopus dixit: Modo, quia Deus præsentiam vestram votivam mihi sub qualibet occasione concessit, volo (si placet) rem heri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut agnoscant omnes, quos in me vanus furor excitavit, nihil me magis studere, quam ut salvum esse possit quod mihi est a Deo sub dispensatione commissum, sed & quibuslibet * Deum timentibus, gratum esse debeat, & ad ecclesiastici custodiam patrimonii pertinere. Sancta synodus dixit: Scimus provisionem vestram necessariis studere, & ideo in vestra est potestate sequenda disponere. Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Magna quidem venerando & sacerdotali debetur cultura proposito, cui imminet de studio, quæ recta sunt, non de necessitate, disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus, vitiorum mater avaritia, repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quod libet: & ita, dum prædæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem cœlo moderante, judicis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud certos in occasionem rapiendi procedat divi-

* Cui nequaquam
* tentatum
* honoratione
* Bieranæ
* lege præscriptione
16. quæst. 7 Non placuit.
* placuit
* subsequendi
Vide concilium can. 6 & 8
* subsistere
* Deum timentibus

(a) sine nobis deest
(b) alienare voluerit inefficax
(c) alienatudine
(d) subsequendi
(e) a laico nunc
(f) tentatum fuerit.

divinæ mora sententiæ. Sed nobis quos pastoralis cura & ecclesiastica adstringit, pro dispensatione credita, ratio reddenda substantiæ: opus est, ut sollicitudinem nostram, non solum ad præsentia, sed etiam ad secutura sæcula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi, qui possunt statutis debere innocentiam, præsumentes de libertate, deliquerint, cum religiosa possint & nostra successoris nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes.

IV.

His ergo perpensis, mansuro cum Dei nostri consideratione decreto, sancimus, ut nulli apostolicæ sedis, præsuli, a præsenti die (donec, disponente domino, catholicæ fidei manserit doctrina salutaris) liceat prædium rusticum, quantæcumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis sub perpetua alienatione vel commutatione ad cujuslibet jura transferre. Nec cujusquam excutientur necessitatis obtentu, quippe cum non sit personale, quod loquimur: nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed nec (a) in usufructuario jure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captivos, atque peregrinos: ne malæ tractationis ministretur occasio, cum liberalitati illi alia (b) itinera reteruentur.

V.

Sane tantum domus in quibuslibet urbibus constitutæ, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis (si offerri contigerit) sub justa (c) existimatione reditibus, & divini timore judicii, * (d) commutentur.

VI.

Pari etiam ecclesiarum per omnes Romanæ civitatis titulos, qui sunt presbyteri, vel quicumque fuerit, astringi volumus lege custodes: quia nefas dictu est, obligatione, qua se per caritatem Christi connectit summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia ordinis non teneri. Quicumque tamen (e) obligatus, Dei, & decreti hujus immemor cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri, in constitutum præsens committens, quidquam de jure titulorum vel ecclesiæ superius præfatæ quolibet modo, præter aurum, argentum vel gemmas, vestes quoque, si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia, ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator ac venditor, honoris sui amissione multetur.

VII.

Præterea, qui petierit aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, seu defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. Sitque accipienti, vel subscribenti de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censuimus, (instituta pœna conturbernalium servata) quam præmissimus in alienatore vindicta. Nisi forte & alienator sibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri restitutione prospexerit.

VIII.

Quod si minore animæ suæ cura, quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea pœnarum genera, quæ superius tenentur adscripta, contra fas si quod conceptum fuerit documentum, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, (f) effœtetur. Sed etiam liceat quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre, & ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possit alienata reposcere: nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ab substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Hujus autem constitutionis legem in apostolica tantum volumus sede servari, in universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem, proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato. (*)

SUBSCRIPTIONES.

Cælius Symmachus episcopus ecclesiæ Romanæ hujc constituto a nobis facto subscripsi.

Cælius Laurentius episcopus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

Petrus episcopus catholicæ Ravennatis sanctæ ecclesiæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

[1] Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

* Felix Interamnensis.
Cresconius Tudertinus.
Æmilianus Vercellensis.
Jocundus * Subaugustanus.
Tigridius Taurinas.
Vitalis Fundanus.
* Bassus Mutinensis.
[3] Pacatianus Comacienſis.
Maximus Bleranus.
Martyrius Terracinensis.
Rufentius Ignatinus.
Basilius Tollentinas.
Martinianus * Ortensis.
Benignus Aquæviventis.
Fortunatus Suessanensis.
Severinus Tyndarinensis.
Eucarpus Messanensis.
Joannes Spoletinus.
Stephanus Venusinus.
Valentinus Amiternimus.
Romulus Prænestinus.
Probus * Carmelanensis.
Vindemius Antiatinus.
Candidus Tiburtinus.
Fortunatus Fulginas.
Proculejanus Sepinas.
Martianus Æsinus.
Maximianus Perusinus.
Chrysogonus Albanensis.
Entychius Tranensis.
Laurentius [2] Bojanensis.
Fortunatus Anagninus.

* alius ordo habetur in Cod. can. ecclesiæ Romanæ.
* Augustanus.
* Bassianus.
* Ortonensis.
* Camarinensis.

Chry-

1 Dionys. *Pagatanus*. Hard.
2 Dionys. *Bobianensis*. Hard.
3 Dionys. *Augustensis*. Hard.

(a) in usufructu rura
(b) retinere.
(c) obliteratione
(d) commutentur
(e) obligatus.
(f) effœtetur
(*) Subscriptionum variantes infra dabo, cum ea exhibentur, quæ in meo Supplemento olim adnotavi. *Mansi*.

Paschasius Vulturnensis.
Marcus Samninus.
Aprilis Nucerinus.
Memor Canusinus.
Innocentius Forosemproniensis.
Florentinus [1] Vestinensis.
Felix Nepesinus.
Concordius Mesenes.
* Amantius — * Amandus Potentinus.
Asellus Populoniensis.
Colonius Foroclodiensis.
Elpidius Volsterranus.
* Projectitius — * Projectus Forinovis
Venerosus Polensis.
Bonifacius Forosaminiensis
Sebastianus Soranus.
Rusticus Buxentinus.
Venantius Senogalliensis.
Victor Lunensis.
Innocentius [2] Triferninus.
Silvinus Veliternnus.
Justus Signiensis.
* Ariston — * Ariston Ostiensis.
* Lapariteanus — Augustus * Lyparitanus.
Felix Nepesinus pro Urso.
Asterius Aquinas.
Propinquus Trebias.
Eusebius Fanestris.
Romanus Nomentanus.

Notæ Severini Binii.

Synodus hæc quota ordine

a *Synodus Romana IV.*) Hanc synodum inter eas quæ tempore Symmachi Romæ habitæ fuerunt quartam esse, præter ea quæ supra notavi, acta synodi quinta confirmant, quorum initio ea, quæ Palmaris appellatur, quarta, quamque Ennodius scripta apologia defendit, fuisse dicitur his verbis: *Libellus qui synodali auctoritate contra eos, qui adversus quartam nostram synodum, quæ habita est Romæ, palam motus præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur.*

Cur Palmaris dicta?

b *Palmaris appellata.*) Hanc synodum a palma sic denominatam esse hoc sæculo, dici posset; nisi insuetum esset aliunde quam a loco vel numero synodos denominari. Verius est concilium hoc in basilica sanctæ Petri, ad quam pontifex ab adversariis lapidibus insectatus se recepit, celebratum, denominatum esse a portico eiusdem basilicæ, quæ Palmaria dicebatur: de qua Anastasius in Honorio papa hæc habet: *In porticu beati Petri Apostoli, quæ appellatur ad Palmaria &c.*

Electio Symmachi a concilio confirmata.

c *Electione Symmachi confirmata.*) Pontificatum Symmachi a schismaticis sæpius calumniatum, diversis & pluribus episcoporum conciliis confirmatum esse, patet ex Ennodii apologetico hu verbis: *Arguisse stylo splendidissimo vero Symmachus, quare consecrationem prævenerit, cum populorum suffragiis creatus fuerit, & postea indicia, cum exoratus quater fuerit, sprevit.*

Leges Odoacris duæ quæ.

d *Regis Odoacris leges &c.*) Odoacer rex Herulorum & Italiæ, post obitum Simplicii, quando sedes apostolica vacabat, anno domini 483. sæpe ac monite, ut ajebat, eiusdem Simplicii duas per Basilium præfectum prætorio leges tulerat: unam ne absque consultatione & consensu regis Italiæ electio summi pontificis fieret: alteram, qua bona ecclesiæ non necessaria distrahi, & in usus pios converti mandabat, quæque prædia ecclesiastica alienari prohibebat. Utraque constitutio laici principis jure meritoque est irrita; prior, quod canonibus sacrorum conciliorum repugnaret: posterior ab incompetente legislatore profecta, nulleque summi pontificis subscriptione munita esset. Quibus irritatis, legitima deinceps patrum auctoritate constitutum ac declaratum fuit, quid de alienatione bonorum ecclesiæ teneri & observari deberet. Vide Baron. ann. 483. num. 10. & 11.

Imperator Anastasius a Symmacho excommunicatus.

In hac eadem patrum corona Anastasii imperatoris hæretici causa in medium proposita, communi omnium consensu imperator impius a Symmacho excommunicatus fuit. Hæc ex epist. Symmachi apologetica ad Imperatorem scripta operæ cognosset, hunc actis synodalibus non commiserunt. Baron. ann. 506. num. 50. ubi post alia hæc demum subjungit. Quid præterea hic Symmachus papa egerit, narrat ex Theodoro Lectore, dum ait: *Symmachus papa Laurentium Novum terrosum deposit, & iterum in cathedram duxit coronati, quo facto, quatuor fecitque.*

e *Discordiæ super alia.*) Schismatici nimirum, qui hac subdola & fraudulenta jam pridem confingunt, non ex archivis Romanæ ecclesiæ, in quo numquam illata fuerant, sed ex * Similis fortasse prætorianis post annos octodecim desumpserunt. * Similis

f *Regis Odoacris.*) Quis & qualis rex Odoacer, dixi supra sub Simplicio.

g *Basilius.*) Basilius præfectus prætorio non aliunde existimandus est ab illo Cassio Basilio consulari Romæ spectatissimo, in cujus laudem plura habet Sidonius lib. 1. ep. 9. ad Hieronimum &c. Basilius hic quis.

h *Admonitione hortatus est papa nostri Simplicii.*) Quod Simplicius papa voluerit, sine consensu regis Italiæ pontificem eligi non debere, constatum est: potuit fortasse rogasse, ut ad comprimendas turbas, & ad vitanda dissidia, electioni sui dumtaxat successoris rex præsto esse non gravaretur. Baron. prædicto ann. 483. num. 11. An Simplicius hoc cautus fuerit, quis pontificem eligi prohibuerit?

i *Mortuis apostolis Petri primatum obtinent.*) Hunc locum exponit, sicut præcedente concilio exposita sunt hæc verba: *Ejus sedi primum Petri apostoli meritum &c.*

k *Eulalius.*) In rebus gestis S. Fulgentii Ruspensis episcopi, hæc de Eulalio habentur. *Eulalius vir eximia sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissima caritatis, in cujus corde thesaurus sapientiæ spiritualis absconditus, multos tabularum dominatorum negotiationes ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, monachorum professorum super omnia diligens &c.* Eulalius qualis?

Observatio P. Antonii Pagi

ad ann. Christi 502. num. 3. & seq.

Habita hoc anno *tertia synodus Romana*, quam Baronius num. XXII. putavit esse partem quartæ synodi, *Palmaris* vulgo appellatæ. Certum tamen esse debet, fuisse synodum ab ea distinctam, & ante eam congregatam. In codice enim MS Vicentino, ut videtur esse anno D. num. VII. in quo Symmachi seu synodi Romanæ recto ordine disposita sunt, tam in principio quam in fine *tertia* appellatur. Secundo, in Codice Colbertino, de quo ibidem, post priorem synodum Romanam altera subnectitur, cujus initium est: *Flavio Avieno V. C. Juniore, sub die VIII Idum Novemb. in Basilica B. Petri &c.* Et hæc tertia synodus Romana, de qua Baronius citatus agit, secunda enim nulla ibi mentio, cum ejus Acta perierint. Tertio, in Codice San Germanensi loco citato a me memorato, post priorem synodum Romanam, eadem synodus, licet non dicatur *tertia*, anteaita est, eodemque die & Consule cœpta dicitur. Denique in codice Colbertino, de quo ibidem, eadem synodus legitur, dicitur quoque etiam *Avieno jun. Cos. Et VIII. Id. Novemb.* congregata. Et in his omnibus codd. MSS. hæc synodus ante Palmarem refertur. Quare manifestum est, *Palmarem*, in qua Symmachus innocens declaratus, oratio fuisse *quartam*, ideoque hanc tertiam synodum Romanam, in editione conciliorum Labbeana perperam vocari *quartam* ac *Palmarem*, & male etiam a Baronio dici, eam esse actionem synodi quartæ Palmaris, cujus primam actionem ante illam synodum III. habitam fuisse contendit. Simmondus in Notis ad libellum Ennodii pro synodo Palmari, recte observavit synodum Palmarem *quartam* esse dictam; sed deceptus a Librariis, qui eam his verbis exarasse sunt. *X. Kal. Novemb. Rufio Magno Fausto Avieno V. C. Consule*, eam anno superiori, quo Rufius Magnus Faustus Avienus consulatum gessit, habitam esse putavit, & omnibus fere viris eruditis persuasit. Nec loquitur *Simmondus de synodo Romana VIII. Kal. Novemb. hoc anno habita*, sed tantum de libello Ennodii *scribit quo nomine adeo suspecti omnibus probatus est liber, ut cum synodus altera, quæ post conciliorum Aquileiæ habita est, suffragio suo confirmarit, atque inter quartam & quintam synodos Symmachianas collocarit. Doctrique etiam obstinato jussit. Modo tamen perperam post synodum Avieno Juniore creatum pretor Rufius Ennodii, cum dicere, quo Fausto Avieno, et dixit, Consule habita est, subjecit dicere. Hæc enim non illo synodus fuit absolutionis, & quarta & Pal-*

[1] Dionys. *Plestinus*. Hard. [2] Dionys. *Triferniatis Tiberinorum*. Hard.

maris, a Symmachi *amicis oppugnato*, *ab* Ennodio *defensa*. Ita Sirmondus. At recte quidem vir doctissimus notat, synodum quartam & Palmarem eam fuisse, qua Symmachum absolvit, quam Ennodius tuetur est, & synodum quintam post consulatum Aviani Junioris, anno scilicet sequenti indictam, jussisse, ut libellus Ennodii inter quartam & quintam synodos Symmachianas collocaretur. Sed fallitur in eo quod synodum illam quartam Palmarem anno superiori conflatam fuisse autumet, eam ea ad annum sequentem pertinere, suo loco demonstrabimus.

Hoc itaque anno celebrata synodus III. Romana, quam Tomo IV. Conciliorum his verbis inchoatur: *Flaviano* (lege Flavio) *Aviano Viro clarissimo Juniore Consule sub die VIII. Iduum Novembrium, in Basilica beati Petri apostoli* &c. *Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta* &c. ejus celebrationis causa fuit abrogatio legis *Odoacris* Italiæ regis, qua *Basilius* Præfectus Prætorio sanxerat, ne absque Italiæ regis consensu, electio Romani pontificis fieret. Aliqua etiam Decreta in ea condita, quibus prohibetur prædiorum ecclesiasticorum alienatio, & bonorum ecclesiæ conservationi consulitur. Nihil vero commune habet hæc synodus cum Palmari, licet Baronius ejus partem tantum fuisse crediderit. Is error inde ei natus, quod consulatum *Aviani* Senioris anno superiori gestum cum consulatu *Aviani* Junioris, qui hoc anno fasti nomen dedit, confuderit, sicque ex duobus annis unum effecerit, & ex duabus synodis unicam; ac præterea arbitratus sit, gesta *sub die X. Kal. Novemb.* ut errore librariorum initio quartæ synodi Palmaris legitur, Aviano scilicet Juniore consulatum gerente, diebus tantum quatuordecim antecedere abrogationem legum a Basilio Præfecto Prætorii latarum; quia in Actis concilii Romani, hoc anno habiti, recte dicitur *sub die VIII. Iduum Novembrium Fl. Aviano Jun. Consule*, eas leges abrogatas esse, die scilicet sexta mensis Novembris, quod putaret synodum quartam Palmarem die XXIII. mensis Octobris habitam fuisse. Cum tamen, si hæc nota temporaria, *sub die X. Kal. Novemb.* addititia non esset, inter gesta sub consulatu Aviani Senioris, & gesta sub consulatu Aviani Juniores intervallum intercessisset anni unius integri, & dierum XIV. Verum hæc nota temporaria, *X. Kalend. Novemb.* a scioio quodam addita, & synodus quarta Palmaris, in qua Symmachus absolutus, anno tantum sequenti congregata. Baronius num. XXII. & seq. arbitratur, hæc verba, quæ in cap. III. synodi Romanæ contra leges Odoacris leguntur: *Bene quidem fraternitas vestra* &c. *nec adjectione indiget plenitudo, maxime de Clericis, quos amor Dominationis invasit* &c. *quos præterea schisma fecisse, apud vos constitit: quibus misericordiam tamen non negastis* &c. existimat inquam, Baronius hæc verba demonstrare hanc synodum III. esse tantum partem, & Actionem synodi Palmaris, ideoque eamdem, aut, ut ipse loquitur, priores ejus Actiones præcessisse abrogationem legum Odoacris regis. Verum hæc verba referuntur ad synodum secundam Romanam anno D. habitam, in qua pax ecclesiæ constituta, & *Laurentius* schismaticus, episcopus Nucerinus renunciatus. Sed hujus synodi secundæ Acta, uti jam dixi, non extant.

MAGNI FELICIS ENNODII EPISCOPI TICINENSIS

Libellus apologeticus pro synodo IV. Romana.

PRÆFATIO.

Soiet * dicendi affectum multarum rerum ardor exigere. Si avarus laudis animus est, & favorem desiderat sudore mercari, & per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri adstrictus compedibus, linguam vendit obsequium; ut dum animus habendi cupidine subjugatus præsumptum æstimat jam tenere compendium, sic ingruentia per styli exercitium nescit timere discrimina: aut necessitate conclusus, profert eloquium sine quacumque lima captivum, & neciam pudoris frontem monstrat in medium, ut dum intentioni famulatur, diligentiam decoris abjuret: quia dicendi ornamenta, non sunt negotii, sed quietis; nec militiæ sunt picta verba, sed otii. Campus fortem postulat, pax profunda redimitura. Qui profutura asserit, loquelam, quæ periculo artis est colorata, contemnit. His ergo ita se habentibus, causam narrationis insinuo, & coactam vocem pravorum latratu religiosis mentibus commendo; scriptum esse reminiscens: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*: vel post fidem prophetici oraculi * cujusdam oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessariam, dicendi nimis ineptam esse conditionem. Oris ergo ministerium, pro ingenii valetudine sacerdotibus dedo, adversus quos sibilantium effusa sunt venena linguarum: licet scuto munita fidei, spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, & ad auctorem redeant tela, quæ sine bellandi arte diriguntur. Quibus enim pro lorica Christus est, vim non metuunt, & inimicos longa expectatione prosternunt. Quisquamne tamen in hac acie prælium putet esse formidini, in qua Deo & pontificibus infertur sine virium æstimatione certamen? Quisquamne fluxum & lacessentem hostem videat, & præliorum causis adversarium debilem expaveſcat? Invidet sibi ipse victoriam, qui conscientia vulneratum aggredi cessat inimicum. Ad lacrum hostis sui procedit, qui in conflictibus non prius causas quam aliud expendit. Dat vires jaculis innocentia: & mucronem acuunt ex æquo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus justum dolorem scimus dedisse quam brachia. Inde paucorum telis multitudo non substitit. Dicente ergo mecum propheta: *Plures nobiscum sunt, quam cum illis*: placiturum bonis, quantum æstimo, opus incipiam.

Sufficeret quidem schismaticam imperitiam propositione cecidisse; maxime cum secum habeant objecta responsum, & mereatur titulus sine lectionis discussione cum auctore damnari, cum in prænotatione ipsa significantia operis innotescat immundi, dicentium, *Adversus synodum absolutionis incongruæ*. Ego tamen nunc sic agam, quasi opus sit alieno ense perire mala proponentem. Istud præloquium potest, dementissimi hominum, tantum inscientiæ adscribi? Estne aliquis præter vos, sic inter oves ulcerosas deputandus, & erraticas, qui magnum regem potuisset lacessere pastorum? dicente propheta: *Filios nutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me*: & domino de apostolis: *Qui vos spernit me spernit*. Quos episcopos fuisse propheta testatur, de Juda dicendo: *Et episcopatum ejus accipiat alter*. Apostolo æque Paulo proclamante: *Obedite præpositis vestris, quoniam ipsi exorabunt pro vobis*.

Sed redeamus ad gravem & venerabilem, non solum [3] ex ala productam, sed mysticam propositionem. Non omnes, inquiunt, sacerdotes regis ad concilium adscivit auctoritas, [4] nec omnes in judicatione consenserunt. Mancipia Tartari, & liquido Satanæ ministri, quoscumque non evocavit scriptum principis, novis nexibus, & actuum vestrorum spiris causa pertraxit. Nolo dicere in quo fuerimus voto, in qua

* Ex epistola ad Parmenianum Donatistam R. P. Isidori Sirmondi Recognitio ex Ms. Vaticano e Sancta Sede.

Prov. 1.

4. Reg.

Isa. 1.

Luc. 10.

Psal. 108.

Heb. 13.

qua deliberatione discedentes, quibus tedium illa peperit expectatio, cum viderent venerabilem papam longas in vita contra tas suum inducias accepisse. Videbant æthera tantum directis a se jaculis verberari. His ne liceret infelicibus in malorum actuum consolatione secreto delitescere, libris vestris nudantur absconditi, & per vos in turpi facto habere solitudinem non sinuntur, dicente domino in evangeliis: *Omnis malus odit lucem.*

Joan. 3.

Post hæc asseritis, [7] adversarios papæ Romani dici non debuisse, qui prædictum prolatis petitionibus accusabant. [8] Dolose videlicet hoc agentes, eo quod adversarios suspectosque canonica synodalibus clamante in decretis auctoritate, in suam recipi accusationem episcopos minime oportuisse, vos non latuisset, ad assertionis fidem jungentes, quod eos isto nomine præcepta regia non vocassent. O homines omni artis lima compositos, & caminis fabrilibus excoctos, qui ad stipulationem dictorum desudata invenere testimonia! Amamus, reverendi viri, sententiam vestram, &, ut ajunt, in ipsam pedibus imus: cognoscimus errata, quæ dicitis. Inimicum vocet aliquis accusantem, & tragico nomine appellet contumeliam non merentem? Dehinc subjunctam quæstionem rhetorica fibula momordistis, allegando: Testis est Romana civitas, si omnes episcopi senes & debiles convenerunt. Ecce orationem veri nervis nitentem, & [9] ipsi Cepasio præferendam nipore sermonum. Ergo quia se ætate valentes & corpore imbecilles esse dixerunt, ipsi se ineptos judicio esse testantur, quoniam membrorum se dixerunt jam sustinere dispendia, maxime si hoc ingerere clementissimi domini auribus præsumpserunt. Vos putatis ab universis Dei conspectibus pulsi illo vestrorum more congressuum ubique narranda confundi, & apud principem de collectione pontificum alios protulisse sermonem, nisi quos ætatis maturitas ordiendæ loquelæ fecit auctores, quibus anni veteres reverentiam contulerunt, qui putabantur bonorum meritorum suffragio in longum fuisse servati. Ipsos ergo de gravidæ ætatis fatigationibus queri decuit, quos ætas jusserat allegare. Viri optimi, subdidistis ex præceptis regiis evocationis causam fuisse jam cognitam, & Italiæ summa moderantem, non fuisse quasi de novo negotio consulendum: plus chartæ & scriptioni religionis debitum, quam præsentiæ principali. Nullus ergo in prædicto negotio titulus remanserat, ad cujus inquisitionem pergentes, illud jure præloquerentur exordium. Exhinc digressi, bonarum rerum in rege laudatis affectum, & colitis verbis innocentiam, quam actibus ignoratis. Si tamen cultus est in loquela vestra, quam scabro vomere velut agentes per devium aratra proscinditis, marcenti tolo zizania & lolia commendantes, recepturi pro tali impendio paleas, quibus gehennæ in perniciem vestram ignis animetur. Sed nunc (ut quidam fertur dixisse) Quæ quibus anteferam? Contra apostolorum dictis impugnatores summi pontificis non auditos, qui cœlestis mandati memores, partem suam [8] a consortio adulteri subduxerunt. Hic non incesso ignorantiam: rimosam memoriam non accuso. Nolo dicere quod prophetæ verba apostolo contulistis: quia novi & ipsos apostolos recte vocitari, quos missos esse non nescio. David enim dicit: *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Deinde quis

Virgilii verbo Æneid. 4.

Psal. 49

se de illa vestra eudem faciet quæstione, quæ dicitis: In criminibus objectis, quod non excluditur, approbatur? En vocem Romanæ ecclesiæ militibus congruentem, in qua nescias utrum prius nitorem prædices, an saporem. Putatne, audistis legi: *Quod justum est, juste conquiris?* Deut. 16. Audistis de malefactis hominum, (si tamen aliquando conversatio humana vos tenuit) quidquid non suis ordinibus approbatur, excludi? Ubi est illud prophetæ: *Dominus ad judicium venet cum senibus populi sui?* Isai. 3. Et de vobis dictum: *Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt: va animabus eorum.* Isai. 3. Sed quid facto opus est, quotiens nulla desperatis medela succurrit, nisi implorandus est dominus qui promisit per prophetam, futurum se super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, ut humilietur? Isai. 3. Sed fœtidum opus vestigiis insequar, & ferrata (si valeo) calce contundam. Ut vere dicam, res cum re, causa cum causa, ratio cum ea, quam putant, ratione pugnabit. Oblocutos sacerdotes præceptionibus regiis allegatis, & quoddam sacrilegium creditis, mali aliquid (cum cælestem nesciatis) de terreni domini jussione sentiri: opponendo, quis regi debuit dicere; [9] papam synodum oportuisse convocare? Certe, quod in hac parte constat exemplum? Illum præcipue, qui criminosis multorum propositionibus jam jacebat, quem hoc fuerat damnare, quod argui; cui prærogativam cœlitus adscriptam, hostium suorum oblocutio jam tulisset. Ad hanc vos dementiam malorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, ut hoc credatis esse lacessere, quod convincere? nec apud vos habeant a veritate differentiam odia, quæ plerumque contra meritum impetiti, studiis, non rationi, obsequentia vota concinnant. Ubi est illud: *Priusquam agnoscas, ne adjudices quemquam?* Eccli. 11. Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex præjudicio excepisse sententiam creditur, qui meruit ad examen adduci: & hoc est reum existere, quod libram disceptationis intrare. Prælocutioni tamen optime divinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis constat alloquiis, ut ipsum in eo [10] Archisippum tenere lineam putes. *Peccatori dicit Deus: Quare tu enarras justitias meas?* Psal. 49. Huic dicto conterentes, quasi ad sacerdotes apostrophen, (quia beati Petri apostoli vicarius æstimatur) prohibetis archiatrum ejus corpori afferre medicinam. Quomodo vos animæ ejus curationem exhibere renuetis? Magnum per divina ridiculum, an maxima lamenta sint, nescio. Vos alienæ febri curam quæritis, vos fatiscenti animæ medelam adhiberi cupitis, & in lethi proximitate positi, vestri immemores, de alterius salute tractatis. Quid si illud vere vobis a propheta dictum sit: *Numquid parum vobis est, quod molesti estis hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* Isai. 7. & iterum: *Medice cura teipsum.* Luc. 4. Sed hinc alias. Novimus, quia sanari non potest conclamatus, & improbus in profundum devenens mira temeritate contemnit. Sed credo vivit in istis, & in malæ conversationis suæ morte, consilium, & potest optare quis alteri, quod ipse jam perdidit. Nunc recte vobis cum propheta dicam. *Omnia quæ loquitur populus iste conjuratio est, & timorem ejus ne timueritis, nec formidetis.* Isai. 8. Facessat a nobis, qui in vobis est, pruritus iste linguarum, quos vere idem propheta arguit; *Scribentes iniquitatem scripsistis.* Isai. 10. Non nos B. Petrum, sicut dicitis,

citis, a domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus, peccandi judicamus licentiam suscepisse. " Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros: quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ a loci decessore præstantur? aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Prænoscit enim quid ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa moles innititur. Sed hinc actibus vestris cælestem potentiam putatis esse suffragio, quod ad præsidium beati apostoli adjutricem, ut dicitis, dexteram commodatis. Nescitis, stolidi, solem facibus non juvari, nec ad præsidium diurnæ lucis lychnos accendi? Scriptum enim est: *Scrutator corda & renes Deus*.

Sed in illa parte quis audeat argumentis vestris respondere, nisi quia sine arte dicitur verum, & fides mendacio sermonum technis assuitur? Cur, inquiunt, ad principem convenistis, si auditi non licebat impetitum? Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut divinus horror oblimat, ut verecundam excusationem, aut fraude mens vestra transeat, aut belluarum presta hebetudine non agnoscat? An forte aliud putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse synodum convocare, cujus opus erat officio? ut vos videlicet per pontificale examen sententia percelleret, quos a capitis sui compage in salutis detrimento insanus fervor absciderat.

Post, Esau mentionem operi vestro, nescio verbis, an latratibus indidistis, " comparantes ei antistitem nostrum, qui senioris naturæ beneficium unius cibi commutatione perdiderit, & primogeniti canam dignitatem amiserit saucibus obsequendo. Ad ista quid referam, qui ex omni objectorum parte concludor? Quis rogo vestrum Symmacho benedictionem, dum patri plus deservit, eripuit? cui tantorum numerum Jacob vice est collata nobilitas? quis ex vobis cæci parentis desideriis pariturus occurrit? quis vestrum devotione sua genitorem venerabilem captum oculis nulla fecit lucis damna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum nox putatur per tudum rutilans jubar ostendere, & omnis obscuritas, actibus vestris collata, decorem solis assumit? Præterea tunc Jacob, quamvis congruentem moribus filii, benedictionem tamen contulit jam promissam. Nunc quid his longius immoramur, cum docendi non sint, qui calces stimulis intulerunt? Credite mihi, pacis inimica sunt, impugnationi non sunt idonea, quæ profertis.

Sed sequitur vinculum cum ænigmate, quod nescio qua replicationis arte solvamus. Tullianæ enim profunditatis pelagus ingressi cymbulam nostram quæstionum flatibus per litorum incerta transmittunt. In qua tamen, Christo clavum tenente, portum ingrediar, & sigillatim de turbinibus vestris universa discutiam, habiturus inductu illorum facultatem non meam. Ajunt enim si vera est episcoporum assertio, Sedis apostolicæ præsulem minorum nunquam subjacuisse sententiæ; cur ad judicium districta conventione productus est? Multum quidem annosa hic in nobis laborat infantia: cui ille advocandus est, qui inclustatæ nobiscum semper pondus propositionis exuperat: cum manifeste pro sacerdotibus cum propheta clamitem: *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in eo? aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam?* ut sit mihi illud suffragio divinum oraculum: *Quomodo si cassavit exactor, tributum quiescit, ita contrivit dominus baculum impiorum.* Tribue, domine, quod prædixisti in illis: ut sicut errat ebrius & vomens, ita pereat incredulus, qui infideliter agit. Propter hoc propheta vobis insultans vociferat: *Audite verbum domini, viri illusores.* Quisquamne causarum ex præcognitione sancit eventum, & rabidis terminum politura conflictibus sic metitur, ut pernix decisio, dum inquisitione esse senior innotescit, favorem censentis accuset? Nunc paulisper ore, actibus, annis indignus, pontificali voce vos arguam. Nos, qui statuta nostra non una apud vos volumus lance constare, quibus de impugnatorum qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana patrum diffinita transcendere, quibus scriptum est in [12] Carthaginensi concilio, quod apostolicæ sedis per Faustinum episcopum, qui tunc ab ea missus interfuit, approbavit auctoritas, Accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum; quibus odio succensa vicinitas per nutrimenta arida flammam persecutionis exsuscitat, & universam doli fabricam sumptu, & machinis cohærentibus secreta dispositione componit: istos quæ domus evomeret, qui scire potuisset nostra collectio, nisi præsentes? & impugnationis qualitatem unde nisi ex scripta propositione didicisset? in quibus sentinam criminum, dum simulato ferunt persecutionem se debere criminibus, agnovisset?

Post illa quæ de accusatoribus prolata sunt, addidistis: [13] cur personæ justæ sint præsentari, quas sæpe imperialis flagitasset auctoritas, ad defraudationem genii pertinere ejus, qui nunc in sede apostolica, quasi in quadam arce consistit. Vere vobis dicit Sapientia: *Homo infirmus, & exiguus temporis ad intellectum non perveniet, sed laboret, ut sciat quid acceptum sit apud dominum:* & iterum dicunt Proverbia: *Odit se qui negligit studia, imperitis enim obviat mors.* Quid enim illam quæ ex viperina scientia descendit ignorantiam fingitis? quid adhibetis mira latrocinandi arte præstigia, simplicitatem fronte monstrando? de vobis vere dictum est: *Qui loquitur mendacium ex propriis loquitur.* Istam lætitiæ faciem, ex judiciorum censura venientem, vafra provisione sacerdotis nostri oculis abstulistis, ut eum talibus adversus acies vestras instructum munitionibus, & innocentiæ in testimonio orbis tela deferentem, ab ipsis judiciorum adytis pelleretis; providentes ut nec sine impugnatione insons viveret, nec haberet solatium de incorrupta judicum inquisitione pulsatus. Vos præfato & dedistis & invidistis examen, cum uno eodemque itinere a vobis discepitationum dubia subire & prohibetur, & cogitur; & per singularem callem ad causam arcendus evocatur; ne manifestam salutem aut non lacessitus obtineret, aut subriperet absolutus. Adolescentiæ meæ memini me legisse temporibus [14] de quodam dictum: *Exuli exilium imperas, nec das.* Vos impetit prophetæ sententia: *Isti sunt viri, qui conturbaverunt terram, & qui concusserunt regna;* & iterum: *Excidentur vermiculi eorum falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindentur:* & rursus: *Dum non spe-*

Iso. 10.
Iso. 14.
Iso. 18
Prov. 11. & 10.
Joan. 8.
Iso. 14.
Iso. 18.
Iso. 30.

speratis, veniet contritio vestra, & comminuetur multitudo vestra, sicut lagena figuli. Nec non propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit: *Dominus inclinabit manum suam, & corruet qui fert malis auxilium, & cadet cui praestatur auxilium, simulque omnes consumentur*. Isa. 31. Redeo tamen, post vetusta exemplorum suffragia, ad novellas canonum definitiones. Clamat in alio loco Carthaginense concilium: Quascumque ad accusationem personas leges publicae non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus: &; Nullae accusationes a judicibus audiantur ecclesiasticis, quae legibus saeculi prohibentur. Quaero a vobis, viri, quibus indita est ad unguem polita perfectio, cujus conditionis fuerunt ista mancipia, quae postulata scriptis principalibus intimastis? Si ea servilis adhuc in potestate alterius catena retinebat, & nulla ab obscenae obligationis compedibus vestigia in libertatem missa laxabant, vel vobis disceptantibus fidem aliquam praedictorum verba portassent? Sed, credo, replicabitis: veritatem, quam sponte prolata in illis vox habere non poterat, hanc diversis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exegerat; ut dum poenis corpora solverentur, quae gesta fuisse noverat, anima non celaret. Sed, quaeso, primum ad leges publicas, deinde ad judices ora convertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui: Nos, quos Dei servitium post istarum rerum abjectionem fecit ingenuos; qui servulorum insultantium contumelias aut despicimus aut ridemus; quibus scriptum est de famulis per apostolum: *Mementote quia vester & illorum in coelis est dominus*, ad haec saeculi mala revocabimur? Faciendum a nobis est, quod facientem alterum profanum esse contendimus? quod per ministerium jussionis & manus alienae incestaret aspectum, nostro peragetur imperio? Nolite hanc ad universas ecclesias mentem rapacium luporum more & natura servare: quia postquam nos maculasset forte pro desideriis vestris cruenta discussio, effectum in his, quo tenditis, non haberet. Sed dicente vobis propheta; *Ponamus circulum in naribus vestris, & frenum in labiis, & reducemus vos in viam quam venistis*: qui eodem propheta asserente impugnamini, qui dicit: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis*. Isa. 41.

Hoc etiam novo adversus nos subdidistis invento, ipsum dominum & redemptorem nostrum, servorum subiisse judicia; & coeli operatorem particulae cuidam sponte subjacuisse terrenae; dum testatur & loquitur: *Homo Juda, & qui habitas Jerusalem, judicate inter me, & vineam meam*. Hoc etiam B. Petrum, hoc Paulum apostolum non horruisse narratis, & illam vestram elegantiam ad jus pertrahitis, exemplorum nexibus praecedentem: quasi vobis in hac parte remanserit cum renitente contentio, & validis facundiae vestrae digitis exigantur oblata. Samuelem etiam propheteam mirificum de conscientiae suae serenitate vulgi dicitis imploraffe testimonium. Quid enim Samuel dixit? scire dominum, quod nullius unquam substantiam, nullius pecus abegisset, adversarum se muneribus, &, quod est supra hominem, sponte venientia dona vitasse: providens scilicet, ne per suspicionum praejudicia, opinionis damna pateretur. Postremum sub divina attestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examen. Redemptor noster judicium, quod inter se & vineam suam optat evenire, dum vestra in praesenti negotio mala respicit, magis implorat. S. Athanasius Alexandrinae urbis episcopus, dum participum vestrorum argueretur invidia, agnoscens sibi per contumeliarum multitudinem exercitium contingere, non timorem, vere ad coronae pretium junxit, quod de dignitate submisit: & ante caelestem de absolutione sententiam, personam rei innocentia bonus aestimator implevit. Sic enim Christi milites sudore suo honorum sibi incrementa parturiunt, dum concessa fastigia celsiore humilitate castigant; inde laudum cumulos mercaturi, unde indepta culmina sublimi parcitate moderantur. Sed quamvis B. Athanasium Romano antistiti, quantum nosse datur, imparem locus ostendat, facto tamen in negotiis comparantur. " Ille praesto fuit judicibus: iste, quantum & vos dicitis, advocavit: Ille intentatam discussionem ut Dei famulus non refugit: iste triumphi sui spem in discussorum collectione constituit. Sed quid his longius collationibus immoremur? Judicia & iste voluit, attraxit, ingressus est: & quod posset fidelium corda doloris justi aculeis excitare, venerando [19] concilio auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. Quis in hac allegationis ipsius fronte nesciret fultum ad coepiscopos puritatis testimonii convenisse, qui hoc quod districtionem eorum minus licebat, exhorruit, aestimans illud magis quolibet modo labefactandum, quod statuisset censor invalidus? Quid praefatum incessitis canina loquacitate? quid laeditis non merentem? Votum ejus est, quod vestrum putatis esse terrorem; sed assultor in vobis, quam in Athanasii adversariis novelli virus serpentis insibilat. Illi nescierunt, quod vos optime calletis, qualiter triumphus tolleretur impetito. Illi provocatum, ne audiendus non occurreret, formidabant: vos moram quam habebant examina non ferentes, [19] venientem jaculis repulistis; & taedium vobis de sententia praeparatum armorum ultricium assumptione commutastis. O malorum commemoratio, quae vocem & praestat, & subruit; dum illos quos in clamorem coegerit, eorum etiam gravitate facti verba confundit.

Quis patiatur vos aequo animo garrientes? Ergo nos secundum assertionem vestram, novellae utilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus praestamus obsequium? Hic tota ingenii vela suspenditis: hic resupinae cervicis ex secessu pectoris quidquid habuit fluminis rectus evomuit. Ajunt enim: Moysi a vobis jejunia, & Elisaei miracula quae egit, dum mortuum suscitavit, si annosa tantum sectamini, condemnantur. Quid hic rationis invenit scrutator idoneus? non si auri pallidus inquisitor occurrat, in sensibus vestris latentium evenatum motus inveniat, & intuetis lucem latebris sermonum fossor admittit. Idcirco ergo cana miracula non probamus, si juvenilibus consensum non praebemus excessibus? Si servum domino discipulum magistro evangelii memores subjugamus, quidquid potuit prodesse negligimus? Alia sunt, improbissimi hominum, quae ad usum recentem sine injuria vetustatis adhibemus.

Novam deinde culpam, & quam investigatio nostra transierat, reclusistis: quare papa sine exempli instituto praecedentis synodum convocavit.

vocavit, ut de criminum ejus objectione cognoscereet. Post hæc nos falsitatis arguitis, cur a principe, quæ in præfato negotio scripta sunt, dicimus postulata. Præsta, domine, ut labyrinthi hujus sine errore sinuosos superemus anfractus: dirige sententiam, quam flexilis colubri juxta fabricam proprii corporis aut mentis operatur, ut vere dicamus: *Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Jacob*: & cum Salomone exultemus dicente: *Equus paratur in die belli, apud dominum est autem omne præsidium*. Superfluum quidem est absurdis respondere propositionibus, dicente propheta: *Ne respondeas imprudenti ad imprudentiam ejus*. Sed si quid contemptus transierit, vereor ne quasi validum putetur non tetigisse formido. Melius est nobis cum beato Paulo insultationis causas incidere, & plena voce testari: *Factus sum insipiens, vos me coegistis*. Hoccine ergo nullo constabat exemplo, ut sacerdotum papa concilium convocaret, cujus arbitrium est collectio synodalis? aut parva erant, quæ de vestris cum hac multitudine facinoribus damnarentur? [50] Nonne directa verba sunt canonum: Quicumque clericorum ab episcopo suo, ante sententiæ tempus, pro dubia suspicione discesserit, manifestam in eum remanere censuram? Ad hujus rei ministerium devotum Deo oportuit agmen occurrere, ut perditi & profligati gregis ulceribus medicorum exercitus subveniret: quia quotiens morborum violentia celeri gressu ad animæ secreta festinat, obvias manus afferre non potest salutare consilium, nisi ex collatione multorum. Nam & hoc a rege nostra poposcit allegatio, ut abscissis clericorum præjudiciis de accusatorum papæ merito per humanum os supernum judicaret imperium. Videamus tamen si placet, & illas [51] didascalici libelli vestri relegamus argutias: habentibus etiam nobis ante oculos patrum sanctiones, quibus excessuum vestrorum sentina ponderetur. Lex ecclesiastica pontificem ab illis accusatum, priusquam sub lucem objecta constiterint, exigit non relinqui. Vos vero divini, ut puto, juris memores, qui levia errata despicitis, qui peccati nobilitate gaudetis, ne una vos ex desertione sacerdotis culpa respiceret, accusastis cum incrementis delictorum. Ad hanc vos valitudinem ille, qui est prævius vester, adduxit, ut post desolatum, post impetitum pontificem, sine ullius vigore sententiæ, totius pene Italiæ improbandam antistitum crederetis esse censuram; quomodo quidam dixit de cohorte vestra: *Festinantem animam morti non credidit uni*. Potestne mens indocilis, criminum jam ditata successibus, a detestabili proposito, velut effæta seriari? Ille vos locuples malis effecit, cui elationum copiæ opes angelicas sustulerunt, & divinum censum nocendi, quo exuberat, thesaurus invidit.

Sed promissi memores universa, quæ operi ipsorum recolimus inserta, tangamus. Arguitur stylo splendidissimo papa Symmachus, quare conventionem præveniens, cum populorum cætibus examen intravit, & postea judicia, [52] cum evocatus quater fuisset, sprevit. Sic a vobis veri discessit affectio, ut mendaciorum nebulis urbis testimonium putetis involvi, & fallaciæ periculo depicta verba plus virium credatis habere, quam veritatem Roma quam retinet. Ergone ille disceptationem vel importunus adiit, vel expectatus aufugit? Ergone illam multitudinem devotam Deo plebis, non pro fidei diligentia Christiana magis expectatio, quam furor evocavit? Quisquamne ad inferendam violentiam currens lacrymas comites habet, & qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa juncta sacerdotis officiis attulit ad nos lamenta, non jacula: nec venit telis minax, sed fletibus miserabilis: una tantum intentionem vestram ostentatione gravatura; quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbitatem vestram conditio dolenda pulsati, & in sobrietate venerandi examinis afflictione propria commendabat, quem voce non poterat. Sed habetis manifestum ex hac re qui bilem furor accendat: quia pene absolutus ad judicia venit, pro quo orbis illacrymat, & dum rebus extraneam in prædictum invidiam sermone colligitis, paulisper reverentiæ nostræ diu cervix superba submittitur. Sacram enim congregationem tunc vocatis, quando extinctorem nostrum Symmachum vultis asserere: & crudeli pietate honori nostro putatis accrescere, quod residens in ecclesiarum arce perdiderit. Nos ista non solum non sensimus, sed diversa sentimus: ad alios magis tutelæ vestræ venena convertite. Non habet testimonium defensoris, qui repugnanti impendit oris obsequium; perdit quam esse putat beneficii gratiam, qui aliquid præstat invito: quia non est munus nisi quod velis accipere.

Nunc longa non opus est admonitione jam perditis. Odium debemus operi, de cujus jam non superest quod damnetur auctoribus. Mulierum turbas asseritis urbanis coloribus cum præfato ad judicia convenisse: & illa vestra subtilitate ostenditur sexus, qui majorem antistiti debuisset affectum. Profanissimi hominum, scriptum retineo: [53] *Aliud est maledicere, aliud accusare*: & propheta dixisse: *Reprobantes verbum sperastis in calumnia, & in tumultu, & estis in eo: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio*: quia pro nobis dicit dominus: *Eos qui judicant vos, ego judicabo*: & iterum ad servos suos dicit: *Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis*: rursus etiam vobis clamat: *Accedite huc semen adulteri, & fornicarii: super quem dilatastis os, & ejecistis linguam? numquid non vos filii scelesti estis, semen mendax?*

Quæ quibus copulatis advertite, dicentes, Indicta causa, derelictis defensoribus, papa decessit: fori nobis in negotio præsenti, & plateatum, quarum estis hypocritæ, exempla proponentes. Nobis scriptum est per Paulum apostolum: quibus crucifixus est mundus, quid illis cum foro? Sed ista nescitis, aut quod est gravius, nota contemnitis. [54] Peregrinum credo aliquid, & a ratione separatum postulans papa discessit. Nonne hoc speravit pro statu labentis ecclesiæ pastorali cura constrictus, quod & religiosa providentia, & causæ ipsius ordo flagitabat? Quæ enim judiciorum forma præcesserat, ut vobis hostiliter disruptis, etiam per suggestionem vestram sublatis ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus; dum alimentis distributor egebat, ut fieret in dominatu servitus, & in servitute dominatus? Quæ hoc qualitas præcedentis ævi per memoriam in medium transacta reddebat? Qualis habuit efficiex

Psal. 67. Prov. 21. Prov. 26. 1. Cor. 4. 8 quæst. 4. Isa. 30. Isa. 49. Isa. 57. Isa. 57. Gal. 6.

ex cenſura conviſus, in quo cauſam adjudicatio præcedebat? Non fuit privilegium, quo ſpoliari potuit jam nudatus. Unum vobis putaſtis reſidere in ſacra collectione ſubſidium; ut ad tuendorum immanitatem criminum ſacerdotes vobis comites jungeretis, & fieret impunitum facinus pollutione multorum. Nunquam convenienti tempore conſor adſciſcitur, qui ad deciſum pene negotium convocatur: criminoſi, & ſi eſt, meritum tollit accuſator, qui in eo plus furori ſuo vult licere, quam judici. Dicit enim vos impetens propheta: *Hæc eſt pars eorum qui vaſtaverunt nos, & ſors diripientium nos. Ite angeli velociter ad gregem convulſum & dilaceratum, & populum terribilem.* Ad vos angelus miſſus eſt, ſcilicet per ſacerdotes, quorum voce atque merito perferenda Chriſto dona ſuſcipiunt, & placato dominante impetrata mortalibus vota concedunt, per quos vobis oblata ſunt munera repudiata concordiæ, qui pœnam merentibus dilectionis præmia detulerunt, qui dum ſe conſiderant, in nullo quod merebamini reſpexerunt.

Quis eum, inquiunt, vidit cum accuſatoribus ſuis aperta, ut ajunt, pugna confligere? Impudentiſſimi hominum, quem cum quibus vultis decertare, reſpicite: & utriuſque partis, ſi quid ſalutis in vobis reſedit, loca, tempora, perſonas attendite: & ſi vos nefarie congeſta cordis adhuc pravi non ſubegit opulentia, oculos ad Deum pauliſper attollite, & vel brevi tempore ſiniſtri monitoris juſſa contemnite. Agnoſcitis ſummi [10] regis præceptionibus vos, in his quæ merito plectenda ſunt, non muniri. Qua quamvis reſponſi qualitatem dicent dogmata poſtulati, & petitio dum exiſtit prævia, quæ ſint ſecutura, deſcribat; nunquam tamen caſſibus veſtris libera regnantis verba cepiſtis: nunquam deſideriis per aucupia calliditatis imperialia vobis ſcripta militarunt. Quotiens vanis hiatibus nocendi inefficax morſus increpuit? quotiens de accuſato quidquid ſpe tenuiſtis effugit, & vacuos imago præſumptione occupata deſeruit? Deo gratias, qui hanc providentiam indidit ei cui rerum humanarum ſummam commiſit. Spes certa quietis eſt, & ſalutis, perfecta in gubernatore ſapientia. Puppis, cujus magiſter ad clavi regimen intellectus dote præparatus, ubique ſtationem, ubique portum habet in fluctibus. Certa eſt generalitatis ſecuritas, quando rempublicam nobilibus regit artibus inſtitutus. Scit imperatoris noſtri cælo infuſa diſpenſatio obviam manum famoſis in fallendum ingeniis exhibere. Labore apud eum non opus eſt, quem ſortita eſt olim nuda veritas defenſorem. Ceſſent impii commentitia apud illum ſimplicitatem fraude mentiri; quidquid [11] adverſus juſtitiam moverit, mox tenetur: nihil apud prædictum tutius innocentia eſt: legatione valida utitur, qui æquitati res congruentes inſinuat: quæ gravis eſt plerumque principibus impugnatio, minus fidelium blanditiis non legatur. Sed hæc Deo melius narrantur, a quo frugis hujus planta deſcendit.

Ad vos me reducit propoſiti operis non amica conditio, qui melioribus haſtenus operam, volui navare ſermonibus, dum captivam orationem exigit imperioſa neceſſitas. Dixiſtis enim: Quomodo de cauſa, vel qualitate ejus primitus tractabatis, cum necdum haberet ſynodus firmitatem? O frontem dictionis immundæ, & faciem libelli, quam non ſola maculavit imperitia. Tractatus noſtri provinciam & narratis & quæritis. Hinc eramus nempe dubii, quia quemadmodum loquimini, [12] non habebat ſynodus firmitatem: tranſibat negotii qualitas audituros, & plus adhuc remanſerat in reverentia pulſati, quam eſſet in noſtri integritate collegii.

Deinde pro quæſtionum tormentis venerabilem [13] Laurentium & Petrum epiſcopos a communione papæ ſe ſuſpendiſſe replicatis, & quidquid providit cautio convocatorum, ducitis ad crimen impetiti. Ullone ergo tempore, dum celebrarentur ab his ſacra miſſarum, a nobis ejus commemoratione ceſſatum eſt? Unquam pro deſideriis veſtris ſine ritu catholico, & cano more, lemiplenas nominati antiſtites hoſtias obtulerunt? Aliquando, quod capiti veſtro adſcribatur, facta eſt apud Deum offenſa per gratiam, & extitit nutrix veniæ, peccati mater oblatio? Fuerunt quidem corporis tantum conventione ſeparati, quos loqueris, animarum tamen præſentiam non vitarunt. Si eos putas a conſortio mutuo diſſociatos, quos fibula religionis pio mordens dente conjungit, procul te ab æſtimatione catholica culparum duxit affectus. Mandati cœleſtis habitatio nos aut miſcet, aut ſeparat, non intereſt quæ intervalla nos ſegregent, ſi uno in ſuperna manſione conclave retinemur. Vere hinc conticimus eſſe vos ſervos ventris & corporis, & per hanc ſententiæ veſtræ vilitatem declaratis mancipia vos eſſe terrena. Scriptum eſt enim: *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus.*

Poſt hæc, verſis in fugam ordinibus, lymphatici more ſermonis addidiſtis: Ergo concilia ſacerdotum eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per provincias, quia præſentiam papæ non habent, valetudinem perdidetunt? Legite, inſaniſſimi, aliquando in illis præter apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum, & non de majoribus negotiis, ad collationem ſi quid occurrit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſervatum. Sic enim habes: Si quis epiſcoporum judicio provinciali depoſitus fuerit, Romanum papam, ſi placet, rurſus appellet; & ipſe, ſi videtur, reparet judicia in opitulatione damnati. Ecce enode eſt quod ad laqueum præparaſtis; niſi forte arctiſſimis in illa parte nexibus aſtringamur, & replicationum nobis itinera non pateſcant, dum callis ante pervius dumetis novella intercluſione veſtitur.

His enim nos eloquii vepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cum dicitis, lætum principem, quare [14] attributum viſitatorem, contra eccleſiaſticas regulas prima voluimus fronte diſcedere, & nihil amplius liceret hinc vitiis, ne dureſceret lolium, ne profana meſſis, nulla diſciplinæ ante maturitatem ſuccisa falce decumberet, & putaretur licere quod judices non vetabant. Unde ex aperto conſtat, nulla vos, extra præſtantiam piiſſimi regis, quam fruſtra deſideratis noxæ copulari, exemplorum auctoritate fulciri. Supereſt, ut & ipſum doceam in his exceſſibus, quod bono univerſitatis contigit, non teneri: quia directum non occaſionem litis, nec fomentum jurgii, ſed cauſam voluit eſſe concordiæ; prævidens ſcilicet, quod niſi ſimplicem juſſionum ſuarum tutela vallaret, cito in eſcam diſſidii toxica veſtra ſubreperent. Scriptum eſt enim: *Vir ſimplex credit omni verbo.* Idcirco mandati limitem

Iſa. 17. & 18.

Can. 8.

Synodus Sardicenſis can. 7.

Prov. 14.

tem fecit, quem nulla liceret transgressione violari. Præfatum ad B. Petri basilicam, mox Romam perductus fuisset, mandavit occurrere, faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiamsi vetaret? Ibique papam ab eo salutatum suo ore jussit affari, ut traderet episcopo mancipia, [19] nullis subdenda tormentis; servanda profecto ad disceptationem synodalis examinis. O cassitatem præcepti, quæ dum facem præsentibus præfert temporibus, in umbram cogit antiqua! quæ rapit lumen veteribus inauspicato splendore novitatis! Quis taliter commentitiis laudibus locupletavit fama dominum actuum suorum veritate mendicum? Non derogo vobis de scriptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos majorum gesta perduci: sed Dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora semponum. Obnoxiam linguis gloriam venerabilis causarum trutinator impexit: ut cum petitionis vestra effectus artifex præstaretur, in omnibus tamen jura ecclesiastica custodiret. Quæ ad hanc æstimationem, quamvis acutiora ceteris cernia, sufficiunt? uno tempore, una scriptione, sine æquitatis detrimento, desideria vestra supplentur, & eadem charta ad ministerium religionis, & vestrum destinatur ad gaudium. Boni enim principis prævidit inquisitio, servilem affert omem innocenti examine non probandam. In electione enim venerandorum judicium ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum.

Videamus tamen ista si facta sunt: si Deo inimici, etiam terreni domini non fuistis, dum Christum & regem pari temeritate despicitis, & unus vobis ad utramque contumeliam ductus est criminum. Destinatus antistes ab ipso complendæ justionis continuo oris vestri spiris abripitur, & ad incentivam confusionis aptatur, qui paci militaturus advenerat. Invitis beati apostoli limitibus ad ultimum furoris vestri jam nefarius sui advocatur. & illud, quod ex omnibus orbis cardinibus devotos attrahit, positum in vicinitate transitur. Ecclesiarum suarum adirentur adire non permittitur frustra mediocris: tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. Dicatis forsitan, apostoli genio decerpi, si putatur cæli civis terrarum locis includi. Tamen quamvis benedictio poscentibus ubique præstetur, & exigat præsentiam martyris fides & devotio supplicantis; negari non potest, diligentiæ natali solo pius tribui, & majorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur.

Quam fidem allegationum curationum multitudo jam præstitit, & utinam post obsessionem diabolicam testibus jam sanatis. Hæc licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur, est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas, quia per eum qui hominem mutavit in angelum illustrari potuit natura telluris. Hanc vindicatori vestro invidistis gratiam, æstimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reverendæ passionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium. Ecce post cœlestem commotionem juste vos & principalis, quam sperni fecistis, centura percellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. Vituperatores, inquiunt, & alius episcopis ipse dedit, & justum est ut facti sui lege teneatur. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso: diu mendaciis adhærentia verba non arguo. Dico tamen, latorem juris definitionis suæ, nisi velit, terminis non includi: & nisi princeps fastigii summa moderetur, frustra ad illud, quod dederit, jus vocatur. Lex probitatis & mentis est, quæ hominem viventem sine lege castigat: proprie moribus impendit, qui necessitati non debet disciplinam. [20] Aliorum forte hominum causas Deus voluerit per homines terminare: sedis istius præsulem suo, sine quæstione, reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum utitur teste, quo judice. [21] Dicas forsitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo uni dictum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: &, *quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo*: & rursus sanctorum voce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. de qua mihi videtur dictum per prophetam: *Si hæc humiliatur, ad cujus fugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?* Matth. 16. Isa. 10.

Quid si immunda mihi labia habenti, & nullis succensi carbonis, ut Isaiæ concessum est, undis abluta, ipsum ad passionis suæ tuenda privilegia Petrum apostolum liceret evocare, & quod agit precibus, humana voce loqueretur? quem si audiretis, hoc diceret: *Filii hominum usquequo graves corde, ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum*. Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamenta subruere? quid canum possessionis genium illius, qui per culpas juvenescit, ariete pulsatis, & divisione ecclesiastici gregis novis me & post carnem passionibus subjugatis? Inauditum sacrilegii genus est, quod mentitæ religionis honore coloratis: dehonestat venerandi reverentiam nominis, qui adjutorem se in his, quæ in Deum jactat commissa, pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in solatio adesse sublimi, juxta apostolum: *Tu quis es, qui judices alienum servum?* Quid auribus imperitis illuditis, & graviorem vindictæ speciem facitis esse, quam culpæ? Si odium debetis excessibus, vos mundate: cur liberius condemnatis scelera, quam vitatis? Sui impugnator est, qui fornicationis urget adulteria, & per animarum stupra, carnis accusat. Scriptum nempe retinetis: *Maledicti omnes qui fornicantur abs te*. Fœda ergo a nitore domus sui obligatione dissolvitur, qui statutis cœlestibus minus mera fide dependit officia. Possessionis nostræ vobis, ut video, claritas movit invidiam; quam simulata in mali possessoris indignatione transfertis, dum desudatis impendiis. Arcem, qua fuistis conspicui, crebris labefactatam ictibus, nisi obsisterem, propositis obruere; & cœlo stabilitam machinam, quanta sit, ostendere per ruinam. Nolite præstolari de clade vestra victoriam: nolite triumphum superando perdere, meis laboribus, meo sudore quæsitum. Quidquid Rom. 14. Psal. 5.

quid ad trophæum ducit, obtinui: quidquid vos illustres faceret, in sede congessi: vobis tribuit claritatem fax ista quam viperino liquore putatis extingui. In perniciem propriam accenditur, qui sic sævit in gratiæ suæ germina, ut plantas abscindat: liberior justo iracundia, plusquam alios, lacessit auctorem. Symmachi quos vocatis excessus, si sunt, illa, quæ & vos, expectatione sustineo: nefas est peccantem patientiam judicis non amare. Quid nisi ultionem flagitat, qui dum reus & ipse sit, vindictæ in altero moras accusat? Hæc illis a me vox debetur studiis; quia Deum dixisse teneo, pronum esse hominem in malitiam, & omnem carnem amicam esse peccatis. Nolo occasione personæ innumeris datura dignitatem fiat in abjectione possessio, ne dum homo accessitur, lex divina frangatur. Mihi credite, si sunt ista, quæ dicitis, respicio: quia & in illis, quibus nihil tale dicebatur, quid fuisset inspexi. Errat, qui falli Deo proximum credit. *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.* Vos potius olim filii, de quibus spiritalis ventrem partus onerabat, ad abjuratam redite concordiam: pio vos sinu, sicut habuit hactenus, ecclesia mater accipiat. Nunquam est sera correctio: scit diu expectare immodico labore quæsitos: nescit pro vilibus despicere magno pretio comparatos. Multis gradibus recursus est ad salutem: præter desperantem nullus excluditur: fructus veniæ proximus est coronæ. Nolite Symmachum papam pressuris vestris juvare; si reus est, mihi credite, cum cessaverit humanæ impugnationis ministerium, divinum mox succedit arbitrium. Nonne in splendidissimi cognatoris lance prædicto aut pœna debetur aut præmium? Syllogismos a me sermonum & schemata non quæratis. Antiquo adhuc utor reti post hominem, & irrisam a sapientibus sæculi cymbulam non reliqui. Illa me per mundi freta sustentat: ditat probatum in captione hominum rete, quod cernitis. Redite ergo, quia fuga vos nec dum effetis agrestes eripuit: currite ad ovile, ne luporum vos exponatis insidiis: ne per moram amittatis gratiam sponte venientum; quia contemptam invitationem gehenna subsequitur. Ego, si quid dulcedinis ut patet debui, si quid districtionis, ut attributus a Deo magister, implevi; providete ne diutius qualemcumque crucis meæ angulum rara Levitarum corona circumdet: ne dolenda etiam extraneis in longum solitudo dominetur: ne labor uteri mei sterilitatis vice hostilem peperisse tamquam, & numerosa proles per funestos actus infecunditatem parentis ostendat. Pauca sunt quæ asseruit, sed quanta ex his pendeant, æstimate. Venite filii, audite me, timorem domini doceo vos. Romam respicite, quam ab idolorum servitute sine auri, sine argenti pretio liberam sanguinis Christi fecit effusio: cui etiam meam servuli sui mortem jussit impendi. Quæ per multa tempora famosis cultum delubris exhibuit: quæ diu venerata est in imaginibus dæmonum, quem laborante centu indiderat manus magistra terrorem: quæ suspexit potestatem numinum emptam pretio metallorum, cui sublimiores Deos peperit exercitator manus artifices & divinitatem, quam homo per fabricam contulit, apud homines Dei habuit forma majorem. Ecce jam, Christo proprio, ad novas fornaces simulacra redierunt: ecce jam de obsoleta superstitione usus vester accipit, quod

Deut. 6.

Deut. 32.

Psal. 33.

interitur: dum de veteri Tonante nova merito vasculæ parantur. Quid hanc admirationi interrumpere quæritis? quid ludere vanis intentionibus felicitatem? excusationem non habet furor iste, si creditis, non interest quibus itineribus ad mundi principem currat, qui a sancta unitate deficit: pingues hostias litat diabolo qui contristat ecclesiam. Vanas ergo repudiate tendiculas: simplicem habet defensionem pacis affectus: inimis armatus est qui illa, quæ adversarius concordiæ ministrat, tela contemnit. Sufficit contra omnia jacula jurgiorum fidei nuda oppositio. Quid Eulalii & Bonifacii tempora, dum malorum solatium quæritis, revocatis in medium? quid incrementis excessuum præsentatis vetusta contagia, & per iniquam voluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ: & nisi narrando cogerer sustinere transacta, ostenderem vobis nullum evenire solatium de comparatione factorum: quia illos, quos ad pontificale fastigium intentioni obsequens fervor evexerat, utrosque repuli, hunc elegi: quia de illis, teste exitu, nemo mihi placuit: de istis, contra regulas nitentem profugum feci; provectum legitime mundo impugnante servavi. Scitis ista, non nova sunt: quia dum ille truditur, iste firmatur, vester mihi militavit assensus. Deinde cur in perniciem vestram lædistis sacerdotale concilium? cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt, & inter Deum atque homines interpres extitit lingua pontificum? quid generalis ecclesiæ dolorem facitis, quamvis in principali, tamen in una commissum? Illa enim cœli curia, variarum doribus aucta cumulium, & multo redemptoris nostri auro ostroque decorata, nihil in illa discussione auctore se protulit: sed per humanæ linguæ ministerium divino militavit imperio. Intellexit non esse suum, quidquid impulsa constituit. Nihil habet in illa sententia, nisi unde de sola devotione gratuletur: peregrinum stylus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, quod insula sibi servavit & coluit. Quid his de exemplis evangelicis præparastis calumnum? sicut de vobis scriptum est: *Erraverunt in veritate, nescierunt vindictam, ignoraverunt judicium.* Nam dum profanis memoratos verbis cædis, & in scitiam pieditis, & livorem. Isti ergo resurrectionem corporis, quam prædicant, non credentes, hæreticis se miscuere contagiis? Isti quod abjurant linguis, corde sectantur? Ergo quia dixerunt, eum timendum esse, qui potest corpus occidere, & animam mittere in gehennam, ideo a fide aliena texuerunt? ecce profundam imperitiam. En beatum Lucam, cujus potestas assertione convinci, qui clamat: *Timete eum, postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam.* Quis his locus erroris, ubi congruentia pari ductu exempli & historiæ verba concurrunt; nec diversum est ab intellectu catholico, & testimonibus, quod profertur? Nunquam bene nodus in scirpo quæritur: non involvit nebula prædicatæ lucis auctores. Resurrectionem ergo carnis non credunt, quia posse corpus confitentur occidi? quia peccatricem animam gehennæ mancipari? Densis cor vestrum vepribus suffocatur, & interna vitia aliis certat adscribere. Joannis etiam apostoli jactatis sen-

pta

pta violari, quia ex verbis ejus dictum est: *Si dicamus quia peccatum non habemus, mendaces sumus, & veritas in nobis non est.* De cordicum diversitate nil queror. Ideo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non junxerunt: *Nos ipsos decipimus*, & quia junxerunt, *mendaces sumus*, non solum divinæ, sed etiam humanæ rationis ignari. Qui veritatem non habet, mendax recte censetur: nec alia re nisi falsitate plenus est, qui integritate vacuus inveniretur. Sed hæc in vobis non curanda sunt linguæ oratione, sed gemituum: nec magis sunt vobis exhibenda verba, quam lacrymæ: quia liquido nocens est, qui insontibus aut meritum culpabilis aut nomen opponit. Reliqua obiectionum vestrarum capita non revolvam: præstat silentio damnanda sepeliri. Nobilitatem dat facinoribus, qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. Beati Pauli est sequenda sententia, qui monet per discipulum cunctos, & clamat: *Inanes quæstiones evita.* Multa enim sunt in propositionibus vestris, quæ ita fæculentis ulnis peccandi amor amplectitur, ut fiant indigna memoratu: plura levitas dehonestat, dum subductis evisceratur verba vestra ponderibus, & ce religionis causis elocutio ventosa componitur, aut congruam sortita gravitatem: quæ in paucarum abundantia nihil est horreis illatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum parturit ubertatem, & spem de herbæ luxuria mentitur agricolis: de quibus nihil lucri ventilabra reperiunt, igni debita, incendioque peritura: de his scriptum est: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt.* Nihil est, carissimi, pace dulcius, si tamen saporem ejus non plenum amaritudine pectus excludat: Breviorem quidem admonitionem debueram, quam prolixam non parva vestri consideratio, & diu in vobis jugis exercitata frons protulit. Usus est multa peccantum, stricta allocutione non corrigi: & effusionem plurimi, quam in delictis habuerunt, in monitoris sermonibus hanc requirunt. Me satis est & diligentiæ vestræ, & justis cœlestibus obtecutum. In his quæ secutura sunt, locum sermonibus non relinquam: quia hæc refero, Mundi caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, & nutricem pontificii cathedram quasi ultimum videre sedile despectam.

Cujus vocem beatus Paulus excepit, & illa qua semper usus est eloquii intonuit libertate: apostolorum principem lenitatis incessens, quod fluxis & profligatis mentibus parentis adhuc servaret affectum: nec in profundum ductis ulceribus ferro medicante succurreret, rescindenda docens lamenta secreta morborum, & manifestæ desperationi salutiferum esse vulnus adhibendum; ne dum inanus medici per pietatem a sectione carnis corruptæ suspendit, de abstinentia teli invitetur exitium: quia dum parcit ægris dextera, curandos interficit: quæ grandis est differentia, utrum lethalem intentas, an admittas: morbum languentibus qui cum possit non excludit, infligit. Vivacem adversus eos oris januam patefecit alloquens: *Omnis qui judicas, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. Scimus autem quia judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt:* & iterum. *Beatus qui non judicat, in quo probat teipsum.* Quæ malum, ratio est, ut prædicet non furandum qui furatur, & prodigam

A verecundiæ frontem nube vestiat impugnationis alienæ? Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conversatione demonstrat. Nam adjacet etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone; & sceleratioribus linguæ officiis punire quod diligant; quasi non quoddam genus sit majorum excessuum, dare rei affectum labiis, quam mente despicias, & ingenii virus colloquii melle vestire. Hæc sic ago, quasi si vobis esset pudor, pudicitia, venustas affectui; liceret accusare doctorem, & adversus electum oris lividi morsus aptare. cum ante futuri præscius per epistolam ad vos datam plena voce monuissem: *Quis accusabit ad-* Rom. 8
B *versus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet.* Et iterum: *O homo, qui judicas* Rom. 2
eos qui talia agunt, & facis illa, putas quoniam effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Accusatis malitiam repleti iniquitate, fornicatione, avaritia, nequitia, invidia, homicidiis, condemnatione, dolo, malignitate, superbi, elati, inventores malorum, parenti non obedientes, insipientes, incompositi, sine misericordia. Docetis fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurentii aut sequaces, aut prævii, per quos ille aut exeruit quæ habebat toxica, aut quæ effundens monstravit, accepit. Post illam illecebrosæ communionis maculam, &
C pestem toto orbe execrabilem, sacerdotes Dei, quasi obsoleta comparatos communione, culpatis reos putatis esse, qui subiere consortium nullo teste convicti: & sectamini hominem toto ecclesiasticæ inscriptionis, non dicam stylo, 2. Tim. 2.
sed ente persossum. Quod licet, non licet; & quod non licet, licet. Quemadmodum Jannes & Mambres restiterunt veritati; sic & vos mente reprobi circa fidem proditores, protervi, inflati, amantes voluptatem magis quam Deum, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ipsius abnegantes. O vim doloris inter ni! qui nequit expedire quod concepit: qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum, quem imperavit, irrumpit. Nihil vobis
D ultra plus eloquar: quod de oratione remanet, lamenta supplebunt.

Post hæc si inter manus medicorum curatione ægrescitis, nec aliqua a cœpto salutis consideratio vos reducit, saltem orbis parentem urbem vestram respicite: ipsa vos post defensores suos apostolos mœrens aggreditur, ipsa compellat, & si quid est pietatis in reliquum, orditur impetratura sermonem.

Me, quasi Dei summi templa, repudiatis falsorum cultibus, & novæ lucis nitore gaudentem, fecerunt esse conspicuam; quam post taccita sordentia, & multo pecudum tabo polluta, ab hostiarum cruore, dominici & apostolici sanguinis effusio purgavit; quam reducta
E post longum sanitas febrium fecit delubra contemnere, quam a victimis liberavit oblatio; quæ pacem Christi per idolorum inimicitias acquisivi; cui non fuerunt pene numerosiora dona, quam numina; quam religio sua reddebat varia devotione mendicam; quam egestas oppresserat, frequentia a diis suis beneficia postulantem; quæ Curios, Torquatos, Camillos, quos ecclesia non regeneravit, & reliquos misi plurimæ prolis infæcunda mater ad Tartarum, dum exhaustis emarcui malefæta visceribus quia Fabios servata patria non redemit, Deciis

ciis multo sudore gloria parta nihil præstitit: profligata est operum sine fide innocentia: criminosis junctus est æqui observantissimus, quia Christum ignoravit, Scipio. Per totam vellem stylum ducere, si orbatæ pectus pateretur, insantiam. Sed quisquis lamentationis transfuga relegit, lacrymarum tempora videtur optare. Nemo creditur non odisse, quorum relatione non lædit: qui siccam faciem de filiorum funeribus referens servat, certo teste crudelitatis arguitur. Illa posteritas plus mœrotis attulit perdita, quam jucunditatis acquisita. Relegamus tamen quibus mutata sint ista successibus. Ecce jam in illo sacrario libertatis nihil servile de idolorum cultibus invenitur: ecce honorum corona, orbis genius, flos Romanus, quæ diu venerata est, plena sanctitate calcat altaria. Ecce jam curia mea ad cœlum vocatur, laudatur, accipitur: nec possum dicere, perdidisse me sobolem post gratiam baptismi, quam vel repentina mors abstulit. Multos trabearum vel curulium possessores supremus regnator sine dispendio cultus aut dignitatis amplectitur. Pene jam terreni munificentia triumphi divinum mercatur affectum, & hoc ad Christi gratiam proficit, quod mundo studetis esse venerabiles. Mentior, nisi egena agmina consulatus vestri in subsidio miseriarum præstolantur adventum. Etenim purpura vestra, qua anni vocabulum nobilitatis, subripientem miseris vestimentorum largitate pellit algorem. Prope jam iterum necessitatibus fuerunt auxilium decora fastorum; & veteri infidelitate deposita, tali præparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. Ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolicæ confessionis uda mittunt limina candidatos, & uberibus gaudio fletibus collata Dei beneficio dona geminantur. Quis tempore, quo pretiosis siccamus ubera partubus, quo prolem nostram æterna genitrix rursus paritura nunc suscipit, cujus post primam nativitatem grandævis fœtibus alvus impletur, quæ mihi prolem regenerando dulcem facit esse, quam peperi, quæ ad se venientes senium facit exuere, & ad vitæ principia redire confractos, quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione commutat? Quis per discordiam viperina mente compositam aurei mihi sæculi jubet operire beneficia? quis in renovatione mea occatum clandestinus inspirat, & per blandæ frontis speciem inimicitiis vires acquirit? Generosam in tali negotio prosapiam non agnosco. Si qui sunt tamen summorum, quos vilibus tempestatis hujus procella sociavit, aliis auctoribus facinorum participatione maculantur. Splendor sanguinis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Habet forsitan reatum de neglecta cautione, non habet dignum supplicium de scelerum principatu. Sub quadam verecundia jungitur delinquentibus, qui ad adulta jurgia convocatur, non meretur desperationem perditi, in quo facilis tantum credulitas improbatur. Vos potius video, triviorum germina, vos agnosco: in quibus naturæ vilitas convenientes sibi mores peperit, quos degenerasse claritas fuerat: qui per mentitæ titulum religionis gaudetis impunitate vitiorum: quorum labia numquam aut honorum sapor tetigit, aut quietis: qui fas omne origini parendo violatis: quos de latebris & specubus productos præsens cautia monstravit. Quis antic concinnationem mali hujus, qui effetis, agnovit? diu fovistis secreta, quibus vos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam cæcitatem: nobis serenam, & diurnam lucem relinquite: concordiam ecclesiæ, aut absentia, aut correctione præstate. Si tamen vultis vos numerari inter splendidas prosapies, actuum emendatione cognoscam.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Libellos apologeticos.*) Synodus, quam hoc libello defendit Ennodius, ea est quæ inter Romanos Symmachi papæ quarta numerari debet X Kalendas Novembris Rufo Magno & Fausto Avieno viris clarissimis consulibus peracta, quo & Palmaris cognomen est. In qua cum absolutus fuisset Symmachus a criminibus quibus impetebatur ab adversariis, reperti sunt inter schismaticos qui contra illum scribere auderent, titulumque operi suo indere, *Adversus synodum absolutionis Symmachi*. Quibus Ennodius, ex synodi mandato atque auctoritate, hoc apologetico respondit, & singula eorum argumenta refellens, universam Symmachi synodique causam diligenter accurateque tutatus est. Quo nomine adeo episcopis omnibus probatus est liber, ut cum synodus altera, quæ post consulatum Avieni habita est, suffragio suo confirmarit, atque inter quartam & quintam synodos Symmachianas collocarit, decretique vim obtinere jusserit. Hodie tamen perperam post synodum Avieno juniore constam ponitur libellus Ennodii, cum alteri, quæ Fausto Avieno, ut dixi, consule habita est, subjici debeat. Hac enim, non illa, synodus fuit absolutionis, & quarta. & Palmaris, a Symmachi emulis oppugnata, ab Ennodio defensa.

2 *Cujusdam oratoris.*) Ciceronis dial. 1. de oratore. Ubi Crassum sic loquentem induxit. *Nam quid est turpius quam de dicendo dicere, cum id ipsum dicere nonquam pudet non inepium, nisi cum est necessarium?*

3 *Ex ala productum.*) Sic libri omnes, quo sensu non aperet. Sed alludit Ennodius ad locum alterum Ciceronis in Pisonem. *Cerfer non, Spicere nefer, ex hara productus, non ex jibola.* Quare legendum censeo *ex hara productum*. Non solum, inquit, non ex hara productum, sed mysticum & divinum. Dictum ironice, & *non solum* positum pro *non modo non*, ut alias sæpe.

4 *Nos omnes in judicatione senorum.*) Quia nonnulli episcopi, morte tadiosi post primam aut secundam synodi conventum ab urbe discesserant.

5 *Adversarios dici non debuisse.*) Male habebat schismaticos, quos Theodoricus Symmachi accusatores, tamquam adversarios, e judicum numero repulerat. Ista *In cognitione eorum recuperandorum judicum ipse accusatores extra ordinem repulit, & ad spem reliquis accusandi.*

6 *Dolose videlicet.*) Hanc periodum, tametsi necessariam, nec ignotam Surianæ editioni conciliorum, nec quam in manuscriptis offendi, præterquam in codice bibliothecæ Tillianæ.

7 *Ipse Cepaso præferendum.*) Et hoc etiam est Ciceronianum, atque ironicum. Cepasi enim duo fratres fuerunt, oratores deterrimi atque inepissimi, quorum alterius, hoc est majoris Cepasi, verba quædam profert et deridet Cicero in oratione pro Cluentio.

8 *A consorte Aaliori.*) Symmachi. Sane aperte declarat quodnam crimen fuerit cujus infamulabatur ab adversariis. Sed & in præcepto de collatione eorum spectat, quod revera pertrifit Romani pontificis exemplo vitandam clericis docet flagitiis contubernii suspicionem, & hoc ipso libro in prosopopœia beati Pauli. *Decorti*, inquit, *fœminarum nomine esse missendum, adulteri Lavinii aut fœnoris, aut usuræ.* Itaque quod Xystus III. ante annos fere pro contigerat, ut falsi criminis infamia pulsaretur a Basso arcifuli, id ipsum Symmacho Fest. arcifuli item ac principis senatus pontificum instigatione accidit, nec dispare eventu. nam utrique ab infami labe synodi, cujus se judicio sua sponte subdiderant, sententia purgatus est.

9 *Papam operuisse synodum convocare.*) Hoc Theodorico Ravenna, ut est in actis synodi Palmaris, opposuerant episcopi, cum ipsius mandato evocari Romam ad synodum proficiscerentur. Sed hanc ab episcopum libertatem, tamquam regi scilicet contumeliosam, taxarant schismatici. At non iniqua visa est Theodorico, qui non abs re id conferri episcoporum sententiis, ipsum quoque paratum in colligenda synodo voluntatem suam literis demonstrasse testatur est.

10 *Archippum.*) Colunicensis editio *Chrysippum*.

11 *Hic perennem meritorum decorem.*) Synodus Palmaris

mare; *Maxime cum illo quæ promisimus tacet alta de auctoritate sedis obstrorum, quia quod possessor ejus quondam B. Petrus movit, in mobilitatem possessionis accessit, & claritatem verorum novit dat de Christi domo restitutus*. Sic enim postrema hæc verba legenda sunt. Quod ergo de sedis auctoritate dictum a synodo fuerat, ad sanctimoniam quoque transtulit Ennodius, cujus ex hoc loco sententiam laudant Joannes VIII. in epistola ad Berternum abbatem, & Gregorius VII. in dictatu.

13 *Comparantes et antistitem nostrum*.) Plerique *nostrum* legunt: sed exigit ut *nostrum* legamus, quod sequentia declarant. Schismatici enim cum Efeso Symmachum comparabant, cum Jacob Laurentium, per quem Symmacho pontificatum, tamquam benedictionem, eripere conabantur. Paulo post, in illis verbis: *Præterea tunc Jacob*, Isaac legendum videtur.

13 *Carthaginensi concilio*.) Septimo, quod in secretario basilicæ Restitutæ post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. celebratum est, cui & Faustinus Potentinus in Piceno ecclesiæ episcopus Bonifacii papæ legatus interfuit. Alludit autem ad can. IV. ejus concilii.

14 *Cum persona jussa fuit*.) Symmachi mancipia infra *Quare a nobis, cujus conditionis fuerunt illa mancipia, quæ postulata scriptis principalibus instituistis*. Item ubi de visitatore dixerit: *Ibique papam ab eo salutatum suo ore jussit offerri, ut traderet corpori episcopo mancipia, nullis subdenda tormentis, servanda ad disceptationem synodalis examinis*. De his enim a Theodorico imperatorem adversarii, ut repræsentari, & quod leges & canones vetant, contra dominum interrogari juberentur. Quare & illa tradi per libellum a synodo postularunt.

15 *Odit se qui negligit studia*.) Quod in vulgata nostra, scriptum est Proverb. 15. Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam. Apud LXX. interpretes sic legitur: *ὁ ἀνάδοχος παιδείας, μισεῖ ἑαυτὸν: ὁ δὲ πειθόμενος ἐλεγχοῖς κτᾶται νοῦν*: *qui recipit disciplinam, odit seipsum*. Quod sine dubio prius est comma Ennodii. Posterius ex cap. 20 sumptum videtur, ubi quod Græcis est, *οἱ δὲ ἀφρονες τῷ πόνῳ τελευτῶσι*, nos legimus: *Qui autem indocti sunt in stultitia egestate morientur*.

16 *De quodam dictum*.) Jasone. Medea enim ad Jasonem verba sunt e Senecæ Medea.

17 *Ille postea fuit judicibus*.) In synodo, quæ contra ipsum Tyri fuerat convocata: ad quam etsi propter apertam vim & conjurationem, aliquamdiu, ut Sozomenus lib. 2. cap. 24. scribit, an vocatus veniret, cunctatus est, postea tamen innocentia fretus, & ne judicium declinare videretur, profectus est.

18 *Concilio auctoritatem*.) Synodus ipsa de Symmacho, cum synodum qua ipsius causa ad basilicam Julii convenerat, esset ingressus. *Auctoritatem*, inquit, *ordinis corrigendi, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum præsentia, se dare professus est*.

19 *Venientem jaculis repulistis*.) Symmachum papam, cum ad alterum synodi conventum pergeret, qui in basilica Sessoriana coactus erat. Tum enim, ut synodi acta narrant, ab irruentibus amulorum turbis ita tractatus est, ut cæsis qui cum ipso erant presbyteris, ægre ad B. Petri septa, unde egressus fuerat, incolumis a comite Aligerno reductus sit.

20 *Nonne directa verba sunt canonum*.) Symmachi nomine, non Ennodii, citatur hic locus a Gratiano 8. qu. 4. quia cum libellus Ennodii synodis Symmachianis, ut paulo ante dictum est, cum pari auctoritatis prærogativa insertus esset, quæ in eo erant, pro Symmachi ipsius decretis aut sententiis haberi cœperunt. Percellebant autem canones illi schismaticos, qui criminum obrentu, quibus Symmachum impetebant, discessionem ab eo ante judicii, modum sententiæ tempus fecerant.

21 *Didascaliæ libelli*.) Ironice. Nam διδασκαλικοὶ λόγοι, didascalicæ disputationes dicuntur accuratæ & ad docendum idoneæ; unde ab Aristotele una cum ἐνθυμήματα, διδασκαλικοὶ τόποι.

22 *Cum vocatus quater fuisset*.) Ingressus est synodum Symmachus primo conventu, qui in basilica Julii actus est; ad alterum item Sessorianum proficiscebatur, cum ab adversariis in via circumventus, in cæsis fuit, pene oppressus est: quod utrumque jam supra commemoravimus. Post eam eadem commonitus an rursum ad synodi judicium exire vellet, compelli se jure posse negavit.

23 *Aliud est maledicere, aliud accusare*.) Verba sunt Ciceronis in oratione pro M. Cœlio, cum ea refellit quæ adversus Cœlii pudicitiam sine probatione objiciebantur. Quare aptissime ab Ennodio in re simili usurpantur, ut tacitum schismaticorum convicium retundat, quod ex mulierum Symmachum officii causa prosequentium turba capiebant.

24 *Peregrinum credo aliquid*.) Duo, ut ex actis patet, a synodo postularat Symmachus: unum, ut cederet visitator, de quo postea: alterum, ut omnia quæ per suggestionem inimicorum suorum amiserat, ante judicium ipsi redintegrarentur. Quod etsi neque alienum neque iniquum videri poterat, cum spoliatus ante omnem restitui ecclesiasticis legibus jubeant, regi tamen, cum synodus ad eum retulisset, placuit, ut Symmachus ante restitutionem judicium subiret: quod ille pro modestia sua minime detrectavit.

25 *Regis præceptionibus eos non monstrat*.) Etsi multa, quæ Symmacho adversari videbantur, a Theodorico præcepta ac rescripta expresserant schismatici, ut de visitatore, & quod modo de intercepta redintegratione recitatum est, atque alia id genus: irrita tamen omnia & inania fuerant. Neque unquam his præsidiis assequi potuerunt, quod molliebantur, ut Symmachus damnaretur. Nam ubi synodo tandem a rege integra permissa res est, illum protinus absolvit.

26 *Non habebat synodus firmitatem*.) Cum adhuc incerti penderent episcopi an Symmachus illam approbasset. Quod ubi coram ab eo confirmatum fuit. Tum, ut est in actis synodi, *causa de sacerdotum animis, quæ de concilio nondum firmato trepidatione miscebat, abscissa est*. Sentiebant nimirum episcopi concilium hoc sine pontificis assensu ratum esse non posse. Quod ipsum tamen, sed frustra, improbabant schismatici.

27 *Laurentium & Petrum episcopos*.) Quorum hic Ravennas, ille Mediolanensis, synodi ambo moderatores ac præsides; quod declarant synodi ipsius subscriptiones, & Theodorici regis ad synodum præceptio, quam Laurentio, Marcelliano, Petro ac reliquis episcopis inscripta est. Sed Marcellianus Palmari conventui non interfuit. Quod vero studio egerant Laurentius & Petrus, ut a Symmachi conscientia ante judicii disceptationem abstinerent, ne præjudicium aliquod facere viderentur, id adversarii aliam in partem rapiebant, quasi de objectis Symmacho criminibus compertum ipsis exploratumque jam esset.

28 *Attributum visitatorem*.) Petrum episcopum Altinatem, qui a Theodorico rege, flagitantibus schismaticis ecclesiæ Romanæ, præter fas moremque datus fuerat visitator, quem propterea submoveri, ut ante dictum est, postulabat Symmachus. Acta synodi: *Spectans, ut visitator, qui contra religionem, contra statuta veterum, contra regulas majorum, a parte cleri, vel aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte cederet*. At Ennodius non solum Symmachi desiderium, ut æquissimum defendit, sed Theodorici etiam factum, quasi Symmacho ipsi visitatoris præsentia consulere voluerit, excusare conatur.

29 *Nullis tormentis subdenda*.) Ac proinde Symmacho, etsi contra ipsum testarentur, nihil obfuturum: quia non ignorabat, ut mox dicet, Theodoricus *servilem assertionem Innocentii examine non probandam*. Ita regii præcepti invidiam hac etiam in parte amolitur.

30 *Aliorum forte hominum causa*.) Et hic quoque illustris est locus de primatu summi pontificis, & prærogativa sedis apostolicæ.

31 *Dicas forsitan*.) Locus insignis ad eos revincendos, quibus factorum hodie locutum, neque ad vota & preces concipiendas, neque ad cælestia beneficia consequenda, nullum est discrimen.

32 *Quid Eulalii & Bonifacii*.) In schismate quod post Zosimi papæ mortem inter hos duos divisa in partes clero exortum est, cum propter factionum studia, utrius legitima fuisset electio, decerni vix posset, longinquæque protraheretur disceptatio, Honorius utrumque ab urbe interim jussit abscedere. Itaque Bonifacius ad S. Agnetis basilicam, Eulalius Antium secessit. Quod exemplum in Symmacho renovari volebant adversarii, ut una cum Laurentio pelleretur, sed dispar fuit ratio.

33 *Ergo quia dixerunt*.) Verba synodi: *Senatum amplissimum monentes & instruentes, causas Dei ipsi judicio esse committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam*. Qui in his verbis hæresim adstruebant, non in B. Lucam injuriæ, sed in Christum ipsum, qui apud Lucam loquitur, impii erant.

34 *Joannis apostoli scripta violari*.) Non tam verba ipsa Joannis citarat synodus, quam ex verbis sententiam. Sic enim habet: *Quamvis nullus est qui colliquescat, sicut Joannes testatur apostolus: Si dixero quia peccatum non habeo, mendax sum*.

35 *Prope jam iterum*.) Consilium olim mos fuerat pecunias in populum spargere, cum prorodebant, cum morem abrogarat Marcianus, lege 2. codice de consulibus. Itaque Ennodii tempore non spargebatur. Sed quia ejus novi consules in honoris sui auspiciis multa in pauperes erogare solebant, pristinum morem quodammodo, sed feliciori liberalitate, renovare videbantur.

Nota Severini Binii.

Ennodii vita à Sirm. Ennodius consulari progenie natus, Mediolani consul, ad quem epigrammata scripsit, connubiis, ex sponsa nobilis ac prudentiæ puellæ in meliorem statum collocatus, cum sponsa castam sanctamque vitam professus esset, insuper est Ticinensis ecclesiæ diaconus. Post hæc incidens in mortalem ægritudinem, ope sancti Victoris curatus est, ut suis ipse scriptis affirmat. Epiphanii Ticinensis, Laurentii Mediolanensis, aliorumque episcoporum vitas descripsit. Cumque schismatici superiore concilio condemnati adversus illud scripsissent libellum hoc titulo præmeditatum: *Adversus synodi absolutionem*, eoque prædictam synodum acerbissime carpsissent, jussu ejusdem sanctæ synodi scripsit hunc apologeticum libellum, qui dum patribus oblatus fuisset, in consessu eorumdem jussus est legi, & postea omnium suffragio non tantum inter alia synodalia, verum etiam inter pontificia decreta adnumerari meruit. Hujus libelli auctoritate, monitisque regis Theodorici schismatici ad concordiam & communicationem ecclesiæ redierunt, Romanoque pontifici Symmacho se rursum subjecerunt. Scripsit igitur hoc de re literis, Theodericum regem, de ecclesia optime meritum, quantumvis impius esset & Arianus, summopere commendat. Hic est idem ille Ennodius qui ex diacono Ticinensis ecclesiæ factus est episcopus, ad quem Hormisda pontifex epistolas infra extantes scripsit, & quem binis vicibus ad Anastasium imperatorem legationis munere fungentem ablegavit. Hoc libello refutat decem plus minus adversariorum objectiones & calumnias. Quarum prima est, non omnes sacerdotes ad synodum regia auctoritate vocatos. Secunda, non omnes qui interfuerunt consensisse. Tertia, impugnatores summi pontificis non auditos, eorumque accusationes non esse refutatas. Quarta, quod episcopi refragari fuerint regio mandato, cum in synodo deverunt, non esse regia synodum convocare, sed ipsius tantum Romani pontificis. Quinta calumnia erat, qua exprobrantes addebant, quod per defensionem jurium sedis apostolicæ, nihil aliud ab ipso prætentum esse viderentur, quam afferere Petrum & successores ejus cum privilegio sedis etiam peccandi licentiam a domino accepisse. Sexta erat, ex eo quod Symmachus se judicio episcoporum profitentem statuerit, falsum videri, quod prætendebatur a catholicis sedis apostolicæ præsulem minorum sententiæ non esse subjugandum. Septima, prodictos testes non fuisse examinatos: quorum testimonia, etiamsi domestica forent, refugisse non debuisset, cum Christus non detrectaverit se servorum judicio subjicere. Octava, nullum reperiri exemplum quod papa ad suorum criminum defensionem aliquem concilium convocarit. Nona, falsum esse quod dicebatur a rege synodum postulatam esse. Decima, non debuisse etiam quietem sua causa cognitionem sprevisse, qui conventionem pervenientes, cum populorum cœtibus examen intravit. Has omnes objectiones, quibus rationibus confutet, lector, si legat, facili negotio intelliget.

Occasio scribendi libelli.

Calumniæ refutatæ eorum.

EPISTOLA AVITI EPISCOPI VIENNENSIS

AD SENATORES URBIS ROMÆ

Communi episcoporum Galliæ nomine scripta.

De synodo Romana, in qua episcopos Italiæ, qui ad eam convenerant, culpandos docet, quod de pontificis Romani causa judicandum inferiores susceperunt.

Avitus episcopus Fausto & Symmacho senatoribus urbis.

PRimum fuerat talis status rerum desiderandus, ut ipsi per nos urbem orbi venerabilem pro dependendis divinis humanisque expeteremus officiis. Sed quia istud jamdudum per rationem temporum fieri posse cessavit, vellemus, quod fatendum est, vel eo securitatis accedere, ut quæ in causa communi supplicari oportet, amplitudo vestra congregatorum Galliæ sacerdotum relatione cognoscere. Sed quoniam hujus quoque nos voti compotes reddit provincia præfixis regnorum determinata limitibus, quam primum supplici prece poco, ne celeberrimo ordini vestro pagina hæc aliquod moveat quasi ab uno directa fastidium; quoniam a cunctis Gallicanis fratribus meis ad hoc ipsum non minus per mandata quam per literas oneratus, quæcumque a vobis omnes ambimus, unus suggerenda suscepi. Dum de causa Romanæ ecclesiæ anxii nimis ac trepidi essemus, utpote nutare statum nostrum in lacessito vertice sentientes, quos omnes una criminatio utique sine invidia multitudinis percusserat, si statum principis obruisset: perlata est solicitudini nostræ ab Italia in exemplaribus sacerdotalis formula decreti, quam de papa Symmacho apud urbem collecti Italiæ antistites ediderunt. Quam constitutionem licet observabilem numerosi reverendique concilii reddat assensus, intelligimus tamen tantum Symmachum papam, si sæculo primum fuerat accusatus, consacerdotum suorum solatium potius*, quam recipere debuisse judicium: quia sicut subditos nos esse terrenis potestatibus jubet arbiter cœli, staturos nos ante reges & principes in quacumque accusatione prædicens; ita non facile datur intelligi, qua vel ratione, vel lege, ab inferioribus eminentior judicetur. Nam cum celebri præcepto apostolus clamet, accusationem vel in presbyterum recipi non debere, quid in principatum generalis ecclesiæ criminationibus licere contendum est? Quod synodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens, caulam quam (quod salva ejus reverentia dictum sit) pene temere susceperat inquirendam, divino potius servavit examini: perstringens tamen, prout breviter potuit, nihil vel sibi, vel gloriosissimo viro Theuderico regi, de his quæ papæ dicebantur objecta patuisse. Quibus cognitis, quasi senator ipse Romanus, quasi Christianus episcopus obtestor, (sic divinitatis, quam colitis, dono temporibus vestris prosperitas optata succedat, sic dignitas, qua floretis, universo orbi speciem Romani nominis mundo labente contineat) ut in conspectu vestro non sit ecclesiæ minor, quam reipublicæ status; quodque vobis Deus posse præstitit, prosit & nobis: nec minus diligatis in ecclesia vestra sedem Petri, quam in civitate apicem mundi. Si profundo illo tractatus vestri consilio rem videtis, non ea tantummodo quæ Romanæ geritur causa cogitanda est. In sacerdotibus ceteris potest, si quid forte nutaverit, reformari: at si papa urbis vocatur in dubium, episcopatus jam videbitur non episcopus vacillare. Nostis bene inter quas hæretum tempestates, veluti ventis circumflantibus, fidei puppem ducamus. Si nobiscum hujusmodi pericula formidatis, expedit ut gubernatorem vestrum participato labore tueamini: alias autem quæ ratio est, si nautis in magistrum ren-

* edificare

rentibus non sine illorum periculo cedatur isto discrimine? Reddet rationem qui ovili dominico præest, qua commissam sibi agnorum curam administratione dispensset: ceterum non est gregis pastorem proprium terrere, sed judicis. Quapropter reddite nobis principalem, si tamen necdum est restituta, concordiam: quia clienti vestro, venerabili Symmacho presbytero, idcirco laborem hujus fatigationis injunximus, ut nobis in vestrarum oraculo literarum per redintegratæ pacis nuntium supplicationis nostræ referret effectum.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Avitus Fausto & Symmacho*.) Hujus epistolæ, præter codicem epistolarum Aviti, aliorum exemplar in regia bibliotheca nacti sumus. Missam constat post synodum IV. Palmarem in causa Symmachi papæ, quæ Romæ habita est X. Kalendas Novembres anni 501. Quare vel hoc ipso anno exeunte scripta est, vel proximo incunte.

AMPLIORES EJUSDEM NOTÆ.

* Ex edictione Fausto & Symmacho senatoribus.) * Non senatores omnino, modo, sed patricii ambo, & ordinarii consules fuerunt Avitus, ait, Faustus anno Christi CDXXCIII. Biennio post anno 1032. Symmachus, uterque sine collega. Ad hos ergo, tamquam præcipuos in urbe dignitatis proceres, suo & Gallicanorum omnium antistitum nomine, scribit de synodo Romana, & judicio in ea adversus Symmachum papam Theoderici regis auctoritate constituto expostulans, Italiæque episcopos perstringens, quod de contumaciore judicium inferiores reperiat.

Sacerdotalis famæ decreto.) Extat hoc decretum in synodo Rufio Magno Fausto Avieno consule habita anno Christi DII. *Decernimus*, inquiunt, *ut Symmachus papa, sedis apostolicæ præsul, quoniam ad homines respicit, quia totum constat divino arbitrio fuisse dimissum, sit immunis & liber, & Christiana plebs, sine aliqua de objectis oblationes, in omnibus ecclesiis suis, ad jus sedis suæ pertinentibus, tradat divina mysteria*. Quare dubium non est, quin synodum istam Avitus intelligat, quæ in codice Narbonensi, aliisque vetustioribus, quarta & palmaris reste inscribitur. Falso enim recentiores, palmaris nomen synodo alteri tribuunt, quæ Avieno juniore consule celebrata est, cum in ea nec decreti hujus sit mentio, nec absolutionis Symmachi, quam in palmari editam constat.

** Hæc porro S. Aviti ad Romanos epistola revocat mihi in memoriam concilium in urbe Lugdunensi sub Gundebaldo Burgundionum rege saltem ante annum 514 celebratum, incerto quidem tempore, sed non loco: de quo paucis ac veluti perfunctorie agit initio epistolæ 28. ad eumdem regem conscriptæ. *Redimus ab urbe Lugdunensi sanctus Charterius episcopus* (incertæ sedis antistes) *in qua nobis de concilio discedentibus ad privata quædam negotia expediendo residere, quæstionem sibi tua magnitudo omnibus nobis proposuisse vos retulit. Quæ si fuisset coram papatu indicata, subministranti sancto Spiritu facile fuisset indicata, submissæque quæ ad causam pertinebant suggeri potuerunt &c.*

SYNODUS ROMANA V.

DUCENTORUM OCTODECIM EPISCOPORUM

* Sub Symmacho Papa,

Tempore Theodorici regis, indictione nona, anno Domini [1] DIII. *celebrata*.

* Præsidente sancto ipso papa

POst consulatum Avieni, cum in unum, annuente domino, ante confessionem B. Petri apostolorum principis resedissemus, sancta synodus dixit: Libellus qui synodali auctoritate contra eos qui adversus quartam nostram synodum, quæ habita est Romæ * Palmari, mutire præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in præsentia omnium legatur atque roboretur. Quo recitato, & ab omnibus consona voce comprobato, sancta synodus dixit: Hæc futuris temporibus * reserventur, atque ab omnibus teneantur, & in omnibus serventur. Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ, & quintæ synodorum nostrarum actiones interponatur, & ita sicut harum synodorum decreta habeatur: quia synodali auctoritate conscriptus est & roboratus. Ad quæ ter beatissimus papa respondit: Juxta vestram omnium fiat voluntatem, & ut judicatis, apostolica habeatur auctoritate, & inter apostolica, quod dicitis, interponatur decreta, & sicut cetera apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter una voce responderunt, dicentes: Ut fiat, rogamus: Ut fiat, rogamus: Ut fiat, rogamus. Postque clamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris. Illi qui papam Symmachum accusaverunt, & damnationem ei inferre tentaverunt, & illi qui eum judicaverunt, aut contra nostram synodum garrire, aut scribere præsumpserunt, ut damnentur rogamus. Et paulo post omnes episcopi & presbyteri voce magna clamantes, dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictum est octies. Cujus sedem & annos. Dictum est decies. Ut fiat, rogamus. Dictum est duodecies. Quibus cessatis, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Quoniam fraternitas vestra singulari caritatis studio, pio ac vigilanti affectu, indefessis laboribus ac spiritu vivaci studuistis, venerandi patres, tutelam rerum ecclesiasticarum fovere, sedem apostolicam (quæ solida Petri confessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni, domino sic disponente, præsumus: ac parvitatem nostram jamdudum multis afflictionibus impulsam virili protectione defendistis, oblocutoribus & susurrantibus resistendo, qui novis semper insidiis semper aliquid adversum nos & famam nostram moliuntur, quos spiritus ille divisionis continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica, & discordia placens: & quia vestra bonitas curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, * & parilem circa ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplationem animi * præstet, flagitamus, ut circa insidiatores & pertecu-

* palam mutire. Palmario mutire.

* conservetur.

* etiam

* præstet,

[1] Anno 504. habita fuit, ut arguit Pagius allatus ad finem hujus Concilii.

* vestros

custores * nostros mitius agatis. Et licet justo damnentur, propter misericordiam tamen conserventur, ut in nobis illa domini declaretur sententia, qua præcipitur, ita fratribus dimitti, sicut sibi a domino cupiunt dimitti. De cetero vero, ne unquam talia non solummodo in apostolicæ sedis præsulem a quoquam præsumantur, sed nec in ullo Christianorum episcopo usurpentur. Non ergo necesse est super his nova condere, sed vetera recitare atque firmare. Est enim a multis antecessoribus nostris synodaliter decretum atque firmatum, ut oves, quæ pastori suo commissæ fuerint, eam nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, præsumant: nec ullatenus pro quacumque re alia, nisi pro sua injustitia, accusare audeant: quoniam pastorum actus gladio oris non sunt feriendi; quamquam rite * reprehendi æstimentur. Nec ullos episcopos suis rebus expoliatos, vel a sedibus vi aut dolo, aut quocumque ingenio pulsos, sicut & vos de nobis judicastis, aut ad synodum tam provincialem, quam generalem posse convocari, aut in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati eorum pacifice per omnia redintegrentur, decernimus. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ sublatæ sibi sunt, cum omni privilegio suo restitui, & postmodum non sub angusto temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, & ab omnibus quibusque provinciæ suæ episcopis audiantur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest expoliatus, vel expulsus quia non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus.

Matth. 6.

a. 4. 7. Omnes quæ sequuntur usque ad finem: Quid ad hæc vobis, &c. habentur in ult. decr. Eusebii, & in ep. decr. Joannis I. P. in 2. q. 2. in scripturis.

* reprehendendi

Unde & antiquitus decretum est: Omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, ante contestatam litem, * perceptor * aut primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: ille qui violentiam pertulit, universa in statu, quo fuerant, recipiat: & quæ * possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis, & regum edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel ejectis episcopis, præsentialiter ordinatione pontificum, & in * eorum unde abscesserunt * potestatem funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quascumque injustas causas res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum convocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in evangelio scriptum est: Quod *si aliquid defraudavi, reddo quadruplum*. Et in legibus sæculi cautum habetur. Qui rem subripit alienam, illi, cujus res direpta est, in * unde cuplum, quæ sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui: & dicet omnis populus: Amen*. Talia ergo non præsumantur absque * ulla ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo procedentibus, vel qui cum inimicis immoranturur, aut suspecti sunt, ne credatur: ne irati, nocere cupiant: ne insi, ulciici se velint.

* præceptor
* quod si, perceptor, primo p. 6.
* possidet
3. quæst. 1. Redintegranda sunt.
* eum
* statum
Vide decr. Ivo lib. 6.
Luc. 19. 11. quæst. 2. in legibus.
* decuplum
Deut. 27.
* deest hæc vox in Mf. 3. quæst. 1. Accusatoribus vero.

Quid ad hæc vobis (carissimi fratres) videtur prudentia vestra pro ecclesiastica quiete vel indemnitate, universi edicite. Universa synodus dixit: Episcopalem persecutionem: & ecclesiarum abscissionem, vel vastationem, atque servorum Dei infestationem, sulti prædicta auctoritate & omnium sanctorum patrum prohibitione, vestraque consolatione, communi tractatu periter in futurum robuste ac veraciter amputantes, sanctorumque patrum statuta firmantes, expressis sententiis sancimus, ne unquam talia a quoquam nostris aut futuris temporibus præsumantur. Et silentio facto, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, & talia præsumpserint, quid super his vobis videtur, pari adunatione manifestate. Cumque surrexissent, & paulo post iterum consedissent, una voce dixerunt: Si quis hæc quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt infringere præsumpserit, aut voluntarie transgredi tentaverit: si clericus est, gradu proprio penitus careat: si vero monachus aut laicus fuerit, communione privetur. Et si non emendaverit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero insidias, vel manifestas, pontificibus a quibuscumque illatas, vel ea quæ hujus sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad * ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur, honore: & hi qui adversa eis moliuntur, sicut a sanctis patribus dudum statutum est, & hodie synodali & apostolica auctoritate firmatur, penitus abiiciantur (a) & exilio, suis omnibus sublatis, perpetuo tradantur. Hæc vero quæ in hac sancta synodo statuta sunt, & ea quæ in libello quem Ennodius nostra auctoritate conscripsit, sicut in præsentia nostra relecta sunt, ut propriis manibus roborentur, rogamus, atque ut in perpetuum conserventur, (sicut prædictum est) vestra apostolica auctoritate firmentur. Symmachus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ episcopus dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentia suscipient gesta *. Adjecitque, & dixit: Ea quæ ad * succidendos veternosæ præsumptionis errores, vel insenæ pontificibus præsumptionis morbos, quibus status affligi solet ecclesiæ, servorumque ejus, deliberatio religioni congrua pacique constituit, perpetua socientur firmitate: ut annuente domino, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicujus * distinctione * venire præsumpserit, imposita superius districtione plectatur. Universa synodus dixit: Ut scandala amputentur, & insidiæ atque detractiones erga episcopos vitentur, rogamus: dictum est duodecies. Et facto silentio, universi in sancta synodo congregati, dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho vita: dictum est octies. Hic est pax cum Symmacho: dictum est octies. Cujus sedem & annos: dictum est decies. Ut de præsenti fiat: dictum est duo decies. Et paulo post, cum resedissent, facto silentio, universa synodus dixit: Quisquis clericorum

3. quæst. 1. Accusatoribus vero.
* ecclesiasticum
* vigeatque sobmoveendo
* distinctione contraveniente

(a) Bersedus legendum censet: *& exilio*; sicut & inferius in Synodo VI. in simili dictum: *perpetuo damnatione exilio*. Mansi.

corum, aut monachorum, aut laicorum, tam majoris ordinis, quam etiam inferioris, post hanc formam a nobis prolatam, his decretis contraire præsumpserit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Et subscripserunt.

[1] Cœlius Symmachus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Petrus ecclesiæ Ravennatis episcopus, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Felix episcopus Interamnensis subscripsi.

Stephanus episcopus Cordubensis subscripsi.

Fortunatus episcopus ecclesiæ * Valensis subscripsi. * Valensis

Benignus Aquævivensis.

Joannes * Spoletinus. * Spoletanus

Romulus Prænestinus.

Stephanus Venusinus.

Candidus * Tiburtinus. Tudertinus

Valentinus Amiterninus.

Fortunatus Fulginas.

Chrysogonus Albanensis.

Eutychius Tranensis.

* Amandus * Protentinus. * Amantius * Porcarius

Laurentius Bobiensis.

Molensius Centumcellensis

Eusebius Fanestrensis.

Romanus Nomentanus.

Propinquus Trebias.

Asterius Aquinas.

Silvanus Veliterninus.

Epaphroditus Tamassenus.

Quintus Phociensis.

Helias [3] Bleandrenus.

Paulus Tripolitanus.

Polycarpus Gabalenus.

Patricius [4] Cressensis.

Menecrates [5] Caryssensis.

Florentius Sardeorum Lydiæ

Julianus [6] Hypepennus.

Paulinus Perperennensis.

* Meonius Nyssenus. * Maeonius

Proterius Myrrhinensis.

Hesperius Pytanensis.

Olympius * Evazonensis. * Evazonensis

Rufinus Briulitanus.

Philippus * Neasaulitanus * Theodosiopolitanus.

Isaac [7] Elearchiæ.

Basilicus * Palescensis. [8] * Palæspolitanus.

Didymus Lapetensis. [9]

Justus * Firmanus. * Simiensis

Ariston Ostiensis.

Augustus Liparitanus.

A Rusticus Buxentinus.

Venantius Senogalliensis.

Victor Lunensis.

Innocentius * Triferninus. * Tiferninus

Bonifacius Forosflaminiensis.

Sebastianus Soranus.

Asellus Populoniensis.

* Elpidius Volaterranus. * Elpidius

Projectitius Foronovanus.

* Venerius Polensis. * Venerius * Colonius

* Colonius Foroclodiensis.

Probus Camarinensis.

Vindemius Antiatinus.

Proculejanus Sepinas.

Fortunatus Anagninus.

B Paschasius Vulturnensis.

Martianus * Æsinus. * Ecanensis.

Bassus Mutinensis.

Pacatianus Comacienſis.

Maras * Cordiluſensis. * Comaclienſis.

Macedon * Magidensis. * Mardonensis.

Marcellinus Isidensis.

Paulus * Plogonensis. [10] * Plogoriensis.

Teodorus * Lysiniensis * Lisinienſis

Neon Silviensis.

Theophilus Arassensis. [11]

Epiphannus Pergensis.

Leucius Fani Apollinis.

Alcimedes [12] Celandiensis. Addit hic c. Inst. Subscripserunt & alii plurimi episcoporum.

Eupythius Stratonicia.

C Dionysius Attaliensis.

Andreas Salenus. [13]

Amachius Stectoriensis.

Croton [14] Pertensis.

Philippus Balburensis.

Theodorus Antiphellenus.

Leontius Araxenus.

Antipater Caunenus.

Esaias Eleitanus.

* Cratinus Panemutensis. * Gratianus Phaeremutensis.

Andreas [16] Tlosorum. * Phaphareos

Nicolaus Ariassenus. * Panormensis

Romanus Bobonensis.

Onesiphorus Iconiensis.

Neoptolemus [17] Cornensis.

D Paulus Derbensis.

Plutarchus Lystrensis.

Eugenius Canorum.

Rufus Hydæ.

Tyrannus Homonadensis.

Acholius Larandenus.

Proclus [18] Argissenus.

Leontius Magnesiæ Mæandri.

Mamas Anemurii.

Cyriacus * Ægeæ.

Valerianus * Bastianensis. * Bendeotanus.

Photinus [19] Chytrennus.

[20] Echius Arsinoensis.

Soter Theodosiensis.

Heliodorus Amathuntis

Olym-

---

1 Sunt eadem subscriptiones in mſ. Cod. Parisſ. sed non eodem ordine. Et præmittuntur illæ Symmachi epistolæ decretali ad Cæsarium Arelat. *Hard.*

2 Forte, *Bolandenus*, in Lydia. *Hard.*

3 Forte, *Aradensis*, in Lydia. *Hard.*

4 *Corassensis*, in Lydia. *Hard.*

5 In Provincia Asia, et & aliquot alii sequentes. *Hard.*

6 In Provincia Asia. *Hard.*

7 In Ægypto Secunda. *Hard.*

8 Forte, Palæbisensis, in Libya secunda. *Hard.*

9 In Cypro. *Hard.*

10 Pro, *Plogonensis*, Hard.

11 Pro, *Ariassensis*. Hard.

12 Forte, *Stlandrensis*, vel *Stlandensis*, in Lydia, *Hard.*

13 Pro, *Sanaiensis*. Hard.

14 In Lycaonia. *Hard.*

15 Lege, *Panemotichensis*, in Pamphylia secunda. *Hard.*

16 Est in Lycia, Τλὼς, ubi & Ariassus, & Bubsir. *Hard.*

17 In Lycaonia, ubi & *Derbe*, & *Lystra*, & *Iconi*, & *Hyde* &c. *Hard.*

18 Forte, *Argissenus*, in Hellespento. *Hard.*

19 Forte, *Sebastensis*, in Cilicia. *Hard.*

20 Est Χόρων in Cypro, ubi & *Arsinoe*, & *Amathusa*, & *Constantia*. Hard.

21 Lege, *Proculejus* ut in Cona. Chale. *Hard.*

Olympius Constantiensis.
Batrachus Nani insulæ.
Tryphon Chii insulæ.
Florentius Mitylenæ insulæ.
Joannes Rhodiensis insulæ.
Gennadius [8] Mosinensis.
Eusebius Dioclitæ.
Johannes Trapezopolis.
Philippus [*] Egritanus. [9] [* f. Ægialitanus.]
Tomas Theodosiopolitanus
Gennadius Acmonensis.
[1] Charites Dionysiopolitanus
Paulus [4] Aristensis.
Matthias Themisoniensis.
Eulalius Siblienſis.
Amphilochius Sidensis.
Gajus Syedriensis
Eudoxius [5] Itoanensis.
Marcellinus Corydallensis
Eusebius [*] Cotyajorum
Obrimus Coracesii.
Romanus Myrensis
Aristocritus Olympensis.
Eudoxius Chomatensis.
Palladius [6] Candybensis
Cyrinus Patarensis
Stephanus [*] Lymitensis [* Limitensis.]
Zenodotus Telmessi.
Maximus [*] Cimolensis. [* Zetiloensis.]
[*] Musonius Limenensis [* Musianus]
Florentius Adrianopolis
Bassonas [*] Neapolitanus. [* Neapolitanus.]
Messalinus Laodicensis
Fontejanus Sagallassenus
Olympius Sozopolis
Alexander Seleucienſis
Valerianus Aphrus.
Eusebius Clazomenus.
Thomas Valentinianopolis.
Thomas Alalcomenus
Pergamius Antiochenus.
Eutropius Adadensis
Paulus Philomeliensis
Strategius Polybotensis [* Polydoresis.]
Basilius Nacoliæ
Eustochius Docimeus
Cyriacus Eucarpiensis
Abertius Hierapolis.
Epiphanius Mydaiensis.
Philippus Lysiadis.
Mocinius Hephæstiensis.
[*] Myrus [*] Euladrensis. [7] [* Mirus * Bleandrensis.]
Eusebius Dorylei.
Marinianus Synnadensis.
Calandion [*] Alicarnassenus.
Joannes Gnidi.
Theodoretus Alabandenus.
Tynchanius Apolloniensis.
Longinus Apamenus.
Theotecnus Tyri.
Eorticius Metropolitanus.
Cyrus [*] Siniandensis. [* Syniandensis.]

A Libanius [8] Parilyconiæ.
Modestus Sebastensis.
Daniel [9] Cadis. [9] [* Cadoensis.]
Nunechius Laodicen Trichitarum.
Aquilas [*] Aurocyrorum. [10] [* Acrocerunorum, al. Acrocerunorum.]
Joannes Amyzonensis.
Eupythius Stratonicensis.
Menander Heracleus [*] Lemnos. [11] [* Lemni.]
Papias [12] Frestonensis.
Placcus Jassensis.
Joannes Alyndensis.
Dionysius Antiochenus.
Critonianus Aprodisius.
Ætherius Smyrnensis.
Stephanus Ephesinus.
B Patricius Adramytteus.
Daniel Lampsacenus.
Hermias Abydensis.
Theosebius Ilii.
Stephanus Patavii Asiæ.
Pionius Troadensis.
Eulalius Pionienſis.
David [13] Anderanensis.
Thalassius Parii.
Petrus Dardanensis.
Diogenes Cyzicenus.
Olympius Prusiadensis.
Theophilus Hadrianopolis.
Apragmonius Tiensis.
Theodorus Heracleensis
C Calogerus Claudiopolis.
Theodorus Xoanensis.
Polychronius [*] Daclis. [* Dabiis.]
Rhenus [14] Juliopolis.
[*] Ætherius Pompejopolis. [* Etherius]
Petrus Gangrenus.
Antiochus Sinophenus.
Atticus Zelensis.
Uranius Himèrorum.
Paralius Andraponensis.
Leucadius [15] Tiniensis.
Euphrasius Laganiensis.
Mysterius Amorii.
Aquilas Eudoxiadis.
Cyriacus Trocmadensis.
D Pius [*] Pentenissensis, [16] [* Petenissensis.]

Notæ Severini Binii.

a *Synodus Romana V.*) Hoc concilium celebratum & congregatum est hac occasione. Schismatici superiore concilio condemnati, qui delictum suum detestati & ad unitatem catholicæ ecclesiæ redire debuissent, linguis & calamis superiorem suam concidium corrumpere conati, editoque adversus prædictam synodum libello, eam acerrimis injuriis & contumeliis prosciderunt. Titulus libello præmorato fuit iste: *Adversus synodi absolutorium.* Ut ergo decreta legitima sancita confirmarent, episcopi iterum coeuntes, provinciam maximi ponderis tradiderunt Eunodio diacono, ut adversus objectiones schismaticorum apologeticum libellum scriberet, scriptumque sanctæ synodo legendum offerret. Quod cum ille præstitisset, libellum in pleno omnium patrum consessu recitatum, & magno applausu approbatum, non tantum inter acta synodalia, verum etiam inter pontificia decreta annumerari properarunt. Occasio celebrandi concilii. Acta concilii.

1 In Phrygia Pacatiana. *Hard.* 2 Forte, *Ægiaeus*. Hard.
3 Idem, *Charites*, in Conc. Chald. *Hard.*
4 In Phrygia Pacatiana, ubi & *Themisonium*, & *Siblia*. Hard.
5 Est & in Pamphylia Εἴτοανα. Est hic *Eudoxius Itoanensis*, in Conc. Chalc. *Hard.*
6 Est in Lycia Κανδύβων. *Hard.* 7 In Phrygia Salutari. *Hard.*
8 Forte, *Parlai*, in Pisidia, ubi & Siniandus. *Hard.* 9 In Phrygia Κάδοι. *Hard.*
10 Sunt in Phrygia, Ἀόρρεκλα, vel Ἀόκυρα. *Hard* 11 Est *Heraclea Lacmi* in Caria. *Hard.*
12 Forte, *Bresonis*, ab Βρέσος, in Caria. *Hard.* 13 Ἀνδρῶν in Provincia Asiæ. *Hard.*
14 Pro, *Juniopolis*, ut in Conc. Chala. *Hard.* 15 Est Κίον & Ἀνγαρία in Galatia. *Hard.*
16 Lege, *Pitanensis*, in Galatia secunda. *Hard.*

gerunt. Deinceps, cum omnes episcopi accusatores Symmachi & Palmaris synodi condemnari postulassent, Symmachus papa fidem domini exemplo ignoscendum esse persuasit. Reformatum est etiam illud antiquum decretum, ne antea causam fidei populus episcopum suum accuset, quodve restituendi sint spoliati episcopi, antequam coram aliis episcopis causam dicere cogantur.

Subscriptio infpofta fidei

b *Ducentorum octodecim episcoporum.*) In subscriptione plurimi orientales nominantur, qui concilio Chalcedonensi ante annos quinquaginta duos interfuerunt, & quorum post decem annos a tempore dicti concilii nulla mentio reperitur. Unde probabile esse apparet, quod hæc subscriptio non sit Romana, sed alterius cujusdam synodi longe ante hac tempora celebratæ. Baron. an. 503. num. 9.

A *presentia omnium legatur* &c. *Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus suscatur, atque inter quarta & quinta synodorum nostrarum Actiones interponatur, & ita sicut harum synodorum Decreta habeatur: quia synodali auctoritate conscriptus est, & roboratur.* Ex quibus intelligimus synodum quartam Palmaris Ennodio mandasse ut libellum Apologeticum pro quarta synodo, & *Symmacho* papa elucubraret, nisi quis credere malit, synodum V. ubi congregata est, hoc mandatum *Ennodio* dedisse, & libello confecto eumdem synodum robur confirmationis suæ addidisse. Certe titulus libelli schismaticorum citatus, hunc post synodum quartam absolutam, conscriptum fuisse demonstrat. Quare recte Baronius num. II. censuit, libellum illum *Ennodii*, intra tempus unius ejusdemque synodi, & exaratum & approbatum esse. Quod si ita sit, hæc verba quæ leguntur ipso initio synodi Romanæ V. *post consulatum Avieni*, anno scilicet DIII. non possunt non censeri addititia; cum synodus IV. mense Octobris currentis anni adhuc haberetur, & non modicum tempus insumendum fuerit tam a schismaticis, ut libellum suum componerent, quam ab Ennodio, ut ad illum responderet, & a tot episcopis ad eam synodum convocatis, ut Romam definito tempore venire possent. Quare hæc synodus V. Romana ante annum sequentem cogi non potuit. Initio hujus synodi forte scriptum fuerat *post consulatum Avieni II.* qua formula anno sequenti usurpari potuit, & librarii utramque notam numeralem omisere. Certum in codice MS. Victorino libellus *Ennodii*, inter quartam & quintam synodos Romanas, integer descriptus; in editione vero Labbeana inter synodum III in qua *Odoacris* regis leges abrogatæ, & quintam perperam interpositus, ut patet ex dictis.

B

Observatio P. Antonii Pagi

ad annum Christi 503. num. 11.

Postquam synodus *Palmaris* hoc anno celebrata fuit, & Symmachus a criminibus, quibus ab adversariis impetebatur absolutus, reperti sunt ex iis aliqui, qui contra synodum IV. Romanam scripserint opus, cui titulus erat: *Adversus Synodum absolutionis incongruæ*. His ex synodi mandato respondit Ennodius, ut legitur initio synodi Romanæ V. ubi dicitur: *Libellum qui synodali auctoritate contra eos, qui adversus quartam nostram synodum, quæ habita est Romæ* (præsenti scilicet anno) *palam multa præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in*

AD SYNODOS ROMANAS

In causa Symmachi Pontificis

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

In meis ad Pagii criticam Baronii animadversionibus hæc olim in rem præsentem adnotavi.

Ex Manuscripto Suppl. tom. I. pag. 379.

QUæ hic Pagius erudite discutit, Viris doctis minus probantur, ea præsertim quæ de transponendis synodis hic ab eo operose disputantur. Quare nos hic rectiorem ordinem chronologicum historiæ synodorum in causa schismatis hujus constituere adnitemur, non quidem ad mentem nostram, sed ex sententia PP. Bollandianorum ad vitam S. Symmachi, die 19. Julii pag. 639. facem etiam præferente veteri fragmento vitæ S. Symmachi, vulgato a Cl. Josepho Blanchinio ante IV. tomum Anastasii novissimæ editionis Romanæ pag. LXIX. Igitur primo displicet PP. Bollandistis, & nobis cum illis, quod Pagius anno 500. Synodum quamdam a Symmacho coactam statuerit pro demandando Laurentio olim Antipapæ episcopatu Nucerino. Nihil enim de hoc concilio apud Anastasium, apud quem legitur tantummodo coacta synodus, (anni scilicet 499.) & Laurentius in Nucerinum episcopum renunciatus, non quidem in eadem synodo, cui archipresbyteri nomine subscripsit, sed paulo post. Displicet etiam, quod synodum sub Fausto Aviano e sede sua anni 501. removens, in annum 503. perperam rejecerit. Porro illa in vulgatis actis coacta legitur consulatu *Rufi Magni Faustii Avieni die X. Kalendas Novembris*; nempe anno 501. idque non semel in iisdem actis legitur, sed & repetitur persæpe & in aliis documentis, ut in præcepto Theodorici regis dato *VI. idus Augusti Rufo Magno Fausto Avieno V.C. Cos.* in quo mandasse ic dicit episcopis, ut itecrum ad Kalendas Septembris convenirent. Tum & eodem Consule notatur alia regis præceptio missa ad PP. qui ad synodum convenerant die VI. Kalendas Septembris. Difficile autem quis crederet has omnes Consulatus notas supposititias & intrusas esse. Ita ergo chronologiam hanc restituo. Petrus Altinensis missus fuit visitator anno 501. circa festum Paschæ. De festo Paschæ ita in fragmento. *Pro diebus Paschalibus ab omnibus pene Vir venerabilis Petrus Altinatis episcopus* (ita scribit Author Schismati Laurentiano favens) *a Rege Visitator ecclesiæ Romanæ deposcitur*. Statimque coacta est Romæ synodus, ut idem Author subdit. *Et post sanctam festivitatem synodus in Urbem Romanam pro voluntate Senatus & Cleri, jubente rege, convenit.* Prior hæc episcoporum convocatio innuitur etiam in illa regia præceptione missa ad episcopos Romæ agentes die VI. idus Augusti verbis illis. *Ad hunc se transitum consilii* (nostri) *cura convertit, ut rursum ad Kalendas Septembris diem eundem conferrimus Sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus.* Et inferius, synodum hanc futuram *secundum conventum* rex appellat, secundum nempe post primum eodem anno post Pascha habitum. Quod autem synodus hæc prior sub Pascha anni 501. celebrata fuerit, discimus ex variis Theodorici rescriptis, ex quibus collegisse videmur eodem anno duos conventus episcoporum habitos fuisse; constat autem secundum conventum ad annum 501. notatum consulatu Rufi Faustii Avieni perti-

pertinere. Actum fuit in priori concilio de accusationibus in Symmachum ab adversariis ejus objectis, sed illo recusante coram eadem synodo se sistere; quanquam id vehementer urgebant adversarii, tandem Patres illi rebus quantum valuerunt *pro Symmachi persona constituit*, ait Fragmenti Author, *Urbem in summa confusione derelinquunt*. Hæc summa est rerum in priori concilio gestarum. Iterum vero episcopi illi eodem anno a Rege jussi sunt convenire; & hæc synodus tertia est inter synodos sub Symmacho habitas; secunda vero inter conventus anni 501. Hanc vero Author Fragmenti, vel prorsus silet, quod Laurentio, cujus partibus favebat, iniqua fuit, vel cum priori illa eodem anno habita confundit & continuat. Ad hanc secundam synodum pertingit periodus annorum quatuor incompletorum, qui ab Anastasio in vita Symmachi ante synodum ejusdem pontificis causæ propitiam enumerantur. Cœperunt illi ab exordio schismatis anno scilicet 498. Post hæc, si Authori Fragmenti credimus, ecclesia licet universa Symmacho adhærebat, adhuc tamen Laurentius a Schismaticorum factione in Urbem revocatus fuit, in qua annis quatuor mansit, non cessantibus subinde schismaticis turbas ciere, & regis animum perrentare, donec per Dioscorum diaconum Alexandrinum (quem alium credimus a Dioscoro Juniore schismatico, qui non diu post, anno scilicet 517. in solium Alexandrinum conscendit) requisitus Theodoricus, titulos omnes Romanæ Urbis Symmacho adjudicavit, *& unum Romanæ Urbi voluit esse pontificem*. His spoliatus Laurentius ex Urbe secedens in prædia Patricii Festi concessit, ubi *sub ingenti abstinentia terminum vitæ sortitus fuit*, anno nempe 505. vel 504. Hæc fragmenti Author, qui silentio involvit præter ea quæ supra innuimus, aliam etiam synodum a Symmacho convocatam anno 502. VIII. iduum Novembris *Flavio Avieno V. Cl. Juniore Cos.* Hanc synodum recte Pagius collocat, ut patet legenti ejus criticam ad annum 502. 4. Sed in eo peccat, quod inverso ordine hanc præposuerit synodo habitæ anno 501. quam proinde ad annum 503., resecta Consulatus nota, rejicit. An vero Ennodii libellus pro Symmacho in synodo anni 501. vel in altera anni 502. prodierit, definire meum non est. PP. Bollandistæ censent editum illum fuisse post synodum anni 502. quæ quarta & palmaris dici & haberi debet, in qua absolutio Symmachi iterum confirmata, adversarios iterum exasperavit; qui propterea libellum adversus eundem pontificem ediderunt, cui Ennodius respondit.

Hæc scripseram de causa Symmachi & Laurentii, quæ Vir non scientia minus quam dignitate summus, cui adnotationes hasce meas libens subjeci, ita probare se significavit, ut duo tamen majori expositione indigere arbitraretur. Si enim, ajebat, Symmachus, qui anno 498. exeunte cœpit, anno tandem 501. mense Septembri absolutus fuit, spatio annorum quatuor, quos ab ejus assumptione ad novum usque Schismaticorum molimen excurisse notat Author Pontificalis, locus nullus superesset, eum ne integrum quidem triennium intercessisse. Insuper geminæ illæ synodi anni 501. unica potius longius prorogata, quam duæ plane diversæ haberi posse videntur.

His viri doctissimi animadversionibus hæc reponimus. Pontificalis liber in iis quæ ad notas numerales pertinent, corruptissimus est, utpote dum ex variis lectionibus, quæ ex variis ejus MSS. codicibus resultant, intelligimus; sed & constat ex correctionibus quas Chronologi magni nominis in ejus textum sæpe inserre cogunturi. Id plane ad sensum patet ex collatione Catalogi Blanchiniani, cuem nos in nota ad Pagium 557. a cœvo confectum demonstravimus. Si enim illum cum libro Pontificalis, quoad tempus sedis aliquorum pontificum conferas, intelliges profecto, quam sæpe librum hunc sequentes aberraremus. Agapetus ex catalogo sedit *menses undecim*, *dies octo*, cum in Pontificali sint menses XI. dies XVIII. Silverius ex Pontificali sedit anno uno, mensibus V. diebus XI. ex catalogo vero mensibus IX. tantummodo. Quibus ita se habentibus, facilius mendum in Pontificalem librum, quoad numeralem notam, irrepsisse reputaremus, quam falsi arguerem. Consulis nomen in Synodalibus actibus toties repetitum. Si quis tamen contenderit quatuor hos annos retinendos esse; hic me attentionem facile habebit, si annos utrimque incompletos, pro more apud veteres nonnullos Chronologos recepto, supputaret. Id enim si admiseris, anno 501. quadriennium, de quo in libro Pontificali, habebis.

Id vero quod ait vir doctissimus de unica synodo ad plures menses prorogata, minus habet indaginis. Cum enim prima hujus anni synodus post Pascha habita fuerit; ac dein Theodoricus die VI. idus Augusti conventum episcoporum ad mensem Septembris indixerit; habitam hanc mense Septembri synodum, nova convocatione accitam, a paschali illa eodem anno coacta plane diversam constituamus oportet.

AD DUO SUB SYMMACHO PAPA CONCILIA

Anno 499. & 502. celebrata

ADNOTATIO CRITICA.

Ex eodem Supplem. pag. 181.

QUamquam iis, quæ Cl. Baluzius animadvertit in correctione subscriptionum synodalium Concilii Romani sub Symmacho habiti P.C. Paulini, anno scilicet 499. parum aliquid addendum succurrit, cum subscriptorum Episcoporum ordo, & nomina ad manuscriptos codices summa fide expressa pleraque agnoverim; est tamen aliquid, in quo ex manuscripto codice nostro Lucensi sæculi, ut arbitror, XI. emendari alterius possit. Primo igitur qui apud Baluzium est *Martinus Terracinensis*, in Codice nostro est *Martyrius*, idque vero congruit cum Concilio Anni 501., cui subscribit *Martyrius Terracinensis*, ut est in editis, & in ma-

manuscriptis omnibus. Qui in Baluzio est *Molensis Centumcellensis*, in nostro est *Solensius Centumcellensis*. In Baluzio Gaudentius *Tadinatis*. Quæ hæc sedes Episcopalis? Melius igitur in nostro legitur *Gaudentius Gabinatis*. Baluzius legit *Florentius Plestanus*, codex noster *Florentinus Plestanus*, ita & codex Labbei.

Concilium alterum sub Symmacho, cujus subscriptiones expendendas suscepi, illud est Romanum quod Flavio Avieno juniore cos. idest anno 502. convenit. Qui huic assederunt Patres, his recensentur, in exordio scilicet actorum, in quo sola episcoporum mentio nullis adjectis urbium quibus præsidebant, nominibus comparent; iterum vero in fine addita sedium episcopalium designatione. Utriusque catalogi collatione instituta, subscriptiones istas emendandas restituendasque suscepi, adhibita in subsidium ope vetusti MS. codicis Lucensis sæculo saltem XI. exarati, quem hic exscribendum centui, cum ordinem exhibeat ab edito plane diversum. Adjeci huic nomina episcoporum, quæ in fronte quidem actorum, non vero in subscriptionibus occurrunt quibus adjungere nisus sum episcopatuum, quos forte gerebant, nomina, ex aliis conciliis sub Symmacho petita. Diligentiam hanc meam probandam spero Lectoribus, quibus geographia & genealogia Italorum episcoporum nosse, sive placet, sive conducit.

SUBSCRIPTIONES.

Cælius Symmachus episcopus ecclesiæ Romanæ &c. *ut in editis*.

Petrus Episcopus ecclesiæ Ravennatis &c. *ut in editis*.

Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ &c. *ut in editis*.

Felix Interamnensis.

Cresconius Tudertinus.

Amilianus Belletensis. *In editis* Vercellensis.

Jucundus Augustanus. *In editis* Subaugustanus.

Tigridus Laurinas.

Vitalis Fundanus.

Bassus Mutinensis. *In exordio actorum concilii nomen Bassi non extat, sed Bassiani; in nostro Codice nec Bassi, nec Bassiani, sed Cassiani. Porro Synodo Romana III. sub Symmacho anno 501. subscribit Cassianus Mutinensis; synodo V. anno 503. Bassus Mutinensis, & dein synodo VI. quæ illis omnibus posterior est, Cassianus Mutinensis adest. Hæc nominum alternatio unum eundemque episcopum designare demonstrat. Forte ex Cassiano literulæ transmutatione facta est Bassianus, ex quo per Syncopem Bassus.*

Acapianus (*bene in exordio Actorum* Pacatianus, *ut pariter est in editis*) Cornelienis. *In editis* Comacienis.

Maximus Bleranus.

Martyrius Terracinensis. *In editis & in aliis conciliis* Terracinensis.

Rufentius Ignatinus.

Basilius (*in exordio MS. est* Barsalius) Tullentinus.

Martinianus Ostrensis. *In editis* Ortensis, *& ad oram pagellæ corrigitur* Ortonensis.

Benignus Aquævivensis.

Fortunatus Bestanensis. *In editis* Suessanensis.

Severinus Tondarinensis. *In edit.* Tyndarmensis.

Eucarpus Mestanensis.

Joannes Spolitinus.

Stephanus Benusinus.

Felix Neplesinus. *In editis* Nepesinus.

Concordius Nesesanus. *In editis* Mesenas.

Amandus Potentanus.

Asellus Populinensis.

Colonicus *Ita & in exordio. In editis* Colonius. Foroclodiensis.

Elpidius Voliterninus. *Edita* Voluterranus.

Projectus. *In exordio actorum* Projectitius. *In MS.* Projectus Forinovi.

Venenus Pellensis *Edit.* Polænsis.

Valentinus Amiterninus.

Romulus Penestrinus.

Probus Cormelanensis. *Edit.* Carmelanensis.

Vindemius Anteatinus.

Candidus Tiburtinus.

Fortunatus Fulgenatis.

Proculejanus Sepinatis.

Fortunatus, *In editis & in aliis Synodis est* Paschasius Vulturnensis.

Marcianus Ficaniensis. *In editis* Æsinus, *qui inter subscriptos Patres in MS. non legitur. In synodo anni 503. legitur* Æsinus, *sed alius codex ad oram notatur legit* Ecaniensis.

Maximianus Perusinus.

Grisogonus Albanensis.

Euticius Tranensis.

Laurentius Bobianensis. *In editis* Bojanensis. *MS. codex Dionysii notante Harduino* Bobianensis.

Marcus Samninus.

Aprilis Nucerinus.

Memor Canusinus.

Innocentius Forosimpronienſis.

Bonifacius Foroplaminiensis.

Sebastianus Siranus. *In edit.* Soranus.

Eusticus (*Ineditis in exordio, & in aliis conciliis* Rusticus) Bussentinus.

Victor Idunensis. *Ed.* Lunensis, *ita & in aliis conc.*

Innocentius Tifernatis Tiberino. *Ita & Dionysii codex notante Harduino. Edit.* Tiferninus.

Silvinus Beliterninus.

Justus Signiensis.

Arestion Ostiensis.

Augustus Liparitanus.

Felix Nepesinus pro Urso.

Asterius Aquinas.

Propinquus Treviatis.

Eusepius. *Ed.* Eusebius Fenestis, & Romanus Numentanus.

Adeodatus (Formianus *ex Conc. VI.*)

Castus (Portuensis *ex eodem*) — Hæc nemini inest in exordio actorum

Dulcitius (S. Anthimi *in MS codice* Sanciatinus *ex syn. III.*)

Gerontius (Fidenas *ex III.*)

Eustacius (Cremonensis *ex Syn. VI.*)

Gerontius (Fidenas *ex III.*)

Hilarius (*in MS.* Hilarus) (Tempsanus *ex III.*)

Hilarius (*in MS.* Hilarus) (Cupersanensis *in MS.* Tempranensis *ex III.*)

Laurentius (Bergomas *ex VI.*)

Asellus alter.

Vindemius alter.

Innocentius alter. *

* Ex MS Cod. Luc.

Animadversione etiam dignum censeo episcoporum synodi hujus subscriptiones mancas esse, cum Agobardus Lugdunensis, sæculi IX. scriptor, Cyprianum Burdegalensem cum XXXV. *concilio illi interfuisse scribat in Opusculo de Judaicis Superstit. in quo canonem hujus XL. recitat. Gratianus in cap. XI. Dist. XVI. interfuisse notat patres XXIX. sed in ejusdem Gratiani vetusto MS. codice apud me sunt patres XXXIV. ut etiam in aliis ejus MSS. codicibus legi, ex editione Decreti ejusdem Pithœana discimus.*

SY-

SYNODUS ROMANA VI.

SUB SYMMACHO PAPA,

Habita tempore Theodorici regis, sub die Kalendarum Octobris.

De invasoribus rerum ecclesiasticarum.

CUm in unum apud beatum Petrum apostolum sancta sexta Synodus, canonice a B. Symmacho Romæ congregata, resedisset, Symmachus prædictus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, eidem synodo præsidens, dixit: Quoniam religiosus, sancto Spiritu congregante, conventus hortatur, ut quæcumque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus: nos enim & apostolicæ sedis moderamine compellimur, & ecclesiasticarum rerum dispositione constringimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum, antecessorumque nostrorum decreta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda exposcit, adhibita diligenti consideratione, quantum fieri potest, auxiliante domino, temperemus: quia nos (qui potissimi sacerdotis administramus officia) transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter commineetur dominus negligentiæ sacerdotum. Sane reatu majore delinquit, qui potiore honore perfruitur: & graviora facit vitia peccaminum, sublimitas dignitatem. Ideo tacere non debemus, sed ea quæ necessaria fore agnoverimus, viriliter corrigere & emendare satagamus, & ea quæ nociva sunt, extirpare (prout dominus dederit) non negligamus. Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe: Symmacho papæ vita: *dictum est sexies*. Hæc confirmamus, & hæc docemus: *dictum est octies*. Doctrinæ vestræ gratias agimus ingentes: *dictum est decies*. Ita teneantur, & ita observentur rogamus: *dictum est duodecies*. Dignus papa, dignus doctor.

Et facto silentio Symmachus episcopus dixit: Communis dolor & generalis est gemitus, quod intra ecclesiam nostris & retroactis temporibus de invasione rerum ecclesiasticarum, & vexatione sacerdotum cognovimus, quæ res non nos solos, sed omnes domini tangit sacerdotes. Et licet hæc a prædecessoribus nostris jam prohibita sint, & tales præsumptores damnati, & a sanctis canonibus anathematizati: nec tamen denuo præsumantur, est etiam super his promenda sententia, ut qui eorum casum non timent, timeant saltem eorum perpetuam damnationem: & quod sæpe præsumitur, sæpius ut inhibeatur necesse est.

Sancta synodus dixit: Hæc, ne fiant, denuo synodali conventu provida beatitudinis vestræ sententia enervari convenit, &, ne in exemplum remaneant præsumendi, funditus extirpari.

Sup. cap. 3. synodi Romanæ III. sub Symmacho.

Symmachus episcopus dixit: Modo, quia Deus præsentiam vestram votivam mihi concessit, necesse est rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut agnoscant omnes, quos vanus furor & avaritia excitavit, talia absque ultione non posse præsumi.

Sancta synodus dixit: Scimus provisionem vestram necessariis studere, & ideo in vestra est potestate tequenda disponere.

Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ dixit: Magna quidem venerando & sacerdotali debetur cultura propositio, cui imminet de studio, quæ recta sunt, non de necessitate, disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus vitiorum mater avaritia, repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quod libet: & ita dum prædam inhiat, patientia superiæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem cœlo moderante, iudiciis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud * certos in occasionem rapiendi procedat divinæ mora sententiæ. Sed nobis, quos pastoralis cura & ecclesiasticæ astringit pro dispensatione * certa ratio redoenda substantiæ; opus est, ut solicitudinem nostram non solum ad præsentia, sed etiam ad * futura sæcula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi, qui possunt statutis debere innocentiam, præsumentes de libertate, deliquerint, cum religiosa possint & nostra & successoris nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes. Sancta synodus dixit: Scimus spiritu Dei cor vestrum esse succensum, & instinctu Dei vos ita loqui. Quapropter omnibus summopere convenit observare, ut oblationes fidelium a nemine præsumantur absque consensu & voluntate episcopi, in cujus dignoscuntur esse parochia & potestate, nec possideri vel damnari tententur, quoniam nonnulli memores sui, pro remissione peccaminum suorum, & pro æternæ vitæ mercatione, de facultatibus suis tam rerum immobilium, quam & mobilium, quædam vero per scripturas ecclesiis tradiderunt, & Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt: quæ e contra a diversis Deum minus timentibus ea tenus mortifera calliditate tenentur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam. Nec illuteri corde possunt diem judicii, dum nimia cupiditatis delectantur ardore. Unde precamur, ut antiquorum patrum regulas, quæ modo propter * incuriam quorumdam quasi obliti habentur, renovetis: & tale judicium super eis fiat, ut aut manifeste hæreticis, quia ecclesiam Dei scindunt, & anathematizatur, atque ab ecclesia Dei extorres habeantur: aut per satisfactionem ecclesiæ ad pœnitentiam, & demum juxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem, & si digni inventi fuerint, ad communionem recipiantur. Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: His ergo rite perpensis, ne illi in ruinam incidant, & perpetuo damnentur exitio, & sancta ecclesia, pretio-

so Christi sanguine redempta, restauretur, eique pie famulantes non opprimantur, sed releventur, mansura cum Dei nostri consideratione una cum vestro judicio sancimus, ut quicumque immemor aut memor interitus sui, res ecclesiæ delegatas, & domino oblatas, absque proprii episcopi jussu possidens, præsumpserit deinceps tenere, quocumque in loco & veritate comperta, res Dei servis * suis dissimulaverit, aut renuerit reformare, liminibus ecclesiæ ab episcopo ejusdem loci prius arceatur. Indigne enim ad altare Dei properare * promittitur, qui res ecclesiasticas audet invadere, aut injuste, id est, sine licentia episcopi possidere, aut iniqua vel injusta defensione in eis perdurat. Necatores etiam pauperum judicandi sunt prætixo tenore, &, si non emendaverint vitium, extirpandi. Debet tamen esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat, & res usurpatas injuste qui abstulit, aut injuste ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. * Neque quisquam per * internas res Deum defendere nititur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari * damnatione concludit. Quod si præsumpserit, & ipsius ostensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam hujusmodi fræna districtionis imponimus, qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regiæ, vel cujuscumque potestatis, improba subreptione pervaserint. Sera namque * his rebus pœnitudine commovemur, cum jam transactis temporibus contra hujusmodi personas canonum suffulti præsidio, se sacerdotes domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiæ ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie provocaret. Nunc tarde, injuriarum mole depressi, damnis quoque dominicis compellentibus, excitamur. Quod si is qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi habitat * hujusmodi pravitate contemptus * neglectu personæ episcopus literis instructum reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta, aut pervatorem rerum dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata canonica districtione condemnet. Unde & in canonibus in Gangrensi ecclesia apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus, quæ in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur: Si quis oblationes ecclesiæ accipere vel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel eius cujus hujuscemodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in eodem concilio. Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde iniquum * ergo, & ingens sacrilegium est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel * salute vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus, & super omnia a principibus & primis regionum, in aliud transferri vel converti. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam * scriptum est, prædia ecclesiis tradita, petierit, vel acceperit, aut possederit, vel injuste defenderit, aut retinuerit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur: sitque accipienti & danti, * & possidenti anathema, & institutæ * pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Ut hæc penitus abscindantur, rogamus: dictum est quinquies. Ut hæc amputentur, precamur: dictum est sexies. Ut res ecclesiæ, quibus traditæ sunt, intemerato jure serventur, rogamus: dictum est septies. Ut secundum hoc quod prosecuti estis synodali conventu, per omnia fiant, unanimiter deprecantes, rogamus: dictum est octies. Ut in præsumptoribus vindicetur, rogamus: dictum est decies. Ut disciplina servetur, rogamus: dictum est undecies. Quæ male admissa sunt, per vos corrigantur: dictum est duodecies. Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiant, rogamus: dictum est tredecies. Ut apostolica ordinatio illibata servetur: dictum est quatuordecies. Dignus papa, quod non licet non fiat: dictum est quindecies. Exaudi Christe: Symmacho vita: dictum est sedecies. Ut canones custodiantur, rogamus: dictum est quindecies. Ut ordinatio apostolica servetur. Dignus papa, dignus doctor, dictum est noviesdecies. Hæc omnes unanimiter confirmamus, & ut unanimiter serventur, rogamus: dictum est vigesies. Hæc tenenda, hæc servanda sunt, dictum est vigesies. Per dominum Petrum, ut perpetuo serventur, rogamus: dictum est vigesies. Qui hæc violarit, in se juxta prætaxatum modum inveniat: dictum est vigesies. Et facto silentio: Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit; Præsentis diffinitionis formam, quæ juxta sanctorum patrum est statuta sententias, in omnium ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, ne cuiquam pro sua possit ignoratione licere. Et qui talia præsumpserint sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam, vestra cunctorum exhortatione & judicio censemus pervenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res, ecclesiæ non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, pervasores rerum memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriantur vindicta, ut qui moribus propriis ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur, saltem ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter vero, quicumque res ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosa, aut * sua infestatione præsumpserit, * nisi se citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur.

Similiter & hi qui res ecclesiæ jussu vel largitione principum, vel quorumdam potentum, aut quadam invasione, aut tyrannica potestate retinuerit, & filiis vel hæredibus suis (ut a quibusdam jam factum audivimus) quasi hæreditarias reliquerint, nisi cito res Dei, admoniti a pontifice, agnita veritate, reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim

* fideles omnes ecclesiæ fideles
* permittitur
* Neque enim quisquam per temporalem rem contra
* interna defensione
* damnatione
* de
* episcopus
* sed ista personæ
16. quæst. 1. In canonibus. Gang. concilium c. 7. editionis
Gang. concilium c. 8. editionis
* impiam
* pro
* pro ecclesiæ
* vel ab ipsa
16. quæst. 1. In canonibus §. Generaliter vero.
* sua

enim esse censemus, ut potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum (ut præceptum est) judicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat, ut si medicus, cum viderit hujus terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interventu desperatus evadat, vel cum postea vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cetera; quibus illud posset, quod natum fuerat vulnus, obduci: ac, si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quo reliquum integrum servet & intactum. Præcidendum id ergo est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus hujus mali non exhaurienda post sentina condat. Ferro enim abscidenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente: *Auferte malum a vobis*. Universa synodus surgens acclamavit: Ut * ista fiant, rogamus: *dictum est octies*. Ista ferventur, precamur: *dictum est decies*. Ut ea perpetuum maneant, & vestra auctoritate firmentur: *dictum est duodecies*. Exaudi Christe: Symmacho papæ vita: *dictum est duodecies*.

Et facto silentio, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, synodo præsidens, dixit: *In hoc cognoscimus omnes quia Deum diligamus, si mandata ejus faciamus. Hæc est caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sunt. Judex est enim dominus, & omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus misericordia & veritas & judicium. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, & super faciem sapientiæ imponet honorem suum. Perdit Deus memoriam superborum, & * iniqua gerentium, & relinquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit Deum, quia vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si vero in * correctione fuerit, ad misericordiam perveniet*. Omne enim quod * irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere, nec quidquam, quod evangelicis propheticisque & apostolicis regulis obviat, agere. Injustum enim judicium, & definitio injusta, regio metu vel iniquis judicibus ordinata, non valet. Nec quidquam, quod contra evangelicam, vel prophetarum aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum; sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Nocua ergo sancti prædecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio, pedisequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare numularii sumus, id est Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si servorum ejus veritatem contaminemus prædicare? Quid erit de nobis, cum de communibus nostris animabus, & de officio suscepto rationem ipse judex Christus Deus noster [illegible] exegerit? Ideo nos oportet semper nocua recidere, & auxiliante domino, profutura excrescere. Unde objurando, hortando, suadendo, * consulendo prodesse, quibus possumus, studemus. Lingua nostra bonis fomentis sit, pravis aculeus, quandoque refundat, iratos instiget, pigros exacuat, cedes hortando succendat, religiosis suadeat, superbis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicimur, viam salutis prudentibus ostendamus. Simul in custodia vigilantes, adversus contra hostes inimicos toliciti memimus & si quando eveniat pestem de animabus gregis hujus erroris abducere, toto illam annita ad cautas revocare dominicas contendamus, ut de pastoris nostri [illegible] quod habemus, non supplicium, sed præmium [illegible] sequamur. Quis ergo in his omnibus [illegible] gratiæ adjutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus [illegible] nus ad hæc operanda nobis & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos [illegible] cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse lætatus est, congregat, ut hinc quoque [illegible] re possimus, per quem omnia simul [illegible] mus.

Universa synodus surgens acclamavit: Placent omnia: ut perpetua stabilitate firmentur, rogamus: dictum est octies. Et [illegible] Exaudi Christe, Symmacho vita: dictum est octies. Ut hæc intemerata serventur: dictum est decies. Ut ista intemerato jure custodiantur precamur: dictum est duodecies. Qui hæc spente violaverit, perpetuo anathemate feriatur, rogamus: dictum est quindecies. Ut decreta nostra non firmes, precamur: dictum est decies & octies. Et facto silentio, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentes gesta * suscipiant. Et adjecit: Ea quæ ad sapiendos veternosæ præsumptionis errores, vel insanæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur ecclesia, delibatio religioni congruos pacique constituit, firmitate perpetua sociantur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis, qui sine personæ alicujus * districtione * venire præsumpserit, mente superius districtione plectatur. Et subscripserunt.

Calixtus Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ his constitutis synodalibus a me probatis atque firmatis annuens subscripsi.

* Petrus episcopus Ravennatis ecclesiæ his constitutis synodalibus a nobis probatis atque firmatis annuens subscripsi.

Innocentius Triferinus.
Felix Interamnensis.
Severinus Tyndaritanus.
Bonifacius * Aquileiensis.
Silvanus Velitrinus.
Maximus Bieranus.
Sebastianus Soranus.
Æmilianus Vercellensis.
Mercurius Gelinas.
Maximus Ticinensis.
Felix Atellanus.
Cathianus Mutinensis.
Rusticus Buxentinus.

Ce

Cerentius Siculus.
Propinquus Trebias.
Stephanus Venusinus.
Adeodatus Formianus.
Laurentius Bobiensis.
Bonifacius Camerinus,
Fortunatus Fulginas.
Justus Signinus.
* Mazurius * Mercurius Sutrinus.
Vindemius Antiatinus.
Stephanus Neapolitanus.
Augustus Liparitanus.
* Cuperstanus. Hilarius * Tempesanus.
Valentinus Amiterninus.
* Maximianus * Maximianus Perusinus.
Fortunatus Suessanus.
Innocentius Ferentinas.
* Subaugustanus. Jucundus * Augustanus.
Concordius Mesenas.
Tigridius Taurinas.
Vitalis Fundanus.
Viticanus Celinensis.
Catlus Portnensis.
Joannes Ariminensis.
* Arcu * Aristus Ostiensis.
Proculejanus Sepinas.
Martyrius Terracinensis.
Candidus Tiburtinus.
Victor Lunensis.
Aprilis Lateranensis.
Asterius Aquinas.
Asellus Populoniensis.
Chrysogonus Albanensis.
Memor Canusinus.
* Amantius * Amandus Potentinus.
* Callonicus * Colonius Foroclodiensis.
Romanus Numentanus.
Elpidius Volaterranus.
Ursus Reatinus.
Joannes Thuritanus.
Crescionius Tudertinus.
Adeodatus Silvæ candidæ.
Innocentius Mevanas.
Venerius Polensis.
Joannes Spoletinus.
Rogatus Tanrominitanus.
Eustathius Cremonensis.
Servuldei Veronensis.
* Laurus * Laurentius Bergomas
Probus Camarinensis
* Eucarpus * Eucarpius Messanensis.
* Sabinensis Dulcitius * sancti Anthimi
* Ancyranus Rufentius * Egnatinus.
* Thianensis Lencadius * Melphitensis.
Serenus Nolanus.
Euphrasius Laganiensis.
Martianus Æsinus.
Theoctistus Pessinuntis.
* Eutycius * Eutychius Tranensis.
Elpidius Thermensis monasterii,
Fortunatus Anagninus.
Mysterius Amurii.
Paschasius Vulturnensis.

A Aquilius Eudoxiadis.
Innocentius Porosempronienſis.
Cyriacus Trogmadensis.
Felix Nepesinus.
Pius Peteniſſensis.
Longinus * Orestensis.
Joannes Nicopolitanus.
Thalassius Cæsariensis.
Constantinus Melitanensis.
* Meonius Nyssenus. * Musonius
Acacius Ariarathirenus.
Firminus Thermus.
Adonius Graviscæ.
Patricius Tyanensis.
Joannes Arcis.
B Theodosius Nazianzenus.
Dorotheus Neocæsareensis.
Aristomachus * Colonensis. * Colaciensis, vel Chologensis.
Cyrus * Cysistrensis. * Cybistrensis.
Joannes Sebastiensis.
Cecropius Sebastopolis.
Joannes Polemoniensis.
Gratidianus Cerassuntis.
Atarbus Trapezuntis.
Seleucus Amasenus.
Joannes Amyzonensis.

In c. Justelli longe plures occurrunt, alioque ordine digesti antistites, quos jam in superioribus Romanis sub Symmacho synodis
C descripsimus, aut certe eorum in iisdem sedibus successores. Verum, ut fatear quod res est, & episcoporum, & ecclesiarum nomina adeo corrupta videntur, ut vix sanari possint.

Nota Severini Binii.

a *Synodus Romana VI.*) Hoc concilio decretum est, ut invasores bonorum ecclesiasticorum, nisi ea restituerint, velut manifesti hæretici anathematizentur, neque aliter quam per satisfactionem ad communionem ecclesiæ admittantur. Additum est, eadem sententia teneri omnes, qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regiæ obtinuissent, eo quod regum non sit de bonis ecclesiæ decernere. Nec licere imperatori vel regi contra divina mandata & patrum constituta sibi aliquid quovis modo usurpare. Paruit decreto concilii rex Theodoricus. Testatur enim Cassiodorus var. lib. 4.
D epist. 29. quod interpellatus ab Eustorgio juniore episcopo pro bonis ecclesiæ Mediolanensis hunc rescripserit. *Quamvis nullos volumus gravamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra protegere (quia regnantis est gloria subjectorum ostensa tranquillitas) tamen specialiter ecclesias ab omni injuria cupimus reddi alienas, quibus dum æquabilia præstantur, misericordia divinitatis acquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgii episcopi S. Mediolanensis ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus, ut prædiis vel bonorbus illius ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salva civilitate præstare, nec a quoquam injustitiæ rationis homine contra fas pastoris opprimi, quos decet divinitatis intuitu sublevari.* Huic veritati certissimam fidem faciunt, quæ apud Cassiodor. var. libro quarto epistola 17. postea rescripsit de possessionibus ecclesiæ Narbonensis, & alia rescripta, quæ dedit pro defensione bonorum & jurium ecclesiarum. Præstitit plane hac in re princeps Arianus, quod in
E pluribus orthodoxis regibus, proh dolor! etiamnum desideratur. Sed consecutus est in hac vita præmium, qui Dei voluntate frequenter contra hostes gloriose triumphavit.

Decreta synodi.

Principis Ariani in jure ecclesiastica benevolentia.

CON-

1 Lege, *Orestensis*, ut in Conc. Chalc. *Hard*

[a] CONCILIUM [b] BYZACENUM AFRICÆ

Eo tempore quo persecutio per Trasamundum regem excitabatur, anno Domini DIV. * celebratum.

* aut poc. 499. et alii volunt.

De subrogandis novis episcopis.

Trasamundi rex impium edictum.

[a] *Concilium.*) Cum Trasamundus rex Byzacenæ provinciæ in Africa præcepisset, ne quis in locum defuncti antistes subrogaretur, eo quidem consilio, ut absque exerto ad persequendum gladio, ipsæ orthodoxorum ecclesiæ aliquo temporis spatio pastoribus orbatæ universæ sua sponte conciderent: cumque ex eo ejusdem provinciæ episcopi orthodoxi brevi temporis spatio fore prospicerent, ut jussu regis prohibentis defunctis episcopis novos subrogari, arescentibus truncis absque palmitibus omnes ecclesiæ desolarentur, hoc concilium indixerunt, quo sanctissimi patres magno numero congregati una omnium sententia decreverunt, ut non obstante principis mandato, omnibus ecclesiis pastoribus destitutis episcopi constituerentur, idque confestim opere expleverunt. Quæ autem ex his acciderint, in ipsis sancti Fulgentii rebus gestis extant apud Surium die prima Januarii & eodem rerum inspectore * his verbis accurate narratur. *Postquam vero sacra turba pontificum qui remanserant, communicato inter se consilio, definierunt adversus præceptum regis in omnibus locis celebrare ordinationes pontificum: cogitantes aut regis iracundiam, si quæ forsan existeret, mitigandam, quo facilius ordinati in suis plebibus viverent, aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos invenerebant promotione: ministerium vero suum facilius impleturos, atque in ipsas tribulationes propriis plebibus solatia præstituros. Fit repente communis assumptio: presbyteros, diaconos, & si quos invenisset electio, rapere, benedicere, & consecrare certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut novissimus videretur.* Hæc Fulgentius * de episcopis Byzacenæ provinciæ Persecutionem Africanam cœpisse anno 504 * probat Baronius ibidem num. 23.

* Ferrando diacono ejus discipulo cap. 16. Orthodoxorum in defendendis ecclesiis zelus.

* Ferrandus

* Alii 507.

Africa in quot partes divisa fuerat?

[b] *Byzacenum.*) Africa teste Orosio libro primo capite secundo, divisa erat in has provincias, Tripolitanam, Byzacenam, Zeugitanam, Numidiam, ac denique in Mauritanias Sitiphensem, Cæsariensem, & Tingitanam ad extremam oram maris mediterranei positam, Oceano occidentali confinem. Tripolitanæ, quæ & Subventana dicta est, vel Arzugitana, Libyæ proxima, civitas primaria est Leptis. Byzacena provincia in qua est Adrumetum, huic confinis est. In Zeugitana, huic ab occasu contigua, est Carthago. In Numidia Hipporegius & Rusicada, civitates insignes. Byzacenam provinciam hoc tempore rexerat Trasamundus. Hujus ejusdem primas erat Victor. Nam post sanctum Eugenium rege prohibente nullus fuerat Carthaginensi ecclesiæ antistes alius subrogatus, ea intentione regis, de qua supra diximus, verbo *Concilium*.

Byzacena quæ?

[A] OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Concilium hoc, si tamen concilium appellari debeat communicatum quorumdam antistitum inter se consilium de subrogandis episcopis, ad annum Christi 500. alii referunt, cum constet sanctum Fulgentium Ruspensibus paulo post datum fuisse episcopum qui anno Christi 513. episcopatus 16. cum cæteris pulsibus ex Sardinia in Africam decreto regis Hilderici reversus est, & die 1. Januarii anni 533 obiit agens episcopatus annos 25. ætatis 65. In similibus vero quæ postea episcoporum Africanorum in Sardinia insula exulantium cura ac studio condita sunt concilia sive conventibus præcipuus semper fuisse partes S. Fulgentii Ruspensis episcopi discipuli, Ferrando diacono illius discipulo, atque omnium illorum, quæ tunc peragebantur, spectatore assiduo. Si enim vita ejus cap. 10.

B *Inter alios sane episcopos, cum quibus exilium commune susceperat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientia & caritatis virtute non inferior. In rebus enim dubiis, ubi quam maxime consilium petebatur, si quando inter se concessores beatissimi de communi utilitate tractabant, ultimus quidem sedebat: verumtamen ipsius sententiam, primas, vel omnes qui primatem sequebantur, audire & facere capiebant, quamvis nihil mihi per inanem gloriam sibi vendicans, deferret honorem congruum priioribus suis. Si enim oportebat respondere consulentibus, ut paratus esset semper obedire jubentibus; nec præsumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quidquid definitio communis invenerat, eloquenter allegandum jussibus singulorum beato Fulgentio dimittebatur. Hunc etiam quandocumque de fide vel de diversis quæstionibus interrogabantur episcopi respondere pro omnibus ab omnibus imponebatur. Ita sicut sancta memoria Aurelius Carthaginensis ecclesiæ antistes inter sua privilegia meruit, ut litteras ex Africano concilio dandas ipse solus scriberet, sic iste meruerat, ut litteras ex isto concilio dirigendas solus ipse dictaret. Sexaginta quippe & amplius episcopi tunc catena ligabat exsilii, quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius episcopus fuit. Propterea quandocumque rescribebant consulentibus episcoporum cunctorum nomina edicebantur in titulo, sed solius beati Fulgentii sermo tenebatur in fine.*

C

D *Præter istas quoque publicas tractatus epistolas, si quis forte ex ipsis episcopis absentem plebem suam corrigere vel monere voluisset, ad beatum Fulgentium supplicitter accedebat, & per ministerium linguæ ejus, officium suæ dispensationis implebat. O mirabilem virum, non sibi soli, sed omnibus natum: sola cum Ruspensis ecclesia doctorem, meruerat & pari maxima concilii Byzaceni de ipsius sermone orbebat &c. Domus illa tunc Corolitana civitatis oraculum fuit, &c.* Cap. 21. 22. & seqq. pluribus narratur ejusdem S. Fulgentii e Sardinia Carthaginem evocati cum rege Trasamundo collatio, Arianæ sectæ confutatio, atque

que in Sardiniam reditus. Tum capite 28. *Ita A namque notum fuit pene omnibus gentibus, ut etiam illi duo libri, quos Faustus episcopus Galliarum contra gratiam subdolo sermone composuit, favens occulte Pelagianis. sed tamen catholicus volens videri, Constantinopoli offensis plurimis fratribus ad beatum Fulgentium probandi dirigerentur. Quibus ne occultum serperet virus septem libris ipse respondit, plus laborans exponere quam convincere. Magni hujus operis labor mercedem debitam cito suscepit. Mors enim Trasamundi regis & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, ecclesiæ catholicæ per Africam*, &c. quæ ad annum Christi 523. pertinent non secus ac epistola synodica episcoporum in Sardinia exulantium, quam suo postea loco exhibebimus sub extrema Hormisdæ Romani pontificis tempora.

Conferuli cum MS. Cod. Lucensi.

CONCILIUM AGATHENSE

SYNODUS HABITA IN CIVITATE AGATHENSI. (a)

Sub die [c] III.[a] Idus Septembres, [d] Messala v.c. consule, id est anno Christi DVI. Alarici λ Gothorum in Gallia regis XXII. Symmachi papæ VIII. cui interfuerunt [e] episcopi trigintaquinque.

ADMONITIO IAC. SIRMONDI S. J.

AD LECTOREM DE CANONIBUS

Concilii sequentis.

Quod in editione sua monuerat Laurentius Surius, synodi Agathensis canones in codice Gemblacensi extare numero octo & quadraginta, hoc idem a nobis in Lugdunensi, Rhemensi, Corbejensi, Fossarensi, atque in aliis quibusque antiquissimis exemplaribus observatum est. Ut dubium minime videatur, non plures hos numeros contineri primum a synodo ipsa fuisse, reliquos vero XXV. qui supra hunc numerum excurrunt, aliunde postea, sed ex Epaunensi potissimum synodo depromptos, atque in hanc synodi cujuspiam alterius auctor tacet interfuisse.

TITULI CANONUM.

I. *De bigamis clericis, ut non ministrent.*
II. *De contumacibus clericis.*
III. *De episcopis qui vel innocentes, vel pro minimis causis aliquos excommunicant.*
IV. *De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesiæ defraudant.*
V. *Si clericus ecclesiæ furtum fecerit.*
VI. *Si episcopo ab extraneis quidquam fuerit derelictum.*
VII. *De rebus ecclesiæ, quomodo ab episcopis distrahantur, & de servis ecclesiæ, qualiter ab episcopo manumittantur.*
VIII. *De clericis qui ad seculares confugiunt.*
IX. *De presbyteris & diaconibus qui ad conjugalem torum revertuntur.*
X. *Ut nullus clericorum cum extraneis fœminis habitet.*
XI. *Ne ancillæ aut liberta secretum clericis ministerium impendant.*
XII. *Ut omni quadragesimæ sabbato jejunetur.*
XIII. *Ut symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.*
XIV. *Ut altare & benedicatur, & ungatur.*
XV. *Qualiter majores, qualiter minores pœnitentiam accipiant.*
XVI. *Qua ætate diaconi ordinentur: & quomodo, si fuerint conjugati.*
B XVII. *Quæ ætate episcopi vel presbyteri consecrentur.*
XVIII. *De laicis, quibus temporibus communicare debeant.*
XIX. *De sanctimonialibus, quæ ætate velentur.*
XX. *De clericis qui comam nutriunt.*
XXI. *Ut solennitates majores in civitatibus aut in parœchiis celebrentur.*
XXII. *Ut non liceat presbytero aut clerico rem ecclesiæ vendere aut donare.*
XXIII. *Ut clericus minor seniori non præponatur.*
XXIV. *De expositis inventis.*
XXV. *De sæcularibus qui suas uxores derelinquunt.*
C XXVI. *Si quis documenta ecclesiæ supprimat, vel adversariis tradat.*
XXVII. *Ut monasterium novum inconsulto episcopo nullus constituat, & de monachis sine abbatis consensu non ordinandis.*
XXVIII. *Ut monasteria puellarum procul a monachis constituantur.*
XXIX. *De libertis, ut in necessitate ab ecclesia defendantur.*
XXX. *Ut post antiphonas orationes dicantur.*
XXXI. *De his qui propter odium ad pacem non revertuntur.*
XXXII. *Ut clericus inconsulto episcopo ad judicem sæcularem non pergat.*

XXXII.

λ Quidam MSS. nullam habent Alarici mentionem in titulo vel subscriptionibus. In hic est codex noster optimæ notæ, annorum, (ut plerique aiunt) amplius 800 In alio ejusdem vetustatis, titulus est hujusmodi: *Incipit Synodus in civitate Agathensi, sub die IV. Idus Septemb. anno XX. regni domini nostri V. C. Cons.* absque nomine Alarici. Alius denique in indiculo Conciliorum, hanc habet de Agathensi, verbis ipsius Isidori, relatis ex parte in Decreto Gratiani XI. dist. XVI. *Concilium Agathense XXXIV. Episcoporum, in quo fuerunt canones LXXI. quorum auctor maxime Cæsarius Episcopus extitit, subscribentibus Cypriano, Claro, & cæteris.* Hard.

(a) Lucens. *Incipit Synodus habita in civitate Agathense. Regnante Domino Messala viro clarissimo con. Cum in numero hic*

XXXIII. *Si episcopus heredes non habens ecclesiam cui præfuit heredem non fecerit.*

XXXIV. *De Judæis qui convertti cupiunt, qualiter recipiantur.*

XXXV. *Si episcopus a metrop. admonitus pro synodo, vel ordinatione episcopali venire distulerit.*

XXXVI. *Ut stipendia clericorum juxta meritum distribuantur.*

XXXVII. *De homicidiis & falsis testibus.*

XXXVIII. *Ut sine episcopi sui epistola non liceat clerico vel monacho proficisci: & de monachis vel abbatibus.*

XXXIX. *Ut clerici nuptialia vitent convivia.*

XL. *Ne Christiani Judæorum utantur convivis.*

XLI. *Ut a clericis vitetur ebrietas.*

XLII. *De sortilegis, vel augguratoribus, ut ab ecclesia separentur.*

XLIII. *Ut de pœnitentibus clericus non ordinetur, & ordinati non ministrent.*

XLIV. *Ne presbyter benedictionem populo, vel pœnitenti, in ecclesia dare præsumat.*

XLV. *Quod episcopus exiguas ecclesiæ possessiones distrahere potest.*

XLVI. *Ut servos ecclesiæ fugitivos liceat vendere episcopo.*

XLVII. *Ut ante missam expletam egredi populus non præsumat.*

XLVIII. *De rebus episcopi propriis vel acquisitis.*

XLIX. *De non alienandis ab aliquo rebus ecclesiæ, & de libertis.*

L. *De clericis capitale crimen incurrentibus.*

LI. *De testamento episcopi.*

LII. *De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.*

LIII. *De presbyteris parochiarum res ecclesiæ distrahentibus.*

LIV. *De eisdem, ut quidquid emerint, in nomine comparent ecclesiæ.*

LV. *Ut sacerdotes, & Levitæ, canibus ad venandum, & accipitribus non utantur.*

LVI. *De venditionibus quas abbates facere præsumunt.*

LVII. *Ne unus abbas duobus cœnobiis præponatur.*

LVIII. *Ne monasterium sine notitia episcopi constituatur.*

LIX. *De rebus ecclesiæ usui collatis, ut præscriptionis tempore non defendatur.*

LX. *De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.*

LXI. *De incestis coniugiis.*

LXII. *De his qui servos suos extra judicem necant.*

LXIII. *De laicis qui in solemnitatibus majoribus ad civitatem non occurrunt.*

LXIV. *De clericis qui ab ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.*

LXV. *De Levitis, ut non sine jussu presbyteri sedeant.*

LXVI. *De ministris, ne secretarium ingrediantur.*

LXVII. *De catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur.*

LXVIII. *De Levitis, & clericis, ne magi vel incantatores sint.*

LXIX. *De seditionariis clericis.*

LXX. *De scurris & jocularibus clericis.*

LXXI. *De synodo annis singulis congregenda.*

VETERES TITULI,

Seu Excerpta hujus Concilii ex Vetusto Codice Lucensi 490.

Ex Concilio Agathense sub die Id Septembris Anno Domini nostri Alarici Regis 22. Messala Vr. C. subl.

I. *Bigamus presbyter, & Diaconus non ministrent.*

II. *Contumaces Clerici peregrinam communionem habeant.*

III. *Episcopus innocentem, aut in minore causa si excommunicaverit, cetteri episcopi recipiant eum, & det communionem usque ad concilium.*

IV. *Clerici, vel laicales, vel donatistæ si ut eliset si retinuerint excommunicentur.*

V. *Clericus rem ecclesiæ si involaverit peregrina communio ei detur.*

VI. *Quod donatur, aut dimittitur ecclesiæ, ecclesia defendat; si vero testimonialiter facere ascendat.*

VII. *Nihil ecclesiæ donatur absque conscientia aliorum episcoporum. Episcopus ecclesiæ rem in manum erit, XX solidorum et fiscalem.*

VIII. *Si quis Clericus coniugerit an fornicatem defensionis cum a. ambo excommunicentur.*

IX. *Presbyter, Diaconus si ad tempus uxorem recepserint, deponantur.*

X. *Nullus Clericorum extraneam mulierem habeat in domum suam, nec frequentetur a feminarum.*

XI. *Clericus in ecclesia nullam [illegible] habeat.*

XII. *Omnibus diebus Quadragesimæ, (& [illegible] ieiunetur, excepto Dominico.*

XIII. *Symbolum ante octo dies Resurrectionis Domini tradatur competentibus.*

XIV. *Altare ungatur, & benedicatur.*

XV. *Pœnitenti a Sacerdote cilicium & [illegible] imponatur, comam capulet, & vestem mutet. Incentivum præsentia non [illegible] committenda est. Viaticum in morte omnibus non negandum.*

XVI. *Minus de XXV annis Diaconus non ordinetur, & cum [illegible] uxoris.*

XVII. *Episcopus, presbyter ante [illegible] annos ætatis non ordinentur.*

XVIII. *Sæculares Natale Domini, Pascha, Pentecosten qui non communicaverint, non tenentur catholici.*

XIX. *Sanctimonialis, quæcunque probata est, ante XL. annos ætatis non velentur.*

XX. *Clerici, qui comitem nutriunt, vel eidem non decentem habent, ab Archidiacono redarguantur.*

XXI. *In Oratoriis teneantur missæ, vero Natale Domini, Epiphania, Pascha, Ascensione Domini, Pentecosten, natali Johannis in civitate omnes teneant.*

XXII. *Quicunque clericus rem ecclesiæ vendiderit, aut donaverit, excommunicetur.*

XXIII. *Nullus Clericorum priori suo præponatur, nisi necessitas fuerit.*

XXIV. *Qui invenerit expositum contestetur.*

XXV. *Qui sine discussione uxorem dimiserit, excommunicetur.*

XXVI. *Si quis clericus subdole damnum ecclesiæ intulerit, de proprio satisfaciat, & excommunicetur.*

XXVII. *Monasterium nullus præsumat absque episcopo fundare. Monachus sine abbatis sui conscientia non ordinetur, monachum alienum nul-*

nullus abbas susciptat. Episcopus tollat monachum de monasterio cum conscientia Abbatis.

XXVIII. *Monasteria puellarum longe ab aliis monasteriis sint.*

XXIX *Liberti ecclesiæ patrocinium habeant.*

XXX. *Post antiphonas, orationes dicantur, & ad vesperum oratio detur.*

XXXI. *Qui diu inimici fuerint, & noluerint pacare, excommunicentur.*

XXXII *Clericus sine conscientia episcopi sui ad sæcularem judicem non vadat.*

XXXIII *Episcopus absque filiis, aut nepotibus hæredem dimittat.*

XXXIV. *Judæus absque necessitate octo menses cathecumenus sit.*

XXXV *Episcopus metropolitano suo minus absque necessitate si non fuerit, excommunicetur.*

XXXVI. *Clerici per Episcopum stipendia accipiant.*

XXXVII. *Homicida, & falsi testes excommunicentur, & pœnitentiam agant.*

XXXVIII. *Clerici, & Monachi sine epistola episcopi sui non proficiscantur; monachi solitarii non maneant sine conscientia Abbatis. Abbati non liceat duo monasteria tenere.*

XXXIX. *Presbyter, & diaconus ad nuptias, vel ubi amatoria cantantur non ambulent, nec in spectaculis.*

XL. *Christianus cum Judæis non manducet.*

XLI. *Clericus, si inebriaverit, aut excommunicetur, aut verberetur.*

XLII. *Clericus, sortilegus, aut augurii expectatores excommunicentur, similiter & laicus.*

XLIII. *Pœnitens non ordinetur clericus, nec bigamus.*

XLIV. *Clericus benedictionem in populo non det, nec pœnitentiam in ecclesia.*

XLV. *Episcopus parvam rem sine consensu cleri vendat.*

XLVI. *Servos ecclesiæ fugitivos vendet episcopus.*

XLVII. *Populus totas missas, & benedictiones expectet.*

PRÆFATIO.

CUm in nomine domini, ex permissu * domini nostri gloriosissimi, (a) magnificentissimique regis, in civitate Agathensi sancta synodus convenisset, ibique flexis in terram genibus, pro regno ejus, pro longævitate, pro populo dominum deprecaretur, ut qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum ejus dominus felicitate extenderet, justitia gubernaret, virtute protegeret; in sancti Andreæ basilica consedimus, de disciplina & ordinationibus clericorum atque pontificum, vel de ecclesiarum utilitatibus tractaturi.

CANONES.

I.

Concilium Valentinum can. 1

In primis id placuit*, ut canones & statuta patrum per ordinem legerentur. Quibus lectis placuit de bigamis, aut (b) internuptarum maritis, quamquam aliud patrum statuta decreverint, ut qui (c) hucusque ordinati sunt, habita miseratione, presbyterii vel diaconatus nomen tantum obtineant; officium vero presbyteri consecrandi, & ministrandi hujusmodi diacones non præsumant.

II.

Dist. 9. Contumaces clerici.

Contumaces vero clerici, prout dignitatis ordo permiserit ab episcopis corrigantur: & si qui (d) priotis gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita ut, cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

III.

Et quæst. 1. Episcopi in sacerdotali.

Episcopi vero, si sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint & † ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis episcopis cujuslibet provinciæ literis moneantur: & si parere noluerint, communio illis usque ab tempus synodi a reliquis episcopis ‡ non negetur: ne fortasse (e) ad excommunicatoris peccatum excommunicati longo tempore morte prævenianturur.

Postrema hujus canonis verba ita legit Burchardus lib. XI. cap. XI. qui ex can. IV. Agathensi accepta notat.

Et si parcere noluerint a communione confratrum usque ad proximam synodum suspendantur; & ibi rationem profacto dent ne forte in excommunicatorem peccatum excommunicationis longo tempore morte prævenitur.

IV.

Et quæst. 1. Clerici vel laici.

Clerici etiam, vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas, retinere perstiterint, aut id quod ipsi donaverint ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

Concilium Valentinum can. 4.

V.

Et quæst. 1. Clerici vel laicus.

Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina * ei communio tribuatur.

* tantummodo
* hic desinit quæst. 1.

Et hunc canonem ita prolixius affert Burchardi Codex MS. lib. XI. cap. 64. notans desumptum.

Ex Conc. Agathen. cap. II.

Si quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum ut junior tanti criminis reus virgis cæsus nunquam officium ecclesiasticum

(a) *magnificentissimi, piissimi.* (b) *iterum nuptarum.* (c) *hujusmodi.*
(d) *priotis gradus ut elati superbia communionem &c.* (e) Deest *ad.*

cum accipiat. Si vero jam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus nominis ipsius dignitate privetur. Cui sufficere potest pro actus sui levitate impleta pœnitentiæ satisfactione sola communio. Et aliquanto brevius quam sit in Burchardo legitur apud Egbertum in Except. cap. 68.

VI.

Pontifices quibus.

Pontifices vero, quibus in summo sacerdotio constitutis, ab extraneis dumtaxat * aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ, inter facultates ecclesiæ computabunt: quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesiæ dimissum est, ita & ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fideicommissum, aut sacerdotis nomini, aut ecclesiæ, fortasse dimittitur; cuicumque alii postmodum profuturum; id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

* Burchard. c. 127 addit donatur. Manſi.

VII.

ex quæst. 1. Casellas vel mancipiola

Casellas verò, vel mancipiola ecclesiæ, episcopi, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vel vasa ministerii, quasi commendata, fideli proposito integro ecclesiæ jure possideant: id est, ut neque vendere, neque per quoscumque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præsumant. Quod si necessitas certa compulerit, ut pro ecclesiæ aut necessitate, aut utilitate, vel in usufructu, vel (a) in directa venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales, vel vicinos episcopos, causa, qua necesse sit vendi, primitus comprobetur: & habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio roboretur. Aliter facta venditio, vel transactio, non valebit. Sane si quos de servis ecclesiæ bene meritos sibi episcopus libertate donaverit, collatam libertatem a successoribus placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor in libertate contulerit, quod tamen jubemus (b) viginti solidorum numerum, (c) & modum in terrula, vineola, vel hospitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem ecclesia revocabit. Minusculas vero res, aut ecclesiæ minus utiles, peregrinis vel clericis, salvo jure ecclesiæ, in usum præstari permittimus.

VIII.

ex quæst. 1. Placuit ut clericus

Id etiam placuit, ut clericus, si relicto officio suo propter districtionem, ad sæcularem (d) judicem confugerit, & (is ad quem recurrit) solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesiæ communione pellatur.

IX.

Placuit etiam, ut si diacones aut presbyteri conjugati [h] ad torum uxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio, & Siricii episcopi auctoritas, [i] quæ est his canonibus inserta, conservetur.

EPISTOLA S. INNOCENTII PAPÆ. *Dilectissimo fratri Exuperio Innocentius.* Consulenti tibi frater carissime: *& post alia*: Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positus incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricii episcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni ecclesiastico honore privarentur, nec admitterentur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri; *& post alia*; Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ a Siricio episcopo ad provincias commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis venia remittetur: ita ut de cetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

X.

Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet (e) consolatione, aut familiaritate jungatur. Et non solum in domo illius extranea mulier non accedat; sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem: sed cum matre tantum, sorore, (f) filia, & nepte, si habuerit, aut voluerit, vivendi habeat potestatem. De quibus (g) nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari.

(a) indirecta
(b) XXX.
(c) Deest &.
(d) defensorem.
(e) consolatione.
(f) Deest filia.
(g) addit nominibus.

XI.

Ancillas vel (a) libertas a cellario, vel a secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua clericus manet, placuit removeri.

XII.

De confecr. dist. 3. Placuit et omnes. Placuit etiam, ut omnes ecclesiæ (b) filii, exceptis diebus dominicis, in quadragesima, etiam die sabbato, sacerdotali ordinatione, & (c) districtionis comminatione jejunent.

XIII.

De confecr. dist. 4. c. 6. Symbolum. Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis una die, id est (d) ante octo dies dominicæ resurrectionis, publice in ecclesia competentibus tradi.

XIV.

De confecr. dist. 5. Altaria. Vide Vvalafrid. Strab. cap. 9. Altaria placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

XV.

Dist. 10. Pœnitentes. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem * comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur; & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Vlaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

* Concil. Bar. can. 6. Tolet. II. c. 12.

XVI.

Dist. 11. Episcopus benedictionem. Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam viginti quinque annorum penitus non committat. Sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione (e) præmissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

XVII.

Dist. 11. Episcopus benedictionem. Presbyterum vero vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem veniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat; ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore * culpentur.

* Burch. l. 1. c. habet. Concurrerent. Monh.

XVIII.

De consecr. dist. 2. Sæculares. Sæculares, qui natale domini, pascha, & pentecostem non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

Hunc canonem ita affert Burchardus l. 11. cap. 75.

Item docendi sunt cives ut Pascha, Natalem Domini, & Pentecostem in civitatibus cum Episcopis suis, nisi infirmitas impenderit, celebrent, accipiendæ communionis vel benedictionis gratia; & qui hoc neglexerint communione priventur.

XIX.

10. quæst. 1. Sanctimoniales. Sanctimoniales, quamlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.

XX.

Dist. 19. Clerici qui comam. Clerici qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur: vestimenta vel calceamenta etiam eis, nisi quæ religionem (f) deceant, uti vel habere non liceat.

XXI.

De consecr. dist. 1. Siquis etiam. Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit; reliquis festivitatibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familiæ, justa ordinatione permittimus: Pascha vero, natale domini, epiphania, ascensionem domini, pentecostem, & natalem S. Joannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut in parochiis teneant. Clerici vero, si qui in festivitatibus, quas supra diximus, in oratoriis, nisi jubente aut permittente episcopo, missas facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

XXII.

10. quæst. 3. Statuimus quod omnes. Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita, iterato aliquid definire; attamen, quo facilius cupiditas, aut improbitas reprimatur, id statuimus, quod omnes canones jubent, ut civitatenses sive diœcesani presbyteri, vel clerici, salvo jure ecclesiæ, rem ecclesiæ sicut permiserint episcopi, teneant; vendere autem, aut donare, penitus non præsumant. Quod si fecerint, (g) & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant, & communione priventur.

XXIII.

Dist. 24. Episcoporum etiam. Episcopus etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullum præponat: nisi fortasse elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus jusserit, implere contemnat. Sane * si officium archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi ecclesiæ quem elegerit episcopus præponatur.

XXIV.

(a) *liberas.* (b) *omnes Ecclesiæ exceptis* &c. (c) *districtione communicationis debere* (&c) *jejunare.*
(d) *octavo die ante dominicam* &c. (e) *promissa.* (f) *decenti.*
(g) Addit: *vel fecerunt.*

XXIV.

Concilium Valense canone 9.

De expositis id observandum, quod jam dudum Synodus sancta constituit.

XXV.

11 quæst. 2 Sæculares qui conjugale.

Hi vero sæculares qui conjugale consortium culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, & nullas causas discidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant; si antequam apud episcopos comprovinciales discidii causas dixerint, & prius uxores, quam judicio damnentur, abjecerint; a communione ecclesiæ, & sancto populi cœtu, pro eo quod fidem & conjugia maculant, excludantur.

XXVI.

11 quæst. 2 Si quis de clericis.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere damnabili & punienda obstinatione (a) præsumpserit, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam qui in damno ecclesiæ instrumenta ecclesiæ, impie solicitatis traditoribus (b) susceperint, pari sententia feriantur.

XXVII.

11 quæst. 2 De monachis monasterium. 11 quæst. 3 Monachi vagantes. 10 dist. 4.

Monasterium novum, nisi episcopo, aut permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in paræciis ordinentur. Monachum, nisi abbatis suí aut permissu, aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere præsumat: sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonum revocetur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu & voluntate abbatis præsumat episcopus.

Monachum nisi abbatis. *Concil. Herdense can. 3.

XXVIII.

11 quæst. 3 Monasteria puellarum.

Monasteria puellarum longius a monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.

XXIX.

Dist. 19. Libertos.

Libertos legitime a dominis suis factos ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur, quos si quis ante audientiam aut pervadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

XXX.

De consecr. distinct. 5. Cuncta ordinem.

Et quia convenit ordinem ecclesiæ ab omnibus (c) æqualiter custodiri, studendum est, ut ubique fit, & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur.

XXXI.

De Pla. cit. etiam.

Placuit etiam, ut sicut plerumque fit, quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diutina intentione nequiverint, a civitatis primitus (d) sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur.

XXXII.

11 quæst. 3 Clericus.

Clericus ne quemquam præsumat apud sæcularem judicem, episcopo non permittente, pulsare: sed si pulsatus fuerit, respondeat, non proponat, nec audeat criminale negotium in judicio sæculari proponere. Si quis vero sæculari per calumniam ecclesiam, aut clericum, fatigare tentaverit, & (e) victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus, & catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, arceatur.

11 quæst. 3 Si quis vero.

XXXIII.

11 quæst. 3 Episcopus.

Episcopus, qui filios aut nepotes non habens, alium quam ecclesiam relinquit hæredem, si quid de ecclesia *, non in ecclesiæ causa aut necessitate præsumpsit, quod distraxit, aut donavit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis quæ relinquit, ab hæredibus ejus indemnitatibus ecclesiæ consulatur.

* Ecclesiæ habet.

XXXIV.

De consecr. dist. 4. Judæi.

Judæi quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo mensibus inter catechumenos, ecclesiæ limen introeant: & si pura fide venire noscuntur: tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

XXXV.

Dist. 18. Si episcopus.

Si metropolitanus episcopus ad comprovinciales epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem * summi pontificis, aut ad synodum invitet, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant.

* Mero Romani Mss. Mand.

(a) aut præsumpsit, aut præsumpserit.
(b) susceperunt vel susceperint pœnitentiæ fruantur.
(c) custodiri.
(d) sacerdote.
(e) cuditur.
(e) Deest apud Isid.

Conc. Arelat. II. can. 19.

rant. Quod si defuerint, sicut prisca canonum præcipit auctoritas, usque ad proximam synodum caritate fratrum & ecclesiæ communione priventur.

XXXVI.

1 quæst. 1. Clerici omnes.

Clerici etiam omnes qui ecclesiæ fideliter vigilanterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servitii sui meritum, vel ordinationem canonum, a sacerdotibus consequantur.

XXXVII.

24 quæst. 3. Itaque censuimus. Vercell. 1.

Itaque censuimus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa * diluerint.

* deleverint

XXXVIII.

20 quæst. 4. Monachum. Vercell. 6. 7. & 8.

1 Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque par sententiæ forma servetur, quos si verbum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri. Servandum quoque de monachis, ne eis ad solitarias * cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior ab abbatibus regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem monasterii septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. Abbatibus quoque singulis diversas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

* cellas

XXXIX.

Dist. 34. Presbyteri. Venet. 11.

Presbyteri diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his cœtibus admisceantur ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choris & saltibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

XL.

28 quæst. 10. Cum ex deinceps. Venet. 13.

= Omnes deinceps clerici, sive laici, Judæorum convivia evitent: nec eos ad convivium quisquam excipiat. Quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum est, atque sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi; cum ea quæ apostolo permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda: ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quam Judæi, si nos quæ ab illis apponuntur utamur, illi vero a nobis oblata contemnant.

XLI.

Dist. 35. Ante omnia. Venet. 10.

Ante omnia clericis (a) vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque cum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

XLII.

26. quæst. 4. Aliquanti clerici. Venet. 14.

Ac ne id fortasse videatur omissum quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici, sive laici, student auguriis, & sub nomine fictæ religionis, per eas quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt; hoc quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.

XLIII.

* observari. Concilium Carthaginen. IV. cap. 68. Epaon. 3. Arel. 3. Arel. III. 6. 26 quæst. 6. Ministrare diaconus. † deest ad

De pœnitentibus id placuit * observare quod sancti patres nostri synodali sententia (b) censuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur, & qui jam sunt per ignorantiam ordinati, ut sicut bigami, aut internuptarum mariti, locum teneant, ministrare diaconus, aut consecrare † (c) altare hujusmodi presbyter non præsumat.

XLIV.

26 quæst. 6. Ministrare diaconus.

Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

XLV.

12 quæst. 1. Terrulas aut

Terrulas aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus utiles, aut longe positas parvas, episcopus sine concilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.

XLVI.

12 quæst. 1. Fugitivi

Fugitivi etiam domos suas aut familias deserentes, qui etiamsi revocati fuerint teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

XLVII.

De consecr. dist. 1. Missas

= Missas de dominico a sæcularibus totas teneri speciali ordinatione præcipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur. (d)

6. Ca-

1 Forte deest ad, etsi non est in MS. Unus habet aliosve: absque voce hujusmodi. Hard.

(a) vetetur. (b) statuerunt. (c) consecrare alta sum presbyter &c.

(d) Hic pariter desinunt canones Agathenses in Cod. Lucensi, ubi statim post hunc canonem sequitur. Et quia in nomine Domini &c. ut legitur in editis inferius cap. LXXI. paucis mutatis. Post quæ verba ante subscriptiones datur constitutio de Synodo quotannis celebranda ut plane est in Codice Vaticano.

Edici sunt post concilium anni Toletanum.

Canones qui deinceps sequuntur usque ad canonem 70 etsi pro Agathensibus (λ) agniti sunt a Gratiano & ab aliis, in antiquissimis tamen exemplaribus non extant, adjecique postea huic synodo videntur ex canonibus maximae concilii Epaonensis, ut dictum est.

XLVIII.

22. quæst. 1. Episcopi de rebus

Ut de rebus episcopi propriis vel acquisitis, vel quidquid episcopus de suo proprio habet, hæredibus suis, si voluerit, derelinquat. Quidquid vero de provisione ecclesiæ suæ fuerit, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure ecclesiæ reservare censuimus.

XLIX.

22. quæst. 1. Diaconi, vel presbyteri.

Diacones, vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res sacratæ Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ, ut superius comprehensum est, alienare præsumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit. Libertos tamen, quos sacerdotes, presbyteri, vel diaconi, de ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

22. quæst. 1. Si quis quolibet

22. quæst. 1. Diaconi, vel presbyteri.

L.

Dist. 50. Si episcopus, presbyter.

Si episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterio retrudatur, & ibi quamdiu vixerit laicam tantuminodo communionem accipiat.

LI.

22. quæst. 1. Si episcopus condito testamento. Epaon. 13.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantumdem de juris proprii facultate supplevit. (a)

LII.

Epaon. 6.

Presbytero, aut diacono, vel clerico, sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

LIII.

22. quæst. 1. Quidquid parochiarum. Epaon. 7.

Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris proprietate distraxerit, A inane habeatur & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.

LIV.

22. quæst. 1. Presbyter, dum Epaon. 8.

Presbyter, dum diœcesim tenet, de his quæ emerit ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit, ecclesiæ ordinatione discedat.

LV.

Dist. 50. Episcopum, presbyterum. Epaon. 9.

Episcopis, presbyteris, diaconibus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus B se a communione suspendat, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus uno ab omni officio vel communione cessabit.

LVI.

22. quæst. 1. In venditionibus. Epaon. 10.

In venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum C libertatis otio potiantur.

LVII.

22. quæst. 1. Unum abbatem duobus monasteriis. Epaon. 11.

Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

LVIII.

22. quæst. 1. Cellulas novas. Epaon. 12.

Cellulas novas, aut congregatiuncu-las monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

LIX.

22. quæst. 1. Clerici quilibet. Epaon. 13.

Clerici quilibet quæcumque diuturnitate temporis de ecclesiæ remunerationi possederint, in jus proprium præteritio ne temporis non vocentur, dummodo D pateat ecclesiæ rem fuisse: ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu retentas facultates in jus proprietati suæ posse transferibere.

LX.

22. quæst. 1. Lapsis. Epaon. 14.

Lapsis, id est qui in catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæreum transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii condi E tione infra scriptæ observationis imponimus, ut præscripto biennio tertio sine relaxatione jejunent, & ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentium loco standi & orandi humilitatem ita no-

λ Sunt e Conc. Agathensi etiam in Collect. Isidori, & ita citantur ab Hincmaro: & in vetusta collectione Canonum Ms. Collegii Parisiensis Soc. Jesu. *Mard.* Verum & desunt in vetustis titulis Codicis Lac. *supra* allatis. *Mansi.*

(a) Canon iste totidem verbis affertur a Burchardo lib. I. cap. XII desumptus, ut ibi notatur, ex Agathensi cap. V. De his capitibus vide adnotanda ad Concilium Toletanum XVII.

noverint observandam, ut etiam ipsi, cum catechumeni egredi commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quod si ardua vel dura forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt.

LXI.

quæst. 1 de 1. De incestis. Epaon 30.

De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designate funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione polluerit: si quis frater germanam uxoris acceperit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ se sociaverit: si quis relictæ vel filiæ avunculi misceatur; aut patrui filiæ, vel privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea quæ sunt hactenus instituta non dissolvamus. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

LXII.

Epaon 14.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emendabit.

Hunc canonem ita legit Burchardus lib. VI. cap. XVIII.

☞ *De illo qui servum suum interfecerit.*

Ex concil. Agathense cap. LXII.

Si quis servum proprium sine conscientia vel judicio judicis occiderit, ut homicidium sponte commissum pœniteat.

LXIII.

Epaon 3.

Ut cives, qui superiorum solennitatum, id est, paschæ, ac natalis domini, vel pentecostes festivitatibus cum episcopis interesse neglexerint, (cum in civitatibus communionis, vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant) triennio a communione priventur ecclesiæ.

LXIV.

1. quæst. 1 Si quis in clero

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, nativitate, epiphania, pascha, vel pentecoste, dum potius sæcularibus lucris studet, quam servitio Dei paret, convenit ut triennio a communione suspendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerint, huic damnationi succumbant.

LXV.

Dist. 91 Non oportet diaconem. Laod. 20

Quoniam non oportet diaconem sedere præsente presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus, & clericis.

LXVI.

Dist. 11 Non oportet insacratos. Laod. 21

Quoniam non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod Græci diaconicon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica.

LXVII.

28. quæst. 5 Non oportet cum. Laod. 11.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profitentur Christianos futuros esse se & catholicos.

LXVIII.

De consecr. quæst. 1. Non oportet ministros. Laod. 36.

Quoniam non oportet ministros altaris, aut clericos, magos & incantatores esse, aut facere quæ dicunt phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur projici ab ecclesia jussimus.

LXIX.

Dist. 46 Seditionarios.

Seditionarius nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum ultores.

LXX.

Dist. 46. Clericum scurrilem.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus joculatorem, ab officio retrahendum.

LXXI.

Synodum etiam secundum constituta patrum annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine domini omnibus salubriter constituris synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus (*a*) & domno nostro regi agamus, orantes divinam clementiam, ut hæc eadem facere (*b*) & docere per multos annos in honorem domini possimus.

In cod. Vaticano additur: Synodo etiam secundum constituta patrum annis singulis placuit congregari.

SUBSCRITIONES.

Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus (*c*) Arelatensis, juxta id quod universis sanctis

(*a*) *deinde*
(*b*) *in honorem Domini per multos annos, præfato rege jubente & permittente perficiamus.*
(*c*) *Arelatensis deest.*

tis coepiscopis meis qui mecum subscripserunt placuit, statuta patrum secutus, his definitionibus (a) subscripsi. Not. sub die * (b) III. Idus Septembris, Messala viro clarissimo consule P anno XXII. [a] regni domini nostri Alarici regis.

* al. IV.

Cyprianus episcopus de Burdigala metropoli subscripsi.

Clarus episcopus de civitate Elusa metropoli subscripsi.

(c) Tetradius episcopus de Biturica metropoli subscripsi.

(d) Heraclianus episcopus Tolosana civitatis subscripsi.

Sophronius in Christi nomine episcopus civitatis Agathensis subscripsi.

Sedatus in nomine domini Nemausensis episcopus subscripsi.

Quintianus episcopus Rutenæ civitatis subscripsi.

Sabinus episcopus Albigensis civitatis subscripsi.

Boetius episcopus de Cadurcis subscripsi.

Gratianus episcopus de Aquis subscripsi.

Nicetius propitio Deo episcopus de Ausciis subscripsi.

(e) Suavis episcopus de Convenis subscripsi.

Galactorius episcopus de Benarno subscripsi.

Gratus episcopus de civitate Olorone subscripsi.

Vigilius episcopus de civitate Lactorensi subscripsi.

Maternus in Christi nomine episcopus civitatis Lutevensis subscripsi.

Petrus episcopus de Palatio subscripsi.

Glycerius in Christi nomine episcopus Consoranicæ civitatis subscripsi.

Cronopius episcopus de civitate Petrocorica subscripsi.

Probatius in Christi nomine episcopus de Ucetia subscripsi.

(f) * Agræcius in Christi nomine episcopus de Antipoli subscripsi.

Marcellus episcopus de Sanctio subscripsi.

Pentadius episcopus de Dinia subscripsi.

Avilius presbyter missus a domino meo Caprario episcopo Narbonensi subscripsi.

Joannes presbyter missus a domino meo (g) Victorino episcopo de civitate Forojuli subscripsi.

Ingenuus presbyter missus a domino meo Apro episcopo Bigorritanæ civitatis subscripsi.

(h) Paulinus in Dei nomine presbyter missus a domino meo Eufrasio episcopo civitatis Arvernæ subscripsi.

Pompejus presbyter missus a domino meo (i) Juliano episcopo de Avennica civitate subscripsi.

Polemius presbyter missus a domino meo Sextilio episcopo de Vasatis civitate subscripsi.

Petrus presbyter missus a domino meo Marcello episcopo de civitate Vicojuli subscripsi.

Firmanus presbyter missus a domino meo (k) Pappolo episcopo subscripsi.

Optimus diaconus missus a domino meo * (l) Leonico episcopo Gabalum civitatis subscripsi. * Leonico

Leo diaconus missus a domino meo * Vero episcopo Turonicæ civitatis subscripsi.

DECRETA AGATHENSIS CONCILII

PRIORIBUS NON INSERTA,

Secundum Gratianum, numero tria

PRIMUM.

Non liceat episcopo propriis manibus aliquem cædere.

Non liceat episcopo manibus suis aliquem cædere: hoc enim alienum a sacerdote debet esse. Dist. 86 Non licet aliquem

Burchardus & Ivo citant ex decretis Bonifacii papæ: habetur autem in novellis const. 12. cap. 16. apud Julianum antecessorem.

SECUNDUM.

Quando amplius quam debetur exigitur, usura committitur.

Usura est ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia: Si dederis solidos decem, & amplius quæsieris, vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris. cf. quæ 1 Ulpio ff.

TERTIUM.

De purgatione clericorum, si convinci non poterint.

Si quis presbyter vitæ suæ negligens pravis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab episcopo juramento, seu banno Christianitatis constrictus, infamiam ejus patefecerit, & certi accusatores criminis ejus defuerint; admoneatur primo seorsum ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus. Si non emendaverit, in conventu presbyterorum episcopus cum publica increpatione admoneat. Si vero neque sic correxerit, ab officio suspendatur, usque ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Si vero accusatores legitimi non fuerint, qui ejus crimina manifestis indiciis probare contenderint, & ipse negaverit, tunc ipse cum sociis septem ejusdem ordinis (si valet) a crimine seipsum expurget. Diaconus vero, si eodem crimine accusatus fuerit, semetipsum cum tribus expurget. * quod habetur fere hoc dicto 11. sed totum cap. est apud Ivonem lib. 3.

a Ita unus e MSS. nostris: ceteri tantio sit annus dumtaxat XX. Mord.

a MS. Paris. Agrestius. al. Agrerus. Mord.

a Tamen Licinius Episcopus, Veri successor, videtur hoc anno 506. annum agisse sui Episcopatus octavum ex Gregorio Turon. lib. 2. hist. Franc. cap. 43. Mord.

(a) subscribens. (b) sub die IIII. id. Dec.

(c) In subscriptionibus hisce sedem nomine desunt omnipo Tolosana, & Agathensis; nomina vero ita videntur ut hic adnotatur Tetradius. (d) Eraclius.

(e) Suavius (f) Agrestius (g) Apro episcopo (h) Paulus

(i) Sextilio. (k) Vappado (l) Leonio.

EX DECRETO IVONIS.

(a) Perquirendum est, si aliqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum imminuare se posse dicat, id est, ut de odio in amorem vel de amore in odium convertat, ut bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis omnimodis scopis correcta ex parochia ejiciatur.

DECRETA QUÆDAM EX CODICE librorum sexdecim, lib. 5. cap. 22.

De illis qui contentiones & rixas amaverint.

Si quis contentiones & rixas amaverit, vel manifestum vitium fratri intulerit, juxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna expietur pœnitentia.

Ex eisdem libro & capite.

De illis qui faciles sunt ad detrahendum.

Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicens quod verum non est, septem dies in pane & aqua sequestratus a fraterno consortio pœniteat.

Ex eodem libro 15. cap. 8.

De falso testimonio, quod capitale sit crimen.

Noverint falli testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam Deus in evangelio inter principalia crimina enumeraret. Ait enim: *De corde exeunt homicidia, adulteria, falsa testimonia.* Et ideo debet pœnitere, fraudatur & excommunicari falsus testis, sicut adulter, fur, & homicida.

CANONES ADDITI EX BURCHARDI COD. MS.

lib. II. cap. CXC.

Ex concil. Agathense cap. III.

Si quis clericus in aliquo ecclesiastico gradu sacratus peccatus extiterit, corripiatur acerrime, si non emendaverit, deponatur.

Lib. III. cap. LXXV.

De illis, qui conjugati presbyteri oblationes suscipiunt.

Ex conc. Agath. cap. VIII.

Si quis discernit presbyterum conjugatum tanquam occasione nuptarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

Lib. III. cap. CCXXXIV.

Quod non liceat mortuis osculum dare.

Ex conc. Agath. cap. III.

Non licet mortuis osculum dare; nec pallis, a quæ in sacrificiis super altare ponuntur corpora eorum involvere vel super feretrum ponere.

lib. IV. cap. XXIX.

De Gentilibus infirmis si baptismum desiderant.

Ex conc. Agath. cap. III.

Gentiles si (in) infirmitate desideraverint sibi manum imponi, si fuerint ex aliqua parte honestæ vitæ, placuit eis manum imponi, & fieri christianos.

lib. X. cap. XXXII.

De illis qui ad arbores vel fontes aliqua vota voverunt.

Ex conc. Agath. cap.....

Perscrutandum si aliqua vota ad arbores vel ad fontes vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam, seu quodlibet munus deferat veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum, aut malum possit inferre.

lib. XVI. cap. XXXIV.

De illis qui convincti fuerint fratribus falsa crimina objecisse.

Ex conc. Agath.

Eos, qui fratribus suis capitalia crimina objecisse convincti fuerint, placuit usque ad exitum vitæ non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium.*) Titulus hic fere in manuscriptis: *Synodus habita in civitate Agathensi sub die* III. (vel IV.) *Idus Septembris, anno* XXIII. *regni domini Alarici regis, Messala V. C. consule*, nisi quod in quibusdam Gothici regis nulla est mentio; in aliis pro Messala consulatu era notatur 544. quæ congruit anno Christi 506. quo Messala consul fuit, & regni annum 23. agebat Alaricus.

2 *Domini nostri gloriosissimi.*) Bona fide codicem Rhemensem expressimus, cum in aliis plerisque hæc epitheta prætermittantur, in quibusdam, ut in Lugdunensi, tota præfatio ad pauca verba contrahatur hunc in modum: *Cum in nomine Domini in civitate Agathensi convenissemus, in sancti Andreæ basilica consedimus* &c.

3 *Quæ est his canonibus inserta.*) Hæc verba in uno Pithœi exemplari reperimus, in quo Innocentii mox epistolæ sequebantur: a ceteris omnibus absunt, ab iis omnium expunctæ, quibus Innocentii epistolam describi hoc loco non placebat. Surius, etsi eadem verba retinuit, epistolam tamen non habet. Can. 9.

4 *Si afferam Archidiaconatus.*) Ita Rhemensis & Lugdunensis, sed rectius videtur *Archidiaconus*, ut in Toletani, Tiliano, & aliis. Can. 23.

5 *Si pulsatus fuerit: respondeat.*) Ivo & Gratianus, *non respondeat*, quo modo & codices nonnulli, sed optimi omnes & antiquissimi sic habent ut edidimus, & consentit can. 81. synodi Epaonensis.

6 Qui post 47 sequuntur canones 25. seorsim editi sunt cum Hispanis conciliis, post synodum Toletanam XVII. hoc titulo præfixo: *Sententia quæ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, sed a quibusdam ipsi inserta sunt.* Quem titulum qui contexuit, de veteribus omnium exemplaribus concilii Agathensis agebat, in quibus hi canones, ut monui, non extant, sed ab aliis postea inserti sunt. Jam olim certe indices fuisse, idem faciunt codices aliquot non modico vetustatis, & quod eosdem pro Agathensibus, antiquis Gratianum, & ceteros, agnoverit Hincmarus ab hinc annis fere 800.

7 Ego

(a) Hunc canonem ex Conc. Agathensi cap. IV. affert Burchar. lib. X. cap. 29.

7 Ego Cæsarius.) In his subscriptionibus nunc primum adjecta sunt ex codice Pithoeano vocabula consulum, cum olim sola episcoporum nomina legerentur. Hic porro rursum in plurimis exemplaribus pro illis verbis, *anno 32. domini nostri Alarici regis*, hæc habentur: *Messala V. C. consule*. Pro 34. antistites qui per se aut per vicarios subscribunt, collectiones quadam quatuor & triginta, Agobardus in libello de insolentia Judæorum 36. numerat.

Notæ Severini Binii.

Causa & tempus concilii.

a *Concilium.*) Hoc concilium permissu Alarici regis Ariani, auctoritate Cæsarii Arelatensis provinciæ primatis congregatum est ad collapsam ecclesiasticam disciplinam in vigorem pristinum restituendam, quod patres concilii in prefatione concilii indicant his verbis: *De disciplina & ordinationibus clericorum atque pontificum, vel de ecclesiarum utilitatibus tractatur.* Huic

Quis concilio præsederit

B concilio præsedisse Cæsarium Arelatensem episcopum, non tantum ex primo nomine Cæsarii subscriptione aperte colligitur, verum etiam manifestis verbis indicatur cap. 73. concilii Meldensis, ubi canon, qui sic habet: *Sanctus Cæsarius ecclesiæ Arelatensis cum aliis triginta quinque episcopis, omnes unanimes, dolentes dixerit, sive Iaici Judæorum conventus essent* &c. ad verbum in prædicto Meldensi concilio allegatus, est hujus concilii quadragesimus, ut supra patet.

Unde sic dictum.

b *Agathensis.*) Sic dictum ab Agatha, quæ Ptolemæo, Strabone & Plinio olim Massilionium, nunc Gallia Narbonensis, urbs est in insula. Polaus scribit hanc a nonnullis historiographis civitatem aquam appellari. Stephanus meminit alicuius Agathæ, quæ est Lycia insula. Hæc Abrahamus Ortelius.

c *Tertio Idus Septembris.*) In fine actorum v. Kalend. Septembris celebratum fuisse scribitur. Mendum itaque in alterutrum horum locorum irrepsit. Mutatem inscriptionem, nisi lectio actorum varieret. Nam in margine legitur ibidem 13. Idus Septembris.

Tempus habita synodi.

d *Messala V. C. consule.*) Anno nimirum Christi 506. qui est Symmachi papæ octavus, Anastasii imperatoris 16. Theodorici in Italia regnantis 14. & Alarici Gothorum regis Ariani in Gallia regnantis annus regni, qui in fine actorum hujus concilii notatus habetur, vigesimus secundus. Nam Isidoro Hispalensi episcopo auctore, Alaricus postquam 23. annis in Gallia Aquitanica a Rhodano usque ad Ligerim & Pyrenæos regnasset, atque e regno suo Cæsarium & Quintianum viros sanctissimos pro salute regis hæretici orare solitos relegasset, a Clodoveo rege Francorum victus occiditur anno 17. Anastasii imperatoris, ara quingentesima quadragesima. Quæ tempora cum præcedentis chronologia Christi & consulum plane coincidunt. De Alarico plura dicemus infra.

Quot episcopi interfuerint.

e *Episcopi triginta quinque.*) Triginta quinque episcopos interfuisse, confirmatur canone 17. concilii Meldensis verbis illis quæ supra initio harum notarum allegavi. Ex his 34. dumtaxat subscripsisse reperiuntur. Omnes gloria confessionis illustres fuerunt, utpote qui inter Arianos dominantes illibatam sanamque ac rectam fidem catholicam conservarunt. Inter eos aliqui enituerunt sanctitate celebres in ecclesiasticis tabulis perpetua memoria consecrati; ut Firminus Metensis, S. Quintianus Rutenorum episcopus, aliique plures de quibus infra.

Can. 1. Ad gratiam festinare quid sit.

f *Ad gratiam festinantes.*) Id est, ad reconciliationem. Agitur enim hic de excommunicatis qui sunt baptizati, & ad gratiam, id est, ad reconciliationem cum suo episcopo festinant. Unde pater particulam baptismatis in decreto Gratiani 11. quæst. 3. huic canoni mendose superadditam esse.

g *Non negetur.*) Ivo, Panormitanus, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria habent *Denegetur*, videtque hunc finem quod legitur can. fin. 6. q. 1.

Cap. 2.

h *Ad sacrum ministerium vocatur.*) Circa conjugatos ad sacros ordines assumptos, quid sit observatum in primitiva ecclesia, supra diversis in locis annotavi.

Can. 12.

i *Placuit etiam in omnes ecclesiæ filii.*) Hoc a Cæsario populo proposita fuisse, ex eo facile intelligi potest, quod hac de re præclaram habuerit homiliam, qua ipso ingressu fideles interpellat hisce verbis: *Rogo vos, fratres carissimi, ut ipso legitimo ac sanctissimo quadragesimæ tempore, excepto dominicæ diebus nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem jejunare infirmitas non permittit. Quia illis diebus jejunare sed remedium est permissum est: in quadragesima non jejunare peccatum est.* Hæc Cæsarius hom. 2.

Can. 23.

k *Competentibus prædicare.*) Catechumenorum alii competentes, alii audientes dicebantur, de quibus supra.

Can. 38.

l *Chartis sive commendatitiis.*) Sequentia quinque canones habentur supra in concilio Venetico sub Hilaro. Vide quæ ibi notavimus.

A m *Omnes diversæ charitatis*, &c.) Hic nunc ad verbum reponitur in concilio Meldensi cap. 73. cum hac præfatiuncula: *Sanctus Cæsarius ecclesiæ Arelatensis cum aliis triginta quinque episcopis, omnes, inquiunt, dolentes dixerit sive laici*, &c. ut supra.

Can. 27. Diem dominicum cum reverentia colendum esse.

n *Missas die dominico a sacerdotibus tantum tenere.*) Traditione apostolica diem dominicum colendum esse, eodemque die missas audiendas, docet S. Augustinus 251. sermone de tempore. Verba illius hæc sunt: *Dominicum ergo diem apostoli & apostolici viri ita colligendo sabbatizare, habendum esse sanxerunt, quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit, unique idem dominicus appellatur, ut in eo tenerentur cultus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus servarentur, ut post multa de eisdem diei insignibus adhuc: Ad idem sanctis doctores ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Judaici sabbatismi in illum transferre, ut quod ipse in figura, nos celebraremus in veritate. Observemus ergo diem dominicum, fratres, & sanctificemus illum a vesperis diei sabbati usque ad vesperam dominicæ diei, sequestrati a cunctis operibus, & ab omni negotio, soli divinis colentes vacemus*, &c. Postquam dixisset quas preces quilibet nostrorum tempore fundere deberet, de missa dominica audiendis subjungit: *In die vero nullus se a missarum sacrarum celebratione separet, neque quasi domi remanet, retrorsum ad ecclesiam properantibus, neque in vocationem in ecclesia.* Hæc de cultu diei dominici S. Augustinus longe ante hæc tempora. Quæ de causa Cæsarius hunc concilio præsidens, hoc decretum de missa integre audiendis stabiliendum proposuerit, in historia Cæsarii apud Surium die 27. Augusti recenset Cyprianus hisce verbis: *Cum die quodam esset ad altare, animadvertit quosdam bella evangelio agendi, quod sancti viri consueverant, adventare timore detrectarent. Nec igitur cuncta, appellat his verbis populum, Quid facitis, filii? Quid ita vos abscondistis meis per matrem jubentibus? Rogo pro animabus vestris ad excipienda verba adhortationis nostræ, eorum auxiliante fulciatis. Non licebit id posse in illo tremendo judicii die, mentire, clamare atque contestari. Ne fletis, obsecro, vel fugiatis vel pertingat. Audiatis ergo verba bucolicum pertinde ac si animas vestras pro munere Christo engeriatis. Non ergo tertiumitatis arguat. Hæc dicendo sæpissime ostia letitiæ evangelitis audiendi rogat, a nos ipsi Deo ipsi gratulaverunt, ex correctione se perfectiores, qui fabulosi esse fugiunt.*

Extat ejusdem Cæsarii homilia ad populum, quam exordio populum rogat, ne dominico die aliquo facto die festo celebrare missam negligant, vel ante horam ejusdem egrediantur. *Rogo vos, fratres carissimi, ut quit homilia 12. & paterna sedulitate commonemus, ut in illo, qui die dominico, vel aliis maioribus festis celebrare missa fuerit, nullus de ecclesia discedat, donec ad ea mysteria remaneat.* Vide Baron. an. 32. n. 8. [illegible] 506. n. 9.

Can. 29.

o *Latrones in et, qui in catholica.*) Adventione Gothorum Arianorum contingebat in Gallia, quod plures a fide catholica in hæresim abducerentur, & populus de illorum desertatione ad ecclesiam in nulla [illegible] Quomodo igitur illi suscipiendi, ellent sancta synodus hoc canone decrevit.

Alaricus [illegible] quomodo ab [illegible] regnum pervenerit.

D p *Anno 22. regis Alarici.*) Alaricus filius Eurici regis Gothorum in Gallia successit Ariano patri Ariano, & catholicorum persecutori, anno Christi 484. Regnum paternum tenuit, quamvis S. Remigium et ejusque antistites sacros, qui pro eius salute ad Deum juges orationes funderent, observavit, quando vero S. Cæsarium, Quintianum, aliosque episcopos in exilium relegabat, favore ac gratia Dei privatus, regnum & vita exutus est per Clodoveum, anno regni sui 23. qui est Christi 507.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Mutuas Rom. [illegible] Lamoricensis episcopi [illegible] atque sanctissimi ad Cæsarium Arelatensem metropolitanum, atque ad Sertatum episcopum [illegible] visum est, in quibus Agathensis [illegible] quantum sagaces, concilii habetur mentio. Neque [illegible] E que ab instituto nostro fuerit adjungere hic [illegible] Joannis doctoris S. R. E. professionem fidei [illegible] Messala V. C. consule, hoc est anno 506. cum [illegible] sub lege Theodorici Ostrogothorum in Italia regis.

Domino sancto merito in Christi luminaria præferendo, & plurimum in Christo desiderando, pissimo domino, Ruricio episcopo Cæsarius episcopus.

DUm nimium tribularetur animus meus, quare ad synodum vestram præsentiam non meruimus obtinere, sanctus & Domnus meus Verus episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi * Agate vestras literas destinasset, quas ego nescio quo casu aut qua negligentia me non retineo suscepisse. Sed tamen sancto & domino meo fratri vestro certissime credo; & malo hoc portitoris negligentiæ imputare. Sed licet sanctos & desiderabiles vestros apices miseritis, tamen sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quæ ad vicem vestram subscriberet; & quod sancti fratres vestri statuerunt, in persona vestra firmaretur. Sed quia novi, quam sancto, ac frequenti, & pio desiderio interesse volueritis, omnibus fratribus vestris votum vestrum, & sanctam voluntatem exposui. Pro qua re nihil pietati vestræ, vel potuimus vel debuimus imputare. Sed licet desiderabilem vestram præsentiam non habuerimus, orationum tamen vestrarum suffragia nos meruisse persentimus, & ideo his dictis saluto plurimum affectu & honore, quo dignum est; & rogo, ut me sanctis & illustribus precibus sic ac meritis domino commendetis. Simulque indico pietati vestræ, & quia filius vester Eudomius si potuerit hoc elaborare, desiderat, ut superveniente anno Tolosæ synodum, Christo propitio, habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult episcopos convenire. Et ideo * oro te ut tam sancto desiderio suo dominus tribuere dignetur effectum.

* *forte, a cathedra vestra nunc scribendum Agatha.*

* *f. orans*

Sanctum vero & dulcissimum fratrem meum Capillutum presbyterum, amato eum & prædicatorem vestrum, vestræ sanctimoniæ, quanta valeo insinuatione commendo; & pro ipso vobis ingentes & uberes gratias ago, quia quantum ipse asseruit, tantum se circa illum impendit pia & sincera benevolentia vestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. Nunc ergo quia pro vestro desiderio æstuans pietatem vestram expetit, dignum judicavi, ut per ipsum humilitatis meæ literis destinarem. Quo remeante, si Christus annuerit apices vestros, quasi cæleste munus desidero promereri. Ora pro me.

Domino sancto & apostolico, omnique a me honore, & amore specialius fratri Cæsario episcopo Ruricius.

FRater & compresbyter noster Capillutus duplicitur hac vice nobis gratus apparuit, dum & ipse nobis jamdiu desideratus, occurrit, & quandam vestri præsentiam nobis per vestras literas repræsentat. Quo redeunte has reddere procuravi, quibus debitum beatitudini vestræ rependo caritatis officium. Quod vero scribitis, cur ad synodum, sicut conlocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. Ipsi enim recolere potestis quam sesum me * Burdigalia videritis; & hoc hyeme, quando esse soleo fortior solito. Quia æstivis diebus etiam in hospitio meo, & locis frigidis, ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare vix valeo; ne dicam, quod illos * cœptus regionis illius ferre quiverim, si venissem. Unde magis spero, ut pro me orare dignemini, & ad tempus aliud, quod intimatis, si Deus vitam cesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturius indicetis. Quia literas vestras ad me modo tardissime venisse significo. Quia etsi non pro dignitate, vel pro ætate, non debemus tardius, quam alii commoneri, qui fortasse (ut minus prudens dicam) merebamur ambiri. Quia si aliis nomen, urbium præstat auctoritas; nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas.

* *f. Burdigalt Burdagalia*

* *æstus nequiverim*

Si quidem multo melius, multoque eminentius est, civitatem de sacerdote, quam sacerdotem de civitate noscere.

Domino sancto ac beatissimo, & apostolica reverentia suscipiendo Papæ Ruricio Sedatus.

SAtis credidi, & quam habere iter vobis laboriosum esset, & vehementer optavi, ut ad necessitatem istam, quæ hic nos exhibuit, veniretis; vel per occasionem & benedictionem vestram mererer, & desiderium commune mutuo satiaretur aspectu, &c.

Domino sancto & apostolico, mihique in Christo domino speciali cultu affectuque ceteris præferendo patrono Sedato episcopo Ruricius episcopus.

PEr * arciatrum Palladium literas fœcundi cordis, & facundi oris accepi, quæ nos ad visionem mutuam voto pectoris invitabant. Sed quid facimus, quod desideriis animorum nostrorum diversa membrorum resistit infirmitas? Dum vos nimietate robusti, nos tenuitate exesi corporis impedimur: dum vos alieni, & quatuor pedes ferre nequeunt ponderosos; me etiam proprii & duo sustinere præ defectione vix possunt. Quo fit, ut implere communia vota nequeamus. Ego enim (testis est dominus) quod si valuissem, ad synodum condictam omni aviditate venissem. Sed mea disposita itineris voluntate necessitas imbecillitatis inhibuit. Quia * aeres regionis illius prælertim hoc tempore ferre non poteram. Quod & vos ita credere confido, &c.

* *Archiatrum*

* *aerem*

PROFESSIO [1] JOANNIS DIACONI

EX C. MS.

Cælius Joannes diaconus ecclesiæ Romanæ.

QUia me ad tempus ab ecclesia separavi, agnoscens errorem meum, spero misericordiam beatitudinis vestræ & redintegrari in cunctis, consentiens quæ veneranda synodus judicavit atque constituit, anathematizans Petrum Altinatem & Laurentium Romanæ ecclesiæ pervasorem & schismaticum. Quod si aliquando

[1] In Mss. hæc professio proxime subjicitur primæ synodo Romanæ sub Symmacho, ubi eam attulimus emendatam ex Baluzio.

do adtemptavero in ea causa de qua veniam ad apostolatum vestrum merui, tunc ecclesiasticæ subjaceam ultioni. Quod manu perscriptum obtuli sub die XIIII. Kalendarum Octobr. Messala v. c. consule. *

* Anno Chr. 506.

INCIPIT PRÆCEPTUM,

SIVE LEX DATA.

* Theodorico

A gloriosissimo Rege * Theodorico contra illos sacerdotes, qui substantiam ecclesiæ jure directo aut vendere, aut donare præsumunt.

Domitori orbis, præsuli & reparatori libertatis, senatui urbis Romæ, Flavius Theodoricus Rex.

Ex editione Lucæ Holstenii.

PErvenit ad nos, patres conscripti, de ecclesiæ missa utilitate suggestio, & nostræ mansuetudinis grata sacri cœtus vestri ordinatio corda pulsavit. Et licet post venerabilem synodum ad hujusmodi decreta vestri sufficiat ordinatio sola judicii, tamen pro vestra hujusmodi præsentibus oraculis dedimus consolatione responsum; ut nulli fas sit ecclesiæ cujuslibet antistiti sub qualibet alienatione de proprietate contractus usum fructum plane suum cui salva * voluerint æquitate præstabunt. Neque enim frustrari sola pontificis voluntate vel cleri peregrinis debita omnibus vel statui ecclesiæ res delata. Quid enim tam profanum, quam ut hac largientis parte violetur arbitrium? Dum quod ad ecclesiam quisque voluit pertinere, * privatæ sibi vindicent per usufructuariæ personæ contractum. Ergo si quis scelestis ausibus interdicta præsumpserit, & ultra usumfructum retinere cupit, episcopo vel clero largiente, alienata res protinus cum fructibus a venerando præsule vindicetur. Et cetera. Data v. Idus Martias Ravennæ Venantio v. c. consule. *

* ad voverint

* prave

* Anno Chr. 507.

EPISTOLA REMIGII EPISCOPI RHEMORUM AD CLODOVEUM REGEM

Hortatoria, cum rex ad bellum Gothicum se accingeret.

Domino insigni & meritis magnifico Chlodoveo regi Remigius episcopus.

RUmor ad nos magnus pervenit, administrationem vos secundam rei bellicæ suscepisse. Non est novum, ut cœperis esse sicut parentes tui semper fuerunt. Hoc in primis agendum, ut domini judicium a te non vacillet, * ubi tui meriti, qui per industriam humilitatis tuæ ad summum culminis pervenit: quia quod vulgo dicitur, ex fine actus hominis probatur. Consiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam possint ornare. Et beneficium tuum castum, & honestum esse debet, & sacerdotibus tuis honorem debebis deferre, & ad eorum consilia semper recurrere. Quod si tibi bene cura illis convenerit, provincia tua melius potest constare. Cives tuos erige, afflictos releva, viduas fove, orphanos nutri, * si potius est quam erudies, ut omnes te ament & timeant. Justitia ex ore vestro procedat, nihil sit sperandum de pauperibus vel peregrinis, ne magis dona aut aliquid accipere velis. Prætorium tuum omnibus pateat, ut nullus exinde tristis abscedat. Paternas quascumque opes possides, captivos exinde liberabis, & a jugo servitutis absolves. Si quis in conspectu vestro venerit, peregrinum se esse non sentiat. Cum juvenibus jocare, cum senibus tracta, si vis regnare nobilis judicari.

ADMONITIO JAC. SIRMONDI S. J.

Ad Lectorem de Epistola sequenti.

Quæ sequitur epistola Clodovei regis, non solum in vulgatis, sed in antiquis etiam exemplaribus nonnullis cum Aurelianensi concilio ita conjuncta, quasi ad synodum illam pertineat, ad eamque scripta sit. Unde & alteram quoque synodi epistolam ad Clodoveum, quæ initio concilii præfixa est, huic epistolæ respondere arbitrati sunt. Quorum utrumque falsum esse, qui rem propius inspexerit, facile statuet. Deprehendet enim hanc epistolam cum synodo communis nihil esse, eamque multo ante synodum, post expeditionem videlicet Gothicam, ut annotavimus, non ad synodum, sed ad universos generatim episcopos de ea re scriptam fuisse. Quare a concilio seiungenda, sectrémque suo loco edenda fuit.

EPISTOLA CLODOVEI REGIS AD EPISCOPOS

post Bellum Gothicum scripta,

De captivis tum clericis, tum laicis, episcoporum arbitrio & testimonio relaxandis.

Dominis sanctis & apostolicis seu dignissimis episcopis Chlodovechus rex.

ENuntiante fama, quid actum fuerit vel præceptum omni exercitui nostro, priusquam in patriam Gothorum ingrederemur, beatitudinem vestram præterire non potuit. In primo quoque de ministerio ecclesiarum omnium præcepimus, ut nullus ad subripiendum in aliquo conaretur, neque de sanctimonialibus, neque de viduis, quæ in religione domini devotæ esse probarentur. Simili conditione & de clericis, vel filius supradictorum, tam clericorum, quam viduarum, qui cum illis in domo ecclesiarum consistere videbantur. Idem & de servis ecclesiarum, quos de ecclesiis trados per episcoporum sacramenta constiterit, præcepimus eos observare, ut nullus ex ipsis aliquam violentiam vel damnum pateretur. Quod ita ad integrum est agnoscendum, ut ex his supradictis, si aliquis vim captivitatis pertulisset, sive in ecclesia, sive extra ecclesiam, omnino sine aliqua dilatione reddendos esse præcipiamus. De ceteris quidem captivis laicis, qui extra pacem sunt captivati, & fuerint approbati, apostolica cui voluerit arbitri vestri est non negandum. Nam de his qui in pace nostra, tam clerici quam laici, subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro infra signatas sic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nostra præceptionem latam noveritis esse firmandam. Sic tamen populus noster petit, ut cuicumque epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, & benedictione vestra dicere non tardetis rem istam quæ poscitur veram esse: quia multorum varietates vel falsitates inventæ sunt, ut comprehendatur, sicut scriptum est, *perit justus cum impio* Genes. 18. Orate pro me, domini sancti, & apostolica sede dignissimi Papæ.

CON-

Ex Labbei Appendice tom. 1.

CONCILIUM TOLOSANUM

Anno Domini DVII. celebratum.

EX epistola Cæsarii edita pag. 537. satis intelligimus Tolosæ celebratum esse concilium anno Agathense concilium proxime secuto. sed quid gestum in eo sit, altissimum silentium.

Ex nova Collect. Concil.

STEPHANI BALUZII OBSERVATIO.

Auctores postremæ conciliorum editionis ajunt facti ex epistola Cæsarii episcopi Arelatensis ad Ruricium Lemovicensem scripta constare, celebratum esse Tolosæ concilium anno proximo secuto post Agathense, altissimum tamen esse silentium de rebus in eo gestis. Sumpserunt autem ista ex supplementis conciliorum antiquorum Galliæ, quorum auctor a me admonitus falsis constituit Tolosanam etiam synodum, maluit falsa proferre quam ipsa de illius non facere mentionem. Sed si vel edendorum novorum synodorum ardore flagrantes examinassent verba Cæsarii & Ruricii, & tempestates considerassent quæ in regno Gothico exorta sunt post habitam synodum Agathensem, facile intellexissent locum non fuisse congregandi apud Tolosam episcopi, adeoque synodum illic habitam non fuisse anno proximo secuto post Agathense. Scripserat ergo Cæsarius ad Ruricium. Indico pietati vestræ quia filius vester Eudomius, si potuerit hoc elaborare, desiderat ut, supervenientе anno Tolosa synodum Christo propitio habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult episcopos convenire. Ad quæ rescripsit Ruricius: Et si nos ad tempus aliud quod intimatis, si Deus vitam concesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturius indicetis. Nihil hoc certi. Et sane non potuisse congregari hanc synodum hinc manifeste colligitur, quod anno quingentesimo septimo cum gravissimum bellum exarsisset inter Clodovæum Regem Francorum & Alaricum Gothorum, in quo iste occisus est a Clodoveo, congregandorum sacerdotum regni Gothici facultas esse non poterat.

ANNO CHRISTI 509.

SYNODUS ANTIOCHENA

ANNO CHRISTI 509

A FLAVIANO CELEBRATA.

Ex Pagio ad Ann. Christi 510. n. 1.

DE Synodo Antiochena, quam Flavianus Patriarcha coegit, hæc Theophanes anno Incarnationis secundum Alexandrinos DI. qui Kalend. Septemb. Christi anni DVIII. inchoatur, scribit: *Hoc anno Anastasius Imp. Flavianum Antiochiæ Episcopum concordiæ sanctioni a Zenone editæ subscribere coegit, qui Episcoporum sibi subditorum congregata synodo, prolixam scripsit Epistolam, Nicænam, Constantinopolitanam, & Ephesinam admittens synodos, Chalcedone vero actam silentio præteriit. Sed & Diodorum, & Theodorum subinde damnavit, quatuor subjiciens capita, in quibus cum Chalcedonensi Synodo minime consentire videtur: maxime vero vocibus istis, in duabus naturis, opponuntur ista capitula. Nonnulli Acacii Constantinopolis præsulis ea capita factum esse dicunt.*

CONCILIUM [b] AURELIANENSE [a] I.

[c] XXXII. EPISCOPORUM.

Clodovei Francorum regis evocatione celebratum, sub die VI. Idus Julias, Felice viro clarissimo consule, anno Christi [x] DXI. [d] Symmachi Papæ XIII. [e] Clodovei ejusdem regis XXX.

TITULI CANONUM.

I. *De criminosis qui ad ecclesiam confugiunt.*
II. *Si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit.*
III. *De servis qui ad ecclesiam confugiunt.*
IV. *De ordinatione clericorum, & ut filii clericorum in episcopi suo potestate.*
V. *Qualiter ab episcopo facultates ecclesiæ dispensentur.*
VI. *Eum qui ab episcopo aliquid repetit non excommunicandum.*
VII. *Ut clerici sine commendatitiis episcopi sui ad regem non accedant.*
VIII. *Si servus inscio domino fuerit ordinatus.*
IX. *Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserint.*
X. *De clericis ab hæresi conversis, & de basilicis Gothorum.*
XI. *De pœnitentibus qui ad sæcularia redierint.*
XII. *Quod clericis pœnitentibus baptizare liceat.*
XIII. *De relictis clericorum, si alisi nupserint.*
XIV. *De oblationibus fidelium.*
XV. *De his quæ in parochiarum ecclesiis offeruntur.*
XVI. *Ut episcopus pauperes & infirmos tueatur.*
XVII. *Ut basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus episcopi maneant potestate.*

XVIII.

[a] Hujus Concilii mentio in vita S. Melanii apud Bollandum ad diem 6. Januarii cap. 2. ex quo conjicere licet olim non Canones tantum hujus Concilii extitisse, sed & acta, quæ perierint.
[x] Sigibertus in Chronico ponit annum 510. Hard.

XVIII. *Ne quis defuncti fratris relictam, vel amissa uxoris suæ sororem ducat.*

XIX. *Ut abbates episcopis, monachi abbatibus subsint, & de monachis vagis.*

XX. *Ut monachi oratio, vel lazangis non utantur.*

XXI. *Si monachus uxorem duxerit.*

XXII. *Ut monachus cellam sibi sine permissu non construat.*

XXIII. *Ut in terris ecclesiæ præscriptio locum non habeat.*

XXIV. *Ut ante pascha quadragesima observetur, non quinquagesima.*

XXV. *Ut majores festivitates nullus civium in villa celebret.*

XXVI. *Ut populus ante completam missam egredi non præsumat.*

XXVII. *De litaniis ante ascensionem domini celebrandis.*

XXVIII. *De clericis qui ad litanias venire contempserint.*

XXIX. *De vitanda familiaritate extranearum mulierum.*

XXX. *De divinationibus & sortibus sanctorum.*

XXXI. *Ut episcopus ab ecclesia die dominico non absit.*

TITULI VETERES.

Vel sententiæ hujus Concilii ex vetusto Codice Lucensi CCCCXC.

Ex Concilio Aurelianensi.

I. *Quod verbis placuerit in Concilio scriptis confirmetur.*

II. *Homicida, adulter, fur de Ecclesia vel de Episcopi (domo) non tradatur absque sacramento; & nullam lesionem patiatur, sed componat.*

III. *Raptor sine consensu rapta si fuerit in Ecclesia, tradatur raptor; si certe patrem habet rapta, sit ei obnoxius.*

IV. *Pro qualibet culpa servus si fugerit in Ecclesiam, dato sacramento si noluerit exire, tradatur; si post sacramentum pœnatus fuerit pro ipsa culpa, Dominus excommunicetur. Episcopus, Ecclesia vel proprium si repetierit quisquam nullatenus excommunicetur.*

V. *Episcopus si servum alienum, sciens servum esse, Diaconum aut Presbyterum ordinaverit, duplo reddat; si certe nesciens, irrita sit ordinatio. Si vero alii abtulerint ipsi res sint.*

VI. *Si Presbyter, Diaconus in [illegible] causam commiserint deponantur.*

VII. *Si quis post pœnitentiam erraverit, excommunicetur, & sui mundi acerit [illegible] eis.*

IX. *Presbyter, Diaconus in pœnitentia positi baptizent in necessitate.*

X. *Uxor presbyteri, diaconi si maritum acceperint excommunicentur.*

XI. *Quod super Altario ponitur medietas sit clericorum: medietas Episcopi; de prædiis vero in potestate Episcopi.*

XII. *De Diœcesi de quacunque re episcopus habeat potestatem, de Altario vero tertium.*

XIII. *Infirmis Episcopi largiantur, Ecclesiæ quæ sunt, vel quæ fiunt in potestate Episcopi sint, in cujus territorio sunt.*

A XIV. *Nullus fratris sui relictam uxorem accipiat. Nec duas sorores accipiat.*

XV. *Abbates, vel Monachi in Episcopi potestate sint; & Monachi quod acquisierunt ab Abbatibus auferatur.*

XVI. *Monachus oratorium vel Zancas non utatur; Monachus si uxorem acceperit nunquam recipiatur.*

XVII. *Monachus sine Episcopo, & Abbate cellulam sibi non præsumat facere.*

XVIII. *Clericus vel Monachus si acceperit prædia Ecclesiæ nullatenus præscribatur annorum longinquitate Ecclesiæ.*

XIX. *Ante Pascha Quadragesima teneatur non Quinquagesima.*

B XX. *Absque necessitate nullus Civis in Villa teneat Pascha, Natale Domini, & Pentecosten.*

XXI. *Ante Missam & benedictionem datam nullus Fidelis exeat de Ecclesia.*

XXII. *Triduo inter Ascensionem Domini ieiunetur; Clerici qui opus Dei contemnunt in arbitrio Episcopi ponuntur.*

XXIII. *Extraneæ mulieres cum Religiosis non sint. Clericus Monachus si personaliter inquietaverit, cum eis, qui consenserint, excommunicetur.*

XXIV. *Episcopus absque infirmitate ab Ecclesia absens non sit.*

EPISTOLA SYNODI

C

AD CLODOVEUM REGEM

*Domino suo catholicæ ecclesiæ filio, * Chlotovecho gloriosissimo regi, omnes sacerdotes quos ad Concilium venire jussisti.*

QUia tanta ad religionis catholicæ cultum gloriosæ fidei cura vos excitant, ut sacerdotalis mentis affectu † sacerdotes de rebus necessariis tractaturos in unum collegi jusseritis, secundum voluntatis vestræ consultationem, & * titulos quos dedistis, ea quæ nobis visum est definitione respondimus, ita ut sicut quæ nos statuimus etiam vestro recta esse D judicio comprobantur, tanti consensus regis ac domini majori auctoritate servandam tantorum firmet sententiam sacerdotum.

PRÆFATIO.

CUm auctore Deo, * ex evocatione gloriosissimi regis Chlothovechi, in Aurelianensi urbe tantet concilium sacerdotum ad illum congregatum, consultum omnibus collibuit complacuit, ut hæc quod verbis statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

CANONES.

I.

De homicidis, adulteris, & furibus, si ad ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit: ut † ab ecclesiæ atriis, vel domo

* Fort. ut ad [illegible] Hist.

* In MS. Paris. & aliis hic tantum legitur *Cum auctore Deo in Aurelianensi urbe prima fuisset Constitutum &c.* In Collectione pariter Isidori, nulla Clodovei, aut evocationis ab eo facta mentio est. At in alio ms. Paris. *Cum auctore Deo ex evocatione gloriosissimi Regis in Aurelianensi urbe &c.* Hard.

domo episcopi, eos abstrahi omnino non liceat, sed nec * aliter consignari, nisi ad evangelia * datis sacramentis de morte, de debilitate, & omni pœnarum genere sint securi; ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua quis convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum convivio separetur. Quod si is, cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab * ecclesiæ clericis non quæretur.

* alteri
* dictis.
* ecclesia vel clericus.

II.

De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor, mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut serviendi conditioni subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur patrem habere constiterit, & puella raptori, aut rapienda, aut rapta, consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor a patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

24 quæst. 1. De raptoribus.

III.

Servus qui ad ecclesiam pro qualibet culpa confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramenta susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur, sed posteaquam datis a domino sacramentis fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excusatur probatus fuerit pertulisse: pro contemptu ecclesiæ, & prævaricatione fidei, a communione & convivio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus habeatur. Sin vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini, clericis exigentibus, de impunitate perceperit; * exire * nolentem a domino liceat occupari.

17 quæst. 4. In constitutione.

* & ei in volenti.

Canon ipse cum superiori sic legatur o

Burchardo lib. III. cap. CLXXVIII.

Ex concil. Aurel. cap. X.

In synodo Aurelianensi prima sub Clodoveo rege, in qua sederunt episcopi XXIV de his, qui ad ecclesiam pro reatibus suis fugiunt, id constitutum est observandum: quod antiqui canones decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab ecclesia, vel ab ecclesiæ atriis, vel a domo episcopi vel a claustro, quia hæc pro emunitate habentur, eos abstrahi omnino non liceat, sed nec alteri consignari, non (nisi) ad evangelia datis sacramentis de morte & debilitate & omni pœnarum genere sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii, non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & catholicorum convivio separetur. Quod si cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non requiratur.

17 quæst. 4. Cum id observarunt.

Burch. lib. III. cap. CLXXIX.

De raptore si cum rapta ad ecclesiam confugerint.

Ex eod. concil. cap. II.

De raptoribus autem seminarum id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & seminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & parentibus reddatur, & raptor, mortis vel pœnarum impunitate concessa liberam habeat eundi facultatem. Si vero parentes mulieris ecclesiasticis viis obedire noluerint, excommunicentur.

24. quæst. 1. De raptoribus.

IV.

De ordinationibus clericorum id observandum esse decrevimus, ut nullus sæcularium ad clericatus officium præsumatur, nisi aut cum regis jussione, aut cum judicis voluntate: ita ut filii clericorum, id est patrum, avorum, ac proavorum, quos supradicto ordine parentum constat observationi subjunctos, in episcoporum potestate ac districtione consistant.

V.

De oblationibus, vel agris, quos domnus noster rex ecclesiis suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus Deo * inspirante contulerit, ipsorum vel clericorum immunitate concessa, id esse justissimum definimus; ut in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, & pauperum *, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit expendatur, & clerici in adjutorium ecclesiastici operis constrigantur. Quod si aliquis sacerdotum * ad hanc curam minus solicitus ac devotus extiterit, publice a comprovincialibus episcopis confundatur. Quod si nec sub tali confusione correxerit, donec emendet errorem, * communione fratrum habeatur indignus. *

* sibi
* relectione
* sua junioris officii
* juniores vel ro, ut dignum est distrin gantur

VI.

Si quis ab episcopo, vel de ecclesiæ vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, si nihil convicii aut criminationis

2, quæst. 1. Si quis ab episcopo

o Si vero noluerit. MS. Paris. Hard.

tionis objecerit, eum pro sola [o] conventione a communione ecclesiæ non liceat submoveri.

VII.

Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione viventibus, sine discussione vel commendatione episcoporum, pro petendis beneficiis, * principum ad domnos venire non liceat. Quod si quisquam præsumpserit, tamdiu loci sui honore & communione privetur, donec per pœnitentiam plenam ejus satisfactionem sacerdos accipiat.

VIII.

Dist. 54. Si servus absente. Si servus, absente aut nesciente domino, & episcopo sciente quod servus sit, aut diaconus presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino [1] duplici * satisfactione compensat. Si vero episcopus eum servum esse nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili redhibitione teneantur obnoxii.

* duplici Aurel. 111. 12. Aurel. 17. 6.

IX.

Dist. 84. Si diaconus nec. Si diaconus, aut presbyter, crimen capitale commiserit, simul & officio & communione pellatur.

X.

De hæreticis clericis qui ad fidem catholicam plena fide ac voluntate venerint, vel de basilicis quas in perversitate sua Gothi hactenus habuerunt; id censuimus observari, ut si clerici fideliter convertuntur, & fidem catholicam integre confitentur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiunt, officium, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum impositæ manus benedictione suscipiant & ecclesias simili, quo nostræ innovari solent, placuit ordine consecrari.

XI.

De pœnitentia dist. 5. De his qui. De his qui suscepta pœnitentia religionem suæ professionis obliti ad sæcularia relabuntur, placuit eos & a communione suspendi, & ab omnium catholicorum convivio separari. Quod si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit * manducare, & ipse communione privetur.

* cibum sumere

XII.

Dist. 18. Si diaconus. Si diaconus, aut presbyter, pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit, sic quoque, si alii defuerunt, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

XIII.

Dist. 18. Si quisquam. Si se cuicumque mulier duplici con-

* Ivo P. 1. c. 191.

A jugio, presbyteri vel diaconi relicta, conjunxerit, aut castigati, separentur, aut certe, si in criminum intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

XIV.

Ivo. q. 1. Antiquos can. Antiquos canones relegentes priora statuta credidimus renovanda, ut de his quæ in altario [2] oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi episcopus vindicet, & medietatem dispensandam sibi secundum gradus clerus accipiat, prædiis de omni commoditate in episcopo-
B rum potestate durantibus.

XV.

Ivo. q. 1. De his quæ parochiis. De his quæ in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta serventur, ut omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen quæ in altario accesserint, tertia fideliter episcopis deferatur.

XVI.

Dist. 81. Episcopus pauperibus. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum,
C inquantum possibilitas habuerit, largiatur.

XVII.

Id quæst. 1. Omnes basilicæ. Omnes autem basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit, secundum priorum canonum regulam, ut in ejus episcopi, in cujus territorio sitæ sunt, potestate consistant.

XVIII.

Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat, neve se quisquam amissæ uxoris sorori audeat sociare. Quod si
D fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

XIX.

Id quæst. 1. Abbates. Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistat; & si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur: qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni se [3] obedientiæ devotione subjiciant. Quod si quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid ha-
E bere præsumpserit; omnia quæ acquisierit ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille abba futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personas non regulari ani-

o Ita Gratianus, & Parif. MS. At Binius, controversiam, quod eodem recidit. Mand.

madversione distrinxerit, vel qui monachum susceperit alienum.

XX.

Monacho uti orario in monasterio vel [a] tzangas habere non liceat.

XXI.

[b] Monachus si in monasterio conversus, vel pallium comprobatus fuerit accepisse, & postea uxori fuerit sociatus, tantæ prævaricationis reus nunquam ecclesiastici gradus * officium sortiatur.

XXII.

Nullus monachus, congregatione monasteriis derelicta, ambitionis & vanitatis impulsu, * cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

XXIII.

Si episcopus humanitatis intuitu vineolas, vel terrulas, clericis vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur, nec sæculari lege præscriptio quæ ecclesiæ aliquid impediat opponatur.

XXIV.

Id a sacerdotibus omnibus decretum est, ut ante paschæ solennitatem, non quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

XXV.

(a) Ut nulli civium paschæ, natalis domini, vel quinquagesimæ solennitatem in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

XXVI.

Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam missæ solennitas compleatur, [c] & ubi episcopus fuerit, benedictionem accipiat * sacerdotis

XXVII.

[d] Rogationes, [e] id est litanias ante ascensionem domini ab omnibus ecclesiis placuit celebrari; ita ut præmissum triduanum jejunium in dominicæ ascensionis festivitate solvatur: per quod triduum servi & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat: quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

XXVIII.

Clerici vero qui ad hoc opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiæ suscipiant disciplinam.

XXIX.

De familiaritate extranearum mulierum, tam episcopi, quam presbyteri, vel diaconi, præteritorum canonum statuta custodiant.

XXX.

Si quis clericus, monachus, sæcularis, divinationem vel auguria crediderit observanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint ab ecclesiæ communione pellantur.

XXXI.

Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ cui proximus fuerit die dominico deesse non liceat.

[f] SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM [g]

Cyprianus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Burdegalensis metropolis canonum statuta nostrorum subscripsi, sub die [h] VI. Idus Julias, Felice viro clarissimo consule.

Tetradius episcopus ecclesiæ Bituricæ metropolis subscripsi.

Licinius episcopus ecclesiæ Turonicæ metropolis subscripsi.

Leontius episcopus ecclesiæ Elusanæ metropolis subscripsi.

Gildaredus episcopus ecclesiæ Rothomagensis metropolis subscripsi.

Petrus episcopus ecclesiæ Santonicæ subscripsi.

Chronopius episcopus ecclesiæ Petrocoricæ subscripsi.

Boetius episcopus ecclesiæ Cadurnæ subscripsi.

Quintianus episcopus ecclesiæ Rutenicæ subscripsi.

Eustasius episcopus ecclesiæ Arvernicæ subscripsi.

Sextilius episcopus ecclesiæ Valaticæ subscripsi.

Nicentius episcopus ecclesiæ Auscensis subscripsi.

Lupicinus episcopus ecclesiæ Ecolesimensis subscripsi.

Adelfius episcopus [i] ecclesiæ Pictavorum subscripsi.

Heraclius episcopus ecclesiæ Parisiacæ subscripsi.

Principius episcopus ecclesiæ Cenomanicæ subscripsi.

Lupus episcopus ecclesiæ Suessionicæ subscripsi.

Nepus episcopus ecclesiæ Abrincatinæ subscripsi.

Epiphanius episcopus ecclesiæ Namneticæ subscripsi.

Eustochius episcopus ecclesiæ Andegavinæ subscripsi.

Camillanus episcopis ecclesiæ Tricassinæ subscripsi.

Li-

[a] In uno Ms. Parisiensi ultimus est ordo subscribentium. Cyprianus in primis ibi duodecimus est; & post Emphrasium. Post Tetradium deinde additur Gelinandus. Denique Felicem Consulem, nec ille Codex, nec alii bene multi præferunt. *Hard.*

(a) Canonem hunc Burch. lib. 2. cap. 70. sic incipit: *Item dominicadum est ut &c.*, & illud, *quinquagesima* reddit *Pentecosten*

* MS. Pariſ. *Litardus*. Hard.

* Litharedus episcopus [15] ecclesiæ Ozomensis subscripsi.

Modestus episcopus ecclesiæ Venetica subscripsi.

Melanius episcopus ecclesiæ Redonica subscripsi.

Edibius episcopus ecclesiæ Ambianensis subscripsi.

Sofronius episcopus ecclesiæ [16] Veromandensis subscripsi.

Maurusio episcopus ecclesiæ Ebroicina subscripsi.

Leontianus episcopus [17] ecclesiæ Constantina subscripsi.

Livanius episcopus ecclesiæ Silvanectensis subscripsi.

Eusebius episcopus ecclesiæ Aurelianensis subscripsi.

Theodosius episcopus ecclesiæ Autisiodorensis subscripsi.

Aventinus episcopus [18] ecclesiæ Carnotenæ subscripsi. [a]

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Consilium*.) Certum nunc demum sedem huic concilio defiget Felicis consulatus, quem in subscriptionibus præferunt multi codices antiqui. Fuit is consul, ut est in fastis, anno Christi DXI. quo ipso anno vita functum Clodoveum regem annotat breve chronicum sancti Vincentii Metensis. Ante hanc prorsus annum statui Clodovei obitus sine errore non potest, cum ipso superstite ac jubente celebratum eodem anno sit concilium: nec multo fortasse ultra hunc annum differri, ut sequentium conciliorum epocha docebunt.

2 *Chlothovecho*.) Ita scriptum nomen regis in codice Pithœano & Corbeiensi: paulo lenius in Rhemensi, ut in Aviti epistola, Chlodovecus vocatur, ex quo rursus, emollita vocis asperitate, Chlodoveus & Clodoveus a nostris dici cœpit.

Can. 1. 3 *Ab ecclesia atrii, vel domo episcopi*.) Distinctius Lugdunensis, Tilianus & Fossatensis: *ab ecclesia atrii, vel domo ecclesiæ, vel domo episcopi*.

Can. 3. 4. *Communione fratrum habeatur indignus*.) Addendum fuit ex Rhemensi: *Junioret vero, ut dignum est, distringatur*: quæ tamen absunt a Corbeiensi. In Lugdunensi vero, Fossatensi, & aliis, totum caput desideratur.

Can. 8 5 *Duplici satisfactione*.) Corbeiensis, Tilianus, & alii, *duplici satisfactione*: quomodo etiam in collect. S. Benigni.

Can. 14. 6 *Oblationem fidelium*.) Plerique *oblationem fidei*, ut & collectio S. Benigni: & infra pro *prædiis*, quidam habent *præsidiis*, sed collatio eadem *prædiis*.

Can. 19. 7 *Obedientia devotione*.) Rhemensis & Fossatensis, *omni obedientia devotione subjacenti*. Corbeiensis, *omni se obedientia & devotione subjiciant*.

Can. 20. 8 *Τεωγαν habere*.) Sic legunt Corbeiensis, & Pithœanus, alii corrupte, *τεωγαν*, *τεωγαν*, *τεωγαν*, quidam *τεωγαν*.

Can. 21. 9 *Monachus si a monasterio*.) Ita Lugdunensis & Aniciensis. Corbeiensis vero, Fossatensis, & alii. *Monachi in monasterio conversi, vel qui pallium probati fuerit accepisse, si posset*, &c. quidam, *vel si pallium*.

Can. 26. 10 *Et ubi episcopus fuerit*.) Librorum omnium consensu expuncta est negatio, quæ in vulgata erat, manetque nunc etiam apud Gratianum, *si episcopus non fuerit*, pro quo Burchardus lib. 3. cap. 30. & Ivo part. 3. cap. 32. legunt, *si episcopus defuerit*. Error inde natus, quia sacerdotem hoc loco diversum esse putarunt ab episcopo, cum idem sit.

Can. 27. 11 *Id est Kiriatur*.) Hæc etiam, quæ glossema redolent, a plerisque absunt manuscriptis: fuere tamen in Lugdunensi & in collectione S. Benigni.

12 *Subscriptiones episcoporum*.) Digesta hactenus fuerant in vulgatis, defectu quo conciliis, tum synodi hujus, tum sequentium subscriptiones in ordinem alphabeticum, quod in nullis exemplaribus antiquis factum meminimus. At in hisce antiquis, quæ memorata etiam est varietas, vel in ordine ac serie, vel in nominibus episcoporum & civitatum, quam reprehendere universum non licuit, Pithœanum hic ferme codicem secuti sumus.

13 vi. *Idus Julias*.) Corbeiensis & Pithœanus, vi. *Idus quinti mensis*: quod idem est. Quintus enim a Martio, unde anni exordium ducebant, mensis est Julius: sicut in concilio Epaonensi mensis octavus est October, & in Aurelianensi tertio mensis tertius dicitur Majus.

14 *Ecclesiæ Pitthaverensis*.) Pithœanus idem, *Adolphus de civitate Rotistrio*. Corbeiensis, *Adolfius episcopus de Rotiano*. Rhemensis, Bellovacensis, & alii, *Ex civitate Pitthavis Adolfius episcopus*. Idem ergo utrumque. Pitthavensis enim episcopus Rattiarensis hoc loco dicitur a Rattiarensi tractu pagi Pitthaviri, de quo Gregorius Turonensis de gloria confessorum cap. 32.

15 *Ecclesiæ Ozomensis*.) Corbeiensis *Litaredus episcopus de Ozuma*. Rhemensis, & alii, *Ex civitate Vuzma Litardus*. Vulgati Litaredum episcopum faciunt Lexoviensem. Verum is in antiquis Lexoviensium episcoporum catalogis non legitur. Et fama est Ozumi olim episcopalem cathedram fuisse, atque inde postea Sagio translatam. Hodie certe Ozumensis pagi caput sub Sagiensi est episcopo.

16 *Ecclesiæ Veromandensis*.) Pithœanus, *ecclesiæ Nojomagensis*; reliqui fere omnes, *Sofronius episcopus de Viromandis*. Quod eodem spectat, quia Veromandui in episcopatu sunt Noviomagensi.

17 *Ecclesiæ Constantinæ*.) Corbeiensis *Leontianus episcopus de Constantia*. Rhemensis, atque Bellovacensis: *Ex civitate Britovero Leontis episcopi*. Leontium enim appellant etiam multos antiqui. Britovero autem vetus nomen urbis, priusquam ibi castra Constantia figerentur. Iterum in concilio quarto Aurelianensi: *Leonis episcopus ecclesiæ Constantinæ, vel Britoveresis*. Civitas est provinciæ II. Lugdunensis, de qua in Notitia.

18 *Ecclesiæ Carnotenæ*.) Codex Corbeiensis. *Aventinus episcopus de Carnotas*. Rhemensis, & alii, *Ex civitate Carnotas Aventinus episcopus*. At in Pithœano episcopus dicitur ecclesiæ Dunensis, pro quo imperite ab aliis scriptum est *Dinensis*, vel *Dionensis*, qui nesciebant Dunum oppidum esse diœcesis Carnotenæ, a quo ejus sedis episcopi Dunenses interdum sunt appellati, quemadmodo Pitthavenses Rattiarii.

Notæ Severini Binii.

a *Consilium*.) Hoc concilium quæ occasione majore hortatu ac consilio congregatum, & a quo procuratum fuerit, indicat Hincmarus de rebus gestis S. Remigii his verbis: *Per consilium B. Remigii in Aurelianis civitate episcoporum synodum convocavit, in qua convocatio multa utilia contra a fuere.*

Occasio et hortatus synodi quinti.

Clodoveus rex Christianissimus in festissimo sorebat Alaricum Arianum nobilissimo Galliarum provincia imperium tenere. Novo etiam Christiano & fortissimo principi suaserat beatus Remigius, cuncta deinceps tunc procellosa, si ante omnia optimæ religionis statui prospiceret, si ad debellandos hostes cum Dei timore pugnaret custodiret, templa ad honorem Dei extrueret, convocato * concilio collapsam ecclesiæ disciplinam reformari curaret: nullam denique vim, rapinam, aut iniquitatem rebus sacris inferri demandaret. Quibus consiliis rex piissimus inductus, his aliisque bellicis apparatibus religiose præparatis, de rege Ariano devicto & profligato gloriosum victoriæ triumphum comparavit.

Clodoveus rex Alaricum devicerat.

* Ar. conciliatio vitio provectus commissum.

b *Aurelianensis primum*.) Hoc concilium denominatum est ab Aurelia, quæ est Galliæ Celticæ urbe indigena, hodie *Orleans* nuncupata. Antiquitus Genabum vocabatur, ut multi asseruerunt, cujus celeberrima fit mentio in commentariis Julii Cæsaris de bello Gallico. Sita est ad Ligerim fluvium.

c *Triginta duorum episcoporum*, &c.) Ex his sanctitate conspicui fuerunt, Gilderedus Rothomagensis, Lupus Sanctonensis sancti Principis patrispatrui filius & in episcopatu successor, & sanctus Remigii nepos, item Melanius Redonensis, Quintianus Rutenus & Theodorus Antissiodorensis, quos omnes habet tanquam ecclesiæ catalogus, quo eadem colit, publicique precantur fideles omnis celebrat. Sed & Leontius Vesontionensis inter episcopos hujus temporis magni nominis extitit. Qui cum in castris Clodovei tunc militaret Aquitanus vir illustris, abdicato sæculo, postea creatus episcopus Ebroicensis, egregia sanctitate enituit, ut res ab eo proditæ gestæ testantur, apud Surium die 12. Octobris.

Episcopi ex hoc concilio incerti.

d *Symmachi papæ XIII*.) Anno illo quo Alaricus rex Arianus a Clodoveo rege Christianissimo eversus est, qui

Tempus concilii

[a] Collectio Isidori hoc tantum habet, omissis subscriptionibus: *Stanilitor & alii qui eorum subscripserunt, numero triginta & tres*. In MS. Parisiensibus Episcoporum nomina sunt demarata, absque sedium nominibus. *Hardouinus*.

qui est Christi 507. Symmachi papæ nonus, Anastasii imperatoris 17. nam sub consulatu Messalæ, & Alarici regis anno regni 22. Agathensis concilium permissu eiusdem regis nordum catholicos persequentis celebratum fuisse supra diximus. Cum itaque hoc synodus habita sit, ut patet canone 12. post regem Alaricum a Clodoveo in pugna occisum, pulsque Gothos ex Gallia exactos, hoc anno, qui est 23. & ultimus Alarici hanc synodum convocatam fuisse oportuit: siquidem Isidori Hispalensis testimonio certum sit, Alaricum non nisi viginti tribus annis in Gallia regnasse. Vide quæ notavimus supra in notis concilii Agathensis in fine, verbo *Alarici*.

Clodoveus, quo tempore regnum adeptus.

e *Clodovei regis XXX.*) Clodoveus anno Domini 484. * defuncto Childerico Francorum rege apud Parisios in Gallis regnanti patri suo successit. Tenuit regnum annis triginta, ut tradit Gregorius Turonensis libri 2. histor. in fine. Parens licet ethnicus sanctissimam Genovefam coluit, filius vero non tantum eandem veneratus est, sed & muneribus frequentavit: qui dum adhuc gentilis esset, magna etiam veneratione prosecutus est sanctum Remigium Rhemensem episcopum, eique amplissimas villas dono dedit. Unde divina providentia factum, quod dum Romanum occidentale imperium collapsum erat, tripliciqueque generis barbari, Gothi nimirum, Burgundiones & Franci Gallias occupabant, ejus tantummodo gentis regnum ad posteros feliciter propagaretur, penes quem cultus pietatis foret excellentius profiturus. Anno regni sui decimo, Christi 496. Clodoveus fœdere nuptiarum junxit sibi in matrimonium Clotildem Christianam feminam, neptem Burgundiæ regis Gundebaldi, cujus indefinenti oratione ac prædicatione commotus, anno regni sui 15. Christi Domini 499. dum ope Christi Alemannos miraculoie vicisset, illustratione sacri baptismatis filius lucis effectus est. A sancto Vedasto catechizatum & in fide instructum sanctus Remigius Rhemensis episcopus pravilis miraculis pluribus baptizavit: e quorum numero hoc celeberrimum est, quod ora columbæ cœlitus advenientis ampullæ chrismatis allata fuerit, qua cum rege Clodoveo fons baptismatis solito more consecratus fuit. Hincmarus in vita sancti Remigii die 13. Januarii. Quo eventu quove bellico apparatu Galliam ab Alarico rege Ariano liberaverit, supra dixi. Anastasius imperator, ut tantum principem demereret, consularem dignitatem eidem obtulit: sed rex Christianissimus munus ab hæretico oblatum spernens, codices consulares cum insignibus remisit. Post res bellicas Parisius profectus in febrim incidit gravissimam: ad quam curandam, post multa medicorum consilia, accersitus est sanctissimus vir Severinus Agaunensis monasterii abbas, vir magni nominis, & miraculorum virtute clarissimus, qui super ægrotantem regem præmissis precibus cæsulam, qua inductus erat, imponens, febrim ejus medullis fixa inhærentem fugavit. Restitutus sanitati, flexis genibus Dei servum est veneratus, cui et ani ob gratiarum actionem illud præstitit, ut quos vellet vinctos e carcere liberaret, pauperibusque quantum vellet ex regio thesauro acceptum erogaret. Hæc Faustus presbyter scriptor hujus sæculi. Ipsa primordiis Hormisdæ papæ (quem aureo corona cum gemmis exornata donaverat) primitiæ Christianorum regum Galliæ Deo oblata in cœlum translatæ fuerunt, anno vitæ 45. & regni trigesimo, qui erat Christi Domini * 514. & Hormisdæ pontificis primus.

Clodoveus duxit Clotildem neptem Gundebaldi regis Burgundiæ in uxorem.

Clodoveus a S. Remigio baptizatur.

Clodoveus [illegible] Clotildem [illegible]

Miraculum [illegible] a S. Severino Agaunensi.

* Hic [illegible] quoque.

f *Sacerdotes in unum collegit instituit.*) Suasu & hortatu S. Remigii Rhemensis episcopi, ut supra diximus ex Hincmaro apud Surium.

[illegible]

g *De oblationem.*) Quæ dona sancto Remigio cunctisque ecclesiis in Gallia [illegible] ex piissimus contulerit, describuntur in testamento sancti Remigii apud Brissonium de form. libro septimo. Ex quibus lector veterem usum de rerum ecclesiasticarum triplici distributione sanctum aperte cognoscit.

[illegible]

h *Regationes, id est litanias, &c.*) Vide notas epistolæ Hilarii pontificis supra.

CONCILIORUM AURELIANENSIUM

CANONES

Additi ex Burchardo, Gratiano, & Ivone accepti.

Sparsim plures canones inveniuntur apud veteres collectores Aurelianensis concilii titulo inscripti; idemque cum in synodis vulgatis non reperiantur, hic dandi fuerant eo plane consilio, quo & Arelatenses & Toletani a Labbeo in unum congesti sunt. An omnes conciliorum quorumdam Aurelianensium sinceri canones habendi sint, seu potius titulum falsum præferant, inquirere operosum esset maxime, & forte impossibile. Fateor & ego partur cum ceteris, Episcopalia statuta Aurelianensium nomine subinde laudari; fortasse tamen hoc argumentum minus validum esse possit, cum mos iste olim invaluerit, ut præcedentium canones a posterioribus conciliis adoptarentur. Nec a vero abludit capitularia Theodulphi, quæ in synodis sub eodem Aurelianensi episcopo celebratis statuta sunt nomine Arelatensium canonum jure meritoque a collectoribus indicari potuisse, nec invitus credo ex capitularibus istis nonnisi partem aliquam ad nos pervenisse; ex quo fieret, ut canones a me collecti, eorumdem capitularium quæ perierunt fragmenta judicanda essent. Profecto quæ dixi de capitularibus Theodulphi vera esse demonstrant canones saltem duo ex iis, qui mox proferendi sunt in iisdem capitularibus excusis totidem verbis expressos reperiri, uti suis locis indicabo.

Ex Burchardo lib. 1. cap. 12.

Ex conc. Aurelianensi cap. XII.

Nullus est ordinandus episcopus, nisi convocatis clericis, & parochianis in unum consentientibus. Ivo p. 5. c. 66. ex Aurel. cap. 1.

Lib. 1. cap. 40.

Ex concil. Aurelian. cap. 1.

Si quis ordinatus, per contentionem populi aut pro aliqua ratione, & non pro sua culpa, in parochia, quæ ei fuerit data, receptus non fuerit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesiæ, in qua convenit sibi nihil præsumat, sustineat autem quidquid de eo sanctum concilium judicaverit. Dist. 61. cap. Si quis episcopus.

Hunc canonem ex capitulis Martini Bracarensis laudat Gratianus aliique, sed in MS. meo Burchardi codice ex Aurelianensi notatum; scitum est autem Martinum canones conciliorum dessorasse.

Lib. 1. cap. 103. Ex conc. Aurelian. cap. VI.

De domestica & interiore conversatione episcopi.

Decrevit sancta synodus domesticam & interiorem episcopi conversationem totius reprehensionis atque suspicionis impenetrabilem fieri debere, ut juxta Apostolum, provideamus bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Oportet igitur, ut in cubiculo episcopi, & secretioribus quibuslibet obsequiis sinceræ opinionis sacerdotes, & clerici assistant, qui vigilantem orantem sacra eloquia scutantem episcopum suum vigiliter attendant, ejusque sanctæ conversationis testes imitatores, & ad Dei gloriam prædicatores existant. Ivo p. 5. cap. 107. ex Aurelian. cap. 5.

Lib. II. cap. 47. Ex conc. Aurelian. cap. 2.

Ut ordinatus quisque in iis locis permaneat, ad quem ordinatus est.

De his qui in quibuscumque ordinati fuerunt ministri in ipsis locis permaneant. Ivo p. 6. c. 158. tantum ex Agathens. c. 19.

Lib.

Lib. II. cap. 38.

Ex conc. Aurelian. cap. VIII. est tomus ex Gerundensi cap. VIII.

Cap. Si quis. Dist. 34. Gerunden. cap. 8.

Si quis de laicis post uxorem aliam cujusque conditionis cognoverit mulierem in clerum nullatenus admittatur.

Lib. II. cap. 69. Ex conc. Aurelian. cap. III.

Ut omnis presbyter diebus festis populum moneat quas preces ad Deum fundere debeat.

Oportet, ut in diebus Dominicis vel festis post sermonem intra missarum solemnia habitum ad plebem sacerdos admoneat, ut juxta apostolicam institutionem orationes in commune pro diversis necessitatibus fundant ad Dominum; pro rege & episcopo eorum, & rectoribus ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis, qui in ipsa parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis, in quibus singulatim precibus plebs orationem dominicam sub silentio dicat. Sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones solemniter expleat. Post hæc sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus: *Obsecro primum omnium fieri orationes &c.*

Lib. II. cap. 71. Ex conc. Aurelitensi (*sic*) cap. IV.

De admonitione presbyterorum.

Ut sacerdotes admoneant populum, ut eleemosinam det, & orationes faciant pro diversis plagis, quas assidue pro peccatis nostris patimur.

Excerptum ex capitularibus lib. I. cap. 165.

Cap. 72. Ex eod. conc. cap. VI.

Item instituendus est populus, ut in singulis diebus qui amplius non potest saltem duabus vicibus oret, mane scilicet & vespere, dicens symbolum & orationem dominicam, sive: *Qui plasmasti me miserere mei*; vel etiam: *Deus miserere mihi peccatori*. Et Deo gratias agens pro quotidianæ vitæ commeatibus, & quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, & a pecudibus segregare. His peractis & Deo creatore suo adorato sanctos invocet, ut pro se intercedere apud majestatem divinam dignentur. Hæc faciant, quibus basilicæ locus prope est, in basilica; qui vero in itinere aut pro qualibet occasione in silvis aut in agris, ubicumque eos ipsa hora matutina vel vespertina invenerit, sic faciant, scientes ubique præsentem esse, dicente Psalmista: *in omni loco dominationis ejus*.

Ivo p. 6. cap. 167.

Theodulph. cap. XXIII.

Lib. II. cap. 77. Ex concil. Aurelianensi cap. II.

Ut ad salutationes sacerdotales ad missam omnes devote respondeant.

Adiut. & Ivo p. 6. c. 169.

Item intimandum est, ut ad sacerdotales salutationes congruæ responsiones dicantur; ubi non solum clerici & Deo dicatæ sacerdoti responsiones offerant; sed omnis plebs devote consona voce respondere debet.

Acceptum est ex Capitular. Abbonis cap. III.

Ex concil. Aurelian. cap. XXVI.

De usuariis.

Ut presbyteri a turpibus lucris & usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

Adiut. & Ivo p. 6. c. 190. ex Aurelian. cap. 16.

Cap. 138. Ex concil. Aurelian. cap. VIII.

De clericis fugitivis ne ab aliis recipiantur.

In concilio Antiocheno simul & in Chalcedonensi præcipitur, ut fugituri clerici & peregrini præter commendatitias literas sui episcopi nusquam penitus ministrare debere.

Vid. Adiut. & Ivo p. 6. cap. 211.

Cap. 196. Ex concil. Aurelian. cap. X.

Ut criminator crimen criminati literis comprehensum ante accusationem episcopo suo repræsentet.

Illud præterea omni ecclesiastico ordini omnimodo servandum est, ut nullatenus aliquis præsumat in concilio vel synodali conventu aliquem contra fratrem accusatione pulsare, nisi prius ipsum accusationis crimen & litigationis causas literis per ordinem comprehensum manu propria subscripserit, & episcopo vel sacræ synodo porrexerit ut juste & canonice litigantium controversiæ finiantur; non enim licet, ut authoritas Romana testatur nisi scriptione celebrata, reum quemquam fieri nec ad judicium exhiberi; quia sicut convictum de crimine pœna constringit, ita accusatorem si non probaverit, quod objecit,

Ivo p. 6. c. 242.

Cap. 215. Ex concil. Aurel. cap. IX.

Ut omnes clerici magis confidant in defensione Dei quam in armis.

Omnimodis dicendum est presbyteris & diaconibus ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei, quam in armis.

Ivo p. 6. c. 249.

Cap. 117. Ex concil. Aurel. cap. III.

De servis Dei ut omnes silvatica vagationes cum canibus & accipitribus illis interdicantur.

Omnibus servis Dei ut venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres, & falcones non habeant, interdicimus.

Ivo p. 6. cap. 280.

Cap. 228. Ex concil. Aurel. cap. VI.

Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec discere juxta præceptum episcoporum suorum pro viribus satagunt, & contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi, quousque hæc plenitus emendata habeant.

Idem ibid. c. 300.

Ex lib. VII. Capitular. cap. 137. affert Isaac Longon. cap. 20.

Lib

A

Lib. III. cap. 6. Ex concil. Aurel. cap. III.

Ut nullus ecclesiam ædificet, nisi ille cui episcopus loci locum designaverit.

Ivo p. 3. c. 8. De consecr. dist. 1. cap. Nemo ecclesiam. Nemo ecclesiam ædificet, antequam civitatis episcopus veniat, & ibidem crucem figat publice, & atrium designet, & ante præfiniat, qui ædificare vult quod ad luminaria & ad custodiam & stipendia custodum sufficiat, & ostensa donatione sic domum ædificet; & postquam consecrata fuerit atrium ejusdem ecclesiæ aqua tincta conspergat.

Legitur ad verbum fere totum inter canones Isaaci Lingonensis ex lib. V. Capitular. cap. 282.

Cap. 13. Ex concil. Aurelian. cap. VII. (in edito Gratiani III.)

Ut ecclesiam in qua Paganus sepultus est, non liceat dedicare.

Cap. Ecclesiam in qua Paganus sepultus est non liceat consecrare, neque missas in ea celebrare, sed tractari foras & mundari oportet.

Ex capitular. Theodori acceptum notant correctores Gratiani.

Cap. 8. Ex eodem concil. cap. VI.

In ecclesiam in qua cadavera sepeliuntur, Altare consecrare non licet.

In ecclesia in qua cadavera mortuorum sepeliuntur sanctificare altare non licet. Si autem consecratum primum fuit, missas licet celebrare in ea.

Cap. 66. Ex concil. Aurelian. cap. V.

Ivo p. 3. cap. 66. Audivimus quod quidam laici in domibus propriis præcipiant presbyteris suis missas celebrare, & inter canum discursus, & scortorum greges sanctitatis mysteria polluantur magis quam consecrentur; quapropter præcipimus, ut nullus presbyter extra ecclesiam missam cantare, nisi forte necessitas itineris exposcat in tentorio, aut sub divo in loco mundo, & longe ab omni immunditia remoto, missas præcipimus celebrare, & hoc nullatenus sine tabula consecrata.

Cap. 78. Ex concil. Aurelian. cap. II.

Ivo part. 3. cap. 120. Auditum est aliquos presbyteros missam celebrare, & non communicare, quod in canonibus Apostolorum interdictum esse legitur; vel quomodo dicere recte potest si non communicaverit: *Sumpsimus, Domine, Sacramenta &c.*

Cap. 79. Ex eod. concil. cap. II.

Ivo ibid. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicaverit, aut caulam dicat, & si rationabilis fuerit, veniam consequatur, aut si non dixerit, communione privetur, tamquam qui populo causa læsionis extiterit.

Acceptum est Capitular. Ajuisgran. Caroli Magni cap. VI.

Cap. 104. Ex eod. concil. cap. IV.

Ut nullus calicem, patenam, aut aliquæ vasa sacrata ad alios usus facere præsumat.

Nullus sacerdos seu laicus calicem, aut patenam, aut quælibet vasa sacra & divino cultui mancipata ad alios suos usus retorquere præsumat; nam quicumque de calice sacro aliud bibit propter (forte præter) Christi sanguinem qui sacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet quam ad altaris ministerium, deterrendus est exemplo Balthasar, qui dum vasa Domini in usus communes assumpsit, vitam pariter cum regno amisit.

Est ex capitular. Theodulphi cap. XVIII. Affert & Ivo p. 2. cap. 40. Et laudat concil. Aurelian. cap. IX.

Cap. 129. Ex concil. Aurelian. cap. VIII.

Ut cuncta quæ Deo offeruntur consecrata habeantur.

Omnia quæ Deo offeruntur consecrata habeantur in vineis, terris, silvis, utensilibus, vestimentis, pecoribus, & reliquis possessionibus, & quæ ecclesiis, sine dubio Christo qui sponsus earum est offeruntur.

C

Cap. 86. Ex concil. Aurelian. cap. III.

Ut unicuique in domo sua orare liceat.

Unicuique fidelium in domo sua oratorium liceat habere, & ibi orare; missas autem non celebrare non licet. Cap. Ut unicuique de consecr. dist. 1.

In Julian. antecessore novel. 52. extare notant Romani correctores. Est etiam in canonib. Isaaci Lingon. cap. XV.

Lib. IV. cap. 60. Ex concil. Aurelian. cap. V.

Ut omnes perfecte ætatis jejuni ad confirmationem veniant.

D

Ut jejuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confessiones facere prius ut mundi donum sancti Spiritus valeant accipere, & quia nunquam erit christianus nisi confirmatione episcopali fuerit chrismatus. Cap. Ut jejuni. De consecr. dist. V.

Extat verbum exceptum ex capitulis Herardi cap. LXIV. Item in canonibus Isaaci Lingonensis cap. XV. excerptis ex capitularibus. Eadem constituta sunt in Parisiens. anno 829. can. 33.

Lib. V. cap. 12. Ex concil. Aureliano cap. IV.

Ivo part. 3. cap. 22. Illud etiam adnectendum videtur ut oblationes quæ in altario offeruntur de sabbato in sabbatum semper innoventur, quia panes propositionis qui semper in mensa proponebantur a sabbato in sabbatum semper mutabantur, ne diu servati mucidi fiant, & ut quidam sentiunt igne concrementur. Quod si aliquis, diabolo instigante, hoc facere præsumpserit, anathema sit.

E

Lib. V. cap. 50. & 51. Ex concil. Aurelianensi cap. V.

De Eucharistia inveterata.

Omne sacrificium fordida vetustate perditum Ivo ibid. c. 19.

igne

igne comburendum est, & cinis justa altare sepeliendus.

De illis qui non bene custodierint corpus & sanguinem Domini.

Ivo lib. c. 60. Vid. Regino. in Paenitent.

Qui non bene custodierint sacrificium & mus vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat.

Qui autem perdiderit illud in ecclesia aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat. Perfundens aliquid super altare de calice qui Deo offertur, sex dies pœniteat, aut si abundantius septem dies pœniteat. Qui autem perfudit calicem dum solemnitas missæ celebratur, quadraginta dies pœniteat. Si vero celebrat missa presbyter neglexerit accipere sacrificium similiter quadraginta dies.

Et qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, septem dies pœniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre, donec offerantur. Inteamen quando recitantur nomina paufantium similiter pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut a vermibus consumptum sit, & ad nihilum devenerit, tres quadragesimas cum pane & aqua pœniteat. Si integrum inventum fuerit, & in eo vermis, comburatur, & cinis sub altare condatur, & qui neglexerit quaternis diebus suam negligentiam solvat. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium, viginti dies expleantur jejunio. Congiat natum vero, septem dies, qui mergit, pœniteat.

Lib. VII. cap. V. Ex concil. Aureliano.

Ivo l. 7. cap. Incestuosi.

Incestuosi dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fideles Christianos, sed inter gentiles aut catechumenos habeantur, id est cum christianis non sumant potum, non cibum, sed soli faciant hoc, non osculentur nec salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inobedientes extiterint & a tam nefando scelere segregent se, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu percrebantur immundo, vel etiam inter eos de quibus per se veritas ait: Si te non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, & si alter eorum morte perventus fuerit, alter quamdiu vivit graviter pœniteat & sine spe conjugio maneat.

Ex Capitular lib. VII. cap 433 & 125 fere totum acceptum monent Romani correctores, quamquam in fine varias.

Lib. VIII. Cap. 35. Ex concil. Aurelian. cap. III.

De viduis, quæ semel sacræ conversationis velamen suscipiunt.

Ivo l. 7. cap. Viduæ quæ ac Affert. Ivo p. 7. c. 41.

Viduæ, quæ spontanea voluntate ab altare sacræ conversationis velamen suscipiunt, decrevit synodus in eodem proposito permanere. Non enim fas esse decrevimus ut nostruam se Domino semel sub velo consecraverunt, nem eis concedi spiritu sancto mentiri.

Ex Epoonach cap. II. acceptum notant correctores Romani.

Cap. 42. Ex concil. Aurelian. cap. V.

De fœminis quarum maritis obierunt, ne cito se vicent.

Ivo p. 7. cap. 60.

De fœminis quæ viros amittunt, placuit ne se sicut hactenus, indiscrete velent, sed [illegible] ta dies, post discessum viri sui expectent, & post tricesimum diem per continuum ei [illegible] fui, vel si episcopus abiens fuerit, conjugio aliorum relinquatur sacerdotum, suorumque amicorum id quod capere debent, eligant. Et ut rogetur princeps a sacro concilio, ut hi qui egerunt publicam pœnitentiam, & fœminæ quæ viros amittunt sua auctoritate donec deliberent quid agant, tueantur, & specialiter pro his capitulis fieri, & legis mundanæ capitulis inserenda decrevimus.

Cap. 51. Ex concil. Aurelian. cap. III.

Ut sacrilegi dijudicentur qui se sacratis fœminis miscuerunt.

Sciendum omnibus quod Dei sacratum fœminarum corpora per votum propriæ sponsionis & verba sacerdotis Deo consecrata templa esse testimoniis scripturarum confirmantur, & ideo violatores earum sacrilegi, ac juxta Apostolum, filii perditionis esse noscuntur.

Lib. 13. cap. 7. Ex concil. Aurel. cap. 6.

De jejunis Rogationum.

Ivo p. 7. c. 60. [illegible]

Cum exigentibus peccatis Galliarum populus luporum rabie acriter intermeretur, nec illius flagelli aliquod remedium inveniri poterat, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune patuerunt, ut triduanum jejunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hanc consuetudinem annuæ celebritatis retinuerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionem Domini diem celebraretur. Agamus & nos hos dies cum summa reverentia & cordis humilitate cum abstinentia carnis, & humilitate mentis vel cordis ut non solum luporum rabiem evadamus, sed ut in omnibus, id est in omnium immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco & cinere lugere debemus. Prohibeantur choreatæ, & commessationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo obsecutare præsumat, sed discalceatis pedibus cunctis discedant. Nequaquam mulieres choros ducant sed omnes in commune Kyrie eleison decantent, & cum contritione cordis Deum misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum, & [illegible] tis necessitatibus. Dies enim hoc ad poenitentiam non lætitiæ.

Lib. XI. Cap. 4 & 5. Ex concil. Aurelian. cap. 1.

Excommunicationis alocutio.

Audistis, dilectissimi, quanta & quam horrida pravitatis ac iniquitatis opera [illegible] sollicitatus perpetrare non timuit, & quomodo per apostasiam a totius Christianæ religionis cultu prophana mente recesserit.

Au

Audistis quemadmodum canonice ad satisfactionem evocatus sit, sed venire distulerit. Quomodo frequenter admonitus ut resipisceret a diaboli laqueis, quibus tenetur adstrictus salubertimas admonitiones obduratis auribus cordis audire contempserit. Dominus in evangelio dicit de tali contumaci fratre, qui ecclesiastisam renuit suscipere correctionem: *si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*, idest jam non est computandus inter christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus Domini & magistri doctrinam sequens Corinthios redarguit, quare cum criminosis, & sceleratis communionem haberent, dicens: *vos estis inflati, & non magis luctum habuistis, ut tollatur ex medio vestrum*, idest separetur a vestro consortio, qui tale scelus operatus est. Et adjungit: *Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu judicavi ut praesens eum, qui sic operatus est. In nomine Domini nostri Jesu Christi tradere hujusmodi Satanae in interitum carnis*. Et post paucos: *Scripsi vobis ne commisceamini fornicariis*, & illum inferit: *si is qui frater appellatur, si est christianus fornicator est vel capax, cum hujusmodi de ejus cibum sumere*. Et alibi: *Auferte malum ex vobis, & impudicus si discedit, discedat. Una enim ovis morbida omnem gregem contaminat, & modicum fermentum totam massam corrumpit, & pertumque unum membrum putridum corpus inficit. Et ideo tam perniciosa pestis a corpore ecclesiae radicitus evellatur.*

Cap. 5.

Excommunicatio secunda.

Ex eod. Concil.

Dominicis igitur & Apostolicis informati praeceptis judicio Patris & filii ejus Domini nostri Jesu Christi, & Spiritus sancti, & auctoritate & potestate Apostolis, Apostolorumque successoribus a Deo concessa, una vobiscum praedictum pessimum virum a liminibus sanctae Matris ecclesiae excludimus, & ab omni societate & communione christiana separamus, separatumque ede in aeternum decernimus, id est in praesenti saeculo & futuro.

Nullus christianus ei ave dicat, aut eum osculare praesumat; nullus presbyter missam cum eo celebrare audeat, vel sacrosanctum corpus & sanguinem Domini tradere, nemo ei jungatur in consortio, neque in aliquo negotio; & si quis ei se sociaverit, & communicaverit ejus operibus malignis, noverit se simili percussum anathemate. His exceptis, qui ob hanc causam ei junguntur, ut eum revocent ab errore, & provocent ad satisfactionem, nisi forte resipuerit, & Dei gratia inspirante ad poenitentiam & remedium conversus fuerit & dignae emendationem ecclesiae Dei, quam laesit, humiliter satisfecerit.

Cap. 60. Ex concil. Aurelian. cap. 1.

Cap. Si fur aut latro, et quid, Jos. 7. cap. 6.

Si fur aut latro captus in praeda absque occasione potest comprehendi, & tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creatus & in nomine ejus baptizati sunt interfectores eorum quadraginta diebus non intrent ecclesiam. Lanae veste induti ab escis & potibus, qui interdicti sunt, a toro & gladio & equitatu se abstineant. In tertia & quinta feria & sabbato aliqua genere leguminum vel olerum, & pomis cum mediocri cervisia vicissim utantur & temperate. Sin autem a veridicis comprobatur testibus, quod sine odii meditatione se suaque liberando diaboli membra interfecerunt, & capi non poterant, poenitentiam pro homicidio eis non injungimus, nisi ipsi voluerint aliquid, quod humanitatis est, facere; & si presbyter est, non deponatur; cunctis tamen vitae suae diebus poenitentiam agat.

Ex Reginone cap. 28. append. primae acceptum recte monet Cl. Berardus in erudito Opere Gratiani Canones genuini ab apocryphis discreti T. I. pag. 341. qui tamen Regino nullum concilium laudat sed de suo haec tradit; cum vero paulo superius canones Aurelianens. adduxisset, hinc forte deceptus Burchardus haec pariter Aurelianensi tribuenda judicavit. Ita erudite Berardus.

Lib. XII. cap. 13. Ex concil. Aurelian. cap. X.

Quod unusquisque jejunus jurare debeat.

Et hoc sancta synodus decrevit, nisi pro pace facienda, ut omnes fideles jejuni ad sacramenta accedant.

Cap. 26. Ex concil. Aureliano.

Juramentum filii aut filiae, nesciente patre, & vota monachi, nesciente Abbate; & juramenta pueri irrita sunt.

Lib. XIII. cap. 3. Ex concil. Aurelian. cap. XIII.

Quo tempore ad Missam Flectamus genua dici debeat.

Ut presbyteri plebibus annuncient, quod in quadragesima & jejunio quatuor temporum tantummodo ad missarum solemnia flectere genua debeant. In dominicis e contra diebus, vel ceteris festis a vespera usque ad vesperum non flectant genua, sed stantes incurvati orent; ne quisquam uno genu solotenus impresso orare praesumat, sicut Judaei irridentes Dominum in passione ejus fecisse leguntur, sed utraque genua in terram ponant. ait enim apostolus: *Flectio genua mea ad Patrem Domini mei Jesu Christi*.

Lib. XIII. cap. 16. Ex concil. Aurelian. cap. XVI.

De vigiliis sanctorum.

Presbyteri cum sacras festivitates populis annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis servare moneant.

Lib. XV. cap. 3. Ex concil. Aurelian. cap. IV.

Ut episcopi potestates admoneant, ut pauperes non opprimant.

Ut judices aut potestates, qui pauperes opprimunt, si commoniti a pontifice suo, non emendaverint, excommunicentur.

Lib.

A

Lib. XVI. cap. 17. Ex concil. Aurelian. cap. V.

Ut falsi testes a communione, nisi pœnituerint, sint submovendi.

Falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

Cap. 33. Ex concil. Aurelian. cap. I.

Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet.

Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet; & si emendaverint vitium, recipiat eos B ad communionem, non ad clerum admittat.

Lib. XVII. cap. 3. Ex concil. Aurelian. cap. VI.

De illo, qui cum duabus sororibus fornicatus est, quarum una uxor fuit.

Ivo p. 9. cap. 69. Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri unquam in conjugio copulentur.

Lib. XIX. cap. 93. Ex concil. Aurelian. cap. VI.

De clericis qui a dæmonio vexati.

Si quis clericus vexatus a dæmonio decem annis pœniteat, & inter audientes sit, & ad sacros ordines non adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, sit in reliquis officiis ecclesiasticis.

Ivo par. 2. cap. 142. Ex concil. Aurelian. cap. XXX.

De opertorio altaris nullum corpus dum ad tumulum defertur tegendum est.

De opertorio Dominici corporis vel altaris nunquam corpus, dum ad tumulum evehitur obtegatur. Ne dum sacro velamine corpora honorantur, altaria polluantur.

Idem p. VI. cap. 282. Ex concil. Aurelian. cap. V.

Ut sicut laici clericos in sua accusatione in sæcularibus non recipiunt, ita nec ipsi in eorum accusationem recipiant.

Omnes episcopi in tertia sessione acclamaverunt: sane dignum est, ut sicut sacerdotes vel clericos in sua accusatione vel sæcularibus iudiciis laici non recipiunt; ita ipsi in sacerdotum vel clericorum accusationibus, seu ecclesiasticis negotiis, nisi sponte collaudetur, non recipiantur. Quoniam inconveniens est, ut hi, qui hos respuunt, ab his recipiantur.

Idem decr. p. IX. cap. 49. Ex concil. Aurel. cap. VI.

Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sanguinis, vel uxoris usque in septimum generis gradum uxorem ducere, vel incestis nacula commaculari.

Extat in cap. Nullum 35. q. 3. sed tribuitur Julio Papæ. Affert Isaac Langon. tit. IV. cap. 13.

Idem Part. 7. cap. 57. Burch. l. 8. c. 38. Ex Conc. Aurelian. cap. 23.

De his, qui velatas, & Deo sacratas in conjugium duxerunt.

Si quis sacro velamine consecrata in conjugium duxerit, & post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii cap. 25. legitur, protinus æquum est a sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamq; pœnitentiam omnino non recipi. Si tamen pœnituerint transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi concilio cap. XVI. hoc perpetrantes excommunicantur: confitentibus autem auctoritate episcopi misericordia largiatur. In epistola Syricii papæ cap. VI Velatæ, & Deo consecratæ, si abjecto proposito sanctitatis clanculum sacrilega se contagione miscuerint, & illicitis complexibus publice & libere filios procreaverint, has nuptias detestabiles a monasteriorum cœtu, & ecclesiarum conventibus eliminandas esse judicatum est quatenus detrusæ ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant. Unde verbo Domini, canonica authoritate in hac sancta synodo præcipimus, ut omnimodo separentur, & juramento colligentur, ulterius sub uno non cohabitare tecto; * nec familiari frui colloquio, excepto in ecclesia, aut in publico, aut rem ullam habere communem, unde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facti juste possit oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sunt, & uterque sua provideat & incestuosus sine spe conjugii maneat.

Idem par. 9. cap. 70. Ex Conc. Aurelianensi

Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum noverca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel cum matertera sua, vel cum filia patris sui, & avunculi sui, vel cum filia amitæ suæ; sive materteræ suæ; vel cum nepte sua, vel cum commatre sua, aut filiola sua, sive quam de fonte suscepit, vel ante Episcopum tenuit, & si qua mulier simili modo fornicata fuerit abstineat se ab ingressu domus Dei annum, & eodem anno, nisi Dominicis diebus & festis, solummodo pane, & aqua, & sale utatur, arma non ferat, osculum nulli præbeat, sacrificium nisi pro viatico minime accipiat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus, & vino & siceta minime utatur nisi festis diebus. De armis vero & osculis, sive de sacrificio, ut supra dictum est. Postea vero duobus annis quando carne veletur a potu omni quo inebriari potest se contineat. Et si potum biberit, minime carne velcatur absque præcipuis festis diebus. De armis vero vel osculo & sacrificio modum teneat jam dictum. Inde usque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus, a carne abstineat, & tres terias legitimas in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitime custodiat. De armis vero, ut supra dictum est; & nunquam aliquando conjugio copuletur. Hæc eadem pœnitentia imponenda est parricidis, vel Fratricidis, vel consanguineis; nec non & qui sponte per fraudem, & avaritiam hominem innoxium, quod morchidum * vocant.

Morchidum vocem esse Longobardicam, ac homi-

* Hæc ut Burch. & Gratianus

* alias Morchidum

eidium clam commissum denotare monet additor ad Cangium, v. Morhd; *ex quo inferat Aurelianense istud Concilium nonnisi forte post evulgatas in Italia & Gallia Longobardorum leges & linguam, idest saeculo saltem VII. haberi potuisse.*

Gratianus de Consec. dist. 1. can. 43. ad Nuptiarum affert hunc canonem tamquam ex Concil. Aurelianensi acceptum, idemque pariter Conc. tribuit Ivo p. 2. cap. 143. Uterque vero illum desumpsit ex Burchardo lib. 3. cap. 108. atque reipsa in editis Burchardi ex Conc. Aurelianensi laudatur; sed in meo Burchardi MS. Cod. non Aurelianensi, sed perspicue Arvernensi cap. 23. legitur. Equidem est canon 8. Conc. Arvernensis. Ex quo deducas mendoso Burchardi codice veteres illos Collectores usos fuisse.

Canon Aurelianensis.

Si quis autem Abbas cautus in regimine & humilis, castus sobriusque misericors & discretus non fuerit, ac divina praecepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo in cujus consistit territorio, & a vicinis abbatibus & caeteris Domini timentibus a suo arceatur honore, etiamsi omnis congregatio, vitiis suis consentiens, abbatem eum habere voluerit. Ex Egbert. in Excerpt.

PSEUDO-SYNODUS SIDONIA

PALÆSTINÆ.

Quam ad damnandam synodum Chalcedonensem Eutychiani & Acephali congregarunt, atque in ea jussu Anastasii Imperatoris Flavianum Antiochenum & Eliam Hierosolymitanum orthodoxos episcopos Chalcedonensis concilii defensores sedibus suis ejiciendos esse decreverunt.

Concilium ab Anastasio haereticorum [illegible] in Palæstina Anno [illegible]

A *Pseudo synodus.*) Hoc conciliabulum ab Anastasio imperatore haeretico adversus dominium & adversus Christum ejus indictum, celebratum est ab haereticis octoginta episcopis apud Sidonem in Palaestina anno domini 512. qui est Symmachi 14. & Anastasii imperatoris 22. De rebus in synodo gestis haec summatim Marcellinus in chron. sub consulatu Pauli & Musciani. *Porro redintegra pravitate, Anastasius infamem & irridendam synodum apud Sidonem civitatem octoginta ferme perfidorum episcoporum congregatis adversus orthodoxorum episcoporum fieri imperavit. Flavianus Antiochiae catholicae patriarcha & Joannes Paltensium pontifex, quoniam hunc coetum sacrilegum recusarunt, in exilium, quod Petra dicitur, exules missi sunt: ibi Flavianus confessor Christi in domino requievit: Joannem Justinus Augustus mox imperator factus revocavit.* Concilio Nicaeno II. act. 1. ex actis hujus conciliabuli haec recitata sunt. *Variis modis Flavianum afflixerunt, & vexarunt, cogentes interim, & obtorto collo hac trahentes, ut acta Chalcedonensis synodi anathemate prosequeretur: quo nolente, episcopatu suo privatus, in exilium quoque damnatus est.* Haec prolixius describunt monachi Palaestinae in epistola sua ad Alcyonem Nicopolitanum episcopum catholicae fidei professorem: extat apud Evagrium lib. 3. cap. 32. Post quam idem auctor cap. 32. subjungit quomodo pseudomonachi Flavianum ad damnandam Chalcedonensem synodum invitantes ab Antiochenis civibus catholicis & orthodoxis caesi fuerunt. Vide Baronium anno 512. num. 19. & sequentibus.

ADDITIO STEPHANI BALUZII.

Ex Nova Concil. Collectione.

PRaeter ea quae de rebus in hanc synodo gestis narrantur in tomis Conciliorum, Cyrillus Scythopolitanus in vita sancti Sabae cap. LXXIII. docet conventus illius duces seu praesides fuisse Sothericum Episcopum Caesareae Cappadociae & Philoxenum, qui apud Evagrium & Theodorum lectorem nomine gentilitio Persico vocatur Xenajas, Episcopum Hierapolis Euphratesiae: qui Chalcedonensem synodum abnegantes, Eutychis & Dioscori dogmata confirmare studebant.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

ad an. Ch. 512. n. 2. & seqq.

De Synodo Sidonia Theophanes anno Incarn. secundum Alexandrinos 503. qui Kalend. Septemb. anni Christi 510. inchoatur, ait *Hoc anno Synodum Sidonia congregari fecerit* (nempe Imperator.) *Sotericus enim Caesareae Cappadociae a Macedonio consecratus Chalcedonensis Synodi decreta, veluti fidei regulas se admittere scripto professus est. Ejus autem pestiferus incitatus adeo fuit in adversum, ut in Orientem profectus impio Xenaja rem omnem communicaret, & ad extirpandam funditus sanctam Chalcedonensem Synodum, aliam Sidonia celebrari ab Imperatore postularet atque & ea conventa dicto citius dissipata est, & soluta Eutropii Tribuni ab Imperatore in hunc finem missi ebra, qui ea abrogata, Flaviano Antiochiae & Elia Hierosolymorum, subjectisque ipsi Episcopis, ut qua Sidonia fuerant, acta, literis ad Imperatorem referret, auctor fuit. Flavianus porro Synodo hoc solummodo, & Zenonis concordiam se recipere scripsit, nulla prorsus ac Chalcedonensis facta mentione; Elias autem Hierosolymitanus Episcopus Chalcedonensem proscribere testatus est. Sotericus autem Caesareae Cappadociae, & Xenajas Imperatori adversus Flavianum & Eliam scripserunt, ipsi nocuerunt, dum contra Chalcedonensem Synodum solam dare sententiam recusarent, quominus in caetum, & novum sensum coirent, in causa fuisse. Quare iratus Anastasius sumpsit quibusdam Monachis, ut Antiochiae convenirent, ubi tumultum in Flavianum excitato, Chalcedonensem Synodum, simulque Diodorum, Theodorum, Ibam, & Theodoretum cum execratione eum ejurare postularent, suggessit; quod ille ex animi dejectione executus est, & in Ecclesia publico conventu, eos una cum sancta Synodo perculit anathemate.* Hanc Synodum an. 511. inchoatam fuisse arguitur praeterea ex vita S. Sabae; in ea enim Cyrillus scribit hunc Sanctum Archimandritam jussu Eliae Patriarchae Hierosolymitani ad Anastasium Imp. ex Palaestina profectum ipso tempore, quo in Phoenice apud Sidonem ab Eutychianis Episcopis Synodus habebatur. Haec Cyrilli cap. 72. verba de Saba & sociis ad Imperatorem Legatis: *Cum hi divini Patres jam ingressi essent viam, qua ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quaedam Synodus Episcoporum Orientis & Palaestina tum congregata adversus Flavianum & Eliam, qua praetextum quidem habebat jussu Imperatoris &c.* Saba autem, eiusque socii Legati ab Elia Patriarcha sub autumnum anni 511. Constantinopolim missi, quod testatur Cyrillus eum ait, Sabam *septuagiata*

gisto tres annos tunc natum fuisse. Saba enim in lucem prodierat an. 439. *Theodosii Aug. XVII. Consule*, inquit Cyrillus, *idque prioribus anni mensibus*. Quare anno 511. quo annum 73. Sabas ingressus est, si ea legatio credibile. Cumque quando solerum legati commisere, Sidonia Synodus haberetur, non dubium, quin ea sub anni 511. autumnum celebrata fuerit.

DE EA ET DUABUS CONSTANTINOPOLITANIS,

Hæc habet libellus synodicus.

CONSTANTINOPOLITANA [1],

CONTRA EUPHEMIUM.

B Ζήνωνος γὰρ τελευτήσαντος, Ἀριάδνη τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν διεδέξατο Ἀναστάσιος· καὶ σύνοδον αἱρετικὴν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνηγμένην διὰ τὴν ἁγίαν τὴν Χαλκηδόνι σύνοδον, μυρίαις συκοφαντίαις ὑποβαλὼν, Ἀρμενίας ἐπέκεινα ἐξώρισε τὸν Εὐφήμιον· καὶ τὸν θρόνον ἀντιπατρίσας τὸν ὁσιώτατον Μακεδόνιον. Ὅστις ἀφελῆ ποιησάμενος σύνοδον, τὰ τῇ Χαλκηδόνι δογματισθέντα ἐγγράφως ἐκύρωσε· τὸ Ἑνωτικὸν δὲ Ζήνωνος φόβῳ Ἀναστασίου παρεσιώπησεν.

B Zenone igitur mortuo, & Ariadnen uxorem ipsius, & imperium suscepit Anastasius: & synodo hæretica Constantinopoli congregata, propter sanctam Chalcedonensem synodum, infinitis calumniis obruit, & ultra Armeniam in exilium egit Euphemium: & solio denuo restituit beatissimum Macedonium: qui simplici convocata synodo [2], decreta quidem Chalcedonensia scripto confirmavit: Henoticum vero Zenonis, metu Anastasii silentio præteriit.

SIDONIA [3] CONTRA CHALCEDONENSE

C Τοῦ Κναφέως τοίνυν Πέτρου ἀποβληθέντος, Παλλάδιος τὸν θρόνον Ἀντιοχείας παρέλαβε· κἀκείνου πλεονασθέντος, Φλαβιανὸς τὸ Ἑνωτικὸν ἐδέξατο Ζήνωνος· καὶ τὰς ἁγίας ἓξ οἰκουμενικὰς συνόδους κυρώσας ἐγγράφως, τῇ τῇ Χαλκηδόνι παρεσιώπησε, τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος. Καὶ ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀναστάσιος δὲ Εὐτροπίου τριβούνου, Φλαυιανῷ, καὶ τῷ Ἱεροσολύμων Ἠλίᾳ τὸν Σιδῶνι σύνοδον συναθροῖσαι παρεκελεύσατο, καὶ τὴν τὸν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ὑποβαλεῖν ἀναθέμασι. Ἀλλὰ ταύτην Ἠλίας διέλυσεν ἀσπάκτον· δι' ἣν αἰτίαν τοῖς πατριάρχαις μεγάλως ὠργίζετο.

C Petro igitur Fullone rejecto, Palladius solium Antiochiæ suscepit: eoque defuncto Flavianus, Zenonis Henoticum recepit: & cum tres sanctas œcumenicas synodos scripto probasset, Chalcedonensem silentio præteriit, imperatori gratificatus; imperator autem Anastasius per Eutropium tribunum, Flaviano, & Eliæ Hierosolymitano mandavit, ut Sidonem synodum convocarent, & anathematismis sacram Chalcedonensem synodum subjicerent. Verum hanc Elias re infecta dimisit. Quapropter patriarchis vehementer imperator succensuit.

ANTIOCHENA [4] EUTYCHIANORUM.

D Φλαυιανοῦ δὲ καταλαβόντος τὴν Ἀντιόχειαν, μοναχοί τινες ἀποσχίσαι, καὶ τὸν Εὐτυχῆ λαβὼν ὁ μίτριος, σύνοδον λῃστρικὴν ποιησάμενοι, Φλαυιανὸν ἐξιδιώξαν βαλόντες, καὶ Σεβῆρον ἀπεκατέστησαν. Οὗτος οὖν, σὺν ὀγδοήκοντα ἀποσχίσαι μοναχοῖς, ὁ Ἀκέφαλος, ἀπάρας ἐξ Ἐλευθερουπόλεως τῇ βασιλίδι προσώρμισε, κατὰ Μακεδονίου πολλὰ φρυαξάμενος· καὶ Ἀναστασίῳ δὺς ὅρκον ὁ ἀσυνειδήτος, ὡς ἰδίποτε κατὰ τῆς τὸν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου κινήσει· καὶ τοὺς ὅρκους ἐπάτησε, καὶ μὴ μιαρᾶς συνόδου ταύτην ἀνεθεμάτισε.

D Cum autem Flavianus Antiochiam revertisset, & monachi quidam apostatæ, & Eutychiani delirii sectatores synodum prædatoriam convocantes, Flavianum ejecerunt, & in exilium pepulerunt, eique Severum substituerunt. Hic igitur, qui Acephalus deinde dictus fuit, cum ducentis apostatis monachis, ex Eleutheropoli Constantinopolim contendit, & multa contra Macedonium fremens, dato etiam Anastasio juramento, nulla conscientiæ ratione habita, quod nunquam contra sanctam Chalcedonensem synodum moturus aliquid esset: & juramentum conculcavit, & cum nefanda synodo illam anathemate notavit.

1 Hæc pertinet ad an. 496. de qua supra.
2 Anno 511. de qua paulo ante actum est.
3 Anno 496. de qua supra.
4 Hæc anno 512. habita, quo Flavianus expulsus, & Severus substitutus.

AD SYNODUM ANTIOCHENAM EUTYCHIANISTARUM

Pro eligendo Severo in locum Flaviani ejecti,

Anno 512. Ex Sirmond. Mansi T. 8 pag. 191.

HAnc synodum norunt habentque in pretio Jacobitæ, eidemque præfuisse Xenajam Maburgentem (ita enim illi appellant, quem Græci scriptores Philoxenum Hierapolitanum vocant) Episcopum affirmant. Ejusdem meminit idem Xenajas in epistola ad monachos Senunenses, cujus excerpta e MS. codice dedit Cl. Assemanus Bibliot. Oriental. to. II. pag. 18. indictamque tradit ab Anastasio imperatore, ut alter in locum Flaviani ordinaretur, & Severum monachum ex monasterio Theodori assumptum scribit.

CONSTANTINOPOLITANA, [1] TIMOTHEI.

ANastasius igitur imperator Macedonium Constantinopolitanum innumeris circumventum criminationibus, solioque exturbatum, Gangras in exilium exegit: nec multo post etiam ipsum, & qui ante eum fuerat, Euphemium, quod ad Gothos confugissent, & seipsos invisissent, patriarchas gladio punivit. Hæreticum autem Timotheum, qui Colon & Litrobulus cognominabatur, ecclesiæ reddidit, tamquam ejusdem secum sententiæ, & consiliis suis obtemperantem. Is impiissima congregata synodo, contra sanctam Chalcedonensem synodum calcitravit: & Severo assentiens, una cum eo acta synodi Hierosolymam misit. Quibus non receptis, ad iram accendit Anastasium: quapropter & Eliam sanctæ civitatis episcopum in Evilam exulatum misit. Joannem vero solio restituit, & acta synodica Severi & Timothei eo transmisit.

Ἀνασάσιος τοίνυν ὁ βασιλεὺς Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως πολλαῖς μυρίοις ἐγκλήμασι, τοῦ θρόνου ὑφῄρει καὶ Γάγγραις ὑφῆκεν· καὶ οὐ μετὰ πολὺ αὐτόν τε ἀποκτείνας, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ Εὐφήμιον, χάριν τῆς καταδρομῆς τῆς Γότθων, ὡς ἐφαρμόσας ἀλλήλοις τὸν πατριάρχας, ξίφει ἐτιμωρήσατο· αἱρετικὸν γὲ Τιμόθεον, Κόλωνα καὶ Λιτρόβολον τὸν ἐπιλεγόμενον, τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ὡς ὁμόφρονα, καὶ τοῖς αὐτοῦ πεισθαρχοῦντα βουλεύμασιν. Ὅς εἰς ἀθεωτάτην ποιησάμενος σύνοδον, κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου ἠλάκτισε· καὶ συμφωνήσας Σευήρῳ, ὁμοῦ τὰ συνοδικὰ αὐτῷ ἐκπέμπουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ὧν μὴ δεχθέντων, πρὸς ὀργὴν ἐξῆψε τὸν Ἀνασάσιον· διὸ τῆς ἁγίας πόλεως τὸν Ἠλίαν, σὺν τῷ * Εὐιλὰ πεμφθέντα. Ἰωάννην δὲ τῷ θρόνῳ ἀποκαθίστησι, καὶ τὰ συνοδικὰ Σευήρου, καὶ Τιμοθέου ἐκεῖ διαπέμπεται.

* Alii scribant alii. Marc.

HIEROSOLYMITANA [2], THEODOSII ET SABÆ.

THeodosius vero & Sabas orthodoxorum propugnatores minimeque errantes stellæ * desertæ ducum & monachorum fidei, peculiari collecta congregatione, eos qui synodica illa acta attulerant, e sacris locis ejecerunt. Quod cum comperisset Anastasius, Theodosium & Sabam in exilium deportari præcepit. Hi vero præoccupato deserto divinam & sanctam monasticorum ordinum collegerunt synodum, [3] & quatuor attestationibus doctrinæ orthodoxæ plenis collectis, duas quidem imperatori Anastasio miserunt, unam principibus, & quartam Joanni, qui Eliæ Dei præconi successerat. Quo ipso tempore Timotheus Byzantinus obiit & Menas solium accepit.

* fidei, obbedienti eremi, & p. c. c.

Θεοδόσιος δὲ, καὶ Σάβας τῆς ὀρθοδόξων ὑπέρμαχοι, καὶ τῆς ἐρήμου τῆς ἡγεμόνων, καὶ μοναχῶν οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες τῆς πίστεως, τὸ μοναδικὸν συναθροίσαντες σύστημα, τοὺς τὰ συνοδικὰ κομίσαντας τῆς ἁγίων τόπων ἐξήλασαν. Ὅπερ μαθὼν Ἀνασάσιος, Θεοδόσιον, καὶ Σάβαν ἐξορισθῆναι προσέταξε. Οἱ δὲ προκαταλαβόντες τὴν ἔρημον, θείαν, καὶ ἱερὰν μονασταῖς λογάδων συνεστήσαντο σύνοδον· καὶ τέσσαρας διαμαρτυρίας πλήρεις ὀρθοδοξίας * συναξάντες, δύο τῷ βασιλεῖ Ἀναστασίῳ ἐκπέμπουσι, μίαν τοῖς ἄρχουσι, καὶ Ἰωάννῃ ἄλλην τῷ διαδόχῳ Ἠλίᾳ τοῦ Θεοκήρυκος. Κατ' ὃν χρόνον ὁ τοῦ Βυζαντίου Τιμόθεος ἐτελεύτησε, καὶ Μηνᾶς τὸν θρόνον παρέλαβε.

* Lege συναθροίσαντα. Vide Theophanem in Chronogr. pag. 139. Marc.

AD.

[1] Eodem anno 512. vel antecedenti 511. quo Timotheus CP. Episc. intrusus.
[2] Anno Ch. 513. quo Elias expulsus. [3] Anno Ch. 516. cum Theophanes hac narrat anno Incarn. secundum Alexandr. 508. qui Kalend. Septemb. anni Christi 515. inchoatur.

AD SYNODUM HIEROSOLYMITANAM

In Libello synodico relatam,

ADNOTATIO CRITICA.

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 401.

SYnodus quam Herosolymitanam appellat author Libelli synodici, nec synodus reipsa fuit, cum ex monachis tantummodo constiterit, nec ejus colligendæ illa extitit causa, quam anonymus ille scriptor designat. Joannes patriarcha Hierosolymitanus jussu Anastasii detrusus fuerat in carcerem, ut qui cum Severo Antiochiæ patriarcha Acephalorum principe communicare negaverat sponte, vi & minis cogeretur. Quibus ex angustiis ut eriperetur, hanc excogitavit artem; prætendit enim velle se principis jussionibus parere, idque ut præstaret solemnius, in ipso templo ex ambone fidem suam se palam denunciaturum spopondit. Continuo liberatus, monachorum turbam ingentem, quam ad decem milia ascendere fama erat, colegit, mediusque inter Sabam & Theodosium, monachorum illorum duces & principes, ambonem conscendit, & e sublimi loco, una secum consentiente utroque A socio, anathema Nestorio, Eutycheti, Severo, Sotericho Cæsareæ Cappadociæ, cæteisque synodi Chalcedonensis impugnatoribus pronunciavit. Re comperta Anastasius Joannem patriarcham, & archimandritam utrumque in exilium agere meditabatur; quod ut resciverunt monachi, in unum coacti literas ad imperatorem dare statuerunt. Has literas integras recitat Cyrillus Scythopolitanus author coævus in vita S. Sabæ, ex quo tota hæc historia desumpta est, qui & scribit eas ipsas literas non ad principem tantummodo directas fuisse, sed & *ad Joannem qui eo tempore episcopus Constantinopoleos, mortuo Timotheo, ordinatus fuerat*. Ex quibus de anno, quo monachorum ille coetus convenit, docemur. Cum enim Joannes in B paschate anni 518. sedem CPtanam ascenderit, non ante annum illum Monachi literas pro concilio suo dederunt.

SYNODUS BRITANNICA

LOCO INCERTO HABITA,

In qua S. Dubricius constituitur archiepiscopus urbis Legionum, Theliaus episcopus Landaviæ.

COntigit ut Dubricius, Landavensis proto-C præsul sedis, auctoritate synodi archiepiscopus urbi Legionum ad Iscæ fluentæ, anno domini 512. designaretur. Non diu caruit suo gubernatore Landavia, ut Lelandus etiam narrat. Nam Theliaus, ut eo munere dignus, a patribus continuo subrogatus est. Ille quippe huic functioni solicite invigilans, egregium se pastorem exhibuit, ac bonis artibus ecclesiæ suæ ministros erudiendos anxie curavit. *Balæus centuria I. in Theliao* 58.

DAV. WILKINS IN SUPERIOREM SYNODUM

ADNOTATIO.

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 191.

CErtum licet annum synodo huic Britannicæ assignare, haud dubie tamen his mihi moveri posset ex Balæo & Goduino de anno, quo S. Dubricius archiepiscopus urbis Legionum & Theliaus Landaviæ episcopus constituitur. Chronologia nostra multo tamen verisimilior videtur, quam aliorum, qui tradunt Dubricium a S. Germano & Lupo episcopis Galliarum in archiepiscopum hujus provinciæ consecratum esse circa ann. Dom. 446. dum ad conterendam Pelagianam hæresim, in Britannia versaretur. Ego in Ægyptiaca hac caligine non lustabor. Cæterum verba referam *Bzovii tandem, ut premittitur, hæresi Pelagiana, mittitur de Gallia S. Germanus cum Lupo episcopo, ad compescendam eam. Corrupta nimirum fuit christianitas Britannorum, tum propter paganos Saxones, tum propter Pelagianam hæresim, cujus nuncium in ipsis partibus sparserat diabolus. Itaque sancti episcopi prædicti, conjunctione regis Ambrosii Aurelii, nec non & omni clero, Dubricium Archiepiscopum consecraverunt. Idem autem ex, D at memoriale pretium [illegible] quos Hengistus Saxo [illegible] cum [illegible] qui nunc vulgo Hengist [illegible] ad quadringentos [illegible] cum magna [illegible] Ambrosii, [illegible] ut eum magis [illegible] pararent. Die autem [illegible] diadema [illegible] regis Aurelii Ambrosii, & de communi [illegible] Romanorum [illegible] Samuel sive [illegible], urbis vero Legionum [illegible] Dubricio dicitur. Hæc ille, sed [illegible] Anno (inquit) gratiæ [illegible] Romanorum [illegible] Tamen Romanensis archiepiscopus, & sanctus Dubricius urbis Legionum archiepiscopus*

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA HORMISDÆ PAPÆ.

Ex Libro Pontificali.

Dominus variantes ex Cod. Locum 450.

* Frusinon.

* Hormisda natione Campanus, ex patre Justo de civitate * Frusinona, [b] sedit annos (a) 8. die 17. Fuit autem temporibus Theodorici regis & Anastasii Augusti, [c] a consulatu Senatoris, usque ad consulatum Symmachi & Boetii. Hic composuit clerum, & psalmis erudivit. Hic fecit basilicam in territorio Albanensi, in possessione (b) Mesonitis. [d] Eodem tempore ex constituto synodi misit in Græciam, humanitatem ostendens sedis apostolicæ *, quia Græci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum episcopum. Sub Joanne episcopo Constantinopolitano *, cum consilio Theodorici regis, direxit Ennodium episcopum Ticinensem, & Fortunatum episcopum (c) Catanensem, & Venantium presbyterum urbis Romæ, & Vitalem diaconum sedis apostolicæ, & (d) Hilarium notarium ad Anastasium Augustum: sed nihil egerunt. * Item secundo misit Ennodium (e) episcopum, & Peregrinum Misenatem episcopum *, portantes epistolas confortatorias fidei, & contestationes secretas numero 19. * [f] textum libelli. In quo libello noluit assentire Anastasius Augustus, quia & ipse in hæresi Eutychiana * communicaverat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere. (f) Legati vero sedis apostolicæ, contempto Anastasio Augusto, nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi satisfactionem sedis apostolicæ operaretur. Tunc imperator repletus furore, ejecit eos per * posterulam, & imposuit eos in navi * periculosa cum militibus, & magistrianis, & præfectis nomine Heliodoro & Demetrio. Quibus hoc dedit in mandatis imperator Anastasius, ut nullam civitatem ingrederentur. Legati vero sedis apostolicæ secretius suprascriptas epistolas fidei 19. per manus monachorum & orthodoxorum expoluerunt per omnes civitates. Quas tamen episcopi civitatum, qui erant complices Anastasii Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine Constantinopolim direxerunt. Tunc furore repletus Anastasius Augustus contra papam Hormisdam inter alia sacra sua hoc scripsit, dicens: Nos jubere volumus, non nobis juberi. [e] Eodem tempore nutu divinitatis percussus est * fulmine divino imperator Anastasius, & obiit. Sumpsit itaque imperium [h] Justinus orthodoxus, & direxit auctoritatem suam ad papam Hormisdam sedis apostolicæ per Gratum, Illustrem nomine: (g) petens a sede apostolica, ut redintegraretur pax ecclesiarum. [i] Tunc Hormisda episcopus cum consilio regis Theodorici direxit a sede apostolica Germanum (h) Capuanum episcopum, & Joannem * & Blandum presbyteros, & Felicem & Dioscorum diaconos sedis apostolicæ, & Petrum notarium, munitos ex omni parte fide * & textu libelli pœnitentiæ. Qui venientes juxta Constantinopolim, tanta gratia fidei (i) illis refulsit; ut multitudo monachorum orthodoxorum & illustrium virorum maxima multitudo occurreret: in quibus & Justinus imperator & Vitalianus * consul simul occurrerunt ad castellum rotundum, quod * ducit usque in civitatem Constantinopolim, qui ingressi una cum Grato Illustri, suscepti sunt a Justino orthodoxo Augusto cum gloria. Omnis itaque clerus una cum episcopo Joanne Constantinopolitano, (k) sensit, quod gratanter suscepti sunt. Sentientes quoque hoc, qui erant complices Acacii, incluterunt se in ecclesia majori, quæ vocatur sancta Sophia, & consilio facto, mandaverunt imperatori: dicentes: Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus est episcopus * noster Acacius, nullatenus consentimus sedi apostolicæ. * Hic papa Hormisda pertexit ad regem Theodoricum Ravennam, & cum ejus consilio misit auctoritatem ad Justinum, & cum vinculo chirographi, & textum libelli redintegravit ad unitatem sedis apostolicæ, damnans Petrum & Acacium, vel omnes hæreses. Hic invenit Manichæos, quos etiam discussos cum examinatione plagarum exilio deportavit. Quorum codices ante fores basilicæ Constantinæ incendio concremavit. [k] Hujus temporibus episcopatus in Africa post annos 74. * revocatus est, qui ab hæreticis fuerat exterminatus. Eodem tempore venit regium donum cum gemmis pretiosis a rege Francorum * Clodoveo Christiano B. Petro apostolo. Sub hujus episcopatu multa vasa aurea vel argentea venerunt de Græcia, & evangelia cum tabulis aureis, cum gemmis pretiosis pensantibus lib. 15. Patena aurea cum hyacinthis, quæ pensat libras 20. Patenæ argenteæ duæ, pensantes singulæ libras 25. Scyphus aureus cum gemmis, pensans lib. 8. Scyphus aureus circumdatus regno, pensans libras 8. Scyphi argentei deaurati 2. pensantes singuli libr. 5. Gabata (l) electrina, pen-

* & reconciliavit Græcos

* Hic papa pertexit ad regem Theodoricum Ravennam, & ex consilio regis.

* & Pollicavem subdiaconum urbis

* & [illegible] quod [illegible] fuerunt civitatibus suis tempore, consolationes per civitates spargerent.

* erat confessionis

* locum periculosum.

* sub periculo mortis

Digna sytemo sententia

* Deo

* episcopum

* suorum libello quomodo redirent Græci ad communionem sedis apostolicæ

* magister militum dicitur

* civitatis nostræ

Et facto simul concilio cum Justino, &c. *infra*

* reordinatur, quod

* Hoc verum abest a c. II. in quo hæc legunter.

Eodem & tempore venit corona aurea cum gemmis pretiosissimis donum a rege Francorum *esse*.

(a) 9. (b) Mesonitis (c) Catinensem (d) Hilarum (e) ipsum
(f) in MS. additur *sed non permit* (g) sperans (h) deest in MS. *Capuanum*
(i) *illis* deest (k) *sentens* (l) *electrina*

pensans lib. 3. Thecas cereas aureas 2. pensantes lib. 6. Palliolum (a) oloforum blateum cum tabulis auro textis de chlamyde vel de stola imperiali, (b) succinctorium super confessionem beati Petri apostoli. Hæc omnia a Justino Augusto (c) orthodoxa votorum gratia oblata sunt. Eodem tempore Theodoricus rex obtulit beato Petro apostolo cerostrota argentea duo, pensantia (d) libras 70. Eodem tempore fecit papa Hormisda apud B. Petrum apostolum trabem, quam ex argento cooperuit, pensantem libras (e) mille & 40. Hic fecit in basilica Constantiniana arcum argenteum ante altare, qui pensat libras 20. Canthara argentea 16. quæ pensant singula libras 12. (f) Item ad beatum Paulum fecit arcus argenteos duos pensantes singulos libras 20. Canthara argentea 16. pensantia singula libras 15. Amas argenteas 3. pensantes libras 3. Syphos argenteos stationales 6. cum ducibus, pensantes singulos libras 6. (g) Hic fecit ordinationes in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 21. episcopos per diversa loca numero 55. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, VIII. Idus Augusti, * consulatu Maximi. Et cessavit episcopatus dies 7. (h)

* abest a v.c. Manusc. v.c. Hardvi, quo hactenus usi sumus in recensendis ritis pontificum Romanorum.

Ex cod. Hardvo. Et facto simul concilio cum Justino agitatum in conspectu omnium illustrium. Tunc legati sedis apostolicæ elegerunt ex suis Dioscorum diaconum ad reddendam rationem, qui tunc exposuit eis culpas Acacii, ut etiam omnes simul cum Justino agitantes adclamarent dicentes, & hic & in ævum damnatur Acacius. Eodem tempore jussit Justinus rex accepta veritate ut sine aliqua dilatione facerent libellos omnes episcopi qui in regno Justini erant & rediret ad communionem sedis apostolicæ: quod etiam factum est & concordaverunt ab oriente usque ad occidentem, & cucurrit pax ecclesiæ. Qui textus libelli hodie in archivo ecclesiæ reconditus tenetur.

Notæ Severini Binii.

Quando Hormisda Pontifex factus.

a *Hormisda*.) Symmacho ex hac vita ad tempiternam gloriam perducto, summus totius Romani cleri concordia, schismate sublato, post dies septem ab ejus obitu VIII. Kalendas Augusti, anno Christi 514. Anastasii imperatoris 24. & Theodorici regis Italiæ 22. Hormisda S. R. E. diaconus, pontifex est creatus. Quod cum toti orbi innotuisset, Clodoveus * rex Christianissimus cunctorum obsequium prævenit, & officia superavit. Nam suggerente Remigio, coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet, B. Petro donavit: qua re a Deo consecutus est mercedem eam, ut Francorum regni corona hactenus perseveret. Hujus temporibus Anastasius imperator Eutychianus multa ad opprimendum Chalcedonense concilium moliturus fuit. Bina legatione a pontifice monitus, ut ad uniendam orientalem cum occidentali ecclesiam nomen Acacii curaret expungi; non modo non obtemperavit, sed potius majore cum furore eamdem persequi cœpit, maxime tunc, quando per fidei orthodoxæ simulationem favorem populi Constantinopolitani consecutus esset, Vitalianique præsertim rebellantis metum excussisset. Post multa scelera in ecclesiam Dei patrata, apparuit ei per visum viri candidi species in hæc verba ipsum compellantis: *Ecce propter perfidiam tuam dicio tibi quatuordecim* quibus in illo codice expunctis, tertio post die tonitrui fragore exanimatus est. Justinus ex armentario & subalco imperator catholicus, hæresique orthodoxæ singularis patronus, Anastasio Acephalorum defensori a senatu simul & exercitu universo subrogatus est: hæc in omnes hæreticos anathema est proclamatum: i tunc quatuor œcumenica concilia approbata, eoque omnia gesta fuerunt quæ in actis concilii Constantinopolitani sub Hormisda celebrati infra describuntur. Rogatus Hormisda ut decretum concilii confirmet, previa synodali consultatione respondit, petitam ab oriente ecclesiæ pacem, & communionem ita esse concedendam, si nomina Acacii, Euphemii & Macedonii, quos sacris tabulis restituerant, penitus deleverint & expungerent. Quem ut & citius & facilius obtineret, legationem quamdam ad Justinum & Constantinopolitanum episcopum ablegavit, quæ magna cura & industria singulari effecerit, ut Zenonis & Anastasii hæreticorum imperatorum memoria damnaretur, fidei formula subscriptione episcoporum firmaretur, ac denique ut nomen Acacii aliorumque quos sacris diptychis restituerant planè delerent & omnino extinguerent. Successit res pro voto sanctissimi pontificis. Ad communionem occidentalis ecclesiæ recepti fuerunt hoc tempore orientales, qui annis plus minus octoginta ab ecclesiæ unitate per schisma sese diviserant, idque accidit tantissimo festo resurrectionis dominicæ absque ullis seditionibus & tumultu, tantaque cum admiratione, gratiarum actione & lætitia, quantam vix lingua ulla explicare valet. Hæc ex epistolis Hormisdæ Baronius: ex notis epistolarum & conciliorum infra subsequentium plura rerum sub Hormisdæ gestarum cognoscies.

Concilium sub Hormisda.

Restituta fidei catholicæ, nexibusque schismatis liberata, hoc bonum secum attulit, ut Lazorum regem & populum, hactenus vera religionis divinæque legis expertem, ad Christianam fidem amplectendam induxerit. Auctor Miscell. lib. 15.

Lazorum ex catholicos factus.

b *Sedit annos 8. dies 17.*) Annis novem, diebus decem, a Consulatu Cassiodori ad Maximum sedisse, Marcellinus in chron. & Vaticani indices attestantur: imo ipse Anastasius subjungit contrarius hic in fine obitum & sepulturam Hormisdæ, ingressumque Joannis successoris Hormisdæ sub Maximi consulatu collocat. Quare erroneum est quod hoc loco de tempore pontificatus Hormisdæ scribit Anastasius.

Quot annos sederit Hormisda.

c *A consulatu Senatorii usque ad consulatum Symmachi*, &c.) Errat Anastasius ut ex præcedentibus patet supra.

d *Eodem tempore.*) Prima legatio pontificis ad imperatorem, de qua plura vide apud Baron. anno 515. Item notas epistolarum Hormisdæ infra.

e *Item secunda mihi Ennodium.*) Secunda legatio, quam anno Christi 517. pontifex fuit, misit ad imperatorem. De qua plura in notis epistolarum.

f *Textum libelli.*) Extat infra inter epistolas Hormisdæ, cujus initium tale est. *Primæ fidei est*, &c.

Inter alia sacra sua hæc scripsit, *Nec subesse possumus, nec subdi gaudemus*. Extat epistola hac inter epistolas Hormisdæ post epist. 12. infra, cujus initium tale est. *Ubi magnum aliquid*. Circa finem hujus epistolæ ait *Imperatori & amicitiam pacemque petimus, subdi non possumus*. Hæc imperator hæreticus Pharaoni similimus, qui ut exercitum contra se Vitaliani gladium vitaret, & instantia Dei flagella subterfugeret, affuate simulaverat se velle Romano pontifici parere, atque adeo non nisi per speciem, ferream cervicem inclinavit quando vero hoc fecisset amota vidit, Moysen cum Deo, pontificem cum Christo obfirmata obstinatione contempsit. Quod post hæc accidebat in oriente, videre est ex relatione archimandritarum & monachorum secundo Syriæ, quæ extat infra inter epistolas Hormisdæ post vigesimam secundam.

D

g *Eodem tempore*, &c.) Anno nimirum Christi 518. postquam annis 27 mensibus tribus & 29. diebus imperium orientale tenuisset. Quæ insomnia ante obitum perpessus fuerit, ex Zonara retuli supra. Vide Baron. anno 518. num. 16. & sequentibus.

h *Justinus orthodoxus, & dixerit*, &c.) Decreto & concilio synodi Constantinopolitanæ, ut pater ex notis ejusdem synodi, & ex epistolis Justini, Joannis Constantinopolitani & Justiniani ad Hormisdam scriptis.

i *Tunc Hormisda*, &c. *divertit a sede apostolica Germanum*, &c.) Hac legatione ut entales ad unionem & communionem ecclesiæ Romanæ recepti fuerunt, postquam iisse Romanæ pontificis obtemperantes, nomina Acacii, Euphemii & Macedonii e diptychis sacris expunxissent, fidem catholicam integre professi fuissent, & memoriam Zenonis atque Anastasii hæreticorum e numero imperatorum abstulissent. Horum nomina in codice Justinianeo diversis legibus alibi prædicta adhuc inveniuntur, idque quod Tribonianus homo gentilis & impius eumdem codicem compilarit, ut dicemus infra in notis ad vitam Felicis IV. Contigit hæc conciliatio ordi-

E

Concilium sub Hormisda.

(a) *Olobyro blatteo*
(b) *Succinctorium*
(c) *Orthodoxe*
(d) in MS. additur *singulo*
(e) CXXI
(f) *Item ad B. Paulum . . . . . libras 6. desunt omnia.*
(g) *quatuor.*
(h) 6.

orientalis ecclesia cum Romana sub consulatu Justiniani anno domini 519. Hormisdæ pontificatus anno sexto.

b *Hujus temporibus episcopatus in Africa revocati est; qui ab hæreticis fuerat exterminatus.*) Auctoritate quorumdam regum Vandalorum constitutum fuerat, ut supra vidimus, ne catholici in Africa in locum defunctorum alios episcopos ordinarent: verum Hildericus Huneric filius, post obitum Trasamundi regis regno potitus anno nono Hormisdæ pontificis, qui est Christi 523. præcepit (teste Isidoro in chron.) ut sacerdotes catholici ab exilio reducerentur, & ecclesiæ aperirentur: idque priusquam regnaret, ne violaret religionem juramenti, quo Trasamundo prædecessori iam moriturro promiserat, se catholicis in suo regno nullas ecclesias aperturum, nullaque privilegia restituturum esse. Voluit Deus Beatissimum pontificem etiam hac benedictione augere, ut post restitutam orientalem ecclesiam catholicæ communioni, Africanam quoque longa persecutione vexatam, atque novissime a Trasamundo rege omnibus electis episcopis proscriptam, pristino splendori restituerit videret. His atque aliis muneribus a Deo locupletatus, tandem vitæ coronam acceptur, sequenti anno ad superna est evocatus; quasi senex Simeonis instar jam responsum a domino accepisset, non visurum se mortem, nisi videret Christum dominum, nempe disso uto (ultimate orientalem ecclesiam occidentali unitam, & occidentalem in Africa, sublato persecutore tyranno, in integrum restitutam.

EPISTOLA I. HORMISDÆ PAPÆ

AD S. REMIGIUM RHEMENSEM episcopum.

Post acceptas ab eo gratulatorias literas, eidem, ob præclaram meritorum excellentiam, & nobilissimæ sedis prærogativam, vicariam sedis apostolicæ præfecturam in Gallia delegavit.

Dilectissimo fratri Remigio Hormisda.

SUscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ fidei tuæ lætificavit indivisio corporalis cum spiritualibus officiis incolumitas iudnixa; congruum esse perspeximus hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Ago enim summi documenta pontificis, dum & prædicanda taces, & ea intimare non ceses. Præcogniram igitur de vobis sacerdotibus electione jamdudum quæsivi, & ipsum te esse didicimus, quod certis ascendum obtinuimus imperamus, ut in provinciis tanta longinquitate disjunctis, & apostolicæ sedis vicem, & patrum regulas studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per omne regnum dilecti & spiritalis filii nostri * Ludovici, quem nuper, admirandante superna gratia, plurimis & apostolicis temporibus æquipandis signorum miraculis prædicationem tantisterem comitantibus, cum gente integra convertisti, & sacri fonte baptismatis consecrasti, salvis privilegiis quæ metropolitanis decrevit antiquitas, præsenti auctoritate committimus: augentes studii hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras eiusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, a quo jam probavimus acutius universe servari; gratius tamen esse solet, si iteratis trames ostenditur, & laboraturis mundi operis forma monstratur.

Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis definita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In iis vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea (quantum dignum est) reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ observationis obstaculum: ibi fas, nefasque prescriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universale poscit religionis causa concilium, te cuncti fratres evocante conveniant: & si quos eorum specialis negotii pulsat intentio, surgia inter eos oborta compesce, discussa sacra lege determinando certamina. Quidquid autem illic pro fide & veritate constitutum, vel provida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perveniat. Eo fit, ut & noster animus officii caritate dati & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Anno domini 524

EPISTOLA ANASTASII

AD HORMISDAM PONTIFICEM.

Pontificem precatur, ut ad componenda in Scythia partibus orta dissidia concilium congregari velit.

Victor Anastasius, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo archiepiscopo & patriarchæ.

BEatitudini vestræ non putamus ignotum, quod pro temporis qualitate loquendum, atque tacendum, etiam divinæ scripturæ provida est admonitione dispositum. Exactum proinde silentii tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atque ideo opportunum esse perspeximus, quæ apud nos sub religionis specie commoventur, auditui vestro committere. Ante hoc siquidem duritia eorum quibus episcopatus, quem nunc geritis, erat solicitudo commissa, temperare nos a transmittendis faciebat epistolis. Nunc autem currens de vobis suavis opinio, ad memoriam nostram benitatem paternæ affectionis adduxit, ut illa requiramus quæ Deus & salvator noster sanctos apostolos divino sermone docuit, ac maxime beatum Petrum, in quo fortitudinem ecclesiæ suæ constituit. His igitur prælatis monitis, hortamur, ut ad ea quæ de Scythiæ partibus mota sunt, unde & concilium fieri convenire perspeximus, mediatorem te apostolatus vester faciat, ut contentionibus amputatis, unitas sanctæ restituatur ecclesiæ. Nobis autem omnia optata præstantur, si cohortationibus vestris, & sequenti paternarum allocutione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Januarii Constantinopoli. Et accepta Anthemio & Florentio VV. CC. consulibus v. Kal. Aprilis per Patricium.

Christus in Petro ecclesiæ fundamentum constituit.

Data & accepta anno domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Scythia Anastasii.*) Adversus Anastasium imperatorem, exturbatorem orthodoxorum episcoporum, excitavit Deus Vitalianum Scythiæ magistrum equitum, qui occupaverat aliquot provincias, prædandoque Constantinopolim usque processit, protinus, teste Marcellino in chron. se pro orthodoxorum fide, & revocando Macedonio episcopo Constantinopolitano, (quem relegaverat imperator) omnia agere. Res tuas deplorantes esse videns Anastasius, pacem petit: juratus cum senatu se legatos revocaturum Macedonio & Flaviano suos episcopatus reddituros, mordium Heraclea sedentem. Et ad illud Romanum pontificem evocaturum. Indicto igitur Heraclea concilio, 25. Decembris anno domini 514. ad

ad Romanum pontificem dat epistolam, cuius pars [illegible] Hormisdæ extractum, de Cyro [illegible] eum certiorem reddens, et rogans ut ad conciliandos ecclesiæ suum [illegible] adventum. Ut id facilius impetraret, cum rei præstandæ summam se restaturum apud Romanum pontificem esse fereret, Viralucus & Anastasius Patricius, vir clarissimus cum hac epistola literarum mittunt ad Hormisdam papam, vel Dorotheus Thessalonicensis episcopus suas infra extantes adversus eosdem fere argumenta. Quid pontifex responderit ex utribus sequentibus epistolis constat.

II. RESPONSORIA AD ANASTASIUM IMPERATOREM.

Laudat eum, quod ecclesiæ pacem fecerit, & eum causam cur concilium cupiat congregari cognoverit, scribit se illi responsum daturum.

Hormisda episcopus Anastasio Augusto.

GRatias supernæ virtuti, quæ per vestræ pietatis affatus diuturnum diguata est terminare silentium, tale præstans collocutionis exordium, ut & de vestræ clementiæ prosperitate lætemur, & ad unitatem, Deo donante, reverti posse sanctam confidamus ecclesiam. Hoc opus supernæ clementiæ, hæc & decessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum actus paternæ traditionis ministros, & rectæ fidei declarant fuisse custodes. Pax est enim totius bonitatis initium, quamvis nihil, quantum ad catholicæ fidei cultum, validius, nihil æstimari oportet excelsius: pro hac scilicet facere, & cuncta sustinere convenit, qui sanctarum scripturarum probatis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem Christum dominum nostrum fuisse constat prædicasse discipulis, dicentem: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Quam vos religiosi cura propositi, domino adjuvante, providentes, de orthodoxæ concordia cogitatis ecclesiæ in beati apostoli Petri reverentia, divina specialiter præcepta servantes. Quæ res majorem superni favoris detentionem vestro procurat imperio. Recte enim oblata Deo veneratio inexpugnabilem devotis mentibus murum defensionis indulget. Proinde omnipotentem Deum fusis precibus exoramus, ut qui vobis studium quærendæ ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub conservatione catholicæ fidei, desiderio vestro super hac parte præstet effectum. Præterea directis ad nos sacris affatibus commemorationem sancti concilii facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus præbere responsum, cum caussam congregationis nos voluerit evidenter agnoscere. Nunc vero quia præstante domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione debiti præbebimus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis Florentio viro clarissimo consule.

Defendit ab excessione pontificum, quos Anastasius simile durum fuisse arguerat.

Joan. 14.

Concilium non congregandum ob causa cognita a pontifice.

Anno domini 515.

EPISTOLA DOROTHEI THESSALONICENSIS EPISCOPI ad Hormisdam pontificem.

Fore [illegible] quod [illegible] Romanæ [illegible] debitum [illegible] pontifex.

Sancto, beatissimo & communi patri Hormisdæ Dorotheus episcopus Thessalonicensis in domino salutem.

Aliquotiens hoc cuncta [illegible] tam præcipuum promens [illegible] Nativitatem. Sicut aqua frigida animæ [illegible] est, ita [illegible] Et facit David spiritualem [illegible] Et: *Quam [illegible] bona*, hic quidem [illegible] quid autem est [illegible] ita impingunt illa, quæ [illegible] agnoscere veræ pacis [illegible] quam errantes progrediantur [illegible] rum sanctarum [illegible] quam ex arce quasiam ad [illegible] gregare disperta, & continuo [illegible] cipatum tuæ sedis tetinantes venerandi [illegible] supplicationibus annuentes, & [illegible] fiæ, quæ vobis Christus & Deus [illegible] dit, contemnentia prius concordiam [illegible] tatem venire, & præcedentem [illegible] atque invidiam vestræ tantum ordi[illegible] tinere cubiculo, & [illegible] cue fiscitatem [illegible] sanctæ illius ecclesiæ.

Hæc didicimus [illegible] poris. Speravimus autem [illegible] tudinem cognoscentes ecclesiæ, & [illegible] dientes fraternalem [illegible] ex vestris literis [illegible] cognoscere. Sed quia tempus [illegible] Deus implenda [illegible] & debitum fuit, plenam & Dei [illegible] tatem etiam [illegible] quoque beatum vestræ sanctitatis [illegible] cans collatari non beata [illegible] Petri apostoli, quod tali regitur [illegible] pit non qui bonorum [illegible] tur ab eo, & (sicut [illegible] & nos ita se habere credimus) [illegible] ces, & rectæ fidei certatorem, & [illegible] mentis & caritate quæ circa [illegible] est tamquam pretiosis lapidibus [illegible].

Etenim cuncta te voto, venerande pater, agnoscere, quod ex antiquis sanctis & venerandis patribus fuisse [illegible] beata [illegible] fectum. ad hanc tamquam paternam [illegible] custodiens, addere hoc opto atque [illegible] ut veniat in hoc studio terminus [illegible] mitate quidem domini & Dei nostri [illegible] sti, intercessionibus autem [illegible] apostoli Petri, & in omnibus sapientiæ [illegible] ut venerandæ eorum sedi & tuæ beatitudini iusta debitus honos custodiatur, [illegible] redderetur, ut nostris temporibus, [illegible] dum principatum sedis apostolicæ honorem congruentem suscipiat, omnis [illegible] det, & ecclesiæ omnium vestrum [illegible]

luntate, domini etiam & Dei nostri Jesu Christi, & Nestorium & Eutychetem impios, & horum servantes dogmata, & qui istorum fuere sectatores aut extant, & omnem hæresim anathematizent semper, & rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam, tamquam ancoram certam atque firmam teneant, & parent jam pacem, nullo (quod absit) impediente, præsertim venerando capite vestro (sicut didicimus) homines contentiosos horrente, quibus & vita & cura est sacerdotum Dei inter se alterantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, tamquam lupi in vestimentis ovium, facile ab apostolica ecclesia repellantur.

Ita nunc scripsi beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & consuetudinis affectu superans rationem, & circa illam beatam sedem caritate devinctus, & omni de videre desiderans congruentem atque debitam venerationem ei servari. Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam unanimi & optanti animam quoque offerre pro fide orthodoxa & ecclesiarum pace sanctarum, & ut custodiantur venerandæ sedi in omnibus beati Petri convenientia: quod facile fiet, ordinata unitate cunctorum, & omnium ad vos tamquam ad firmum festinantium portum. Divisiones etenim contra contemnere consueverunt, & ordini decentia non servant. Omnem fraternitatem quæ est vestræ sanctitati conjuncta, & ego, & qui mecum sunt, multum in domino salutamus. *Et alia manu*: Salvari me in domino orate, sanctissimi & beatissimi patres. Accepta epistola Dorothei episcopi Thessalonicensis ecclesiæ missa per Patricium V. C. sub data * quinto Kalendas Aprilis, Florentio viro clarissimo consule. *

III. AD DOROTHEUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM.

Laudat eius pietatem & studium in Romanam sedem.

Dulcissimo fratri Dorotheo episcopo Hormisda episcopus.

UBI caritatis interest servare præcepta, etiamsi aliquid tale eveniat quod cujuslibet possit animos commovere, tamen ut ea quæ concordiæ [illegible] prædiximus debeant custodiri, [illegible] æquissimum est præteriri, quia [illegible] ignorantia tale proveniat, excusationem potest de ipsa simplicitate recipere. Sicut Deus noster ecclesiam propria ordinatione constituit, ut quod divinis præceptis noscitur esse dispositum, nullatenus poterit præteriri, cujus notitiam, vel scientiam, te non convenit ignorare. In faciendo namque bona laudamus, & nunc verborum cultus ornatur, quando fides convenientia rite conjungit. Literas siquidem per Patricium filium nostrum spectabilem virum tuæ suscepimus caritatis, in quibus speramus opus plenum & probabile reperire, ut nihil esset quod ab integritate unitatis secerneret. Sed quia in his ipsis hunc promittis affectum, qui nos ad hoc quod prædiximus possit specialiter provocare, domino nostro preces effundimus, ut ipse cujus & causa tractatur, abstersis vel amputatis universis scandalis, & ecclesia tua sub uno consensu & pari fide connexos: nec in sacerdotibus suis quidquam reperiri patiatur, quod cujuslibet aut odiis propriis, aut inanibus intentionibus, aut hominibus in injuriam Dei, quod nefas est, velle placere, & non magis universa, secundum beatum apostolum, sæcularia contemnentem a spe non possit exorbitare futura. Hortor propter commune remedium, invito pro salute fidelium, propter generalem suadeo medicinam. Quis namque contentus est hos videre divisos, quorum potest unitate gloriari? Unde opus est labore communi, ut hoc, quod a patribus nostris accepimus, conservantes secunde nisi in illo, possimus divino astare judicio.

EPISTOLA ANASTASII AUGUSTI AD HORMISDAM PONTIFICEM.

Concilium Heracleæ ad componendas in Scythia de fide ortas quæstiones esse congregandum, ipsumque pontificem, ut ad illud accedat, precatur.

Anastasius Augustus Hormisdæ papæ.

OMnibus negotiis divinæ res præponendæ sunt: Deo etenim omnipotente propitio, rempublicam & conservandam & meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam de orthodoxa religione in Scythiæ partibus videntur esse commotæ, id specialiter clementiæ nostræ placuit, ut venerabilis synodus in Heracleotana civitate provinciæ Europæ celebretur, quatenus concordantibus animis, & omni veritate discussa vera fides nostra omni orbi terrarum manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio, vel discordia. Quapropter sanctitas tua cum quibus sibi placuerit reverendissimis episcopis, quod de ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos & instructos erga orthodoxam religionem esse probaverit, ad prætatam Heracleotanam civitatem intra diem Kalendarum Julianarum venire dignetur. Data v. Kal. Januarii Constantinopoli, Senatore V. C. consule. Accepta pridie Idus Mai, Florentio V. C. consule.

Vide notas ex epistola Anastasii præcedente.

Data anno domini 519. accepta sequenti.

IV. AD ANASTASIUM IMPERATOREM AUGUSTUM.

Imperatoris zelum commendat: quod concilium, per legatos se responsurum polliceatur.

Hormisda Anastasio Augusto per Severianum.

BEne clementia vestra confidit, sicut datis ad me gloriosis designavit affatibus, quod reipublicæ vestræ specialiter proficiat, si negotiis omnibus orthodoxæ fidei causa præponatur. Hæc est enim, venerabilis imperator, de suscepto moderamine rectoris cura salubrior, ut ejus sibi favorem per opera bona conciliet, qui universum & tribuit, & regit imperium. Proinde me quoque & domino nostro Jesu Christo convenit supplicare, ut qui de ecclesiis suæ concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc super hac parte concedere dignetur

tur effectum; quatenus temporibus vestris orthodoxa fide præditus universus terrarum orbis exultet. De his vero quæ pro synodali congregatione præcepistis, quid fieri oporteat, per fratres & coepiscopos meos, qui propere subsequantur, gloriæ vestræ intimanda mandavi: quorum suggestione, si divinus favor meis votis proiecatur, competentius poterimus universa cognoscere. Data VIII. Idus Julii, Florentio consule.

Anno dominicæ 519

NOTA SEVERINI BINII.

a *Per fratres & coepiscopos meos.*) Quatenus legatos a Pontifice indicit, ut ipsi non solum synodum celebrandam, sed tantum ad explorandum quæ intercedere videbantur, ab Græca catholicam, prout permittant, profitentes, epistolam sibi & Latinis recitare, & hæreticos anathematizare paratos esse, ne scilicet manifestas sedis apostolicæ eludere videantur absolutionem, dum non ad Græcam catholicam fidem, sed ad regnum confirmandum, Vitalianumque avertendum sententiæ auctoritate abutiantur. Quomodo apud imperatorem se gerere deberent, sequens indiculus & commonitorium refert.

INDICULUS QUI DATUS EST Ennodio & Fortunato episcopis, Venantio presbytero, Vitali diacono, & Hilaro notario, legatis apostolicæ sedis Constantinopolim, ab Hormisda papa.

Commonitio ad pontificios legatos de legatione.

CUm Dei adjutorio & orationibus apostolorum venientes in partes Græciarum, si episcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione suscipite. Et si voluerint secessionem parare, nolite spernere, ne videatur a laicis nullam vos cum illis velle habere concordiam. Si vero vos ad convivium rogare voluerint, blanda excusatione eos declinate, dicentes: Orate, ut primum mysticam illam mensam mereamur habere communem, & tunc erit nobis illa jucundior. Victualia vero & quæ alia offerre voluerint, excepta tamen subvectione, si cauta poposcerit, nolite suscipere. Sed taliter excusate, nihil deesse dicentes, sperantes etiam ut animos suos vobis accommodent ubi sunt dona & divitiæ, & caritas & unitas, & quidquid ad gaudium religiosum certum est pertinere.

Cum illa ordinatione, Deo propitio, Constantinopolim pervenientes, sic recedite, ut ordinaverit clementissimus imperator: & antequam ipsum videatis, nulli detis ad vos veniendi licentiam, præter quos ipse eis conferit. Postea tamen quam principem videritis, si qui orthodoxi & nostræ communionis, aut zelum habentes unitatis vos videre voluerint, eos sub omni cautela suscipite, per quos forte & quid agitur deprehendere poteritis. Præsentati itaque imperatori literas porrigite cum tali allocutione: Salutat vos pater vester, Deum quotidie rogans, & intercessionibus sanctorum apostolorum Petri & Pauli vestrum regnum commendans, ut Deus, qui vobis tale desiderium dedit, ut pro causa ecclesiæ mitis & consulere beatitudinem ipsius elegeritis, ipse & perfectionem tribuat voluntatis.

Et si voluerit, antequam chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere, his verbis utimini: Jubete scripta suscipere. Si dixerit: Quid habent chartæ? Respondete: Salutes ad pietatem vestram continent, & Deo gratias agunt, quod vos solicitos de unitate cognoscunt ecclesiæ legite, & agnoscetis. Et nullius causæ mentionem penitus faciatis, nisi prius acceptæ literæ relegantur. Et post suscepta literas & relectas, adjicite: Nam & ad Vitalianum tamulum vestrum inter literas quas accepit a pietate vestra (Deus ipse scripsit) licentia, fuos ad patrem vestrum sanctum papam homines destinavit. Sed quia jussum erat ut prius ad clementiam vestram dirigeret, hoc fecit, ut eis jubentibus, atque crimenantibus, ad cum ista, quæ detulimus, Deo propitio perferamus.

Si imperator per eos epistolas a nobis ad Vitalianum directas, hic respondendum est: Non hoc nobis pater vester tantis papis præcepit, nec hac jussione illius aliquid postulavistis facere. Tamen ut faciatis simplicitatem literarum, quia nihil aliud habent nisi preces ad pietatem vestram directas, ut accommodetis animum vestrum pro unitate ecclesiæ, jungite nobiscum petitionem, quæ patienter audiatur a nobis, literæ relegantur. Si vero dixerit imperator eas se debere legere, respondebitis: Tam vos suggessisse, jubium non tulit a tanto papa. Si dixerit: Hoc tantum est quod in literis continetur: possunt enim & mandata alia nuntiari. Tunc respondetis: Abit a conscientia nostra. Nobis non est contiscendo. Non pro Dei causa venimus, & in Deum commuluti sumus? Simplex est sancti papæ legatio, & omnibus nota ipsa eius petitio, ipsæ preces: ut constituta patrum non corrumpantur: ut hæreticæ de ecclesiis removentur: præter ista, legatio nostra nihil continet.

Si dixerit: Inde & ad synodum invitavit sanctum papam, ut si quid est ambiguum, tollatur de medio. Respondendum est: Agimus Deo gratias, & petitioni vestræ, quæ hunc vos affectum & animum habere cognoscimus, ut ea quæ a patribus constituta sunt generalitas servet: quia tunc vera & tanta unitas potest esse inter ecclesias Christi, si Deo adjuvante, hoc quod prædecessores vestri Marcianus & Leo custodierunt, elegeritis esse servandum. Si ille dixerit: Quæ sunt ista quæ dicitis? Respondete: Ut synodus Chalcedonensis & epistolæ sancti Leonis papæ quæ scripserunt contra hæreticos Nestorium & Eutychem & Dioscorum, mutatione corrumpantur. Si dixerit: Nos Synodum Chalcedonensem & epistolas papæ Leonis suscepimus & recepimus & [illegible]. Vos nisi gratias agitis & pectus [illegible] minimi, dicentes: Modo cognovimus Deum esse vobis propitium, [illegible] facere [illegible] quæ ista est fides catholica, ita est [illegible] præcaverunt apostoli, sine qua nullus potest esse orthodoxus. Illam debet sacerdotium generalitas tenere, & prædicando servare.

Si dixerit: Orthodoxi sunt episcopi, decreta patrum non recedunt. Respondebitis: Ergo si constituta patrum servantur, & [illegible] lo corrumpitur quod in sancta Chalcedonensi synodo firmatum est, quæ causa est, [illegible] inter ecclesias partium litarum esse [illegible]? Vel quæ causa facit, in uno oriente episcopi non consentire? Si dixerit: Quieti eramus episcopi, nulla inter ipsos dissentio [illegible] prædecessor sancti papæ animo eorum [illegible] literis excitavit, & ad contusionem causam perduxit. Respondendum: Literas quas [illegible] memoriæ Symmachus destinavit, [illegible] habemus. Si extra hæc quæ partes vestræ [illegible] sit, hoc est, Chalcedonense concilium [illegible] quod, epistolas papæ Leonis admittit, ad nequaquam continent nisi cohortationem ut ista

illa serventur; quomodo verum est quod per ipsum est generata confusio? At si hoc continetur in litteris, quod & pater vester spe-
rat, & pietas vestra contendit, quid ille fecit? quid erat in eo videatur esse culpabile? Hæc adjicite preces & lacrymas fundantes: Domine imperator, considerate Deum, qui ante oculos vestros futurum est judicium. Sancti patres, qui illa constituerunt, beati apostoli fidem tenuerunt, per quam ædificata est ecclesia Christi.

Si imperator dixerit: Quod me vultis (a) per locutionem facere, habete: Ecce mihi communicate, qui synodum Chalcedonensem recipio, & epistolas papæ Leonis amplector: Nunc communicate mihi. Respondendum est: Quo ordine pietas vestra communicari sibi desiderat? Nec nos prædicantem illa pietatem vestram vitamus, quod scimus Deum timere, & gaudemus quia gratum vobis est patrum constituta servare. Fiducialiter ego rogamus, ut per vos in unitatem revertatur ecclesia. Sciant omnes episcopi voluntatem vestram, & quia synodum Chalcedonensem & epistolas papæ Leonis servatis, vel apostolica constituta. Si dixerit: Quo ordine facienda sunt hæc ostendere oportere. Iterum preces adhibet cum humilitate, dicentes: Pater vester scripsit episcopis generaliter. Jungite his literis sacras vestras, significantes hoc vos * vindicare quod sedes apostolica prædicat: & tunc qui sunt orthodoxi, de unitate sedis apostolicæ minime separentur, & qui his sunt contrarii cognoscantur. Quibus ordinatis, paratus est pater vester etiam, si opus fuerit, suam accommodare præsentiam, & quidquid expedit, servatis patrum constitutis, pro integritate ecclesiæ non negare.

Si dixerit imperator: Bene illa, suscipite interim nostræ civitatis episcopum. Iterum preces jungite, humiliter dicentes: Domine imperator, pacem venimus cum Dei adjutorio, vobis obtentibus & præstantibus, facere, & * contentionem sopire in civitate vestra. De duabus est personis intentio: illa causa proprium curam habet. Generalitas episcoporum prius ordinetur, hæc una communio catholica: & sequenti loco de illis, vel si qui sunt alii extra ecclesias suas, tunc diligentius potest causa cognosci. Si dixerit imperator: De Macedonio dicitis: intelligo subtilitatem vestram. Hæreticus est: nulla ratione revocari potest. Respondetis: Nos, domine imperator, nullum personaliter indicamus. Et si pietas vestra consideret, magis pro anima vestra & omnione loquimur, ut fit discussio, & si hæreticus est, judicio cognoscatur, ut non sub opinione orthodoxi insuste excitatur oppressus.

Si dixerit imperator: Quid vultis, modo dicite de synodo Chalcedonensi, dicetis & de epistolis papæ Leonis. Ecce qui ille est istius civitatis episcopus ad illa consentit. Respondendum est: Si ita custodit, in examinatione causæ eum iuvare plus poterunt: & quia servo vestro Vitaliano magistro militum talem dedistis licentiam, ut si speraret a beatissimo papa, ut pro causis talibus apud eum discussione causæ his personis, quibus de loco potest esse intentio, integra universa serventur. Si imperator dixerit: Sine episcopo debet esse civitas ista? Hoc vobis placet, ut ubi ego maneo, episcopus non sit? Respondendum: Prædiximus duarum personarum intentionem esse in illa civitate. Quod ad canones pertinet, iam ante suggessimus: canones solvere, irreligionem committere est. Multa sunt remedia, multa inventa, per quæ pietas vestra sine communione esse non potuit, & integra judiciorum forma servetur. Si dixerit: Quæ sunt illa remedia? Respondetis: Non a nobis nostri inventa. Suspenta causa de aliis episcopis, persona quæ contentit contestari pietatem vestræ & constitutis sedis apostolicæ, interim utique ad eventum cognitionis, teneat locum Constantinopolitani sacerdotis, si cum Dei adjutorio episcopi voluerint se accommodare sedi apostolicæ. Habetis textum libelli in terminis ecclesiæ cultum, juxta quem debeant profiteri.

Si tamen contra alios episcopos catholicos fuerint datæ petitiones, inconcepere contra illos, qui sine verecundia Chalcedonensem synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis papæ, petitiones suscipite, causam tamen in sedis apostolicæ reservate judicio, ut & spem de audientia detis, & tamen nobis debita reservetur auctoritas. Si tamen imperator serenissimus tantum se promiserit esse facturum, tantum ut nostram præsentiam accommodemus, modis omnibus prius sacram ipsius per episcopos & * per epistolam vestram, uno de vestris perferente per provincias, una cum personis quas imperator deputaverit destinate: ut sic cum servare Chalcedonense concilium, & epistolas S. Leonis papæ omnibus innotescat. Quibus ita procedentibus, ad nos in Christi signo, ut adventum procuremus, scripta dirigite.

Præterea est consuetudo per episcopum Constantinopolitanum omnes imperatori episcopos præsentari: si hoc illorum callidus tractatus invenerit, volentium formam legationis amovere, ut cum Timotheo, qui modo videtur Constantinopolitanam gubernare ecclesiam, imperatorem videatis; sic facite, ut si ante imperatorem inveniamur, quam ad imperatorem impredamur, ita disponi per aliquos, necdum præsentati, dicite: mandata talia nobis dedit & præcepta pater pietatis vestræ, ut sine aliquo episcoporum vestram clementiam videamus. Ergo agite, donec se ab hac consuetudine ipse removerit.

Quod si omnino noluerit, aut si captiose contigerit ut ante imperatorem inopinate Timotheum videatis, ita suggerite: præcipiat pietas vestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite, ecce ante ipsum, respondetis: Non injuriam facimus, sed quod ad causas pertinet, etiam ipsius continet legatio nostra personam, & suggestionibus nostris præsens esse non potest. Et nulla ratione eo præsente aliquid allegetis, sed egresso, delegationis textum exerite. *Hactenus indiculus, sive quod dicunt commonitorium: sequuntur post eum assertiones singularum causarum, in hunc modum.*

Capi-

(a) Edit. Rom. *perpetuitatem facere ab eo?*

Capitula singularum causarum

Capitula praescripta ab Hormisda papa nostra tabula.

Ut synodus Chalcedonensis, & epistola S. Leonis papæ serventur. Utque clementissimus imperator consentiens debeat pietatis suæ sacra generalia ad universos episcopos destinare, in quibus significet, prædicta se & credere & vendicare.

Consentientes etiam episcopi, in ecclesia, præsente plebe Cristiana, hæc prædicare debeant: Amplecti se sanctam fidem Chalcedonensem, & epistolas S. Leonis papæ, quas scriptit contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum Ælurum, Petrum, vel contra eos qui in ipsa causa tenentur obnoxii, timul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitanæ ecclesiæ fuit episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum socis eorum. Hæc manu propria, præsentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per notarium nostrum edidimus.

In exilium deportatos pro causa ecclesiastica ad audientiam sedis apostolicæ revocandos, ut judicium & vera examinatio de his possit haberi: ita ut causa eorum inquisitione integre reservetur.

Si qui vero sacræ sedi apostolicæ communicantes, catholicam fidem prædicantes atque sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur, hos justum est ante omnia revocari.

Præterea quæ legatis inter reliqua injunximus, ut si contigerit libellos porrigi adversus episcopos qui persecuti sunt catholicos, de his judicium sedi apostolicæ reservetur, ut circa eos venerandorum patrum possint constituta servari, per quæ ædificatio generalitati proveniat.

V. AD ANASTASIUM IMPERATOREM AUGUSTUM.

Novum esse Romanum pontificem ab imperatore ad concilium vocari, se tamen sturum, sed Chalcedonensis concilii decreta non revocentur in dubium.

Hormisda episcopus Anastasio Augusto.

BEne atque utiliter serenitas vestra curam principalis acuminis, non tantum in administrando reipublicæ exercet officio, sed melioribus eam nobilitat imitatis, & per curam redintegrandæ unitatis auctorem venerandi placat imperii. Certi sunt enim de tutela regnante, si ulla illidentibus ecclesiæ castitas importuna diabolo commixtione maculetur. Unde enim potest fieri, ut mundus pro principibus ad Deum nostrum preces dirigat, si sit lethaliter pojenlis perfidia corruptus? Nam sicut ante bona omnia est perfecta juvia Deum in imperatoribus sapientia, ita de incrasso mundorum pectorum pro his supplicatio debet & fideli animarum ubertate procedere. Nulla vobis, sublimissime domine, triumphorum materia poterit esse jucundior, quam de subjugatione perfidiæ.

Hoc etiam fiducialiter, & pro commissi nobis officii prærogativa suggerimus, quia prope est ut suum splendorem alienæ potuerit nube A fuscari, qui cum Deo tribuente amovere possit, in subditis tenebras manere permittit errorum. Ergo quia mansuetudo vestra futurarum temporum scriptis sacratissimis indicit, cui nos interesse debere iisdem paginis Deo, ut credimus, sibi imperante commonuit, gaudemus, scientes quoniam directarum mentium est venerabilis ecclesiæ magistros expetere. Soli enim declinant examen conscientiæ, qui vitam sunt non confidentes. Nam & tertiarum [illegible] dorem bonæ voluntatis constitit, qui per apostolicam immaculatamque fidem & per confitentes prædicatores aut confirmari se optat, aut corrigi. Verumtamen dicet in his nullum sæculi præcedentis existat exemplum, necque B tenioris facti qualitas aut commissa libris, aut memoriis inserta teneatur, nihil ad nos, quibus duce est beneficio Dei, pietate vestra invitante, inchoare meliora, & hoc quod non accepimus a parentibus tam clari operis institutum nobis ipsis imponere, quia totum pro redintegratione fidei & ecclesiarum pace facere, libenter amplectimur. Si tamen majorum nostrorum distinctio, & sanctorum patrum in suis radicibus incommutata permaneat. Si antea maturetur Nestorius cum participibus suis, qui evacuans divinæ sacramenta naturæ, beatam virginem Mariam modi hominis inducitur esse genitricem; oblitus angelicæ annuntiationis, per quam mundo innotuit, quia quod ex ea C nasceretur vocandum esset tantum, Filius Dei. Facessat impiorum tam contumeliosa in Deo honorificentia: quoniam sic est in utero virginis operata divinitas, ut ex ea unitas ibi procederet carnis, animæque humanæ, increata quidem, sed non confusa connexione substantiæ. & si in utrique natura pro nostræ redemptionis dilectione Christi Jesu domini nostri persona una est, adscante mysterio restitutione mortem subire potuisset natura fragilitatem cœlestis imperii valuerit virtute reparare, vel ita pro unitate personæ & dominus majestatis cruciatus, & filius hominis videatur descendisse de cœlo. Eutycheris quoque ignorantia divinorum bonorum omnium. & D ipso cum socis detestando tam nomine abdicatur lubetudo, qui Deum & dominum nostrum Jesum Christum figuram tantum carnis habuisse se testatus est, & nostræ veritatem non habuisse substantiæ, nescens de quo prominulum fit, quia videbunt persecutores eius in quem pugnaverunt. Ita enim in una eademque persona permisit utraque natura, ut Deus absque homo unus Dei filius Jesus Christus fidelium cordibus apparet. Quid enim quadragenta dierum post resurrectionem domini cum hominibus conversantis & convescentis epulatione? Nisi in istis negotiis [illegible], qui veritatem carnis negaturi erant, testorem faceret naturæ corporis esse quam videbant. Sic enim dicit ad E discipulos: *Quid cogitatis in cordibus vestris? Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Neque fuisset mysterium, quod ossibus ad eos claufa magnitudo est, si integritatem humani corporis non habebat. Possumus ex hoc domini verbo procedentem longius proferre sermonem. sed fuisse esse credimus per dominum nostrum eruditæ clementiæ vestræ strictis supplicare suggestionibus, speranter ut laborem curamque paternalis officii, venerabilium prædecessorum vestrorum Marciani & Leonis formam sequi, etiam

etiam principali potentiæ participatione fulciatis. Habebitis Deo propitio spem de victoriis non jacentem, si pontificatus contra diaboli subreptiones congressione pacifica ad detestandum institutionem munatis. Nunquam in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei, & Petri, parricidarum commemoratio revivisceat: fervetur ab omnibus suscipiendæ Chalcedonensis synodi, Deo per vos operante, diffinitio. Acaceus Petri tenebrarum filii communione pollutus habeat participes, quos delegit qui etiam inter suos excessus, nec de Petro Antiocheno, & complicibus ejus nitidum se esse perpessus est. Cessent maledicta piis sanctæ recordationis papæ Leonis ingesta dogmatibus, quæ solos quidem illo in suis manente puniunt irrogantes. In his quæ prælati sumus, solicitudinem vestri advocamus imperii: poterit enim pietas vestra, hoc custodiens, apices, & sceptra sua post multos annos ad aliud sæculum possidere translata. Suscipite preces nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres & coepiscopos nostros, nec non Venantium presbyterum, atque Vitalem diaconum, vel Hilarum notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore studiumque perclaruit, pro vestro amore transmissas, & placidam vice nostra supplicationibus conscientiam accommodate. Speramus enim, & de Deo habentes fiduciam, pollicemur, studia quæ a vobis veræ religioni impensa fuerint, sine retributione & præmio non futura. Data III. Idus Augusti, Florentio V. C. consule.

EPISTOLA ANASTASII IMPER.

AD HORMISDAM PER LEGATOS

sedis apostolicæ missa.

Catholicam fidem profitetur. Chalcedonensis concilii decreta jurejurando Acacium ad tollendia scandala non damnandum, & de pace cogitandum.

Exemplum sacræ Anastasii Augusti Hormisdæ papæ per Ennodium & Fortunatum episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarium notarium.

GRatias omnipotenti Deo retulimus, quod sanctitas vestra disciplinis cœlestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei, Ennodium & Fortunatum venerabiles episcopos, sed etiam viros religiosos Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarium notarium, quales poscebat cautæ sublimitas, destinavit; qui negotii magnitudinem implere possent, ecclesiastici hujus sermonis, quique operante Deo omnia subtiliter requirentes quæ ad rectam & veram Christianorum pertinent fidem, & ipsi, sicut decuit, declararunt, & a nobis, sicut oportuit, agnoverunt: quia una est ecclesia Dei, apostolicis ubique firmata doctrinis. Unde quis audeat de domini nostri Jesu Christi incarnatione aliter quam habet veritas ipsa sentire, nisi ut confiteatur æqualem & consubstantialem Patris Filium, salutis nostræ causa juxta annuntiationem archangeli, in utero virginis, carnem ex eadem assumendo, hominem factum? & sicut ait apostolus, in servili forma, ut crucem pro nobis carne suscipiret. De quo beatus Petrus apostolus Judæis dicit: *Vos autem vobis denuo virum homicidam, auctorem vero vitæ interfecistis*. De quo etiam legitur in Paulo apostolo: *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Confitemur enim quod genitrix Dei beata virgo Mariæ in vera carne & anima rationabili & intelligibili nobis Deum peperit salvatorem, quem homoousion Deo Patri, & Spiritui sancto, ante sæcula eumdem nobis quoque homoousion, propter peccata nostra in fine temporum credimus & probamus fuisse progenitum, sicut propheta David dicit: *De ventre matris meæ Deus meus es tu*. Quæ tamen ita sine defectu vel confusione nostri corporis est assumpta nostra substantia, ut in eadem carne Dei Filius mundum examinaturus adveniat, oculis omnium vulnerum & clavorum indicia repræsentens, sicut scriptum est. *Et videbunt in quem pupugerunt*. Cum omnibus etiam orthodoxis impiissimos Nestorium atque Eutychetem vitamus pariter & horremus. Eorum condemnantes & anathematizantes & personas & dogmata, detestabilibus sacrilegiis comparanda, qui dispensationem divinam, & humanæ remedia infirmitatis, similiter aut nescire voluerunt, aut cognita blasphemare. Tale igitur circa fidem clementiæ nostræ propositum summus Deus ab exordio vitæ sensibus nostris immisit: unde & imperium nostrum credimus custodiri. Miramur autem quamobrem de beatissimis patribus, qui in Chalcedone convenerunt, aliqua nobis scribere voluistis, dum ea quæ ab his fuerant constituta prædecessorum nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur. Et cum nec alia synodus facta fuerit, per quam quæ ab illa diposita sunt redderentur infirma, nec lex a nobis processerit, cujus novitate statuta præfati episcopalis concilii solverentur, maxime cum ipsa synodus dixerit anathema esse debere, quicumque aliam fidem quam apud Nicæam trecenti decem & octo venerabiles patres constituerunt docere vel immutare voluerit, ad hoc etiam eos, quos superius comprehendimus, id est Nestorium & Eutychetem damnaverunt, quos nos quoque damnamus. Nam pro hac causa attestantur nobis etiam divinæ literæ ad Alexandriam, non semel, sed multoties destinatæ. Per quas objurgavimus, cur tibi non arbitrentur posse sufficere directam fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Chalcedonensis synodi, vel venerandæ memoriæ Leonis episcopi. Unde non parvum studium apud nos, & intentio in præsenti quoque perdurat, qualenus a superfluo anathemate eoldem possimus abstrahere, & sanctæ ecclesiæ universali conjungere. De capitulo vero quod solum videtur esse residuum, nostra voluntas petitioni vestræ fortasse propter unitatem ecclesiarum convenerat, nisi alia venerabilibus ecclesiis ex hoc removeri scandala crederemus. Nunc universa quæ sint facienda perpendite, quia grave esse clementia nostra judicat de ecclesia venerabili propter mortuos vivos expelli, nec sine multa effusione humani sanguinis scimus posse ea quæ super hoc scribitis ordinari: omnia tamen a Deo spectantes, per concilium melius agere poteritis, quam ab his hominibus, qui propter errores suos provincias percurrentes, inimicam evangeliis sanctis & ecclesiis volunt esse discordiam. Ergo ut sit pla-

Philip. 2.

Conscriptio Gelasii de Anathemate edita

Psal. 21.

Apoc. 1.

Probat Chalcedonense concilium.

De nomine Acacii abolendo quid rescripserit

placens superna majestati ecclesiarum unitas, providete: quia quid nobis in eis quæ prælati sumus obstiterit, ignoramus, si bene nos arguit. Per omnia tamen voluntatis nostræ puritatem legatorum nostrorum poteritis narratione cognoscere. Petimus autem ut pro nobis apostolatus vester orare dignetur: quod vos libenti animo facere, hac poterimus maxime ratione cognoscere, si perfectam nobis unitatem ecclesiarum dignatus fuerit Deus, vobis disponentibus, condonare: illam enim vox Dei magnam benedictionem diligentibus se mandavit atque donavit, qua declaravit: *Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis.*

Joan. 14.

Nota Severini Binii.

a *Epistola*) Hæc epistola cum quibusdam sequentibus scripta est ab Anastasio imperatore anno domini 516. quando edita catholicæ fidei professione se catholicum esse simulavit, ut scilicet hac arte, populi favore captato, metum Vitaliani excuteret. Addidit reverentiæ sedis apostolicæ legatis Theopompum & Severianum, homines laicos, quibuscum de rebus ecclesiasticis ageretur. Anastasium his literis catholicam fidem veteratorie & per summam calliditatem professum esse, eodemque fallendi arte Chalcedonense concilium approbasse, ex his quæ superius de ipso scripta habentur, & quæ de eodem scribentur infra manifeste demonstratur. Legati quos misit, fuerunt alioqui a catholica religione, deceptosque narratis Eutychianis; ideoque præcipue Romam venerunt, ut (si fieri potuisset) ipsum Hormisdam ad suas ipsorum partes adducerent. At ubi hæc adeo inexpectata Hormisdæ comperit, legatos retinuit ad imperatorem redire jussit, jam de Anastasii perfidia, diu piorum verborum involucro velata, certior factus. Hæc constant infra ex epistola Hormisdæ ad Avitum.

EPISTOLA ANASTASII IMPERATORIS AD HORMISDAM PAPAM.

Theopompum & Severianum homines laicos, legatos pontifici ad salutationis officium, & pacem concilianda missit.

Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ per Theopompum & Severianum viros clarissimos.

OMnia quæ benignitas conceperit animorum, dulci ambitu & festinatione laudabili propagantur; nec sibi requiem putant posse præstari, donec ad effectum saluberrimum desiderata perduxerint. Et tunc quædam ipsius festinationis fit requies, dum contigerit spes votorum. Quod in præsenti nos certa ratione pertulimus, donec cælestis favor & nostræ petitioni auditum, & vestræ promissionis serenum donet effectum. Ergo quia vel maxima itineris longitudo, & ultra solitum morem hiemalis asperitas, quod optabamus, nobis fecit incertum, interim intra animos desiderata compressimus, beneficia divina captantes, quæ bonos exitus rei sua interpositione decidunt. Agnoscentes igitur quod ejus primam nobis gratiam condonavit, ut missa ad nos legatio ad beatitudinem tuam feliciter remearet, ad secundam processimus, ut dirigeretur a nobis promissa legatio, per quam & commemoratio fieret eorum quæ cum sanctissimis viris longa deliberatione contulimus, & inde, Deo auspice, tam nostræ petitionis, quam vestræ gratiæ, ad integrum lux serena resplendeat, & toti orbi gaudia expectata donentur. Commemorationis itaque loco, & salutationis

A honorem reddendo, Theopompum virum illustrem, comitem domesticorum, agentem sacri nostri palatii scholam, hæclem nobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione genitali nostræ provinciæ: sed & Severianum virum clarissimum comitem sacri nostri consistorii ad vestram direximus sanctitatem, qui ordinem literarum propria voce testantes, ad celeritatem expectata provocent, quæ etiam cælesti misericordiæ credimus placuisse. Data XVII. Kal. Augustas Constantinopoli, Petro viro clarissimo consule.

Anno domini 516.

VI. AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

B *Fraude Anastasii imperatoris nondum detecta, laudat ejus studium de pace conciliandæ, monetque ut tandem damnatis hæresibus ecclesiæ unitas sortiatur effectum.*

Hormisda Anastasio Augusto per Theopompum & Severianum.

SOlicitari animum tuum, clementissime imperator, ambitiosa avaditate commemoras, donec speratæ unitatis redintegratio optata contingat. Bona sunt desideria salutis, & laudabilis quæ se hujusmodi Deo commendat intentio. Prudentiæ siquidem speciale documentum est, cum id quod sibi utile credit, impatien-
C ter inquirit. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animæ gravius est ferendus remediorum fidelium serior appetitus? cum moneamur spiritualibus institutis, ne quæ prodesse possunt in diem posterum differantur, clamante sapientissimo Salomone: *Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem:* quia sicut in incerto vitæ tempora, ita in tuto animæ convenit esse remedia, ut intret in gaudium domini sui, quem veniens dominus ea quæ sibi placent invenerit operari. Unde & fateor me fuisse miratum, cur tamdiu legatio promissa tardaverit, cum facienda ista sint, ut regna cælestia rapiantur. Verumtamen instinctus iste, quem
D mansuetudinis vestræ declarat alloquium, spem supernæ misericordiæ pollicetur. Deinde est enim & ipsum velle quod bonum est. Confido autem quoniam qui cœpit in vobis opus bonum perficiet usque in finem. Ergo viæ cui cœpistis insistite, & spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali crevit ecclesia sancta consentiu, quod his verbis apostolicorum actuum testatur historia: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Nam quemadmodum connectis poterunt gratiæ vinculis, quorum distant corda sententiis? Fac, domine imperator, effectum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus. Cum
E & Abraham pater noster non nuda Deo fide, sed opere fidem commendante placuerit. Unde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestræ circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor & supplico, ut studium pacis, quod per scripta præferis, ad componenda nobiscum, adjutore Deo, ea in his, quibus laborant ecclesiæ, dirigatis, quia secundum Prophetam, *Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum.* Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram quæ nos ob ea, quam redintegrare cupimus, unitate disserunt. Deus ope-

Ps. 118.

Abraham non nuda fide Deo placuit, sed opere fidem commendante.

operam, ut laudando quæ profitemini, com-
plcantur effectu. Et apostoli, cujus communionem credidistis expetendam, totis viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiorum declinate contagia, licentes non habere cum religiosis impios portionem, nec ullum fidei cum perfidia esse consortium. Consequens est ut qui errorum detestatur principes, ederit testatores. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine. Offerte hoc munus Deo, pro vestris, precor, offerte temporibus: jamdiu hanc a vobis hostiam pro tantis quæ vobis contulit Christus beneficiis expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos senatui urbis Romæ, ut me ad pacem hortaretur, injungitis. Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba converto, sed vestigiis vestris pro universali advolvor ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem: non patiamini ab improbis canibus Christi membra dilacerari: quæ insanabilia videtis, abscindite, & quæ ægra, curate. Cur quæ sana sunt invalidis commixta quatiuntur? Servate ordinem quem unitas ipsa præfinit, & pacem mundo, quam poscitis, reddite. Hæc & sub prætenti occasione deposco, & rursum ac sæpius supplicare curabo, sperans importunitatem hanc meam & Deo esse placituram, & apud vos quoque per assiduas petitiones, quoniam id nos dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romæ. Anno domini 516.

EPISTOLA ANASTASII AD SENATUM URBIS ROMÆ.

PER THEOPOMPUM ET SEVERIANUM VIROS CLARISSIMOS.

Pontificem & regem ad pacem hortandos.

(*) Imperator Cæsar Flavius Anastasius pius, felix, victor, semper Augustus, Germanus inclytus, Francicus inclytus, Sarmaticus inclytus, pater patriæ, proconsulibus, consulibus, prætoribus, tribunis plebis, senatuique suo salutem dicit.

SI vos Iberique vestri valetis, bene est: ego exercitusque meus valemus. Quotiens utriusque publicis rebus prospera voluntate consulitur, non solum exhortatio, sed postulatio quoque creditur conveniens, ut duabus in unum concurrentibus causis animus incitatus, quod felix & bonum partibus fit, valeat adipisci. Si etenim Christus Deus & dominus noster, & per mitissimam voluntatem, & quamdam dispensationis petitionem nos revocavit ad se, & redemptos proprio sanguine libertati restituit, ut salutem mortalitati præstaret, non videtur absurdum, tam apud gloriosissimum regem, quam apud beatissimum papam almæ urbis Romæ, patres conscriptos imperiali petitioni conjunctos, ea sperare, quæ & nobis & sibi Deo annuente in commune proficiant; hoc est, ne fugitivorum audiant concinnatos sermones, mendacio solo compositos, sed satisfactione suscepta, quam & veritas & legatorum qui directi sunt inquisitio patefecit, ad desideratam pacem acceptabili Deo voluptate concurrat. Indubitatum siquidem est ex longa annorum serie, multam partem reipublicæ vestram vendicare constantiam. Proinde oportet sanctissimum cœtum vestrum solerti studio ac provido labore contendere; tam apud excelsum regem, cui regendi vos potestas & solicitudo commissa est, quam apud venerabilem papam, cui intercedendi apud Deum facultas est præstita, ut in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere, in qua utriusque reipublicæ membra sperata sanitate salventur. Implebitis enim veterem consuetudinem, & nimis consilio vestro notissimam, si ea quæ publicæ utilitati conveniunt, tractando, sperando, postulando, effectum adipisci Deo auspice fecerilis. Data v. Kalendas Augusti, Chalcedone, Petro viro clarissimo consule. Anno domini 516.

RESCRIPTUM SENATUS URBIS ROMÆ AD ANASTASIUM AUGUSTUM

Per Theopompum & Severianum viros clarissimos.

Pontificem semper pacis fuisse studiosum, quam penderet ab Acacii damnatione salentur.

SI prima semper est, imperator invicte, a regentibus supplicium spectata devotio, si sola gratia dominorum conciliatur obsequio; indubitanter agnosces sacræ jussionis oracula quanta senatus vestri fuerint gratulatione suscepta, maxime cum ad hos & animus domini nostri invictissimi regis Theodorici filii vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipientis accederet, & sciamus super omnia beneficia vestra hunc magis nos erigi, cum dignos credilis, quibus debeat imperari. Mox igitur sacræ studio jussionis implendæ, beatissimum papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia vota supplicantium benignitate præcessit; sed & nobiscum suas preces, ut quod hortamini fiat, adjunxit, evangelicis voluntatem tuam testimoniis asserendo, ostendens mundum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plus gravatum, dum vox sit illa dominica: *Va mundo a scandalis*. Et idem, oportere homines scandalizantium partes membrorum abscindere, quam ut in ignem, non renuntiando scandalis, mittantur æternum. Sed & post hæc divinæ lectionis exemplis, quam boni sint fructus pacis, ostendit cum diceret: Et apostolum Paulum gratia Dei plenum, nihil tamen quibus bene cupiebat, quod optaret melius, invenisse; nisi ut pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret; quod-que in evangelio domini sit vox ista dicentis: *Quoniam pacifici filii Dei vocabuntur*: & iterum ad ipsum scripturarum omnium revertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, qua & cælestia regna præsumimus, a peccatorum crucialibus credendo salvamur, caritas sit major, ostendit, testimonium tale subiiciens: *Spes, fides, cari-*

Matth. 18. Philip. 4. Matth. 5. 1. Cor. 13.

(*) In editione Rom. epist. Pontif. Romanorum bi titulo ita conscribitur: *Imperator Cæsar Flavius Anastasius pietatis inclytus, Germanicus inclytus, Alamanicus inclytus, Francicus inclytus Triumph. Pol. XXV. cos. III. pius felix victor, ac triumphator semper augustus pater patriæ, consulibus his.*

caritas, major autem omnium caritas: id est A Spiritus, gratia donante divina, caritatem virtutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter pœnam scandala declinamus, & pacem propter pacis bona sectamur, & ad caritatem nos qui est caritas Christus hortatur, quid est enim quod retinet catholico ardore festinos? quid est quod delinquentis Acacii impedit volentes Christum vivere personam? quid est quod a suo liberi, alieno gravantur errore? Hæc cum venerabilis papæ latius fuerint expedita rescriptis, pro nostræ tamen obsequio credidimus devotionis indenda, ne non rogasse putaremur recondendo responsum, quod accepimus deprecantes. Proinde, piissime imperator, hæc suo nomine senatus serenitatis B tuæ clementiæ provocatus adjunxit, ut qui animo quambenigno in utraque republica concordanda fuisti, tam esse pio in ecclesiæ redintegranda unitate noscaris. Nam ut pax illa regnorum tantum scitur prodesse subjectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Etenim quis non hæresum perfidarum sequaces plusquam ipsos deliquisse putet auctores? Qui non post patibulum crucis dividentes iterum Christi membra condemnet? Utinam hæc jam vobis regnantibus cauta cœpisset, ut facilius mala reprimerentur nascentia, quam provecta. Nam quis ambigat non potuisse ejus existere, cujus corrigi temporibus videret errorem. Per Ennodium, & Fortunatum episcopos, (a) Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum notarium.

EPISTOLA SIVE EXEMPLUM

Relationis Joannis episcopi Nicopolitanis, per Rufinum diaconum ejusdem, ad Hormisdam.

Catholicam fidem profitetur, & quæ vitanda, quæve servanda, monere cupit.

Domino meo per cuncta sanctissimo ac beatissimo patri patrum, comministro ac principi episcoporum Hormisdæ, Joannes in domino salutem.

Vide notas synodi veteris Epiri Indre sub Hormisda. Psal. 35.

CUra mihi extitit semper nihil amplius quærere, nisi agere propriam & familiarem conversationem vacuam solicitudinis & anxietatis mundanæ: sed quia *Dei judicia abyssus multa est*, sicut & vestram cognosco docere beatitudinem, patre nostro quondam atque archiepiscopo Alcysione a Christo ad supernas mansiones evocato, ea ratione qua ipse cognoscit, qui est possibilium dominus, in me sancta synodus bonorum actuum, ac clerus pastorum transtulit sortem. Ego autem cuncta referens Deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad vestras orationes concurro; ut juxta consuetudinem apostolicæ sedis vestræ, quæ cun-

Apostolica sedes curam habet omnium ecclesiarum.

ctarum ecclesiarum curam habet, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam spiritualem dispositionem vestram. Petenti etenim mihi dari spiritum ad apertionem oris, sicut docuit apostolus, atque ipse etiam dominus præcepit, mecum petite horum datorem, & cum quærente pariter quærite, & pulsantem spirituali manu vestra suscipite. Hoc enim vobis facientibus, potero, sanctissime, & acci-

Ephes. 6.

pere, & invenire, & aperiente Christo recta per verbum veritatis incedere. Quoniam vero quidam dissimulantes nobiscum credere, atque sectar sanctas synodos quæ Nicæa, Constantinopoli atque Ephesi congregatæ sunt, in qua principes extiterunt sanctissimæ memoriæ episcopi Cælestinus apostolicæ sedis vestræ, & Cyrillus Alexandrinæ; intuser etiam quæ Chalcedone adversus Eutychetem impium congregata est quæ omnes prædictas veritates orthodoxa in se ratione firmavit. Tamen audent nos impugnare, tanquam vinculum concordiæ sine ratione solantes. Volum autem mihi est vestram sequi doctrinam sicut inter sanctos prædecessor meus Alcyson extiterat, & anathematizo Dioscorum, Timotheum appellatione Ælurum & Petrum horum successorem; & Petri communione cum his permixtum Acacium, & Petrum qui Antiochenam perturbavit ecclesiam, sequens in omnibus synodicas, & apostolicas epistolas scriptas a vero præsule Romanæ ecclesiæ Leone. Rogo autem plenius atque perfectius, quæ servari oportet, commonete, & a quibus abstinere debeamus, vestris custodibus literis intimate: ut si fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum, seu dixi, sive egi apostolicis doctrinis vestris incongruum, vestris imbutus sermonibus possim hæreticorum obsistere machinis. Hoc enim facientes, sanctissime, firmiores nostræ sanctæ C synodi invenietis episcopos, & bonorum actuum clerum ac populum confirmabitis, tanquam familiarem vobis reddentes sanctam Nicopolitanorum ecclesiam. Venerabilem vero diaconum Rufinum ad tam necessariam causam directum, pacifice, sicut vos decet, rogati suscipite; & fiduciam tribuentes, celerem ejus recursum ad nos præstare dignemini, portantem spiritualia atque apostolica constituta. Cunctam, sanctissime, omnem in Christo fraternitatem vestræ beatitudinis ego & qui mecum sunt plurimum salutamus in domino.

Joannes fidem profitetur Theodosium.

VII. AD JOANNEM NICOPOLITANUM EPISCOPUM

D

Commendat illius religionem: Nestorium & Eutychen damnandum, & quomodo qui ad fidem revertuntur recipiendi sint, per indiculum se significaturum scribit.

Hormisda Joanni episcopo Nicopolitano per Rufinum diaconum.

GAvisi sumus in domino valde, frater carissime, acceptis literis tuis, in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratia suscepisse. Hæc est fides certa, hæc spes sine ambiguitate secura, qua creditur totius boni causa in superna dispensatione consistere. Cujus rei scientiam habens, frater carissime, beneficiorum E quæ a Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris, licet hoc quoque de eodem clementiæ fonte descendat, ut se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* In his ergo, in quibus hujusmodi probaris, clarius elucescet aliis etiam virtutis hujus futurum exemplum; quando ad hoc

Isaiæ 66.

(a) in edit. Romana est *Hilarionem*.

etiam Deo instituente perductus es, ut & de te catholicorum glorietur ecclesia. Nam sicut divinis testimoniis eruditus, & juxta apostolum sacrarum literarum institutione formatus, hoc auspicium tuæ ordinationis edidisti, ut adversus deviantes cum sedis apostolicæ sententiis convenires. Neque enim remunerare aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi adversus inimicos ejus evidentem zelum apostolicæ confessionis ostenderes.

Notum est enim eos extra religiosa septa consistere, qui & ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam, sed infructuosa est apud eos, quamvis cum religiosis congrua sanctæ communionis æqualitas, quia procul dubio qui ea quam meruit libertate non utitur, subjectum se iniquitatibus confitetur. Quid gloriemur his quas non sequimur disciplinis? Falso appellat magistrum, qui se institutionibus ejus non probat esse discipulum. Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, & libertatis propriæ resumpsistis affectum; paternæ rursus hæreditatis cupientes esse consortes, amplectimini gratiam traditionis antiquæ: & in illius inconvulsi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantes; inconstantis enim mutabilitas ista solet esse propositi: atque ideo bene fundatis oportet inhærere; quando hujusmodi studia clementia scit fovere divina, ut fidei vestræ firmitas vobis de aliorum salute fructificet, & fervore vestri studii aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suorum possit accendi; quatenus & de vobis quoque sanctus apostolus dixisse credatur; *Æmulatio vestra provocavit plurimos*. Ergo Nestorii & Eutychetis impietatibus juxta synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, cum exultatione dicamus: *Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, dicit dominus*. Quemadmodum enim quis malarum inventionum detestabitur principes, si non declinat sequaces? aut quemadmodum odit originem, qui non execratur & sobolem? In discipulis prædicatur fama docentium, & donec male factorum seminum radix per succedentes cultu floruerit, tamdiu auctorum memoria non peribit. Addatur perdito Eutycheti & Acacius discipulus sub communione Petri, omniumque damnatorum mixtus erroris: quos vestra dilectio literis suis, dum fidem suam asserit, evidenter expressit. Ad instructionem vestræ fidei pleniorem, quo ordine ad communionem nostram suscipi deceat revertentes, indiculum subter adiecimus, speranteis in Deum bonorum omnium largitorem, quod laudabili circa fidem vestræ devotionis instantia, non solum hoc eorum qui vobis vicinitate junguntur saluti profit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestræ & religiosæ voluntatis velox fama pervenerit. Rufinum siquidem diaconum, qui nobis literas vestras obtulit, in Christi caritate suscepimus, quem apostolorum orationibus commendantes cum pace remittimus, hortantes literas, a nobis tam ad caritatem tuam quam ad synodum directas populo relegatis, quod & nos pro fidei vestræ commendatione fecisse cognosce. Data XVII. Kalendas Decembris, Petro v. c. consule.

EPISTOLA SYNODICA,

Sive exemplar relationis synodi Epiri veteris ad Hormisdam Papam.

Joannis in Nicopolitanum episcopum electi postulant confirmationem, & in fide catholica suffragium cupiunt.

Domino nostro per cuncta sanctissimo ac beatissimo patri patrum, comministro ac principi episcoporum Hormisdæ, synodus veteris Epiri, Joannes, Matthæus, Constantinus, * Christodorus, Hilarus, Philippus, Julianus, & Chrysippus.

* Christophorus.

SI dignis præmiis uti tentemus, necesse est multis fletibus horum depromptiones efficere. Plurimi namque ex nobis in regnante fuere Constantinopoli; cum vestri sanctissimi vicarii Ennodius & Fortunatus episcopi, Venantius presbyter, Vitalis diaconus, & Hilarus notarius degerent, pietatis agonem suscepium tenentes. Nobiscum autem fuit, inter sanctos factus, pater atque archiepiscopus noster Alcyson, qui cum omni præsumptione supplicibus utens libellis, apud vestram beatitudinem dignus effectus est apostolicæ sedi vestræ communicare nobiscum. Sed quia repente qui cunctorum retinet potestatem hunc ad se evocavit; nos irrefrænabili fletu detenti perveniimus tamen ad patriam, nullo modo errorem propter Dei gratiam sustinentes, sed ubique vestra decreta sectantes.

De synodo veteris Epiri videsis notas infra, sub Hormisda.

Fletibus autem nobis atque lamentantibus cum his qui nobiscum relecti sunt in parœcia comministris, quis possit de orthodoxis recte Christi oves transigere; qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per vestras orationes, demonstrans metropolitanæ civitati in cunctis sanctissimum Joannem, qui a pueritia in ecclesia sine culpa nutritus, imo laudabiliter in ea degens, ita ut neque eum in his quibusquam temporibus antecellat; zelo autem circa orthodoxa, juxta apostolicas admonitiones vestras, nulli omnino cedens. Hunc ergo Dei providentia ordinavimus præsulem Nicopolitanorum sanctissimæ ecclesiæ: & rogamus ut juxta antiquam consuetudinem hunc quoque complectamini paternis visceribus vestris, nobiscum ipsi, Dei gratia, efficiamini arma inexpugnabilia commonitionibus vestris atque doctrinis: & deprecantibus nobis inclinetis aurem, & pietatem concordiæ reperiatis, juxta inspiratam vobis divinitus apostolicam providentiam, ut in pace, quæ est ei amabilis, cunctæ sanctissimæ ecclesiæ cooptatæ immarcessibilem vobis coronam nectentes, in omni pietate atque humilitate comprehendatur in Christo. Venerabilem vero diaconum Rufinum, propter hanc tam necessariam causam directum, libenter rogati respicite, & ad nos sub velocitate remittite portantem doctrinas vestras apostolicas. *Et alia manu:* Incolumem me ora, sanctissime pater patrum.

De ordinatione Joannis episcopi.

* Ego Joannes episcopus rursus retuli: Incolumem me ora in domino, sanctissime ac beatissime pater patrum.

Ego

1 Eadem hic nomina sedium atque in epistola 59. 2 per. Concil. Chalced. unde nonnulla emendavimus. Hardouinus.

Ego Matthæus episcopus Butroti retuli.

Ego Constantinus episcopus * Hacnonopolios retuli: Incolumem in domino me ora sanctissime ac beatissime pater patrum.

Ego * Christodorus episcopus Anchialmi retuli.

Ego Hilarius episcopus Photices retuli.

Ego Philippus episcopus Phanaices retuli.

Ego Julianus episcopus Dodones retuli.

Ego Chrysippus episcopus Congru retuli.

VIII. AD SYNODUM EPIRI VETERIS.

Eutychetis errorum sectatores damnat episcopi Epiri veteris, ut nominatim hæreticos anathematizarent, hortatur.

Hormisdæ synodo Epiri veteris.

BEnedictus Deus ecclesiæ suæ membra consocians. Benedictus Deus, qui maligno instigante divisos, sub eadem, quæ olim fuerunt, facit soliditate conjunctos. Etsi enim diu perdicis modo vociferavit inimicus, & eos quos non genuit, sicut asseruit propheta, collegit; tamen abyssima ambiguitate desolabitur. Neque enim oves dominicæ sequuntur alienum, aut alterius vocem pastoris exaudiunt. Unde nec vos ad salutis iter redisse miramur, cum tarditatem magis in hac redintegratione culpemus. Debemus, carissimi fratres, domesticis uti ad hanc quam quærimus stabilitatem documentis: siquidem tunc Timotheus Chersonensis gravis cum diceret, gravior cum doceret. Nam Dioscori lectator, & idem Petri nihilo minus institutor, adversus beatæ recordationis Proterium sævitiam suæ temeritatis exerit, & totius finem crudelitatis excessit, religiosi viri cædem inter ipsa operatus altaria, vir sanctus suis ab illo pio cruore suspensis. Tunc excitata universalis ecclesia, in odium parricidæ, auctorem facinoris tanti non solum communione, verum etiam ipso quoque Christiano nomine spoliavit, & omnium mentes nova quadam admiratione stupuerunt tantæ præsumptionis audaciam. Tunc beatus Eugenius patriæ vestræ obtinens principatum, cum subjecta sibi sancta synodo, relum quemdam, quasi fide esse, Deo commendatus ostendit. Cujus rei memoriam non solum non potest tempus abscondere, verum etiam de die in diem magna apud orthodoxos fama multiplicat. Horum studia sic probata negligere, & sententias non amare, idem est in ipsa domini nostri confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem ac literas vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos conjungente, similia orandum est, ut in ea voluntas vestra, qua nostros animos relevavit, confessione permaneat. Sed opus est citra respectum timoris insectari eorum rabiem qui fide diversa minantur. Quanto enim infidelium error exsultat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. Neque enim hæc sunt per patientiam negligenda; quando malum hoc vitio prava contractudinis animorum apud plures sub quodam colore legis inolevit, dum aut prava studia in unum congruunt, aut recta se subtrahunt. Nam ut eam quæ immanet rem loquamur; Eutyches ut aetandæ hæresis inventor exclusitur etiam ab his, a quibus eius dogmata diligentur, apud eos ipsos ita exsecrandus atque fugiendus, ut nomini quoque ipsius oderint mentionem. Sed perversæ religiosorum institutionum ministri, quem ferunt verum detestantur hæreticum, hunc alia via tanquam verum amplectantur orthodoxum. Siquidem in sancta Chalcedonensi synodo Dioscorus eadem sentiens pari ratione damnatus est. & cum una * persecuta sit utrumque sententia, hoc tum alterum si quis sequatur, & delegat, dicat aliquis quomodo se ea sententia, quæ delegatos damnavit, excipiat, cum eos, quos transgressionis aut impietatis consortii æqualitas, sine dubio unum quoque vinculum damnationis adstringat. Timotheus & Petrus horum sequaces, homines mente corrupti, & pestis quadam nomine detestanda catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter quoque merui subire sententiam, qui tantum malum quasi parvi æstimans, & propositum nunquam ad meliora convertens, ne ab illis quidem se quæ in Antiochia detestamur abstinuit. ibi quoque transgressori Petro communione consensit. Apameam nihilo minus hostiliter versatus, ecclesiam Syriam quoque non ea quæ decuit integritate diponens. Propter quæ, dilectissimi fratres, ab eorum innodatione solventes, velut religionem quamdam pestilentem relinquentes, tenemus apostolicam disciplinam, salutis nostræ omni diligentia & solicitudine providentes, ea cura netandi Nestorii declinemus errores, quæ Eutychetis impia inventa persequimur.

Maxime enim nunc religiosa fidei dogmata diverso incursu horum, qui prædicti sunt, incursantur insidiis, scilicet pro ratione temporis sua argumenta nectantibus, quomodo possint innocentium vita fraudem suæ impietatis inferere. Atque ideo sicut dicti numularii, & prudenter instructi, ab improbandis laudanda separantes, talenti vobis credili potentia multiplicare substantiam. Hæc, dilectissimi fratres, scripsimus plenæ caritatis impulsu, quæ fidei vestræ primum Dei dono, deinde & fratris nostri Joannis, qui vobis præsidet, professione præsumpsimus, qua nominatim omnes, quos apostolica ac generalis catholicorum condemnat ecclesia, execrabiles sibi esse declaravit; quos vos quoque in literis vestris oportuit evidenter exprimere, nec arbitrari posse sufficere sibi, tantæ præsertim insidiis callidorum, quos veritas & singulos insectari consuevit, atque damnare, sub quadam eos generali damnatione concludere. Diligentem quærunt vulnera antiqua medicinam; nec abundans ei se creditur quidquid pro integritate fidei & stabilitate religionis adhibetur. Unde libellum cum literis misimus, cui vos subscriptiones proprias inserite, ut fides vestra, quam directa per Rufinum diaconum scripta testantur, apud nos sit hujus quoque repetitionis adsertione manifestior. Dat. 13. Kal. Dec. Petro v. c. consule.

Hacnonopolios

Christodorus

Jerem. 17

Joan. 10.

Eugenius episcopus Epiri commendatur.

Tunc hæreticorum infidendo hæresi, cujus authorem damnant

* al. prosecuta Hard.

Eu. remedio Dorotheo eos condit.

* al. Acacio Hard.

Hæresium ab eremodum.

Mirum, quo pacto ... edat.

Anno Christi 519.

IX. AD JOANNEM NICOPOLITANUM

EPISCOPUM.

Cum per literas Epiri veteris episcopi nominatim hæreticos non damnassent, mittitur libellus, cui debeant subscribere.

Hormisda Joanni episcopo Nicopolitano per Pulionem.

De legatione Pulionis.

LIterarum quas direxisti series, & expositio tuæ fidei conveniens sedis apostolicæ judiciis, nostros animos relevavit. Tot incitati gaudiis contenti non fuimus, nisi per * Pulionem subdiaconum ecclesiæ Romanæ quid plenius circa vos ageretur cuperemus agnoscere; magnopere quia in relatione episcoporum sub ordinatione caritatis tuæ degentium, non universa quæ ad ecclesiastica constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur evidenter expressa. Unde & pro nostra solicitudine, & illorum integra nobiscum conjunctione, * libellum direximus, in quo eos oportet debere subscribere, quia & omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedis apostolicæ communionem reversi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista caritas, ista communis salutis excitavit ambitio, quod credo & fraternitatem vestram gratanter accipere, quia ubi de animarum salute res agitur, studii tui, vel intentionis debes operam commodare, ut antecedendo fructum de tali possis laude percipere. Pulionem prædictum cum rescriptis caritatis vestræ ad nos, juvantibus [illegible], sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIII. Kal. Decemb. Petro viro clarissimo consule.

Polionem

Anno domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Libellum direximus.*) Hunc libellum qui his literis inngebatur, eumdem esse putamus, quem XV. Kalendas Aprilis datum ex codice Vaticano hic tibi exhibemus.

REGULA FIDEI.

PRima salus est, regulam rectæ fidei custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*, &c. hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper servata religio. Ab hac ergo spe & fide separari minime cupientes, & patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreticos; præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a Cælestino papa urbis Romæ, & a sancto Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite. Una cum ipso anathematizantes Eutychetem & Dioscorum Alexandrinum, in sancta synodo, quam sequimur & amplectimur, Chalcedonensi damnatos. His Timotheum adicientes parricidam, Ælurum cognomento, & discipulum quoque ejus atque sequacem Petrum, vel Acacium, qui in eorum communionis societate permansit, quia quorum se communioni miscuit, illorum similem meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum sequacibus suis, & omnium suprascriptorum.

A

Quapropter suscipimus & approbamus omnes epistolas Leonis papæ, universas quas de religione Christiana conscripsit. Unde, sicut prædiximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta, spero ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & verax Christianæ religionis soliditas. Promittens etiam, sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto & venerabili papæ urbis Romæ obtuli. Data XV. Kal. Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

B

Anno domini 517.

INDICULUS PER PULIONEM

SUBDIACONUM.

Quid in Nicopolitana ecclesia sit agendum.

CUm Dei adjutorio, & orationibus sanctorum apostolorum Petri & Pauli veniens Nicopolim, sic debes agere, ut postquam episcopus Nicopolitanus acceperit literas nostras, episcopos, quos in sua parœcia habet, colligat, & faciat subscribere libellum quem in epistolis suis habet annexum. Si tamen dixerit prædictus episcopus esse laboriosum episcopos colligere, dirigat tecum personas per singulos episcopos, ut te præsente subscribant prædictum libellum. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, ut epistolæ quæ a nobis missæ sunt publice legantur; aut si videris præ timore hoc episcopos facere nolle, saltem clericis suis hæc relegant: quæ tamen in ipsorum dimitte potestatem, & scripta episcoporum, & illius episcopi, hoc est Joannis metropolitani, ad nos cum Dei misericordia reporta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere, propter insidias & calliditates inimicorum. *Per Joannem diaconum ejus.*

C

D

EPISTOLA AVITI EPISC. VIENNENSIS

AD HORMISDAM PAPAM.

Gratulatur de conversione provinciarum Dardaniæ & Illyrici, petitque ut certior fiat de successu legationis Constantinopolim missæ.

Domino sanctis meritis præcellentissimo, in Christo gloriosissimo, & apostolica sede dignissimo Papæ Hormisdæ Avitus.

DUm religionis * statui, & plenis catholicæ fidei repulis perspicitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis ecclesiæ membra commissum pervigil cura vestræ adhortationis informet, Viennensem provinciam superiore anno, si meminisse dignamini, datis ad humilitatem meam literis visitastis; quæ ad me, secundum quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis ecclesiæ clericos pervenerunt; & quidem plenissimæ solicitudine pastorali. In quibus nos sicut per conversionem provinciarum, id est Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ, ad

E

* Hæresim ord. B. to edit. Sum anno 1643.

ad communionem gaudii provocatis; sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam pervenire possit, instructis. Eutycheris igitur, Nestoriique damnatio, quoq; jamdudum per beatissimos prædecessores sanctæ sedis vestræ calcavit auctoritas, ad notitiam jampridem nostram apostolicæ ad nos diligentiæ provisione perlata est. Sed illud nos modo suspensos multum redigit & anxios, quod cum pendere nos ad effectum legationis * secundo Constantinopolim destinatæ omni expectationis studio justeritis, nec quid filius vester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec utrum secura redierit indicastis; & promissionem vestram tanta silentii diuturnitate suspenditis, ut non minus modo prædicatoris taciturnitas reddat attonitos, quam antea fecerat legationis mora suspectos. Unde sola hac causa servos vestros filios meos Alexium presbyterum, & Venantium diaconum, totius Viennensis provinciæ nomine, quæ ecclesiæ ad me pertinenti ab universis prædecessoribus vestris, & ab apostolica sede commissa est, cum præsentis famulatus pagina destinavi; per quos oraculo beatissimæ responsionis agnoscam, utrum fervor schismatum præfatorum, qui intra Constantinopolitanam urbem vitio perniciosæ obstinationis exarserat, cuique, quod magis dolendum est, Alexandrinam vel Antiochenam ecclesias dicitis illigatas, vobis Christo favente dicentibus, digna fuerit correctione restinctus: aut si reversa legatio in paginis evidentibus, quod simplex legeretur exhibuit, an forte nuncio magis retulit, unde vobis adhuc qualiscunque suspicio reservetur. Veremur enim, ne pontificale judicium, dum non indicat prospera, sentiret adversa. His adicitur, quod divertorum fida relatione comperimus, de reconciliatione vel concordia ecclesiæ Romanæ jactare se Græciam, quod sicut amplectendum, si veraciter dicitur, ita verendum est ne callide simuletur. Quæsumus ergo servitio meo junctio, ut quid filiis vestris fratribus meis, id est * Gallicanis, si contulant, respondere debeam instruatis; quia jam securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Galliæ devotione policear, omnes vestram super statu fidei captare sententiam. Orate ut sic nos prædictorum professio fucata non fallat, sicut ab unitate, quam regitis, veritas comperta non separat. Accepta 3. Kal. Febr. Agapito viro clarissimo consule *, per Alexium presbyterum & Venantium diaconum.

* Forsitan cum damnatione una ab illis sed perlata ad illos.

* Hormisdas infra ep. 51. ab ultimis ad nos usque directa legatione, &c.

* Anno Christi 521.

X. AD AVITUM VIENNENSEM EPISCOPUM.

Laudat in eo studium cognoscendi de statu ecclesiæ orientalis, a legatis autem ob perfidiam Græcorum nihil perfectum fuisse scribit, in animo sibi esse alteram ad illos legationem destinare.

Hormisda episcopus Avito episcopo, & universis episcopis provinciæ Viennensis, vel sub tua diœcesi consistentibus.

QUi de his quæ ad disciplinam catholicam pertinent maxime iciens instrui cupit, quid studii circa mandata divina habeat evidenter ostendit. Non enim potest esse hujusmodi cura, nisi ubi fides fuerit infucata. Atque ideo exultamus in domino de sinceritate propositi tui, dilectissime frater, dum te secundum directas per Alexium presbyterum atque Venantium diaconum literas intuemur, & de impiis transgressoribus Eutycheris atque Nestorio sedis apostolicæ constituta recedere, & si quid adversus eos admonitio nostra promoverit, per quos orientales ecclesiæ confundunturque, inquirere. Digna plane sollicitudo fidelibus, ut de miserorum lapsibus ingemiscant, & ipsi ne aliena polluantur contagione providean. Sed ne nos quidem hoc supersedisse credatis, ut ad notitiam vestram, si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verum breviter silentium nostrum, quod dilectio mordet vestra, purgamus. Nam quod non tæpus nostra admonitio vos frequenter, de consentia vestra & fidei stabilitate confidimus. Solicitudo impendenda fortasse sit dubius, satis est vitanda indicasse perfectis. Legationis vero nostræ, quam semel, non secundo, sicut scribitis, misimus, si votivus contigisset eventus, alacres illico vobiscum fueramus desiderata partituri, scientes hoc rationi, hoc nostro proposito convenire, ut quos participes solicitudinis fecimus, cum his de integritate unitatis gaudia jungeremus. Sed quantum ad Græcos, ore potius præferunt pacis vota, quam pectore, & loquuntur magis justa, quam faciunt: verbis velle se jactant, quod operibus nolle declarant quæ fuerint professi, negligunt: & quæ damnaverint, hæc sequuntur. Nam unde est, quod cum per Ennodium fratrem & coepiscopum nostrum sacerdotales viros, ad confirmanda ea quæ sedes apostolica poposcerat, directuros se esse promisissent, multa quoque quæ ad correctionem pravitatis tuæ a nobis quæsita fuerant pollicentes, non solum non religiosos viros, penes quos causæ illius plena esse posset instructio, secundum constituta propria non miserunt; verum etiam, quasi res parva geretur, * laicos & alienos ab ecclesiastico corpore destinantes non se studuerunt ex eorum, quo immersi tenentur, evolvere, verum etiam catholicæ fidei claritatem fulgentem tua, quod abtit, se posse crediderunt obscuritate fucare. Hæc fuit nostri causa silentii, quam vos quoque spiritali vobis prudentia revelante vidistis. Quid enim de hac causa poteram directis literis indicare, quam in statu suo videbam duram pertinaciter custodire perfidiam? Novitatis solicitæ diligentiam relationis inquirunt. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in statu suo manere priora declarat: Quapropter, dilectissime frater, & vos præsentibus hortamur alloquiis, & per vos quoque, quia occasio data est, alios per Gallias, quos fides eadem nobiscum amplectitur, admonemus, promissam & amabilem Deo fidei servare constantiam; & transgressorum societate declinata, constantiam vestram uni viro virginem castam, sicut spopondistis, exhibere Christo. Et cavete, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita sensu aliquorum corrumpantur a simplicitate & castitate quæ est in Christo Jesu. Perniciosa sunt blandimenta nocentium, atque ideo vigilare vos convenit, quia adversarius salutis humanæ, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide: quia hoc speciale habent patris sui de cœli arce dejecti, qui vestigia ejus sequuntur & diligunt, ut illa veritatis luce privati, & alios gaudeant sua obscuritate fucare, & cum perversitatis suæ

* Sic in ms. Forsitan legendum, ab illis.

penas

pœnas luituros esse se sciant, exultent si mi-A teros cum sine damnatione conjungant. Nam unde est, quod cum pro magna parte a contermino suis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita eorum perversitate deseramur, procul positos ignorantiæ spe, fraudibus, & variis artibus nituntur allicere, nisi ut lucem, quam ipsi non habent, in aliis quoque impia contagione commaculent? Ut autem quæ sint partium earum studia possitis agnoscere; plures Thracum, licet persequentiam incursibus aut-tantur, in nostra tamen communione persistunt, scientes fieri fidem per adversa clariorem. Dardania, & Illyricus vicina Pannoniæ a nobis, quod jam fecimus ubi necessarium fuit, ut sibi episcopi ordinarentur expetiit; intantum se a communione perditorum separare gaudentes, ut remedia quærerent, dummodo commune cum transgressoribus nihil haberent. Epiri metropolitanus, hoc est Nicopolitanus episcopus, cum synodo sua nuper segregatus ab impiis, ad apostolicam communionem deprompta quæ efficeret professione se contulit. Quæ ideo scriptis æstimavimus indenda præsentibus, ut sicut sortem nos convenit dolere pereuntium, ita lætemur pariter de salute remeantium; & ut fideles constituti ab eis longius instruantur, qua virus eorum solicitudine debeat effugi, quos & a suis videant tam justa detestatione vitari. Et nos quidem dispensationis nostræ memores, necesse est eos repetitæ legationis officio convenire: quo affectu salvationis suæ, si respectu Dei, si rationis intuitu non moventur, saltem pulsantibus importune & pertinaciter acquiescant; & aut ad rectam viam declinatis erroribus revertantur, aut propter impœnitens cor ab omnibus inexcusabiles judicentur, qui & moniti toties in perfidiæ obstinatione persistunt. Vos orate, & nobiscum ad Deum preces & vota conjungite, ut per opem misericordiæ ejus nostra actio laborans pro catholicæ fidei stabilitate promoveat, immaculatos vos & integros ab omni transgressorum societate servantes; ut aut cum correctis sentus & corda jungamus, aut ab eorum venenis intacti esse mereamur. Nam qui, sicut vos quoque conscientiam vestram non latere testamini, novimus Eutychetem atque Nestorium apostolicæ, id est catholicæ sententiæ auctoritate damnatos; quemadmodum salvi esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis hæreamus, cum Belial cum Christo nostro portionem habere non possit? Instructionis autem vestræ interesse credimus, ut ea quæ apud nos Nicopolitanis vel Dardanis acta sunt, vel quo in communionem ordine sunt recepti, vobis nota faceremus ipsarum lectione chartarum. Data xv. Kalendas Martias, Agapito consule.

XI. AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

Per Ennodium Ticinensem, & Peregrinum Misenatis ecclesiæ in Campania episcopos, secundæ legationis ad Anastasium destinatæ munere functos, transmissa.

Pacem ecclesiæ non nisi damnato Acacio posse restitui.

Hormisda Anastasio Augusto per Ennodium & & Peregrinum episcopos.

B DUdum legatis mansuetudinis vestræ remeantibus, ad literas vestras & mandata respondi, non quidem universa plene, sicut magnitudo rei postulabat, expediens, & tamen pro tempore certa perstringens. Verum etsi sufficienter me allegare omnia contigisset; numquid ageus apud clementiam vestram causam fidei, poteram repetitis precibus importunitatis incessi? Timeant notam hujus ingratitudinis, quibus cura est studium negotiis navare mundanis. Opus non implet evangelii, qui a prædicatione ejus venialiter putat posse cessari. Pervigilem pastorum oportet esse custodiam, & lumbos sine relaxatione præcinctos. Bonæ admonitionis sicut constat dulcem fructum, ita ejus non decet esse fastidium. Et alias, cur C postulationis meæ molestam mansuetudini vestræ quisquam dicat esse frequentiam, cum per ea quæ sunt ex officio meo, per remedia fidei vestro consulatur imperio? Etenim quæ me onerat cura, vos relevat: mihi incumbit, sed vobis proficiet; licet ex diverso semine unus fructus amborum est. Nam sicut pœna est nec dicere Deo accepta, nec facere, ita certa remuneratio vel illi qui spiritalia prædicaverit, vel illi qui audita non spreverit. Dedit quidem clementia vestra veluti obsidem propositi sui sub testimonio imperialis alloquii, & se quasi pignore quodam bonæ voluntatis adstrinxit: sed opus est cœptis adjicere firmitatem: sumant plenum decorem jacta fundamina: non D remittantur propugnantes pro Dei ecclesiis manus. Toties Israeliticus hostis intercedit, quoties Moyses brachia non remisit. Effectus opera, finis commendat initia. Non prodest cœpisse deserentem, quia sola perseverantia fidei dat salutem. Benedicimus Deum, cujus zelo pietas vestra transgressores impios Nestorium & Eutychetem, vel eos persequitur, qui cum nefandis & sacrilegis dogmatibus profitentur. Probat odisse se vitia, qui condemnat errantes, nec relinquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentiæ gradus est, odisse culpanda: sed veritatis interest, domine fili, & catholicæ disciplinæ, ut sectatores etiam eorum atque participes oderitis, E quorum execrandos principes judicatis. Non in damnandis sola, id est, certa nomina, sed in his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra aversari se plures asserit, qui unam de his, qui detestatione digni judicantur exceperit: non enim numerus errantium hominum, sed meritum consideratur errorum. Hoc ideo, ne facile putet vestra clementia Acacii prætereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui cœno Petri, Dioscori & Eutychetis dogmate & communione pollutus, dum copulatur, immersus est? Illius

sinemus in condemnatione supplicium, cujus A elegit in communione consortium? Qui vitiis propter impietates suas horum singulos odit, & in illis Acacium necesse est oderit, & omnes in Acacio non amarit. Ab illo per orientales ecclesias fermentum nefandi erroris inolevit. Inde Alexandrinam perfidia eosque nutrita superbia, ut non acquiescat, sicut scripsistis, mandatis salutaribus, cujus famulatur imperiis; & in errore declinando, non sequatur admonitionem, cujus in agendis rebus experitur sibi utilem potestatem. Unde & majore hujusmodi homines convenit detestatione vitari, quia quæ docere debuerunt, nec dum ab aliis instruuntur, assumunt; spernentes in hac imperantis monita, in quibus tantum non timeri jubentur imperia; & immemores devotionis contra salutem animæ, quos contumaces esse oportuit pro salute. Hos mentibus perditis usus nutrivit Acacii cum perfidis juncta communio: atque ideo æstimandus est auctoris loco, cujus gravius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis quam imitatio fovet, dum creduntur non improbanda esse, ad quæ alii quoque videntur accedere. Fragilis est & caduca mortalitas: vix nefarias cogitationes dum comprimuntur intereunt. Jacet semen noxium sub errore, nec deficit latum pandit derelinquentibus aditum qui jungit cum improbitate consensum. Utinam, invictissime imperator, inter ipsa apostolicæ districtionis initia orientales ecclesiæ Acacii contagia nefanda vitassent: non per multos error ille noxia venena diffunderet; ipsa quoque erecta tunc fortassis Alexandrina ecclesia tunc colla reclinasset, dum perculsam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, & displicere in complicibus se viderent. Sed dum male nutriti foventur errores, & pravorum consensus inutilis æquitate corrigenda dissimulatur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicavit auctorum. Et vos quidem, si placet, * a Deo efficaciter impetretis, ut condemnetis vestrum de alieno errore propositum. Sed cogitandum est, clementissime imperator, si ei apud Deum sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere: non est differenda curatio: admoveantur medicæ profundis vulneribus manus. Sola ante Acacium Alexandria perfidia suæ fœditate fordebat. Respicite quantas jam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque pateris, domine fili, ecclesiam Dei divisiones suorum morere membrorum? anticipent beneficia tua ad Deum perventura suspiria. assume fidei curam: & vexillum salutis attollens, ad errores ab Israel removendos velut Ezechias alter exurge: sas tibi laude novorum operum titulos æquare priscorum. Ille dissipavit excelsa, tu superbiam erectæ impietatis inclina: ille simulacra contrivit, tu dura infidelium corda contringe: ille memoriam serpentis æmei sustulit, tu virus prasinitis effunde. Offer Deo recta, quæ fecit; & spera dona quæ meruit. *Paratis est omnis dominus, qui reddit singulis secundum opera eorum.* In aperto est quanta sit expectatio fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum angelis de receptis: isti metuunt, ne ab his quos decerpserant destituti, pœnis remanerent præparatis. Pendent anxia corda cunctorum. Ab ultimis ad nos Galliis directa legatio, si quid de unitate redintegratione sollicitando medela promovisset, fama locuta, consulit. hoc difficile opus clementiæ tuæ. Sed Deus suorum laboribus subvenire. In usu est ad principes suos convertere colla subjectos. Dat spectat maximum signum recens religiosæ memoriæ Marciani imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Non opus nota revolvere. Adulta est perfidia ista per devios, sopita per juvenes. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio civitatis æquasti. Ad hæc nostris lacrymis, nostris precibus allegando, Ennodium atque Peregrinum fratres & corepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus; ideo maxime deligendo viro fasce tuendæ legationis imposito, ut qui nobis spei bona detulit initium, nunc adjutore Deo plenum reportet effectum. Acquiescite precamur fidelibus monitis, cujus vos delectatos dudum legimus institutis. Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule. Anno dominiccc.

XII. AD TIMOTHEUM

CPtanum episcopum

hæreticum commonitoria, per supradictos legatos.

Pro unitate ecclesiæ laborandum.

C Hormisda Timotheo episcopo Constantinopolitano.

NOn mirabitur dilectio tua rationem præteriti silentii mei, si quæ præcesserint universa consideret: non mirabitur præsens alloquium, si cum sit vis caritatis expendat. Sustinere enim omnia caritatem, magistro gentium docente, cognovimus; quæ si sua, sicut continet doctrina ipsa, non quærit, an incongrue abusus privilegio meo, quod tibi potius prodesse possit, exhibeo? Expectare enim me decuit ab errantium conjunctione te liberum, & sic amare correctum: videre ab improbandis divisi, atque sta literario sermone complecti. Sed quem optem reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cum nihil detrahitur æquitati? Impendenda sunt quæ laborantibus profunt, si nos societatis contagione non polluunt. Hæc causa mihi fuit præsentium literarum, ut hortor, ut moneam, ne terram nostram jacere patiamur negligentius infœcundam. Non diu infructuosam arborem occupare solum diligens permittit agricola: patienter expectat, sed numquid sub continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non moreris. Prope ab innocentia non recedit, qui ad eam sine tarditate revertit. Movere patrum monitis, & infidelibus fidelibus sine lapsu aut errore vestigia, præcedentia diluere per futura. Adjacet tibi modo ad justa populos incitando, modo pro fide principalibus vestigiis supplicando, dirigere quod devium est, solidare quod dubium: magno te convenit labore providere, ut causas transacti temporis redimat sedulitas actionis. Præstat quidem animus tuus, per quem universalis aliquod confert ecclesiæ. Et sic se res habet, ut si studiosus, si indefessus institeris, fiet tibi utilis causa communis. Data ut supra. Anno dominiccc.

* adeo

Matth. 16.

XIII.

XIII. COMMONITORIA AD UNIVERSOS

HAERETICOS EPISCOPOS ORIENTIS

per secundam legationem transmissa.

Unitas catholica fidei custodienda.

Hormisda universis episcopis in orientis partibus constitutis.

ETsi admonitionis meæ cura desideret, vos tamen proprii memores convenirat officii, non negligenter omittere quæ enixe omnes decet pro animæ suæ salute servare, ut mandatorum cœlestium disciplina, non alieno studio, sed ipso vobis clareret inesse proposito. Nam licet laude non careat qui bonis consiliis obsecundat, tanto est tamen potior in honore sapientiæ qui prævenit recta, quam qui sequitur instituta, quanto est illustrius docere quam discere. Recordetur unusquisque in qua vocatione a domino sit vocatus, & quid ab eo expectetur advertat. Miserum est intra meritum jacere propositi, cum id quod præferatur nomine, non ostenditur actione. Magna meruimus, si quod * indulta postulant impleamus. Qui se ad pascendas dominici gregis oves gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione judicium. Pervigil adhibenda tutela est, continuanda custodia: non dandus lupis rapacibus locus, non ullius casibus relinquendus: quia neglectus error ovium, culpa pastorum est. Veniet qui rationes creditæ dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse justitiam, nec ulli impunitam licentiam patere peccandi. Sed qui gradus nesciat esse meritorum, & sicut non æque præmia, ita diversa esse supplicia? Multiplicantur scientibus plagæ: pauca flagella leguntur inscitiæ. Quod si ita est, sicuti esse non dubium est, existimandum quid in eo deceat esse propositi, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat sanctus spiritus per prophetam: *O pastores Israel: nonne quid semetipsos pascunt pastores?* Certum est, plus ab eo, cui plus creditur, exigendum; & tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, & docens per obscura lucem, per similitudinum ænigmata veritatem, servum talenti a se traditi, præter augmenta, custodem non arguit infidelem, sed condemnavit inutilem. Unde in aperto est in quo metu esse deceat eum qui dominicum numisma perdiderit, si culpatus est ille qui acceptum sine immutatione servavit. Nullos contentus sit innocentia sua, quia Deo nostro universa cernenti, per prædicationis assiduitatem, rationem quoque propositi debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non amat fides Christiana secretum; quam quisquis in aure tantum effundit, abscondit. Per universas gentes verbi prædicatio mandatur apostolis, & quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum. Quid prodest cuilibet paternorum reverentiam servare regulorum, si concuti hæc ab aliis, si time honore tractari patienter accipiat? Infirmum offendit affectum, qui quod diligit non tuetur. Incursionetur passim sancta a perfidis constituta, & rediviva subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quomodo, rogo pietatem in Deum probet, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur quæ catholicorum frequentia sacerdotum illa quibus nitimur celebrata didicerimus esse concilia: quantos nec debilitas impedivit, nec senectus onerosa tardavit. Exigua visa sunt spatiosarum intervalla regionum, & labores ipsi pro quadam consolatione jucundi, dum spiritu sanctarum congregationum regente sapientiam, sera ætas quod servaret acciperet. Et hæc infestantibus impiis post damnatam in radice perfidiam, tacet, qui scit sibi esse mandatum: *Exalta vocem tuam qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere.* Nonne hoc ante oculos habens, discipulum ita gentium doctor instituit, ut opportune evangelizare non cesset? admonens: *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.* Ergo vel propheticis stimulis excitati, vel normis apostolicæ institutionis instructi, curam salutaris prædicationis assumite. Diligite, & vindicate sententias probatas piis, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata ecclesia, revertentes, apud illorum etiam vos patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbe labefactantur, absolvite; æstimantes, cum dominus ad illud quod expectatur examen advenerit; qualis apostolis creditus, qualis aliquorum tentantium dubitatione compertus, qualis angelo pronunciante promissus; utrum ab illis melius sit argui, an cum eorum cohorte conjungi? utrum talis qualis videbitur, aut qualis ab impiis negatur, dominum confiteri? Nil vos retrahat a salute: velocibus ad viam redite vestigiis. Lapsus ruentem non gravat, si resurgat. Larga est dominicæ doctrina clementiæ: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit justitia pertinaces, fovet clementia corrigentes. Data III. Nonas Aprilis, Agapito V. c. consule.

* indulta

Psalm. 33.

Matth. 25.

Luc. 19.

Psal. 90.

1. Tim. 4.

Anno domini 517.

XIV. AD EPISCOPOS ORIENTALES

ORTHODOXOS EADEM SECUNDA

Legatione transmissa.

Laudat eorum in fide constantiam, & ad pacem conciliandam a se legatos denuo Constantinopolim missos esse scribit.

Hormisda episcopis orthodoxis.

EST quidem fidelium speciale solatium Deus, nec unquam inter quælibet dura deficiunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. Verumtamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, ut sicut exulto de sinceritate fidei vestræ, ita de firmitate mereor gaudere constantiæ. Unde & aspectu interiore vos intuens, ad desiderium colloquendi vobiscum promptus assurgo, ut & dilectionem circa Deum vestram literario sermone remuneret, & spem pagineali adhortatione confirmem; atque ita his, cum quibus mihi est consortium sanctæ communionis, jucundum reddam testimonium caritatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum, nisi ostendero illum quoque, quo vos complector, affectum. Siquidem declarat se non ex judicio odisse a Dei dilectione divisos, qui potest non amare conjunctos. Benedi-

Deus est fidelium solatium.

medico igitur Deum, dum ferveron fidei vestræ inter procellas varias, tempestatum adversa considero. Vos quoque, ut super his pietatem ejus glorificetis, uberiore exultatione suadeo; qui electorum suorum mentes quo acceptiores sibi reddat, examinat; & licet cognitos sibi, quibusdam tamen difficultatibus probat, ut justitiam quoque inesse dono quod largitur ostendat. Atque ideo pertinaciter bono vos convenit imminere proposito, nec in via quæ ducit ad cœli regna deficere. Qui intuetur dominica munera non æstimanda promissa, nullius potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio præsentium malorum, nisi futurorum bonorum vincat oblivio: quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, quæ expectatur, amiserit. Quæ enim difficultas beatitudini par est? aut quæ condignæ præmiis passiones ad futuram scilicet gloriam, quæ in nobis apostolo annunciante revelabitur? Absit ne quidquam a Christi caritate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, quæ putatur adversitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo haberet futuram remunerationem, nisi necessitates præsentium sustineret. Videte quanto opere hominum terrena messis assurgat. Quanto est igitur labore procurandum, ut cœlestia dona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia. *Dignus est operarius, ut fructum mercedis accipiat*. Indiscrete passim pietas cum impietate langueiceret, si examinatio bonos a malis divitura cessaret. Gratum admodum spectaculum domino in agone justorum: nec quidquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut adversorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur (a)? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia; nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Sæviat, & motus suos exerceat mundana tentatio, dum manifesti appareant qui probantur. Hæc scientes, carissimi fratres, fidei vestræ tenete constantiam, & ipsa etiam, si inciderint, militantia meritis vestris amate pericula. Annunciate quæ colitis, & participate etiam per universum orbem mandata evangelica quæ tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena: inter ceterorum enumerationem, quibus sibi divinam gratiam plenus spiritu Dei propheta conciliat, inter ea quibus misericordiam, qua conservetur, exorat: docere se iniquos vias domini, & conversionem per se fieri prædicat impiorum. Beati quibus vita innocenter acta dat præmium. Beati per quos aliis quoque præstatur exemplum. Et nos quidem, quantum in nobis est, nec solicitudine, nec labore cessamus, ut humilitatem, quam nos dominus noster docuit, imitati, quæ saluti eorum conveniunt postulemus: ut dispensationis mihi creditæ, dum agnoscitur cura, probentur officia. Nam repetita vice Emnodium atque Peregrinum fratres & coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, ut ab impiorum contagione separati, ad veram fidem iisdem quibus vos modis, & apostolica scit sedes, se conferant, aut certe non nos defuisse prædicationi, sed illos proprias saluti mundus agnoscat. (b) Data Agapito viro clarissimo consule.

Rom. 8.

Luc. 10.

Psal. 50.

Anno domini 519.

XV. * AD POSSESSOREM EPISCOPUM.

In fide catholica perseverandum.

Hormisda Possessori episcopo.

Optimam vestræ caritatis audientes instantiam, & cognoscentes rectæ (c) vitæ tramitem, quem sine strepitu vindicatis, Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus: ut & in ea dispositione persistas, & ceteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona cœlestia: ista sunt divinæ retributionis indicia: ista sunt Dei judicia, quæ te a catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Unde, frater carissime, præsentibus hortamur alloquiis, ut in ea constantia, qua * electus es, perseveres, & augmenta probabilibus initiis subministres: quia bonum opus, præcipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper creverit, videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit, ante oculos vestros, futura præmia ponentes, apostolica vos admonitione consulimus, dicentes: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Meliora tamen speramus, quia Deus, qui per beatum apostolum dixit. *Qui vos non dimisit tentari super quod potestis*; ipse pro sua pietate, quos suos elegit esse, & de laqueis adversariorum, sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuæ de confessione rectæ fidei per legatos nostros remeantes accepimus, & in eo sinceritatem tuæ fraternitatis agnovimus: quia quod recte credit, sub attestatione publica prædicare non distulit. Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Rom. 8. 1. Cor. 10.

Anno domini 521.

Nota Severini Binii.

D a *Ad Possessorem*) Possessor episcopus Africanus pro fide catholica Constantinopoli exulabat, fidei catholicæ professionem ibidem edidit coram primo legatione. Magno cum fructu & commodo omnium catholicorum Constantinopoli hoc tempore morabatur. Baronius anno 517. num. 34.

XVI. AD POPULUM ET MONACHOS CONSTANTINOPOLITANOS,

per eosdem legatos directa.

Abstinendum a consortio hæreticorum, & in Catholica fide perseverandum.

Hormisda clero, populo & monachis orthodoxis Constantinopoli consistentibus.

Si is qui calicem aquæ frigidæ, mandata evangelica secutus, obtulerit, mercedem boni propositi, ipso domino, qui hoc docuit, restituente, consequitur; nonne qui tanto populo fidelium veritatem annunciare distulerit, justa

pa-

(a) Edit. Rom. habet: *Quis miles sub pacis securitate miretur?*
(b) Duodecimo date ibid. (c) Ibid. *fidei*.

penam damnationis incurrit? Hinc est, quod interminationem mandati cælestis effugiens, (quod decet loquendum est in his quæ ad Deum pertinent, nec tacendum) habens quoque vestræ salutis affectum, admonitionem eorum quæ præsens necessitas poscit assumpsi; omnes, quibus curæ est fide integra Christianam religionem servare, contestans, ut eos qui sanctam Chalcedonensem synodum, & beati Leonis de fide catholica conscriptas epistolas declinant, quibus possunt viribus aversentur & fugiant: quando ipsi sunt, qui Eutychetis & Dioscori Alexandrini, vel potius nefanda Manichæorum contagione polluti, verbo quidem adversus constituta patrum videntur habere certamen, rebus autem contra incarnationem domini nostri Jesu Christi evidenter insurgunt. Recordamini, carissimi, quæ fuerunt Basiliico palatinæ aulæ incubante tentata; & temporum illorum acta vel visa vel audita recolite. Quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento Æluri, quam impudens, & monstruosa præsumptio: quantus etiam per universum orbem fidei se vestræ fervor ostenderit. Probavit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes Christiana servare mysteria. Sed transacta utinam studia fuissent, & non nunc similia tempus expeteret. Rursum enim iidem hæretici caput improbum de profundo, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos conciliis & communione secernite. Recordamini zeli prioris, & vivere in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat. Et hæc quidem, quantum ad præsentem necessitatem, & assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen, quod si admonitio ista promoverit, & mihi & vobis utilis erit; quando & Deus in vestra salute glorificabitur, & fructus nostræ solicitudinis apparebit. Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Anno domini 517

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*) His omnibus literis datis, adjecit pontifex libellum confessionis catholicæ, quem supra recitavimus, cui subscribento, quisque se vere catholicum esse probare, Romanæque ecclesiæ catholicam communionem consequi posset.

XVII. AD ENNODIUM ET PEREGRINUM EPISCOPOS.

A Joanne Nicopolitano, quæ contra eum Thessalonicensis tentaverit, se cognovisse scribit, novamque causam sedi apostolicæ ingestam, iisdem cognoscendam per literas hasce commisit.

Hormisda Ennodio & Peregrino episcopis.

Odium Thessalonicensis quod Nicopolitanus communionem Romanæ ecclesiæ primus expetisset.

POstequam profecta est caritas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit; quem præter moram vidimus, cogitantes ne forte esset, quod ad institutionem mandatæ vobis legationis adjicere deberemus: quod & rationabiliter factum ipsa res evidenter ostendit. Obtulit enim nobis epistolam Joannis episcopi sui, & aliam synodi sibi subjacentis ecclesiæ Nicopolitanæ, qua queruntur ab episcopo Thessalonicensi excitatas adversum se tam principales, quam judiciarias potestates: concussionibus & dispendiis se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa speraverunt, ut de remedio cogitare deberemus; consulentes etiam nos, ut daremus eis licentiam relationem ad designatum episcopum secundum consuetudinem destinandi. Unde tractavimus, & episcopum quidem Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum velit in communione persistere; ne per illum, si ab eo qui a communione nostra alienus est, confirmationem petiisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Hæc vos, ut omnia sciretis, instruximus. Quid autem propitio Deo vobis de hac (a) agendum sit, subjecta declarant. Data pridie Idus Aprilis, Agapito consule.

XVIII. AD EOSDEM.

Quid in causa Nicopolitana cum Thessalonicensi agendum sit præscribit.

Hormisda Ennodio & Peregrino episcopis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, intercedentibus & adjuvantibus sanctis, quid agendum sit de causa Nicopolitanæ ecclesiæ. Primum ubi Thessalonicam, Deo juvante, veneritis, epistolas nostras, quas in hac causa misimus, episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in ejus salutatione servantes, quem scitis a nobis esse mandatum circa eos qui cum sede apostolica, hoc est, ecclesia catholica non communicant. Traditis autem epistolis, instanter agere debetis, ut se ab ejus ecclesiæ concussione suspendat: rationem reddentes, quia non potuit reversus ad communionem & ad corpus ecclesiæ cum illis qui nedum reversi sunt quidquam habere conjunctum, nos non solvere a prædecessoribus nostris concessa privilegia, si ipse ecclesiastica instituta non deserat. Certe redeat ad unitatem, & nos cum eo insistemus, ut omnia privilegia quæcumque consecuta est a sede apostolica ecclesia ejus, inviolata serventur. Dicite etiam aperte illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur quos viderit ad catholicam communionem reverti. Quod poteritis causam ibi Deo propitio componere, scriptis ad episcopum Nicopolitanum literis, quid vestra promoverit opera nunciate. Si vero obstinatus fuerit, nec ab insecutione ejus cessare voluerit, secundum literas quas ad clementissimum imperatorem misimus, apud principem causam ecclesiæ Nicopolitanæ sic agite, ut dicatis: Alcyson episcopus Nicopolitanus satisfecit ecclesiæ catholicæ, susceptus est, & ad communionem reductus: hujus successor Joannes episcopus & Deum ante oculos habens, & de salute sua cogitans, & prædecessoris sui bonum exemplum sequens, condemnatis hæreticis vel transgressoribus ad sedem

Sanctorum intercessio.

(a) Edit. Rom. addit: causa.

sedem B. Petri apostoli misit, & susceptus est: huic nunc Thessalonicensis episcopus insidiatur, & eum concutit; contraria his quæ fecit ab eo exigere volens. Hinc pater vester, & omnes orthodoxi rogant, ut jussionibus vestris removeatur ab eo ista molestia; ne videatur hominibus propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis apostolicæ rediit: & qui expectant per vos unitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere. Visum est nobis expedire, ut literas quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quolibet ordine prudentia vestra diversis in locis faciat publicari, magnopere tamen in civitate Thessalonicensium, quia hoc facto, & a persecutione nostrorum potest cessari, & ad ipsius, si se correxerit, credimus pertinere salutem.

XIX. AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

Joannem Nicopolitanum ei commendat.

Hormisda Anastasio Augusto, per Ennodium & Peregrinum episcopos.

DUm sapientiæ vestræ, clementissime imperator, profunda considero, providentes saluti propriæ, vobis displicere non æstimo. Neque enim aut divina monita, aut humana continent instituta, ut qui consulit bonæ spei, qualibet debeat reprehensione culpari: cum maxime pietas quoque vestra affectu se unitatis & pacis flagrare fateatur. Quæ res me quoque vel pro fiducia conscientiæ vestræ, vel pro creditæ quoque mihi dispensationis officio, emergente compulit non supersedere negotio. Joannes frater & coepiscopus meus Nicopolitanæ civitatis antistes, prædecessoris sui sanctæ recordationis Alcyonis secutus exemplum, beati Petri apostoli communionem cum synodo sua, damnatis his quos ecclesia detestatur, expetiit. Is nunc gravibus fatigatur insidiis. Precor mansuetudinem vestram, iniqua molientibus obviate, & removete molestias, & correctum fovete, cui, ut corrigeretur, debuisset insisti. Scient enim qui tardaverint, se reos futuros, cum a vobis foveri viderint jam revertos. Fateor, clementissime imperator, miror insidiantium pertinaciam neque Dei neque vestro intuitu permoveri. Nam qui oderunt in homine studium desiderii boni, quod de se æstimant judicari, insequuntur, ad recta reduces; jure culpandi, si non converterint deviantes. Date fidei vestræ clara documenta, si adsore cunctis ad unitatem reductis & officio omni & adhortatione cogitetis.

XX. AD JOANNEM EPISCOPUM NICOPOLITANUM.

Æquo animo arumnas pro fide sustinendas, & ideo provinciales episcopos ad fidei unitatem ab eo confirmandos.

Hormisda Joanni episcopo Nicopolitano.

REmeante Pulione subdiacono nostro, literas caritatis vestræ suscepimus, de constantia fidei, vel de intentione, quam circa communionem sedis apostolicæ geritis, gratulantes: sed contristati sumus, quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis. Ista tamen diuturnam non possunt habere substantiam; quia ubi Deus pure colitur, etsi adversa contigerint, in prospera commutantur, secundum apostolum dicentem: *Spes non decipit*. Dubitans apostolorum princeps incedens per pelagus laboravit: mox tamen invocato domino suo, paratum habuit qui eum porrecta manu non pateretur sustinere discrimen. Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, & in ipsorum fide permanentes, illius poscamus auxilium, de quo scriptum est: *Qui nos non dimittit tentari supra quæ possumus*. Igitur salutantes caritatem tuam hortamur, ut quemadmodum prædiximus, in his quæ bene inchoata sunt perseveres: quia *qui perstiterit usque in finem, hic salvus erit*. Frequenter alloquiis tuis nostram solicitudinem relevare non desinas. Parœciales quoque sacerdotes tuos competenti adhortatione confirma, quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostræ perveniant. Tantum est, ut votum studiumque nostrum congruis orationibus juvare non cesses; quia nos in his Deo auctore perficiendis vacare minime potuerimus. Data v. Nonas Martias, Agapito viro clarissimo consule.

XXI. AD EUNDEM JOANNEM.

Hormisda Joanni episcopo Nicopolitano cum synodo.

OPtaremus, dilectissimi fratres, ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos, vitam sub tranquillitatis serenitate transigere, & Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione.... moverunt: quia quæ fieri nolumus, necesse est, ut facta doleamus. Sed abundat mundus incommodis & tentationibus: sæculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, veluti magna moles, ventorum procellis. Ita fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis, &, sicut dictum est, *qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur*. Sed consolatur spes a justo retributore promissa: *quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in Domino*. Non deficiant milites Dei imperis fragiles & caduci. Qui assistit strenuis, non delectatur ignavis. Facile contemnuntur ista quæ transeunt, si illa quæ sunt mansura cogitentur. Amplectenda est probationis occasio: quia licet sint cura onera laborum, præmia tamen majora virtutum. Quemadmodum par erit ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini?

Non simus segnes ad fortia, si pervenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expectet vocem hominis, cum quotidie nobis intonet sententia veritatis: *Beati qui passionem patiuntur propter justitiam*? Sed ne me, fratres carissimi, (licet apud fideles magna sint) spiritualia tantum vestræ exhibere credatis confirmationis solatia; providendis enim pro vestra tribulatione remediis, quantum in homine esse potuit, non quievi. Nam per legatos ad orientis principem destinatos, & Thessalonicensem episcopum, ut ab infestatione vestra cessaret, admonui: & proto-

prorogatis paginis, ut imperatori supplicaretur, A adjunxi.

Hæc quæstum ad præsentia sunt provisa: sed illa quæ ad spem futuram pertinent, hæc sunt potius mentibus intuenda. Sane hoc me fateor fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosæ prudentiæ vestræ hæc potuit cura subrepere, ut a me sub consolationis colore dirigendi ad Thessalonicensem episcopum solidas literas licentia posceretur. Ergone hujus rei auctor existerem, quam si inscio me cognoscerem factam esse, culparem? Absit ista perversitas. Audite apostolicam vocem, sed personæ meæ convenienter aptandam. *Si quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.* Nolite, obsecro, ad evitata vix B redire contagia; nec pedes luto, quo tenebantur, avulsos, patiamini male rursus immergi. Sinite obliterata esse transacta. *Nemo mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.* Impediuntur a processu propositi itineris, qui reflexis oculis respiciunt quod relinquunt. Non amant ecclesiasticæ disciplinæ eos in quibus remanet memoria illa perfidiæ: totos ab errantibus oportet abscindi: quia in tantum detestabiles existimantur ad spreta redeuntes, ut B. apostolus Petrus melius illis esse prædicaverit, ut non cognoscerent viam justitiæ, quam cognoscentes retrorsum reflecti in tradito sibi sancto mandato. In aperto est, qua pertinacia traditæ fidei debeat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quam coinquinationibus rursum, quas quis fugerit, implicari. Data pridie Idus Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Gal. 2.

Luc. 9.

2. Petr. 2.

XXII. AD DOROTHEUM EPISCOPUM THESSALONICENSEM.

Hormisda episcopus Dorotheo episcopo Thessalonicensi.

JOannes frater & coepiscopus meus Nicopolitanæ urbis antistes cum synodo sua variis se concussionibus atque dispendiis graviter causatur affligi; quod a transgressorum societate divisus, postquam communionem sedis apostolicæ emeruit, ad Thessalonicensium ecclesiam ordinationis suæ initia non direxit. Potuisset neglectus esse culpabilis, si unum esset inter omnes mysterium caritatis. At cum multi se a petræ illius, quæ Christus est, soliditate diviserint; quis non velit ab errantium conjunctione dirimi, ut mereatur cum his qui constituunt in veritate conjungi? Non igitur consuetudo est neglecta, sed vitata contagia. Ergo objicere quis possit errorem, ubi cogitatam salubriter intelligit cautionem? At nos, quod debueras primus assumere, credebamus te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum, circa eos quoque qui ad viam redeunt accedat invidia? Quid aliud, quam beati Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum quod a domino datum est nomen oderunt, qui eos qui ad sedis ipsius altaria confugiunt insequuntur?

Quo pudore, rogo, privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? & reverentiam quam non exhibes fidei, cupis tibi ecclesiastica potestate deferri? Si in iisdem vestigiis, quibus catholici nituntur, insisteres, infestationem tamen proximi vitare deberes; sciens secundum domini nostri & salvatoris, quem colimus, instituta, eum qui scandalizaverit unum de minimis, obnoxium magnis esse peccatis. Ubi est, domine, humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci qualitate docuisti? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum. *Respice de cœlo, vide: visita vineam istam te cultore planatam*: intende circa mandata tua minimos, & circa ambitum honoris elatos.

Matth. 5.

Psal. 79.

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis, circa summa desides, & parva curantes? Nonne hoc est rerum vilia decimare, & legis præcepta contemnere; Serva illa quæ Deo congruunt; & facile ea quæ sunt ab hominibus subsequentur. Quin potius curam salutis assume; & cur te alius prævenerit in veritate, suspira: ne si inlectari eos qui ad ecclesiæ revertuntur membra perstiteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat apostolica sententia, copuleris. Data pridie Idus Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Matth. 23.

C. EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM.

Suggillat Hormisdæ nimiam duritiam.

Anastasius Augustus Hormisdæ papæ

ETsi magnum aliquid taciturnitas judicatur, tamen necessarium est admirantes Dei misericordiam assidue frequentare sermonem. Et quia initium fidei, quam nos dominus & Deus salvator noster Jesus Christus docuit, in remissione peccatorum præcellit, nulli habetur ignotum. Ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundavit: & hæc fuit negotiatio humilitatis ipsius, ut & præfatum & omnes fratres liberaret ex servitute peccati, voluntarie personam servi suscipiens. Nam beatus Paulus apostolus docuit nos scribens ad Romanos: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, & in eos qui non peccaverunt*: ex quo est universitati quodammodo declaratum ex generali dispositione, sive mirabilibus, specialia quæque exempla debere (a) semel (b) tam magnæ legis (c) jussiones, & tam pia bonitate (d) firmatæ, ut omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. Fugavit aspritudines, sive multifaria genera passionum: nodum peccati propria, sicut dictum est, passione resolvit; & agens, ad implenda similia discipulos factis & sermonibus instruebat. Verum, si sicut aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsius apostolis tam piam doctrinam per inobedientiam implere dissimulant; ignoramus ubi magisterium misericordis domini & magni Dei nobis possit occurrere. Nos autem non ea credimus ratione, ut immi-

Rom. 5.

(a) Edit. Rom. addit *suspiro*
(b) *tanto*
(c) *jussiones*.
(d) *firmato*.

misericordes esse poterimus, qui misericordiam A didicerunt: sed postulationem nostram a præsenti tempore taciturnitate comprimimus, irrationabile judicantes illis locum adhibere benitatem, qui rogari se nolint, contumaciter respuentes: injuriari enim & annullari sustinere possumus, juberi non possumus. Data v. Idus Julii Constantinopoli, Anastasio Augusto iv. & Agapito viro clarissimo consulibus.

Anno Domini 519.

Nota Severini Binii.

a *Postea*.) Hoc tempore contigerunt ea quæ scribit Anastasius bibliothecarius in vita Hormisdæ, his verbis: *Item secundo mipt Benedictum*, &c. Quibus pertinet, quas cadem quasve tum illa orthodoxia Severus Antiochenus, cæterique Acephali intulerint in Syria, se quens epistola indicat.

EXEMPLUM RELATIONIS
MINORUM ARCHIMANDRITARUM,

& ceterorum monachorum secundæ Syriæ.

Scribunt quæ pro fide catholica ab Eutychianistis, quos imperator minime coercendos curaverat, passantur, & quod ab imperatore non auditi, Romanum pontificem tanquam communem patrem interpellent.

Sanctissimo & beatissimo universæ orbis terræ patriarchæ Hormisdæ, continenti tecum principis apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio minimorum archimandritarum, & ceterorum monachorum secundæ Syriæ provinciæ.

GRatia salvatoris omnium nostrum Christi nos ad vestram beatitudinem refugere velut de hieme & tempestate ad patrum tranquillitatis admoniti, minime circumvallantibus (a) reneri jam credimus. Nam etsi patimur, gaudentes sustinemus scientes, *quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Quoniam vero Christus Deus noster principem pastorum & doctorem & medicum animarum constituit vos & vestrum tanquam angelum, dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos, qui dilapidant gregem Christi, ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ovium, verbo autem doctrinæ animam lanet, & orationis medicamentis mulget. Qui autem sint isti, & qui hos adversum nos armaverint, audistis utique, beatissime Sanctissime & Petrus, qui nunquam in Christi numero reputati sunt, qui per tantos annos sanctam Chalcedonensem synodum, tanto patrem nostrum Leonem publico anathemate impetentes, qui judicium Dei nihil æstimantes, & colendos canones sanctorum patrum conculcantes, episcopos quoque principali potentia facientes exhibere, & nos cogentes illudere prædictam sanctam synodum, supplicia inæstimabilibus affligentes. Unde & quidam eorum injectas plagas minime sustinentes, de hoc sæculo transierunt, & nostrorum vero non exigua multitudo peremta est. Euntibus namque nobis ad mandram domini Simeonis pro causa ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere prædicti coinquinati, & supervenientes occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta viros, quosdam autem vulneraverunt, alios vero, qui potuerunt ad colenda altaria confugere, illorum peremerunt, & monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorumque omnem pauperiem ecclesiasticam hujusmodi pessimi homines consumentes. Ad hujus autem delatæ ad vestram beatitudinem instruent chartæ a venerabilibus fratribus Joanne & Sergio, quos mittimus Constantinopolim, ipsorum vindictam hoc de his quæ commissa sunt. Sed eos nec verbo dignatus est imperator, sed etiam cum gravi contumelia exclusit, comminatus eis, qui illa corrigerent. Unde hinc est non vel terrorem mo- B ticere, quoniam tanta pravitas & audacia talium malorum adversus ecclesias facta, ipsius immitione composita est. Deprecamur ergo, beatissime pater, supplicantes & rogantes, ut compatiatis, cum terrore & zelo & condoleatis justo pro corpore lanato, (nam caput est omnium) & vindictæ fidem contemplam, cathol[illegible] culcatos, patres blasphematos, & talem [illegible] dum anathematis imperatoris. Vestra a Deo [illegible] ta est potestas & auctoritas [illegible] & [illegible] Non opus habent qui [illegible] se haberet. Exurgite, pastor [illegible] ad salvandos nos, [illegible] nostri, qui de cœlo super [illegible] ere erantem ovem. Petrum [illegible] principem apostolorum, cujus [illegible] & Paulum qui est vas electionis, [illegible] euntes, orbem terrarum [illegible] magna vulnera majoribus inferent ad [illegible] Mercenarii videntes lupos venientes [illegible] oves dimittunt eas diripiari ab illis [illegible] tem veris pastoribus & [illegible] ta pro salute ovium summa [illegible] te grex cognoscere suum pastorem, [illegible] tissimis bellis liberatus, & [illegible] floris, sicut dominus ait: [illegible] *meam audient, & ego cognoscam eas, & [illegible] mihi*. Non ergo desperatis nos, tanto [illegible] a bestiis ferocibus quæ [illegible] recedam autem nostram vestra tantum [illegible] D Dei, anathematizamus in eadem [illegible] tione virtutem habente [illegible] & excommunicatos a vestra [illegible] Dicimus autem Nestorium, qui fuit C[illegible] tinopolitanus episcopus, Eutychem [illegible] tum, & Petrum Alexandrinum, [illegible] rarum est Barsum, & Petrum, [illegible] Fullo, Antiochenum, [illegible] & omnes qui [illegible] dictum hæreticorum [illegible]

SUBSCRIPTIONES.

E Ego Alexander misericordia Dei presbyter & archimandrita sancti Maronis deprecatus sum.

Simeon misericordia Dei presbyter & archimandrita ut supra.

Joannes misericordia Dei diaconus & [illegible] ut supra.

Procopius misericordia Dei presbyter & archimandrita ut supra.

Petrus misericordia Dei presbyter ut supra.

Euge

(a) ab non calomniabus.

Eugenius misericordia Dei presbyter ut supra. A
Geladius misericordia Dei presbyter ut supra
Basilus misericordia Dei presbyter ut supra.
Romulus misericordia Dei presbyter ut supra.
Eusebius misericordia Dei presbyter ut supra.
Malchus misericordia Dei presbyter ut supra.
Leontius misericordia Dei diaconus ut supra.
Stephanus misericordia Dei presbyter ut supra.
Carusas diaconus ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Samuel diaconus ut supra.
Theodorus presbyter ut supra.
Joannes misericordia Dei presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Thomas diaconus ut supra.
Joannes diaconus ut supra.
Simeonius diaconus ut supra.
Salinus archimandrita ut supra.
Eusebius presbyter ut supra.
Mucymus presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Jacobus presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Paulus presbyter ut supra.
Priscus presbyter ut supra.
Antonius presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Julianus presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Zachæus presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Eusebius presbyter ut supra.
Paulus presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Sergius diaconus ut supra.
Item Sergius diaconus ut supra
Julianus presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Ammonius diaconus ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Lucas presbyter ut supra.
Thomas diaconus ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Flavianus archimandrita ut supra.
Monimus diaconus ut supra.
Joannes diaconus ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Antonius diaconus ut supra.
Thomas diaconus ut supra.
Eliseus presbyter ut supra.
Sergius diaconus ut supra.
Isacius presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Thomas diaconus ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Philipsius diaconus ut supra.
Jacobus presbyter ut supra.
Zenobius presbyter ut supra.
Moras diaconus ut supra.
Isacius presbyter ut supra.
Ananias presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Simeon presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Simeon presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Simeon presbyter ut supra.
David thos diaconus ut supra.
Thomas diaconus ut supra.
Joannes diaconus ut supra.
Lamneus presbyter ut supra.
Daniel archimandrita ut supra.
Simeon archimandrita ut supra.
Abramius presbyter ut supra.
David presbyter ut supra.
B Dorotheus presbyter ut supra.
Antoninus presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
* Darsumas presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Eusebius presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Marcellus presbyter ut supra.
Priscus presbyter ut supra.
Maras presbyter ut supra.
Sergius presbyter ut supra.
Jacobus presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Item Thomas presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
C Salinus presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Varasaldas presbyter ut supra.
Joannes diaconus ut supra.
Marcellus diaconus ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Gennadius presbyter ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Abramius presbyter ut supra.
Simeonius presbyter ut supra.
Jacobus presbyter ut supra.
Joannes presbyter ut supra.
Isidorus archimandrita.
D Julianus presbyter ut supra.
Joannes & Romanus & Thomas presbyteri ut supra.
Antoninus diaconus ut supra.
Abraham presbyter, Maras diaconus & Abraham presbyter ut supra.
Zenobius & Stephanus presbyteri ut supra.
Simeonius & Demetrius presbyteri ut supra.
Thomas & Domnus presbyteri ut supra.
Simeonius & Elias presbyteri ut supra.
Abramius & Pelagianus presbyteri ut supra.
Romanus & Abram presbyteri ut supra.
Simeonius presbyter & Carusas diaconus ut supra.
Simeonius & Joannes presbyteri ut supra.
Simeonius & Julianus presbyteri ut supra.
Eutychianus & Joannes diaconus ut supra.
E Thomas & item Thomas presbyteri ut supra.
Romanus diaconus & Joannes presbyter ut supra.
Eusebius archimandrita & Eustasius presbyteri ut supra.
Jacobus & Eusebius presbyteri ut supra.
Sergius & Maras presbyteri ut supra.
Joannes & Julianus presbyteri ut supra.
Paulus & Isacius presbyteri ut supra.
Thomas & Dasianus presbyteri ut supra.

* Forte Barsumas Hard.

Joan-

Joannes & Daniel presbyteri ut supra
Jovenas presbyter & Azizaos diaconus & archimandrita ut supra
Antonius diaconus & archimandrita & Cyrillus presbyter ut supra
Job presbyter & Stephanus diaconus & archimandrita ut supra.
Basilus diaconus & Basiluis presbyter ut supra.
Simeonius & Joannes presbyteri ut supra
Jacobus presbyter & Julianus diaconus & archimandrita ut supra
Simeonius & Alpheus presbyteri ut supra
Joannes presbyter & Petrus diaconus ut supra.
Daniel diaconus & Eunus diaconus archimandrita ut supra.
Alexander & Epiphanius presbyteri ut supra.
Zoilus & Abramius presbyteri ut supra
Julianus presbyter & Joannes diaconus & archimandrita ut supra.
Carutas & Simeonius presbyteri ut supra
Timotheus diaconus & Petrus presbyteri ut supra.
Macedonius presbyter & archimandrita ut supra.
Dionysius archimandrita ut supra
Joannes archimandrita ut supra.
Simeonius presbyter & archimandrita ut supra.
Menas diaconus & archimandrita & Darabsabas presbyter ut supra.
Sergius presbyter & Theodorus archimandrita ut supra.
Benjamin archimandrita & Isacius presbyteri ut supra.
Daniel presbyter & archimandrita & Abraham archimandrita ut supra.
Simeonius archimandrita ut supra.

XXIII. AD ARCHIMANDRITAS SYRIÆ

Illos solatur hortaturque ut in fide catholica perseverent.

Hormisda presbyteris, diaconis & archimandritis secundæ Syriæ

LEctis literis dilectionis vestræ, quibus inimicorum Dei patefacta velamina est, & infidelium pertinax furor dolenter expositus, &c. *Extant Græce & Latine in concilio Constantinopolitano sub Menna celebrato actione.*)

XXIV AD JOANNEM TARRACONENSEM EPISCOPUM.

Libenter de ejus in Italiam adventu audivisse, Literas ad Hispanienses de ecclesiasticis institutis ab eo datas probat, eique vices suas committit.

Dilectissimo fratri Joanni Hormisda.

FEcit dilectio tua rem caritati & fidei congruentem, ut adventum tuum ad Italiam nobis directis literis indicaret, & quæ in te sit summa religiosæ voluntatis offenderet. Atque utinam ad plenioris affectus satietatem præsentia tua nobis gaudia contigissem, ut gratularemur nos & colloquio & præsentia frui, quam summus amor per scripta complexi. Verumtamen arrabasi, dilectissime frater, quo Christianam fidem venereris affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandam cathedræ, sine ulla cupiditatis transgressione servare, sperans, ut prorogatis generalibus ad Hispaniensis ecclesias constitutis, quæ aut negligentius aut irreligiosius fuerunt, ecclesiasticis disciplinis congruentia * sanciamus quod amplius fumus, ea optata istius desiderii facultate. Quid enim aut vobis dulcius, quam cum fidelibus loqui? aut * Deo aptius? quam deviantes ab errore revocare? Salutantes igitur caritatem qua jungimur, per Callianum diaconum tuum significamus, nos direxisse generalia constituta, quibus vel ea quæ juxta canones servari debeant competenter ediximus, vel circa eos qui ex clero Græcorum veniunt, quam habere oporteat cautionem sufficienter instruximus. Sed & cautæ ipsius ordinem instructionemque abunde decretis ecclesiasticis vos docebunt, ut agnoscentes & improborum transgressionem, & apostolicæ sedis curam, pro patrum regulis excubantem, offendatis vos perfidos dominatorum consortia, & amare fidelium. Et quia per insinuationem dilectionis tuæ hujus nobis est via patefacta * providentia, remuneramus solicitudinem tuam, & servatis privilegiis metropolitanorum vices vobis apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis, sive ea quæ ad canones pertinent, sive ea quæ a nobis sunt nuper mandata, serventur, sive ea quæ de ecclesiasticis causis tuæ revelationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur. Erit hoc studii ac solicitudinis tuæ, ut talem te in his quæ innunguntur exhibeas, ut fidem integritatemque ejus, cujus curam suscipis, imitaris. Data IV. Nonas Aprilis, Agapito V. C. consule.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*) Has sequentes epistolas collector decretalium epistolarum, Surium imitatus, retulit ad consulatum Agapiti secundum, & ad annum Domini 531. Quod si verum esset, oporteret Hormisdam viginti & plurbus annis pontificatum administrasse, qui omnium Dei omnium sanctorum sententia, non ultra novem annos sedem apostolicam tenuit. Quamobrem lectori pergratum me facturum judicavi, si hasce epistolas Hormisdæ, consulatu Agapiti congestas, præcedentibus eadem nota consulatus subjungerem.

Errores aliquot cum crasse indulsit solertissimus decretalium, qui nostro ei pulsu ad annum 531 retorsus est, quos omisi, operarum indicentur perdiligens Valentinus [illegible] Bollandianus, extraordinarius noster Agustinus, et [illegible] Mendum tamen [illegible] in editione, cum per annos [illegible] 531 in margine [illegible] est, inquit R. C.

XXV. AD UNIVERSOS EPISCOPOS HISPANIÆ.

I. *De sacerdotibus juxta statuta canonum ordinandis.*
II. *Ut pro episcopatu premium non accipiatur*
III. *De concilio per annos singulos celebrando*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda.

BEnedicta Trinitas Deus noster, qui per misericordiam suam Romanam rempublicam per universas partes suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoque viam demonstrandæ circa nos invicem caritatis indulsit, ut quæ coharentes firma

firmitate fidei, jungamur quoque votiva jucunditate colloquii, quo facilius, dum per literarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus: & dum dilectionis nostræ pignus reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Jungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces, & dominum nostrum oris & cordis lacrymis supplicantes jugi deprecatione poscamus, ut, & institutione & opere illi, cujus esse membra cupimus hæreamus: nec unquam ab illa via, quæ Christus est, devio tramite declinemus, ne ab eo juste, quem nos impie relinquimus, deseramur. Quod cum superni favoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrum mandata servemus. Dicit enim dominus noster: *Qui diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere ut vel declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta; tamen quia Joannis fratris & coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est, contra canonum reverentiam nonnulla præsumi, periculum, quod doctoribus imminet de taciturnitate declinans, & prophetica voce compunctus, qua dicitur: *Loquere, ne tacear*, generalibus edicendum credidi constitutis.

Joan. 14.

Hier. 18.

I.

Ut in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a patribus præscripta & definita cogitetis: quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi autem vicarii sacerdotes, sic & in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis: nec quicquid illi deesse personæ, penes quam est religioni summa & substantia disciplinæ. Æstimet quis pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi decet esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere prius quisque debet antequam doceat; & exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendationem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat, & clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis ostendat. Nec leve nec vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem, nisi Levitici generis viri, ad sancta admittebantur altaria, ne pessime, meritis contemptis, aut pretio, aut præsumptione ad sacros cultus impar accederet. Tunc migrabant per illam prærogativam familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina. Nec tantum de laicis contecrari inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit venia. Qua conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis * enim, quem paulo ante vidit jacentem, veneretur antistitem? Præferens * miserandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

* cum

A

* Perferens

II.

Hoc quoque ad præmissa adjungimus, ne benedictionem, quæ divina esse creditur per impositionem manus, quis pretio comparet: quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse judicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem solicitudinis & admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa æstimet alienum, qui, etsi ipse quidem a redemptione liber, initiaverit benedictione mystica sacerdotem, & tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Procul dubio contra mandata committit & qui habet peccatum proprium, & qui peccatum sequitur alienum. Incallum animus resistit cupiditati, si non resistit & timori. Adversus hæc facilius, Deo adjuvante, providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis patribus constituta permaneant, si metropolitani circa parœchias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, ut nec electio præsulis empta detur pretiis, & nec obsequentis sit quæsita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus, quemadmodum relegantur in scripturis. Si nulla sint in templis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ; sed regnante caritate, sub illa, quam nobis promisit Deus & retribuit, pace vivatur.

Act. 8.

B

C

III.

Ob hoc patres providentia qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est incitati, bis in anno per parœchias singulas concilia haberi debere docuerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati, pro ecclesiasticis causis tractandis libere convenirent, ut si juxta votum universa consistunt, Deum junctis vocibus, qui præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim ut cujusquam cor pravis sic cogitationibus indurentur, ut a se patiantur culpanda fieri, cum noverit * se judicium subiturum esse concilii. Præcinctos ad hanc viam semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur ab illicitis per formidinem, & qui nequiverint per pudorem. De conveniendo bis in anno, notum est canones sanctos constituisse: & præsumitum quidem, si possibile est, inviolabiliter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitates, aut emergentes causæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem (quamvis non licuerit,) sine ulla excusatione præcipimus convenire. Hæc, fratres carissimi, & alia quæ patrum regulis continentur, in labiis & in cordibus nostris invisa retractatione meditemur; & sicut scriptum est, *narravimus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes: quia beatus in domino, qui in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Hoc & magister gentium, discipulum suum secutus instituit, admo-

D

* Abi subeundum

E

Deut. 6.

Psal. 1.

1. Thess. 5. monemur: *Hæc meditare, in his esto*: & subjicienes plenitudinem, *Attende tibi & doctrinæ*, inquit: quia si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis dum imperita cura divino operi humano locum non relinquit errori. Data IV. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XXVI. AD SALLUSTIUM. *

Sallustius apostolica sedis vicarius constituitur per Baeticam & Lusitaniam. *

* SPALENSEM EPISC. ita mss. e. hall

* provinciis.

* dilectissimo

* Carissimo fratri Sallustio Hormisda.

SUscipientes plena fraternitatis tuæ votiva gratulatione colloquia, quæ nos geminæ salutis tuæ lætificaverunt indicio, (siquidem retulerunt te corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixum) congruum esse perspeximus, hanc ipsam quam mente gerimus (a) * expedire lætitiam. Edidisti enim boni documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea suadere non differs. Prærogativam de nostri sumpsimus electione judicii, quando id te sponte * amplecti didicimus, quod ceteris imperamus. Oramus si quidem * divinam clementiam cunctos & hæc ad studia ecclesiasticæ pacis instrumenta transmisimus. Tu vota nostra & fideli intelligentia percepisti, & officii protinus devotione complexi, cunctis fratribus innotescens, quæ per cælestem gratiam cunctis profutura cognoveras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ solicitudinis & laboris, certe jam delectat injungere quæ ad nostri curam conflat officii pertinere, ut provinciis tanta longinquitate disjunctis, & nostram possis exhibere personam, & patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Baeticam Lusitaniamque provincias, salvis privilegiis quæ metropolitanis episcopis decrevit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus, augentes, tuam hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, quem jam probavimus cautius universa servare, gratius tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, & laboris injunctio superius formata monstretur. Paternas igitur regulas, & decreta a sanctis definita conciliis, omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus. His ea qua dignum est reverentia custodiis, nullum relinquit culpæ locum, nec sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præceptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat adipiscere: ibi concessum quid debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant: & si quos eorum specialis negotii pulsat * contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide & veteribus constitutis vel provida dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate * formabis, totum ad scientiam nostram indructa relationis attestatione perveniat, * ut noster amorus officii caritate dati, & tuus se-

* operari

* divina beneficia

* contentio

* formabis.

* voluntatem tuam amorus officiis cari-

A centiate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

EPISTOLA JUSTINI IMPERATORIS

AD HORMISDAM.

Se imperatorem electum esse significat.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ.

DEi beneficia licet multis, maxime tamen summis pontificibus convenit indicari. Proinde sanctitati vestræ per has (b) declaramus epistolas, quod primum quidem inseparabilis Trinitatis favore, deinde amplissimorum procerum sacri nostri palatii & sanctissimi senatus, nec non electione firmissimi exercitus ad imperium nos, licet nolentes ac recusantes, electos fuisse, atque firmatos. Precamur proinde, ut sanctis orationibus vestris divinæ potentiæ supplicetis; quatenus initia nostri roborentur imperii. Hoc enim & nos sperare, & vos decet implere. Data Kalend. Augusti, Constantinopoli, Magno viro clarissimo consule.

Anno domini 518.

XXVII. AD JUSTINUM.

Illo imperante sperat fore ut ecclesia pax restituatur:

Hormisda Justino Augusto.

VEnerabilis regni vestri primitias, fili gloriosissime, loco muneris gratulationem suam catholica transmittit ecclesia, per quas se post tantam discordiæ fatigationem recuperasse pacis invenire confidit. Nec est dubium ideo ad rerum summam cælesti vos providentia pervenisse, ut vestris temporibus impasta religioni in orientis partibus abolestur injuria. * Debitas beato Petro apostolo imperii vestri primitias reddidistis, quas hac ratione devoti suscepimus, quia ecclesiarum per vos proxime futuram credimus sine dubitatione concordiam. Deus qui pietatis vestræ sensibus alloquendi nos vota concessit, ipse circa sincerum religionis tuæ cultum præstabit, sicut optamus, effectum. Significatis nolentibus & recusantibus vobis imperii pondus impositum, qua ratione electos vos cælesti constat esse judicio, secundum apostolum dicentem: *Non est potestas nisi a Deo, quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt.* Supereit ut a Deo electi, sicut & credimus, ecclesiæ, quam laborare cernitis, manus vestræ solatia porrigatis. Cessent qui pacem ejus christiani: obmutescant qui in forma pastorum conantur gregem Christi dispergere. Istorum correctio vires vestri firmat imperii, quia ubi Deus recolitur, adversitas non habet effectum. Hanc gratulationis paginam per Alexandrum virum clarissimum non omisimus destinare, speramus cum Dei nostri adjutorio per * virum clarissimum filium nostrum de singulis quæ ad unitatem ecclesiæ pertinent nos clementiæ vestræ præbituros esse responsum.

Rom. 13.

Anno domini 518.

(a) Edit. Romana *quæ expedire.*

(b) Edit. Rom. addit *sacras.*

Nota Severini Binii.

Imperator papæ fidei electionem notifitat.

a *Dobrat B. Petro*, &c.) Postquam præcedente epistola Justinus imperator, antiquum morem orthodoxorum imperatorum imitatus, de sui electione ad Romanum pontificem, quem ut parentem venerabatur, literas dedisset, ea intentione, ut aperte profiteretur nulla factione potentia, quam communione cum totius ecclesiæ primario antistite, populorum fidelium voluntatem concilieri posse; respondit illi Hormisda pontifex, profitium esse id ad quod omnes orthodoxi imperatores jure sunt obligati. Unde videt antiquitus observatum fuisse, ut de electo imperatore Romanus pontifex certior redderetur, electique consecratio & confirmatio poterat.

Cur id factum.

EPISTOLA JUSTINI

AD HORMISDAM.

Ad petitionem concilii Constantinopolitani Justinus per Gratum comitem petit, ut pontifex ad pacem omnitatis ecclesiæ reconciliandam, & ad lapsos recipiendos legatos Constantinopolim mittere dignetur.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ.

JOannes vir beatissimus, hujus regiæ urbis antistes, & ceteri viri religiosi episcopi de diversis locis & civitatibus hic reperti, nostram serenitatem docuerunt pro concordia veram & orthodoxam fidem colentium, proque unitate venerabilium ejus ecclesiarum literas tuæ sanctitati offerendas confecisse, ac magnopere postularunt, nostras etiam epistolares paginas super hoc ad eam emanare. Quorum petitiones, utpote semper unitatis amatores, libenter amplexi, hos divinos apices ad tuam beatitudinem censuimus prorogandos. Quibus scriptis, desideriis supradictorum reverendissimorum antistitum subvenire, proque nobis & republica, cujus gubernatio nostræ pietati cœlitus credita est, supernam majestatem suis orationibus placare dignetur. Ut autem tuæ sanctitatis pacis & unitatis atque concordiæ jura plenius patefiant, quosdam religiosissimos sacerdotes pacem amplectentes & desiderantes ad sacratissimum nostrum pervenire disponat comitatum. Ob hanc enim causam Gratum virum clarissimum sacri nostri consistorii comitem, & magistrum scrinii & memoriæ direximus, cujus præclaram opinionem multis antea notam habemus temporibus. Data VII. Idus Septembris, Constantinopoli, Magno viro clarissimo consule. *

* Anno domini 518.

XXVIII. AD JUSTINUM AUGUSTUM

RESPONSORIA.

Commendat ejus de conciliandæ pacis sollicitudinem, & carpitis monet insistendum, nomenque Acacii abolendum esse.

Hormisda Justino Augusto.

SUmptam de imperii vestri ortu lætitiam, quamvis apud nos polleatem merito præcedenti, quoque geminatis alloquio, reciproca devotione testati. Jam tunc secutura prævidimus, quæ nunc de ecclesiasticæ unitatis affectu cœlestis gratiæ inspiratione significastis. Habes ergo, clementissime imperator, præsentem de tali voto jam gloriam, sed expectatur A de perfectione perpetua. Hæ sunt validissima imperii vestri fundamenta, quæ in ipso nascentis regni principio divinam universis præferunt sancta dispositione culturam. Tenete itaque hanc piæ solicitudinis curam, & pro catholicorum pace, sicut cœpistis, insistite: quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos præstet effectum. Nam & episcoporum vota precesque nobis effusas gratanter amplectimur: qui tamen loci sui consideratione commoniti, ea desiderant quæ dudum ut sequi vellent sedis apostolicæ exhortatio crebra non defuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam hæc didicimus postulare, quæ res hactenus ecclesiarum pacem B sub contentiosa obstinatione diviserit, nec pietatis vestræ, nec illorum refugit, velut latenti causa, notitiam. Quid igitur facere debeant, & literis nostris, & libelli, quem direximus, serie continetur. Hæc si Deo nostro, & clementia vestra adjuvante suscipiunt, & sequuntur; poterit ad eam, quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam. Filius præterea noster vir clarissimus Gratus sacri consistorii comes & magister scrinii memoriæ ostendit in se vestrum allegationis suæ maturitate judicium: cujus mora sensibus vestris, eo referente, melius afferetur. Anno domini 518

EXEMPLUM RELATIONIS

JOANNIS EPISCOPI

Constantinopolitani per Gratum missæ.

Ut communionem Romanæ ecclesiæ impetret mittit libellum quo fidem catholicam profitetur: & ipsius pontificis a se nomen in diptychis descriptum esse: legatos per quos pax constituatur destinandos.

Domino & per omnia Dei amatori sanctissimo fratri & comministro Hormisdæ Joannes in domino salutem.

D SAluto vestram sanctitatem, carissime in Christo frater, & salutans prædico: quoniam recta fides salva est, caritas fraternitatis firmata est. Hoc Deus solus potens per studium Christianorum & piissimorum imperatorum fieri voluit. Scribere igitur apostolice, & rescripta suscipere fraterne Dei amore dignemini. Ego enim inquisibili ratione doctrinam sanctissimorum apostolorum secundum traditionem sanctorum patrum tenens, similiter honorem consubstantiali & per omnia sanctæ Trinitati offero, sicut in Nicæa CCCXVIII. cætus promulgavit, & in Constantinopoli CL. conventus firmavit, & in Ephesina CC. firmavit, & in Chalcedone conventus DCXXX. patrum firmavit. Hanc E ergo fidem usque ad ultimum anhelitum per gratiam Dei custodiens, spiritualibus amplexibus, tam vestram sanctitatem quam etiam orthodoxas ecclesias ex animo amplector, una tecum in veritate sentiens, & una tecum sperans illo die per hanc fidem salvari bona voluntate Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Consubstantiali enim Trinitati omnis gloria debetur nunc & in sæcula sæculorum. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego & qui mecum plurimum in domino salutamus. Tantum ad satisfaciendum scripsimus,

pſimus, ut & venerabile nomen ſanctæ recordationis Leonis, quondam urbis Romæ archiepiſcopi, in ſacris diptychis tempore conſecrationis propter concordiam affigeretur, & veſtrum benedictum nomen ſimiliter in diptychis prædicetur. Ut de omnibus autem ſatisfiat veſtræ ſanctitati, (quoniam pacem veſtram amplectimur, & de unitate ſanctarum Dei eccleſiarum curamus, (rogamus vos pacificos viros deſtinare, & veſtræ dignos apoſtolicæ ſedis, qui debeant ſatisfacere, & ſatisfactionem noſtram ſuſcipere, ut & in hac parte Chriſtus Deus noſter glorificetur, qui per vos pacem hanc mundo ſervavit. Accepta XIII. Kalendas Januarii *, poſt conſulatum Agapiti.

Anno dom. 519.

XXIX. AD JOANNEM CPTANUM EPISCOPUM RESPONSORIA.

Commendat Joannem epiſcopum, & gaudet concilium Chalcedonenſe & divi Leonis epiſtolas ab eo complexas. Ad eccleſiæ communionem admittendum pollicetur, ſi nomen Acacii e diptychis ſacris expunxerit.

Hormiſda Joanni epiſcopo Conſtantinopolitano.

SPirituale gaudium directis caritas tua ſignificavit affatibus, docendo ut catholicæ religionis diſciplinam ordine ſuo veſtri paſtores, Deo noſtro juvante, receperint. Hæc eſſe beneficia miſericordiæ ſuperne quis dubitet? Hæc quis dubitet venerabilis principis trophæis adjungi? Qui ambigat, quia major ei de hac pace quam de quibuslibet prælii triumphus acquiritur? Iſtius laboris gloria neſcit occaſum: quia ubi Deus recte colitur, nunquam adverſariorum creſcit iniquitas. Dilectionis tuæ confeſſionem gratanter accepimus, per quam ſanctæ ſynodi comprobantur, inter quas inſtauratione conſtitutorum omnium Chalcedonenſe concilium prædicaſtis, & catholicorum numero adjungi deſiderans ſancti papæ Leonis in diptychis nomen aſteveras ſcriptum. Iſta laudanda ſunt, ſi perfectionis ſubſequatur effectus: quia recipere Chalcedonenſe concilium, & ſequi ſancti Leonis epiſtolas, & adhuc nomen Acacii defendere, hoc eſt inter ſe diſcrepantia vindicare. Quis Dioſcorum, & Eutychetem condemnans, innocentem oſtendere poſſit Acacium? Quis Timotheum, & Petrum Alexandrinum, & alium Petrum Antiochenum, & ſequaces eorum declinans, ſicut diximus, non abominetur Acacium, qui eorum communionem ſecutus eſt? De caritate ſiquidem tua meliora Dei omnipotentis expectamus auxilio, habentes optimæ promiſſionis ſpem, ſicut ad nos quæ direxiſti tua ſcripta oſtendunt, tecum in veritate ſentiens, & ipſa defendens, ſperans in illo judicio per ipſa te poſſe ſalvari. Poſt hæc quid reſtat, niſi ut ſedis apoſtolicæ, cujus fidem te dicis amplecti, ſequaris etiam ſine trepidatione judicia? Igitur partibus orientalibus oſtende per te quod ſequantur exemplum, ut omnium laus, qui correcti fuerint, tuis laboribus applicetur. Ergo cum magna denuncies, & fidem beati apoſtoli Petri te amplecti ſignifices, recte credens in eo ſalutem noſtram poſſe ſubſiſtere, libellum, cujus continentia ſubter annexa eſt, a caritate tua ſubſcriptum ad nos dirige, ut ſine conſcientiæ formidine unam communionem, ſicut optamus, habere poſſimus. Pro perſona quoque filii noſtri Grati viri clariſſimi Deo noſtro gratias ſine ceſſatione perſolvimus, cujus fides & recta credulitas noſtrum circa ſe excitavit affectum; dignus re vera qui tantæ curam ſuſciperet actionis, & maximi principis ad nos mandata perferret.

EPISTOLA JUSTINIANI AD HORMISDAM

Miſſa per eumdem Gratum imperatoris legatum.

Pro pace & unitate orientalis eccleſiæ pontificem rogat, ut ſi minus ſe Conſtantinopolim velit conferre, legatos mittat.

Juſtinianus comes Hormiſdæ papæ.

DEſiderabile tempus, quod ſummis votis optavimus, divina clementia, dolores generis humani reſpiciens, largiri dignata eſt, quo omnes catholici & Deo perfecti fideles majeſtati ejus ſe valent commendare. Idcirco has ad apoſtolatum veſtrum, libera licentia jam mihi beneficio cœleſti indulta, direxi. Dominus etenim noſter invictiſſimus imperator orthodoxam religionem ſemper amplectens ardentiſſima fide, cupienſque ſacroſanctas eccleſias ad concordiam revocare; mox ut adeptus eſt cœleſti judicio inſulas principales, ſacerdotibus hic poſitis denunciavit, ut pro regulis apoſtolicis unirentur eccleſiæ: & magna quidem pars fidei eſt compoſita Deo auctore. De nomine tantummodo Acacii veſtræ beatitudinis convenit audire conſenſum. Quam ob cauſam dominus noſter ſereniſſimus princeps Gratum virum ſublimem, unanimem mihi amicum, cum paginis Auguſtis ad ſanctitatem tuam tranſmiſit, ut modis omnibus dignetur Conſtantinopolim ad reliqua concordiæ componenda venire: ſed abſque quadam dilatione veſtrum expectamus adventum, quem ſi qua tarditas, quod fieri non debet, forſitan retinuerit, interim vel ſacerdotes idoneos deſtinare ſeſtinet; quia totus mundus partium noſtrarum converſus ad unitatem moras non patitur. Accelerate ergo, domine ſanctiſſime, ne vobis abſentibus, quæ debent præſidentibus, ordinari. . Scimus etenim literas veſtræ beatitudinis, & anteceſſorum veſtrorum ad orientem directas quid ſuper hac eadem cauſa contineant. Ut autem nihil prætermittatur propter cauſam ſæpius memoratam, ab invictiſſimo rege religionis quoque negotium filio veſtro viro ſublimi Grato eſt injunctum, favente domino noſtro Jeſu Chriſto.

XXX. AD CÆSARIUM ARELATENSEM.

Docet Dardaniæ & Illyrici episcopos ad sedis apostolicæ communionem, Eutychianæ hæresi damnata, rediisse, & de legatione in orientem missa.

Dilectissimo fratri Cæsario, vel his qui sub dilectionis tuæ ordinatione consistunt, Hormisda.

JUstum est ut qui catholica communione lætamini, nobiscum de ecclesiæ, si qua provenit, concordia gaudeatis; ut quemadmodum unus nobis consensus est fidei, ita sit individua gratulatio prosperorum. Nostis qualiter detestabilis Eutychiana hæresis per orientales serpat ecclesias, & quoties præfatæ superstitionis virus synodus generalis extinxerit, vel quoties ejus sequaces salubria monita apostolicæ sedis spreverint, &, quasi erubescentes manus dare veritati, aut apostolicæ sedis prædicationibus obedire, in hac * tamen obstinatione perstiterunt. Elatio enim semper affert saluti periculum, per quam ipsius inventor diabolus angelica potestate privatus est. Pro his nobiscum sæpissime fraternitas vestra condoluit, apostolicæ non immemor lectionis, qua monstratur: *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. Sed dominus qui vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, nunc multorum sensus illuminans, eis desiderium apostolicæ communionis infundit, ut quod dudum * intentione prædicabant, hoc nunc correctionis professione condemnent. Quorum reditum ideo absque suspicionis morsu recipimus, quia dum peccatum sine aliquo excusationis velamine confitentur, manifestum desiderium correctionis ostendunt. Ergo episcopi tam Dardani, quam Illyrici pene omnes, ne sint errore condemnandi præterito, petentes beati Petri apostolorum principis communionem, & scriptis & legationibus destinatis se apostolicæ sedis regulis obedire confirmant. Pro quibus quantum nos oporteat gratulari, soli quorum fides fervet intelligunt. Sciendum vobis est igitur anathematizari nunc ab ipsis quoque Nestorium, qui dividit incarnationem domini nostri Jesu Christi, & per hoc duos filios conatur asserere. Eutyches carnis negans veritatem, & duas naturas in una persona non prædicans, ut Manichæam phantasiam ecclesiis Christi quemadmodum putavit insereret, simili ratione damnatur. His adjungitur Dioscorus Alexandrinus, qui malitiæ præfatæ consentiens, in sancto Chalcedonensi concilio particeps damnationis effectus, & malorum seminum æquales fructus inveniens, in eam cecidit foveam, quam fidelibus parabat. Facti sunt istorum successores Timotheus Ælurus, & Petrus: quorum sibi ubique consensit iniquitas, & mentientes magistros in nullo deserunt, sed in omnibus pravitatibus antecedunt. Hi approbati sunt generalis materia læsionis, quorum & manus sacerdotalibus sanguinis maculavit effusio, & vitam innocentium peremit interitus. Habent per universum mundum a catholicis infixa æternæ damnationis stigmata, quos orthodoxi non solum fecerunt communionis expertes, verum etiam eos Christianorum spoliavere vocabulo. Petrum Anthiochenum cum suis, sicuti ab his de quibus ne sermonum prolixitas nasceretur, hoc tantum dixisse sufficiat, Petrum & ejus socios in nullo ab eorum qui damnati sunt dogmate discrepare. Quos Acacius aliquando condemnans, in laudes suas omnium Christianorum ora converterat, & eos impugnans qui Eutychianam hæresim vindicabant, fidem colentibus gratissimus apparuerat. Sed huic solitis insidiator fraudibus quod fraudabatur invidit. Nam postea hos suos complices habere desiderans, & in catholicos arma convertens, cum ipsis invenit sortem quos optavit habere participes. Longum est epistolæ brevitate per universa discurrere. Unde ex totius summa negotii partem aliquam pro instructione direximus, judicantes quod tanta res vestram non possit latere notitiam; præcipue cum hoc per prædecessorum nostrorum literas vestris fuerit regionibus nunciatum. Quod & nos pro his quæ nuper acciderunt fraternitatem vestram curavimus instruendam, ne alicubi per ignorantiam fidelium locum invenire possit subreptio * prædictorum; sed qui nituntur talia vindicare sacræ consortio communionis arcendi evidentius innotescant. Igitur ubi interest fidei, quidquid ad gratiam hujus pertinet sæculi respuatur; cum nec naturali affectio rebus debeat cælestibus anteponi, ut illud præceptum domini compleatur; *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus*. De ceteris quæ in religionis causa, confidentes divinis beneficiis, præsenti tempore iterum de orientis partibus speramus, & legatos direximus domino Jesu Christo supplicate, ut ipse qui pro pietate sua prosperum donavit initium, similem concedere dignetur effectum. Urbanum sedis apostolicæ defensorem, etiam huic aptum negotio, ad caritatem tuam direximus: per quem de universarum effectuum causarum responso congruo cupimus quæ sunt votiva cognoscere. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data VI. Idus Septembres, Florentio viro clarissimo consule.

1. Cor. 12.

* perditorum.

Matth. 10.

Observatio P. Antonii Pagi.

ad An. Chr. 515. n. 3.

Ad annum Christi 515. revocanda litera Hormisdæ ad Cæsarium Arelatensem Episcopum scripta, in quibus docet Hormisda Dardaniæ & Illyrici episcopos ad sedem Apostolicæ communionem rediisse, significatque se Legatos in Orientem misisse. Ea enim Epistola dicitur *data VI. Idus Septembres, Florentio V. C. Cos.* Baronius & Collectores Conciliorum autumantes annum Christi 518 Magni & Florentii Consulatu notatum fuisse, easdem retulere ad eum Christi annum. Verum eo anno Magnus solus Consul processit, ideoque ea litera, cum quibus aliquot annis sequentibus data connexionem habeat, ad annum 515. omnino retrahenda, & in nova Conciliorum editione in suum ordinem restituenda erunt.

XXXI. AD JUSTINIANUM AUGUSTUM.

Ad pacem assequendam Acacium damnandum Legatos missi significat.

Hormisda episcopus Justiniano Augusto.

LIterarum vestrarum serie religionis ope pollente devotionis optatissima gratulatione suscepta, gratias divinitati retulimus, quia dedistis indicium facile a vobis fieri quod potuissemus hortari. Hinc est quod quia sponte laudabilia cupitis, digne ad principatus apicem generis vestri stemmata pervenerunt. Quapro-

propter insistite, & religiosæ vivacitatis animis imminete, ut quemadmodum pro bonæ voluntatis stilio genus vestrum meruit culmen imperii, in æterna vobis de perfectione gloria sint triumphi. Videte quo desiderio ad pacis gaudia ludificatus dia mundus * exhortet. Respicite generalitatis animos, vestri præsumptione beneficii, certa spe quietis attolli; non est quod se dubietas inserat, non est quod aliquid ambiguitatis accedat, cum testamini, quod & nos quidem bene novimus, accedere ad ecclesiarum concordiam * religionis principis vota. Quapropter tantæ magnanimitati gratias agentes, quanta possumus petitione deprecamur, ut Acacii nomen cum sequacibus suis, quod plene unitatis ecclesiarum impedit gaudium, damnationis ordine sit remotum. Nos enim convenientes causæ qualitati direximus legatos, quibus præsentibus initium quod dedisti gaudii possit secundum quæ mandatis continentur impleri.

* exhortet

* religioni

Anno domini 517.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*) Hanc epistolam cum novem sequentibus de pace & unitate orientalis ecclesiæ scripsit Hormisda pontifex anno domini 519. Curavit eas deferri per legationem sedis apostolicæ, qua Germanus & Joannes episcopi, Blandus presbyter, Felix & Dioscorus diaconi fungebantur, quique sequentem indiculum rerum agendarum a pontifice acceperunt.

INDICULUS QUEM ACCEPERUNT Legati Apostolicæ sedis.

Legatos instruit.

CUm Deo propitio partes orientales fueritis ingressi, si qui episcopi vobis occurrerint, & libellum, cujus continentiam percepistis, a se subscriptum offerre voluerint; suscipite, eisque præbete sanctæ communionis consortium. Si vero occurrentes ipsi, eo quo superius diximus ordine profiteri noluerint; a vobis equidem sub sacerdotali affectione tractentur: sed neque vobis sit cum his mensa communis, neque ab his vel victualia præsumatis accipere, nisi tantum subvectionem, si causa poposcerit, & hospitalitatem, ne credant se omnino fastidiose despectos. Cum autem Constantinopolim Deo adjuvante veneritis, in eam secedite, quam imperator præbuerit mansionem; & nullum ad salutationem vestram prius permittatis accedere, exceptis his quos ipse miserit imperator, aut quos nostræ communionis esse cognoscitis, donec ipsum principem videatis; cui præsentati, salutantes, literas nostras offerte, suggerentes magnum nos de ejus imperio gaudium percepisse, & nimium gratulari, quod eum Deus omnipotens ad hoc evexit, juxta ejus sacras literas, ut secundum ea quæ sunt ab apostolicæ sedis constituta præsulibus, Deo auctore, & regno ejus adnitente, ecclesiarum & pax & unitas his temporibus desiderata proveniat. Qui si vos hortatus fuerit ut Constantinopolitanum videatis episcopum, intimate vos præfinita habere, quæ etiam ab eis sæpe sunt cognita, quæ ab universis episcopis catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. Hæc si episcopus Constantinopolitanus implere paratus est, ei gratanter occurrimus: si vero sedis apostolicæ adhortationem sequi contemnit, quid necesse est ut ad occasionem contentionis salutatio nostra proficiat, quibus non est disputationis aut certaminis causa in mandatis? Si vero imperator sibi aperiri voluerit, quid sit quod ab episcopo fieri postulatis; formam libelli quam portatis ostendite. Quod si de anathemate Acacii consentiens, successores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter defensionem Chalcedonensis synodi aliqui eorum * fuerint exilio deportati; insinuabitis nihil vos de libelli posse forma decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere; saltem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de prædecessorum ejus nominibus taceatur, abrasis eorum de diptychorum inscriptione vocabulis. Quo facto episcopum Constantinopolitanum in vestram communionem accipite. Libellum vero vel episcopi Constantinopolitani, vel aliorum, quos vos suscipere Deo volente contigerit, primo agite, ut præsente populo recitetur. Quod si hoc fieri non potuerit, saltem in secretario præsentibus clericis & archimandritis relegatur. Hæc omnia si Deo fuerint volente completa, imperatorem rogatu, ut destinatis sacris per metropolitanos episcopos, adjunctis ipsius episcopi Constantinopolitani literis innotescat, episcopum Constantinopolitanum, suo quoque consensu celebrata professione quam sedes apostolica destinavit, in unitatem communionis suisse susceptum quibus literis etiam ipsos hortetur similia profiteri. Quod si in hac parte imperator aliquid difficultatis attulerit, episcopus Constantinopolitanus directis præceptionibus episcopis suis parœcialibus, vel ceteris metropolitanis, eis præsentibus qui a vobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit, innotescat: quod ab eo modis omnibus vos oportet exigere, ut facti hujus testimonio peragrante, etiam universos, vel qui longe sunt positi, latere non possit.

* Nempe Euphemius & Macedonius

XXXII. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Ab iis, qui admissis Chalcedonensis concilii decretis Acacium damnare recusabant, cavendum; legatosque ob pacem & unionem orientalis ecclesiæ missos commendat.

Hormisda Justino Augusto.

IN tantum pro gratia divinitatis gloriæ vestræ famam constat extensam, & ita vos suffragante vitæ merito laudabiliter mundo contigit innotescere, probatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur delatum culmen imperii, quam per imperium vos aliquis dicat agnosci. Certum est quidem hujusmodi provectione vestra pristino splendori accessisse decoris cumulum; sed sicut tenuistis olim moribus principatum; sic cum vos per ora gentium impatiens secreti magnitudo detulerit, ad nos quoque, sicut mystice loquuntur scripturæ, testimoniis suavitatis vestræ odor advenit. Et certe cum late prudentium hominum sententia religiosæ vitæ vestræ fuerint instituta dispersa, habere non potuimus incognitum quidquid de vobis fuerat mundi attestatione vulgatum: quia sicut mediocri laude digna in immensum sibi nequeunt vindicare

care præconia, ita sine fide prædicandum ra-
piunt in populum quidquid bono fuerit ad
mirationis ornatum. Vindicat enim sibi quan-
titatis suæ jure magnitudo famæ testimo-
nia, quia nesciunt latere miranda. Hinc est
quod principatus vobis * ac honores publica
jura commiserunt: nam quod meritorum insi-
gnia generalitatis facta sunt vota, nemo ita re-
rum arbiter iniquus extitit, qui passim vos
æstimet arcbes inclytæ accepisse titulos, cum
negari nequeat digne vos meruisse imperii cul-
men, quorum probitatem mundus agnovit. Sed
parum est, quamvis judicio universitatis, su-
scipere loco præmii jura regnandi. Illud ma-
gis est admirabile quod ita vos hominum lau-
dabilitate firmatos suscipiunt imperia, ut judi
cia sint divina. Non est dubium electos suos ve-
nerabili prædestinatione divinitatis ad tantæ
potestatis ornamenta venire, quos sinceræ fi-
dei documenta circumvallant. Vere vobis pro-
phetici spiritus convenire verba dixerimus:
Priusquam te formarem in utero, novi te. Ad
hanc vos gloriam, incomprehensibili supernæ
majestatis dispositione procurante, obsequium
naturæ mundo protulit, sub custodia fidei tran
sactæ vitæ probitas instituit, atque ad imperia
clementia divina provexit; ob hoc scilicet, ut
tandem aliquando divisores dominici corporis
fidei vestræ executione compressi, ecclesiarum
concordia diabolica impedimenta succideret, &
universitas de adunatione gauderet. Hoc reli-
gioni, hoc fidei, hoc serenitati vestræ specia-
liter cœlitus mandatur officium: quibus & pos-
se omnia, & perficere videmus insitum. Ita-
que sicut instituistis facere, navate suscepti
operis munus quod superna vobis providentia
videtis injunctum. Et vere sic decuit, ut per
principem pax debeat heri, quam reverentia
divinitatis exposcit. Date has assumpti Deo
nostro vestri oblationes imperii, ut per vos
possit pacis fructus impleri. Sine dubio quid-
quid tali facto animæ vestræ fuerit præstitum,
a vobis mundo judicatur impensum. Magnum,
& inæstimabile est, venerabilis imperator propter
quod adscriti estis judicio divinitatis: extendun-
tur ecce vota pacem desiderantium: diuturni
temporis tractu mœret ecclesiarum indivisibilis
discissa communio: est in gemitu discerpta fra-
ternitas, cum circa patrum dogmata varia sit
voluntas. Accingite ergo lumbos viribus fidei:
videte cui vos regi divinitas velit obtequi:
quantum sit quod per vos procurat impleri.
Ecclesiæ venerandæ corpus, quod propria Chri-
stus noster passione fundavit, gloriæ vestræ
adunare factis instituit. Non est quo magis
circa vos gratia supernæ majestatis eluceat,
quam si ecclesiæ corpus per vestrum reparetur
officium, sanguinis domini redemptione for-
matum. Est quidem causæ hujus vetustissima
calamitas, sed pro immanitate sui recentissi-
mus dolor, & tanto Christianis animis fortior
gemitus, quanto temporibus est dilatus. Viden-
dum vobis est inquantum quotidie antiqui ho-
stis fervescat insania, &, cum olim causa sit
decisa sine sententiæ, pacis faciat tarditatem:
& cum Chalcedonensis synodus, & B. papæ
Leonis constituta placeant, quo ad caritatem
reverti volumus, a certamine non desistas.
Sequuntur quæ dogmatibus prædictis adscripta
sunt, & eorum sequacibus, quos prædicta au-
ctoritate damnatos intelligunt, non recedunt.
Tenent adhuc in complexibus nomen Acacii,
quem vident judicio sedis apostolicæ merito
pœnam subjicisse damnati. Quis non intelligat
simulate dici. Sanctorum patrum sequimur dog-
mata, sed non diligimus facta? Quæ a sancta
synodo Chalcedonensi constituta sunt, & quæ
beati Leonis epistola continet, fovemus, ve-
neramur, amplectimur, sed Acacio, qui dam-
natorum communionem secutus est, impendi-
mus vota. Sed quid opus est de judicatis re-
bus verba facere, cum nos hortari tantummo-
do deceat, ut expressa superius simulatione
summota, sub omni puritate pacem debeant a
quibus hæc dicuntur optare. Apud vos mihi
est omnis deprecationis causa, imperator egre-
gie: vos his ac talibus religiosi operis resistite
viva caritate: vobis imminet, ut qui ecclesia-
sticæ concordiæ habuistis sub privata vita desi-
derium, sub principatu detis effectum. Non
fuit quo magis gratiæ vestræ cumulus acce-
deret, quam quod vobis divinitus datum est,
ut quod semper voluistis fieri, per vos ad ter-
minum possit adduci. Nec breve specimen cir-
ca vos gratiæ divinitatis effulsit, quibus datur
posse facere, quod semper optastis. Quapropter
quoniam vobis tantæ causæ titulum videtis es-
se servatum, removete quidquid ambiguum re-
mansisse creditur ad plenitudinem gaudiorum.
Nos enim qua decuit affectione per Gratum
virum clarissimum, cui pro moderatione sui
congrue sensimus officium legationis injunctum,
literis vestri principatus accepis, causæ magni-
tudini convenientes, * destinavimus viros Ger-
manum & Joannem episcopos, & Blandum
presbyterum, nec non & Felicem diaconum,
per quos si, quemadmodum præsumimus, se-
renitatis vestræ favor arriserit, secundum quæ
mandata sunt, ecclesiarum adunatione genera-
litatis possit vota firmari.

Anno domini 519.

Nota Severini Binii.

a *Destinavimus viros Germanum.*) Hoc loco desideratur nomen Dioscori diaconi, quod in epistolis sequentibus expressum invenitur. Fuit non hoc tempore. Nam in ipsis post mortem episcoporum legationum nominati reperiuntur ambo Germani diaconi, & non simul Blandus presbyter. Sed hæc epistola auctoritate ut potest, errore librariorum accidisse, quod ibi Germanus sit inversa, & diaconi ante presbyterum positi reperiantur.

XXXIII. AD EUPHEMIAM AUGUSTAM.

Augustum ad pacem ecclesiæ restituendam cohortandum.

Hormisda Euphemiæ Augustæ.

Ecclesiarum pax jam cœlesti ordinatione com
ponitur, cum vos ad imperium Deus ele-
git, apud quos esse integrum semper religionis
suæ cognovit affectum. Nam sicut in privata
vita Deum semper recto dogmate coluistis, ut
de religionis concordia cogitaretis; & multa
quidem inter ipsa imperii vestri primordia fa-
cta sunt, quæ spem nobis correctionis integræ
pollicentur. Unde quia in vobis amorem fer-
vere fidei gratulamur, agentes Deo gratias,
quotidie pro vobis beato Petro apostolo supplic-
amus, ut votis vestris apud dominum suffra-
getur, & cursum bonæ voluntatis adimpleat.
Nec dubium est, divinis vos auxiliis adjuvari,
quia tanto religionis studio mandatis cœlestibus
obeditis. Hinc est, quod quia sanctum conjugi
ve-

vestri constat esse propositum, has fiducialiter ad vestram clementiam literas destinamus, ut per vos ad perhorrendam ecclesiæ pacem mansuetudo vestri pietas amplius incitetur. Magnum opus arripuistis, magna vobis causa commissa est. Per vos etiam populos Christus vult ad ecclesiæ fœdera revocare, quos per se voluit a morte redimere. Magna etiam vestro fœnori parata est laudis occasio, si vobis inflammantibus ecclesiæ Christus quæ divisa fuerant membra conjungat. Nec ejus major est gloria, quæ humanæ salutis lignum fœnerata est, & solem crucem quam omnis veneratur mundus invenit. Superabitis quidem illius merita, quia ecclesiæ unitas per illam tantum invenit lignum, per vos est habitura remedium. Agat igitur jugalis vestri conjuncta clementia, ut tractatus & colloquia nostri sub eo libelli tenore, quem ducum nitimur, fidem suam dignentur afferre; quatenus perficta possit esse quæ est inchoata correctio: quia irrita est quatenus in cultura Dei contectio, cui deest fidei plenitudo. Hoc enim quod a reliquis hæresibus postulamus, a multis jam sacerdotibus constat effectum: & unitas esse justa in communione non poterit, si non fuerit in revertione terrena.

Hæresis Constantinopolitanorum Christum Deum negantium.

Anno Domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

Jugalis vestri conjuncta clementia.) Fundamentum [illegible] Ad Imperatorem. [illegible] Quæ [illegible] Chalcedonense [illegible] Augustæ [illegible] Centum in Libro.

XXXIV. AD IOANNEM CPOLITANUM EPISCOPUM.

Ad eum hortatur, ut in [illegible] pacem [illegible].

Hormisda Joanni episcopo Constantinopolitano.

REddidimus [illegible], conventum literis tuis [illegible] libertate responsum; & quod in his congratulati sumus insertum, quia [illegible] expressum. Ac licet [illegible] verba legimus, nam [illegible] in ecclesia [illegible] conversationis tuæ [illegible], juvat tamen adhuc latius aperire nostrum responsum ratione constantia, quia tunc bene de fidei firmitate [illegible], quando simplicibus verbis concordiæ pacis [illegible] exposuerit. Deinceps quippe tua, quibus te ad [illegible] testatus [illegible], ut haberent partes illæ semper [illegible], nec solum [illegible] ambitione [illegible] Vestro [illegible] quæ [illegible] quia ut catholicæ unitatis reparatio fiat, [illegible] tabuimus. Inclinet [illegible] autem suam [illegible] quod [illegible] pullulandum, [illegible] Nobis una causa [illegible] cultura [illegible] ita pacem cupere, ut [illegible], fraternitatibus patrum constituta servetur: quoniam quæ inter se contraria circulitate non discrepant, æquum est ut simili observatione [illegible] fiant. Sed cur [illegible] unitatis causa quid [illegible] ad beati Petri apostoli [illegible] tum. Habes itaque fratrem [illegible], quem te tam [illegible] Chalcedonense [illegible] pro religione [illegible]. Jam te quoque, quod idem [illegible] beati Petri redemptorem [illegible] consentiatur. Hæc si placent, [illegible] non placeat [illegible] est quod [illegible] a perfectione vera [illegible]. Si [illegible] enim illa adversum Dei & [illegible] inimicos venerabilium patrum [illegible] posita, ut quisquis eos in [illegible] [illegible] tetur, jam tunc latam habitet [illegible] tionis sententiam; non fuit igitur nova quæ [illegible] constantia exequimur, sed temporalia [illegible] [illegible] justa patrum constituta [illegible]. Hortamur itaque, frater, & mentem tuam Dei nostri misericordia adjuvante pulsamus, ut ab omnis hæreticorum contagione, [illegible] cum sequaciibus suis condemnando, [illegible], una nobiscum dominici corporis participatione potiaris. Si nobis unum universa perdidisset, [illegible] nobiscum non universa condemnasset. Jam enim nobiscum quæ venerantur amplectens, [illegible] nobiscum quæ detestantur horrens. [illegible] quia nemo aliquam habere [illegible], [illegible] Dei vera ecclesia non potest nisi in [illegible] unitate [illegible]. Quapropter [illegible] [illegible] effectu, petitionem [illegible] [illegible] fecit, [illegible] ac [illegible] episcopis, [illegible] diaconis, [illegible] presbyteris, [illegible] esse completam. Hi vero quicumque fuerunt [illegible] nihilo ante allegationes [illegible] [illegible], evaluerunt ignotes. Hi [illegible] [illegible] quia lege [illegible] [illegible] lege ergo, frater carissime, [illegible] & tuum ad nos per eos [illegible] [illegible] preconium, [illegible] exemplum.

NOTA SEVERINI BINII.

[illegible]

XXXV. AD EUMDEM

Cum iam fidem catholicam profitetur. Hortatur ut [illegible] pacem [illegible] quæ [illegible] [illegible] dedisset.

Hormisda Joanni episcopo Constantinopolitano.

FA[illegible] [illegible] tua dilectionis litteræ [illegible] [illegible] [illegible]

quæ jampridem a nobis significata, & quæ nuper iterata sunt, ad effectum, domino nostro auctore, perveniant.

XXXVI. AD ARCHIDIACONUM ET CLERUM CPLITANUM.

Catholicis hæreticorum molestia liberatis, legati ad pacem confirmandam mittuntur.

Hormisda Theodosio archidiacono Constantinopolitano, & universis catholicis a pari.

GRatias misericordiæ divinæ competenter exolvimus, quæ fidem vestram diu laborare non passa est: & nam tempus oblatum est, quo fidos milites suos catholica recuperare potuit ecclesia. Quæ enim major animum vestrum potest obtinere jucunditas, quam malorum commemorata depulsio? Gaudiis præsentibus compensate afflictionis incommoda: quia Deus noster, qui remedio fuit, adversis opprimi caritatem vestram noluit, sed probari. Nam si transacti temporis mala cum præsenti, quæ divina esse non ambigitur, retributione compensetis, quis dubitat ampliora vos præmia consecuturos, quam nocere potuisset adversitas? Et quamvis pro statu fidei catholicæ nunquam solicitudo nostra cessaverit; tam serenissimi principis sacris affatibus incitari, legatos destinare curavimus, quorum officio, Deo auctore, in his quæ sæpe mandavimus subsequi non dubitamus effectum. Et ideo competenter existere, ut ecclesiæ catholicæ hoc præcipuum vestræ liberationis munus positis offerre, quatenus repulsis omnibus quæ hactenus nocuerunt, in una quam semper optavimus communione gratulantes, Deo nostro laudes referre sine cessatione possimus.

XXXVII. AD JUSTINIANUM DOMESTICORUM COMITEM postea Justini successorem.

Sperat fore, ut eius opera pacem ecclesia adipiscatur, & missa ab eo munera se accepisse nuncial.

Hormisda Justiniano viro illustri.

MAgnitudinis vestræ literas sanctæ fidei plenas amore suscepimus, quibus ad exercendam apud vos prædicationis apostolicæ firmitatem, opportunitatem nobis provenisse divinitus nunciastis. Unde indefinenter domino nostro agimus gratias, qui ad tam præclara remedia & tempus vobis & animum dedit. Et nos quidem desuper illa agnovimus ordinari, postquam ei detulit divina maiestas imperium, qui se ad componendam ecclesiarum pacem indicat ordinatum. Ergo restat, ut universi episcopi partis orientalis, juxta libelli seriem, ad correctionis pervenisse se testentur effectum. Patet venerandæ via concordiæ. * nota sunt optatæ remedia sanitatis. Sacerdotes qui catholicam pacem desiderant, professionem catholicam non recusent: non enim opus est partibus errorem corrigi, sed radicitus amputari. Insistite igitur, sicut cœpistis, ut merces apud Deum vestra, quæ de boni operis inchoatione habet initium, de perfectione consequatur effectum. Animum quidem vestrum talem missa ad nos testatur alloquia, ut ad plenitudinem boni propositi non multum indigeatis hortatu: nostri tamen desiderii, ea quæ spem dedit * ratio, amplius accendit ardorem: & avidius gaudia impleri cupimus, quæ instare jam divinitus arbitramur. Hinc est quod beatum Petrum apostolum quotidie supplicitER obsecramus, ut vobis, per quos integrari membra suæ sanctæ jam sperat ecclesia, & effectum Deus celerem, & salutem tribuat longiorem. Nos quidem vestris animis obsequentes viros direximus, ad solidandam sub apostolicæ dispositionis ordinatione concordiam. Vestrum est, ut sicut nos bonæ intentioni deesse noluimus, ita eos apud nos optatum referre faciatis effectum. Munus vestrum veneranda sacraria susceperunt: quod amplius beato Petro apostolo facietis acceptius, si per vos optatam ecclesiæ receperint unitatem. Anno domini 519

* notate

* dictio

XXXVIII. AD CELEREM ET PATRICIUM CLARISSIMOS AULICOS.

Legatos in causa pacis coadjuvandos.

Hormisda Celeri & Patricio a pari.

QUamvis pro loci nostri consideratione de causa fidei catholicæ minime tacere possimus, tamen ad hanc partem serenissimus princeps magnopere directis affatibus nostrum incitavit studium, pro cujus legatos voluntate direximus. Et quia huiusmodi causa filiorum ecclesiæ subleviari debeat auxilio: salutantes vos cultu atque honorificentia competenti, possumus, ut pro ecclesiastica pace allegationes eorum, qui directi sunt, apud animos serenissimi principis adjuvetis: siquidem vestræ solicitudinis laborem non parva retributio subsequitur, cum omnipotenti Deo nos gratias persolvere de vestris operibus fecerimus. Anno domini 519

XXXIX. AD PRÆFECTUM PRÆTORIO THESSALONICENSEM

Eadem quæ in superiori.

Hormisda præfecto prætorio Thessalonicensi, & ceteris illustribus a pari.

LIcet pro causa ecclesiastica nunquam solicitudo nostra cessaverit, tamen imperatoris serenissimi sacris affatibus promptius incitati, legatos cum cœlestis misericordiæ favore direximus; quorum officio bona, quæ de principis mente præsumimus, impleantur. Et ideo salutantes amplitudinem vestram, cultu & honore quo dignum est, potemus, ut pro re disintegratione fidei vestrum commodetis studium, nec tantis fidelium tardari vota temporibus permittatis, quia non est dubium solicitudinem vestram fructum tanta laudis acquirere, si per eam, quæ ab omnibus bonis expectantur, Dei nostri misericordia operante, proveniant. Anno domini 519

XI.

XL. AD ANASTASIUM ET PALMATIAM

CLARISSIMAS FOEMINAS SENATORIAS.

Quæ tempore persecutionis Anastasii pro fide catholica inconcussa steterant.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Anastasiæ & Palmatiæ a pari.

BOnæ voluntatis studium divinæ semper comitatur prosperitatis effectus. Dei nostri providentia temporis facultas oblata est, in qua pro fidei vestræ præmio debeatis annitti. De superna primitus misericordia, deinceps de conscientia clementissimi principis præsumentes, legatos pro religionis catholicæ causa direximus, per quos amplitudinem vestram debitæ venerationis salutamus officio; postulantes ut pro ecclesiasticæ redintegratione concordiæ vestrum laborem atque operam non negetis, quatenus cum, repulsis remotisque iis quos apostolicæ sedis damnavit auctoritas, ad unam, quæ recta est, communionem plebis Christiana redierit, beatum Petrum apostolum, pro cujus fide nitimur, in vestris postulis habere adiutorem.

Anno domini 519.

Relationes earum quæ legatis in Italiæ accederant.

EXEMPLUM SUGGESTIONIS SECUNDÆ

GERMANI,

Et Joannis episcopi, Felicis & Diokori diaconorum, & Blandi presbyteri.

Quanto cum honore Scampis fuerint accepti.

Primam relationem excidisse, hinc colligitur.

IN civitate Aulonitana quo ordine cum Dei adjutorio pervenimus, & quomodo tumus suscepti ab episcopo civitatis ipsius, & quid est actum, vel quale responsum dederunt: & quia hæc promisit, ut cum metropolitano suo taceret libellum, in alia epistola beatitudini vestræ significavimus: Quod in Scampina civitate tactum est vestris orationibus tacere non permisimus. Antequam nos ingrederemur in civitatem ipsam, venerabilis * Troius episcopus cum suo clero vel plebe in occursum nobis egressus est. Et quomodo Deus in ipsa die benedictus est, & quæ lætitiam per ipsius pietatem est subiecuta, ad notitiam apostolatus vestri referimus. Nobis præsentibus, vel suo clero & nobilibus viris ipsius civitatis, libellum subscripsit, porrexit, suscepimus, & præsente omni clero vel plebe, in gradu suo a servo vestro Petro notario sanctæ ecclesiæ Romanæ est relectus. Erat conventus in basilica sancti Petri. Confitemur beatitudini vestræ, tantam devotionem, tantas Deo laudes, tantas lacrymas, tanta gaudia difficile in alio populo vidimus. Prope omnes cum cereis viri cum mulieribus, milites cum crucibus in civitate nos susceperunt. Celebratæ sunt missæ, nullius nomen obnoxium religionis est recitatum, nisi tantum beatitudinis vestræ. Noster episcopus venerabilis Germanus missam celebravit. Et promiserunt nec postea recitari, nisi quos sedes apostolica suscepit. Quanta a nobis operata sunt, Deus propitius in vobis conservet. Istam epistolam ante triginta miliaria a Lignido

* Troiius

A fecimus, speramus ipsa die in eadem civitate cum Dei adjutorio pervenire. Et quomodo ad nos pervenit Scampinus episcopus, speramus & ipsius civitatis Lignidi episcopum similia facere. Quod si factum fuerit, data occasione referemus. Scampis nobis positis, post missas, hora cœnatoria, Stephanus & Leontius vv. cc. ab imperatore missi in occursum nobis venerunt, adhuc nescientes nos in partibus Græciæ positos: quæ talia mandata fuerunt commiti Stephano data, ut ad partes Italiæ transirent in occursum nostrum. Est Stephanus iste, qui modo dicitur, de parentela filii vestri magistri militum Vitaliani. Hi nobis nunciaverunt Patricium senatorem proscriptum, & B in exilium missum. Pro qua tamen causa, nisi quomodo ad nos pervenerit, non possumus dicere: quia non est de talibus rebus facile deliberare. Dicitur tamen & apocrisiarios Thessalonicensis ecclesiæ teneri, apud quos dicunt epistolas inventas: pro qua causa, nescimus: cum ipsis & Philumenum, Demetrium, Magistrianum, & alias personas, quarum nomina ignoramus. Ista sunt, quomodo prædiximus, quæ audivimus. De causa tamen ecclesiastica cum Dei misericordia prospera nunciantur. Confitemur tamen medicum pro causa in Italia venisse, per minus intelligere non potuimus, nisi hoc quia fortiter quæritur, de quo debetis esse solliciti, ut sciatis, pro qua causa ibidem venit.

ITEM TERTIA SUGGESTIO

LEGATORUM SUPRADICTORUM

Lignidum pervenisse, & juxta ejus mandata omnia peracta.

IN alia epistola significavimus beatitudini vestræ de Scampina civitate de venerabili Troio episcopo, quo ordine libellum dedit, & qualis lætitia est celebrata in ipsa civitate. Cum Dei misericordia venimus Lignidum, Theodorius episcopus venerabilis vir ipsius civitatis similiter libellum dedit, qui libellus in C ecclesia est relectus, & omnia secundum constitutionem vestram sunt facta. Rogate Deum, sperate ab apostolis ejus beatissimo Petro & Paulo, ut Deus, qui initia talia donavit, orationibus vestris, similiter sequantur & prospera, ut tempora coronæ vestræ in correctione ecclesiarum semper prædicentur. Quam epistolam ad apostolatum vestrum direximus die Nonarum Martiarum.

EXEMPLUM RELATIONIS

ANDREÆ EPISCOPI

Pinsalitani.

Continet summatim ea, quæ in priori Epistola novi, & quæ Scampis & Lignidi in adventu legatorum acta sunt.

omino semper meo beatissimo, & apostolica sede intima veneratione præferendo, atque angelicis meritis consequendo patri patrum, papæ Hormisdæ Andreas.

COmmendans me humilissime vestigiis vestris pedibus, indico propter spiraculum Pieri

novi, quoniam finxerunt anathematizare intra semetipsos aliquas personas. Hoc tantummodo ingenio usi sunt, ut os in sua malitia caperent: quibus restitit divina Trinitas per vestras sanctas preces: & cum deprehensi fuissent in sua malitia, nunquam potuimus archiepiscopo suadere, ut ad viam veritatis & ad vestra præcepta verteretur. Sed modo cum advenerunt beatissimi atque sanctissimi domini episcopi vel diaconi directi a sancta corona vestra, occurrerunt illis Scampinus episcopus vir beatissimus Trojus cum omni gaudio & luminaribus: & porrecto libello secundum vestram præceptionem, statim recepti sunt in pace Christi, & missas celebravere cum episcopo in Scampina civitate. Et videntes Lignidonenses quod fecit Scampinus, simili modo & ipsi secuti sunt. Nunc dum istas literas ordinaremus, supervenit Magistrianus de urbe Costanstantinopolitana, qui nunciavit quia Deo propitio precibus sanctis vestris & Constantinopolitani miserunt anathema Acacio, & cum pace pascha celebraverunt. Jam quod sequatur, vestra intercessio apud Deum laboret, ut ad perfectum servi sedis apostolicæ inveniamur. Epistolas vero, quas destinaverunt ad meam humilitatem supra memorati viri beatissimi episcopi, pietati vestræ junctas transmisi. Accepta die, quo supra.

EXEMPLUM LIBELLI

JOANNIS EPISCOPI CPLITANI.

Catholicam fidem profitetur. Hæreticos omnes, & præcipue Acacium detestatur.

Domino meo per omnia sanctissimo & beatissimo fratri & comministro Hormisdæ Joannes episcopus in domino salutem.

REdditis mihi literis vestræ sanctitatis, in Christo frater carissime, per Gratum clarissimum comitem, & nunc per Germanum & Joannem reverendissimos episcopos, Felicem & Dioscorum sanctissimos diaconos, & Blandum presbyterum, lætatus sum de spirituali caritate vestræ sanctitatis, quod unitatem sanctissimarum Dei ecclesiarum secundum veterem patrum requiris traditionem, & laceratores rationabilis piegis Christi * animo repulsare festinas. Certus igitur scito, per omnia sanctissime, quia secundum quod vobis scripsi, una tecum cum veritate sentiens, omnes a te repudiatos hæreticos renuo & ego, pacem diligens. Sanctissimas enim Dei ecclesias, id est, superioris vestræ, & novellæ istius Romæ unam esse accipio, illam sedem apostoli Petri, & istius Augustæ civitatis unam esse definio. Omnibus actis a sanctis illis quatuor synodis, id est, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonensi, de confirmatione fidei, & statu ecclesiæ assentior, & nihil titubare de bene iudicatis patior: sed & conantes aut * enixos * usque ad unum apicem placitorum perturbare, lapsos esse a sancta Dei generali & apostolica ecclesia scio, & tuis verbis recte dictis evidenter utens, per præsentia scripta hæc dico: Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & a patrum traditione nullatenus deviare. quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, & patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreses, præcipue vero Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a beato Cælestino papa urbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinæ civitatis: & una cum illo anathematizamus Eutychetem & Dioscorum Alexandrinæ civitatis episcopum, damnatos in sancta synodo Chalcedonensi, quam venerantes sequimur & amplectimur, quæ sequens sanctam synodum Nicænam, apostolicam fidem prædicavit: his conjungentes Timotheum parricidam, Ælurum cognominatum, anathematizamus, & hujus discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis episcopum complicem eorum, & sequacem factum, nec non & perseverantes eorum communioni & participationi: quorum enim quis communionem complectitur, eorum & similem adjudicationem in condemnatione consequitur. Simili modo & Petrum Antiochenum condemnantes, anathematizamus cum sequacibus suis, & * in omnibus suis. Unde probamus & amplectimur epistolas omnes B. Leonis papæ urbis Romæ, quas conscripsit de recta fide. Quapropter, sicut prædiximus, sequentes in omnibus sedem apostolicam, & prædicamus omnia quæ ab ipsa decreta sunt, & propterea spero in una communione vobiscum, quam apostolica sedes prædicat, me futurum, in qua est integra Christianæ religionis & perfecta soliditas. Promittentes in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est in omnibus non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea dubitare tentavero, his quos condemnavi, per condemnationem propriam consortem me esse profiteor. Huic vero professioni subscripsi mea manu, & direxi per scripta tibi Hormisdæ sancto & beatissimo fratri & papæ magnæ Romæ, per suprascriptos Germanum & Joannem venerabiles episcopos, & Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum. *Et alia manu*: Joannes misericordia Dei episcopus Constantinopolitanæ novellæ Romæ hac mea professione consentiens, omnibus supradictis subscripsi sanus in domino. Data mense Martio die * 27. indictione duodecima *, consulatu domini Justini imperatoris Augusti, Eutharico viro clarissimo consule. *

* Epistola 6. vel libellus

* omnibus supradictis

* 28. consulatu domini Justini imperatore Augusto & Eraclio (Eutharico) v. c. anno DLVII.

* Anno domini 519.

* amore pulsare

* scriptos

* al. usque Mart.

ITEM

ITEM SUGGESTIO GERMANI

Et Joannis episcoporum, Felicis, & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

*Quanto cum honore ab imperatore sint accepti: a Joanne episcopo fidei * subscriptum, & Acacio, ceterisque sectatoribus damnatis, pacem ecclesiæ redditam.*

* Ed. Rom. addit libellum.

NOn miramur apostolatus vestri precibus cuncta nobis prospera successisse, scientes quod amplius nostro ministerio vestra pro nobis elaboret oratio. Ita enim totus se ecclesiastici negotii tulit eventus, ut dubitari non B possit beati Petri per singula provenisse miraculum; primum quod tantum in ipsis qui dignitate funguntur invenimus religionis ardorem, ut Vitalianus, Pompejus & Justinianus nobis occurrerent in decem millibus, & de adventu nostro cum vestra gratiarum actione gloriari non arbitrarentur indignum. Deinde quod tanta fuit etiam in plebe devotio, ut pars maxima populorum cum cereis simul & laudibus vestris nostrum præstolaretur adventum. Sub hac itaque celebritate secunda feria hebdomadæ majoris Constantinopolim sospites hilaresque convenimus: posteroque die piissimo principi præsentati, tanto ejus relevati sumus affectu, ut si alia minime præcederent, C sola nobis ad solatium piissimi principis gratia sufficeret: sed orationibus vestris majora secuta sunt. Nam eo die sub senatus conscti præsentia episcopi quoque quatuor adfuerunt, quos Joannes Constantinopolitanus antistes pro partis suæ defensione transmiserat, quibus apostolicæ sedis libellum ostendimus, omniaque in eo recta canonicaque esse probavimus. Postremo quinta feria, hoc est, in cœna domini, ad palatium in generali conventu venit episcopus, & perlecto libello contentiens, cum summa devotione subscripsit. Quis explicet quanta illic principis pariter ac senatus lætitia fuerit, quas ibi lacrymas gaudia pepererint, quas voces vel in laudem principis, vel in sedis vestræ, totius cœtus & cleri favor emisit? Explicari hæc relatione non possunt, sed considerationi vestræ portitoriquo relinquimus quod eloqui non valemus. A palatio in ecclesiam summa cum celebritate pervenimus, ut fidei animorumque concordiam (a) solemnis quoque celebritas roboraret. Vix credi potest quis fletus lætantium, quæ immensitas fuerit exundatioque populorum: ipsa suam lætitiam turba mirabitur: nec dubitari poterat manum adfuisse cœlestem, quæ talem mundo contulit unitatem. Acacii prævaricatoris anathematizati nomen de diptychis ecclesiasticis, sed & ceterorum episcoporum, qui cum in communione secuti sunt, sub nostro conspectu E significamus erasos. Anastasii quoque ac Zenonis nomina similiter ab altaris recitatione submota: pax est orationibus vestris Christianorum mentibus reddita: una totius & ecclesiæ anima, una lætitia: solus luget humani generis inimicus, vestræ precis expugnatione collisus. Orate ut Antiochenam quoque similis felicitas illustret ecclesiam, de cujus antistite ad-

A hue tractatus notare conspicitur: quoniam inter diversa vota populorum de personæ electione non constat. Credimus tamen quod precibus beatitudinis vestræ de ipsa quoque velociter ordinatio digna provenirat, ut cuncta pax temporibus vestris per omnem mundum pariter dirigatur, & cunctis in apostolicam partibus communionem fidemque conveniendas perfecte, sicut pridem fuerat, omnibus membris capiti suo connectatur ecclesia.

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI

PER * POLIONEM SUBDIACONUM * Polionem

Nuntiat quæ Thessalonicæ & Constantinopoli acta fuerant.

INeffabilis Dei omnipotentis misericordia, & pietas ejus, quam super humanum genus clementer effundit, humanis viribus æstimari non potest, nec sermonibus explicari; sed sufficit ejus tantum consilia devotis sensibus admirari, & scire omnia bona de ejus tantum gratia pendere remediis. Est ista quotidiana probatio: audacter tamen præsumo dicere, domine meus beatissime pape, quia præsens causa præterita cuncta transcendit, quam Deus vestris temporibus & meritis reservavit. Quid in Aulone sit actum, quid Scampis, quid Lugnidi fuerit subsecutum, anteriore significatione suggessi. Ad Thessalonicam pervenimus quas * intentiones habuerimus cum episcopo Thessalonicensi, & quæ dicta fuerint, vel etiam constituta, harum portitoris viva insinuatione discetis. Quod tamen non oportet præterire silentio, insinuare non differo. Post multa certamina præfatus episcopus ratione convictus libellum subscribere voluit: sed quia episcopi qui sub ejus sunt ordinatione constituti omnes non aderant, in præsenti hoc convenit, hoc promisit, ut post dies sanctos, unò ex nobis a sede Constantinopolitanæ urbis directo, episcopis congregatis, qui in ejus sunt diœcesi constituti, libellum subscriberent: quod cum Dei D adjutorio credimus esse complendum. Hæc sunt Thessalonicæ constituta. Vestris orationibus commendati ad Constantinopolitanam pervenimus civitatem feria secunda hebdomadis authentica. Decimo ab urbe prædicta militario sublimes & magnifici viri nobis occurrerunt, inter quos sunt magister militum Vitalianus, Pompejus, & Justinianus, & alii senatores, * cunctique catholicæ fidei ardore ac desiderio redintegrandæ pacis ardebant. Quid plura? Cum summis pene omnium gaudiis ingredimur civitatem. Alia die, quæ est tertia feria, piissimi principis præsentamur aspectibus: cunctus illic aderat senatus, in quo conventu erant & episcopi quatuor, quos episcopus Constantinopolitanus pro E sua persona direxerat. Obtulimus beatitudinis vestræ literas, quas clementissimus princeps cum grandi reverentia suscepit. Dicta sunt quæ ante examinationem cautæ oportuit intimare: mox cauta cœpta est. Hortabatur nos clementissimus imperator, hoc dicens. Videre civitatis hujus episcopum, & invicem vobis pacifico ordine reddite rationem. Nos e contra respondimus: Quid nos ad episcopum certamina facere? domi-

* Concordiam

* Cunctique

(a) Edit. Rom. addit. communionis.

nus noster beatissimus papa Hormisda, qui nos direxit, non nobis præcepit certare: sed pro manibus habemus libellum, quem omnes episcopi volentes sedi Apostolicæ reconciliari fecerunt: si præcipit pietas vestra, legatur: & si est in ipso quod ignoretur, aut verum esse non credatur, dicant: & nunc ostendemus nihil extra judicium ecclesiasticum in eodem libello esse conscriptum; aut si illi possunt docere quia non convenit religioni catholicæ, tunc nobis incumbit probare. Relectus est libellus sub conspectu principis & senatus. Nos statim subjunximus: dicant præsentes quatuor episcopi qui adsunt pro persona Constantinopolitani episcopi, si hæc quæ in libello leguntur gestis ecclesiasticis minime continentur? Responderunt omnia vera esse. Post quæ nos subjunximus: Domine imperator, & nobis grandem laborem episcopi abstulerunt, & sibi convenientem rem fecerunt dicere veritatem. Mox clementissimus imperator his qui aderant dixit episcopis: Et si vera sunt, quare non facitis? Similiter & aliquanti de ordine senatorio dixerunt. Nos laici sumus; dicitis hæc vera esse facite, & nos sequemur. Intermissa quarta feria episcopus Constantinopolitanus in palatio suscepit a nobis libellum, & in primis quasi tentavit epistolam potius facere quam libellum. Sed non post multa certamina hoc convenit, proœmium modicum facere, & subjungere mox libellum, quemadmodum vestra beatitudo dictavit. Subscriptio ab eodem facta est, libello conveniens, similiter & datarium, cujus exemplaria & Græce & Latine apostolatui vestro direximus. Post factum libellum nomen Acacii de diptychis est deletum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii & Timothei: & non solum hoc in ipsa sola ecclesia, in qua episcopus manet, verum etiam per omnes ecclesias cum grandi diligentia, Deo adjutore, suggerimus fuisse factum. Similiter deleta sunt de diptychis Zenonis & Anastasii nomina. Episcopi diversarum civitatum, quanti inventi sunt, libellum similiter obtulerunt: & cum grandi cautela suggerimus custoditum, ne quis nobiscum communicaret episcopus, qui libellum primitus non dedisset. Pari modo & omnes archimandritæ fecerunt: apud quos archimandritas & certamina nos habuisse suggerimus, dicentibus illis. Sufficit quia archiepiscopus noster fecit: nos factum ejus sequimur. Quid amplius? Post multa certamina, ipsi quoque ratione convicti, libellos modis omnibus obtulerunt. Post hæc omnia, Deo juvante, in ecclesiam processimus: & qualia gaudia facta sint unitatis, & quemadmodum Deus benedictus sit, quæ laudes quoque beato Petro apostolo, & vobis relatæ sunt, ipsius actionis consideratione perspicitis, quod mea lingua non valet explicare. Nihil est subsecutum secundum vota inimicorum, non seditio, non effusio sanguinis non tumultus, quod veluti terrentes inimici antea prædicebant. Ipsi quoque ecclesiastici Constantinopolitani admirantes, & Deo gratias referentes, dicunt nunquam se memisse ullis temporibus tantam populi multitudinem communicasse. His adimpletis etiam clementissimus imperator ad beatitudinem vestram sua scripta subjunxit, ordinem rei gestæ significans, similiter & vir reverendissimus Joannes Constantinopolitanæ civitatis antistes. Noveris etiam & sacra generalia esse edita, atque credimus Deo propitio, & vestris sanctis orationibus per universas provincias quantacunque destinari. Hæc Constantinopoli gesta sunt, & nunc de Antiochena ecclesia tractatur; & ideo adhuc laboratur, quia nondum persona congrua est electa. Oret ergo beatitudo vestra intentus, ut Deus, qui vestris precibus exoratus Constantinopolitanam ecclesiam apostolicæ sedi restituit, ipse & dignam personam donet in Antiochia ordinandam, & assidnas adhibet ecclesias. Rescribite episcopo Constantinopolitano. Si videtur beatitudini vestræ facite mentionem damnationum Severi, & illorum quos nominastis in epistola illa quam scripsistis ad secundam Syriam per Joannem & Sergium monachos, hoc ipsum det ad imperatorem rescribentes. Si feceritis, videtur mihi necessarium esse.

* EPISTOLA JUSTINI * Sacra imperatoris

AD HORMISDAM.

Joannem episcopum catholicam fidem amplexum hæreticos anathematizasse, atque nomen Acacii, cum aliorum schismaticorum nominibus, e sacris tabulis expunctum esse.

Victor Justinus, pius, felix, inclytus, triumphator semper Augustus, Hormisdæ * sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo * & patriarchæ. * sacratissimo * almæ urbis Romæ.

SCias effectum nobis, pater religiosissime, & quod diu summis studiis quærebatur, noveris patefactum: & antequam advenerint qui a vobis destinati sunt, quod Joannes vir beatissimus antistes novæ * vestræ Romæ una cum clero ejus vobiscum sentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis: scias libellum ab eo subscriptum, quem offerendum indicaveras, sanctissimorum patrum concilio congruentem. Omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda vota tam vestra quam Constantinopolitanæ sedis, quos veritatis coruscus fulgor illuminat: omnes accelerant libentissime, quos oblectat via dilucida; sequuntur scita patrum sanctissima, leges probatissimas: & concilii quorumdam firmatis qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis, qui vagabantur incerti, in eo res colligitur, ut unitatem individuæ Trinitatis ipsi quoque unitate colant mentium. Negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri (pro tenore libelli quem diximus) Acacii prævaricatoris quondam huius * urbis episcopi, nec non aliorum sacerdotum, qui vel primi contra constituta venerunt apostolica, vel successores erroris facti sunt, nulla usque ad ultimum diem suam pœnitentia correcti. Et quoniam omnes nostræ * regiones admonendæ sunt, ut exemplum imitentur civitatis regiæ, destinanda ubique principalia præcepta duximus, tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem catholicæ fidei pro remuneranda cœlitus pace nostræ reipublicæ, pro conciliando subiectis meis superno præsidio. Quid * autem gratius reperiri potest? quid justius? quid illustrius? quam quos idem regnum continet, eusdemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eodem sensibus, institutis venerari non humana mente lata, sed divini prudentia Spiritus? Oret igitur vestra * regia * religiosam admonendi * enim

Anno domini 519. cum legati ecclesiæ urbis Constantinopoli.

stra religionis sanctitas, ut quod pervigili studio pro concordia ecclesiarum catholicæ fidei procuratur divini muneris opitulatio, jugi perpetuitate servari annuat:

Datum x. Kal. Maii Constantinopoli.

EXEMPLUM RELATIONIS

EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

ad Hormisdam.

Ecclesiæ pacem initam esse nunciat, ideoque plurimum eum gaudere monet.

Domino meo per omnia sancto & Deo amabili fratri & comministro Hormisdæ Joannes in domino salutem.

QUando Deus propria mirabilia in suis operatur, tunc oportet ea quæ divinis literis continentur ipsius scripturæ vocibus fiducialiter exclamare: *Quis loquetur potentias domini, aut auditas faciet omnes laudes ejus in omni tempore?* Ecce enim talem pium principem Romanæ reipublicæ suscitavit, quali multo ante & catholica indigebat ecclesia, & omne genus hominum videre cupiebat. Ideoque ita etiam cornu gratiæ super eum cœlitus declinavit, ut affluenter in sacrum ejus caput misericordia funderetur: omniqne annunciationis ejus tempore cum magna voce Deum omnium principem glorificaverunt, quoniam talem verticem meis manibus tali corona decoravit. Is vero maximus imperator primam suorum certaminum palmam, devicto inimico, evidenter ostendit: secundum virtutis ejus meritum adunationem sanctissimis ecclesiis sapientissime comparavit: regnum ejus tertium bonum, dissipata conjunxit, & pacem mundi sapientissime procuravit. Idcirco in omnibus Deo magno gratias referens cuncta sapientissime gubernanti, annunciare tibi pacem pacis filio nunciavi, in omnibus Deo amantissime; ut illud gaudium salias, quo David quidem secundum legem in arcæ Dei revocatione figuraliter exultabat, apostoli vero per gratiam veraciter lætabantur. Gaude itaque in domino gaudium tuæ conveniens sanctitati, & scribe ea quæ vestrum benignum animum decent, homo Dei: nam quæ fuerant divisa conjuncta sunt, & disperta collecta sunt, & quæ longe erant, sibi invicem adunata sunt: & sicut oportet dicere, & olim scripsi, utrasque ecclesias tam senioris quam novæ Romæ unam esse evidenter intelligens, & utriusque earum unam sedem recte esse diffiniens, indivisibilem adunationem, & utriusque nostrorum consonam confirmationem cum judicii integritate cognosco. Unde rogo Deum semper eam inseparabilem permanere orationibus sanctorum apostolorum & tuæ precibus sanctitatis, per quas donari nobis & universo mundo clementissimum & Christianissimum principem Justinum, & pissimam ejus conjugem, nostram autem filiam Euphemiam, in pace multis temporibus comprecatur, per omnia beatissime frater. Gavisi igitur de præsentia reverendissimorum episcoporum, nec non & clericorum vestrorum, gratias agimus, quoniam secundum petitionem nostram tales pacificos viros, & vestra dignos sedis apostolicæ destinastis, regulam patrum sine confusione servantes, fidemque indivisam custodientes. Quorum amplectentes in omnibus mentem, cuncta per eos ad satisfactionem vestræ egimus sanctitatis. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego quoque & mei plurimum salutamus.

Anno domini 519. Hormisdam relationem hanc ad se pro recentium.

Psal. 105

A. Reg. 8

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

AD HORMISDAM

Cui de prostrata perfidia & inita pace congratulatur.

Cum jam ecclesia pace fruatur, pro imperatore ad Deum preces fundunt.

Domino meo sanctissimo Hormisdæ primo archipontifici & papæ urbis Romæ Justinianus comes salutem.

VEneranda sanctitatis vestræ prædicatio regularum, quæ Christo Deo pro ecclesiarum pace & pro plebis concordia jugiter supplicat, quidquid nunc per beatissimos suos sacerdotes annuit peragendum, propitia divinitate cuncta effectui sociata sunt, nulla prorsus quorumdam valente discordia. Igitur vestris sacris orationibus ac præceptionibus orthodoxorum fide muniti, supplices petimus, ut hi pro sanctissimo Augusto nostro, totius fidei fautore, proque ejus republica, pro nobis quoque mandatorum vestrorum custodibus, æterno regi consueti impetrabiles preces offerre dignemini, nosque vobis fideliter supplices vestris salutiferis rescriptionibus visitare.

Anno domini 519.

EXEMPLUM EPISTOLÆ POMPEII

AD HORMISDAM.

De prostrata perfidia, & pace orientalis ecclesiæ inita, pontifici congratulatur.

Domino meo beatissimo & apostolico patri Hormisdæ archiepiscopo universalis ecclesiæ Pompejus.

SAnctis beatitudinis vestræ precibus omnipotentis Dei pietas exorata, tantæ nobis fidei principem condonare dignata est, ut religiosissimis clementiæ ejus meritis redintegratio pacis ecclesiasticæ, quæ votis omnium fidelium poscebatur, jure videatur esse collata, in cujus regis proventu solidissima principatus sui fundamenta sancti Spiritus operatione constituit, quæ tantum robur obtinent stabilitatis invictæ, quantum actionis excellentia unica & admirabilis æstimatur. Et ideo reverendam vestri pontificatus beatitudinem cultu reciprocantis allocuti salutantes, quæsumus, ut magis magisque pro clementissimi atque invictissimi domini nostri principis prosperitate orare dignemini, quatenus ineffabilis omnipotentis Dei pietas sua dona, in quibus etiam fructus vestræ agricolationis exuberat, justis gratiæ opitulatione custodiat: nobis quoque filiis vestris spiritualibus conglutinatis affectu, quos hujus operis maxime semper solicitudo perstrinxit, suffragatrix intercessio sanctimoniæ pontificalis assistat.

Anno dom. 519.

EXEM-

EXEMPLUM EPISTOLÆ JULIANÆ ANICIÆ AD HORMISDAM.

Præsentia legatorum omnes ecclesiæ dissensiones compositas esse nuntiat; hos non nisi firmata pace discedere permittendum.

Domino beatissimo patri Hormisdæ Juliana Anicia.

PRecibus vestræ beatitudinis, adventu legatorum principalis sedis apostolicæ elisis erroribus hæreticorum, in unitatem fidei catholicæ convenimus congregati simul ad ubera matris ecclesiæ in die sanctæ resurrectionis. Quapropter filio venerationis alloquentes sanctitatem vestram, admonemus, ut intimetis, destinatis a vobis reverendissimis viris, nullo modo abscedere, antequam, sicut præveniretis, ut oportet, firmentur ea quæ bene disposita sunt ab eis: ut amputatis omnibus reliquiis transacti erroris, impendiis vestræ beatitudinis roborata unitas ad effectum perpetuum deducatur.

Anno domini 519

EXEMPLUM EPISTOLÆ ANASTASIÆ AD HORMISDAM.

Ut pro pacis imperatoris salute preces ad Deum fundat, precatur.

Domino sancto & beatissimo patri patrum Hormisdæ archiepiscopo universalis ecclesiæ Anastasius.

DIvini luminis illuxisse nobis gratiam merito profitemur, apostolatus vestri reverentiam in sancto corde nostri tenere memoriam, paginali affectione noscentes, veraci namque ipse confidimus supernæ misericordiæ propitiationem de pontificali intercessione subsistere, domine beatissime & apostolico honore suscipiende pater. Pervigiles vestrarum orationum excubiæ, & miranda victoriosissimi principis fides splendore catholico semper irradians, diu expectatam sacrosanctis ecclesiis concordiam pacis restituit, quam omnibus triumphis suis solidissime firmatis invictum jure exultat præcoluisse vexillum. Ideoque illibata vestræ paternitatis sanctimonia pro incolumitate atque prosperitate prædicti domini nostri Augusti vota precesque omnipotenti Deo offerre indefinenti continuatione persistat, ut ineffabilem tantorum honorum gratiam, quam ipse pius ejus sensibus inspiravit, ad futuræ quoque beatitudinis protectum conservare dignetur. Domino etiam jugali filio vestro, & mihi peculiari cultrici vestræ, cum sobole, quam nobis dominus donare dignatus est, a vestro pontificatu oratio benigniter impendatur, cujus suffragio divini favoris protectio nobis clementer aspiret.

Anno domini 520

EXEMPLUM EPISTOLÆ THEODORITI EPISCOPI LIGNIDENSIS

Ad Hormisdam papam.

Gratulatur pontifici de unione ecclesiarum.

Domino sancto beato prædicabili & adorando apostolico patri Hormisdæ papæ urbis Romæ humilis famulus tuus Theoditus.

MEa quidem exiguitatis non esse tam magna præsumere, & ad vestrum pium sanctum apostolatum pusilli sermone præsentes parvulas destinare paginas. Sed quia, pro insita vobis humanitate, pio propitiationis animo omnia nutu divinitatis protegere consuevistis; lucidum diem, & totius festivitatis repletum omni reddidistis mundo, & vestris prædicandis precibus ad pristinum veritatis revocastis statum, & in unum concordare, vel suojugare vestris prædicabilibus & adorandis meruistis. Ideoque etsi mors obrutus iniquitatibus, & ab eis undique oppressus, ex usus recreatus inferuis, recurrente ad religiosa vestigia vestra famulo tuo viro religioso Pulione, usurpavi me tam per eum, quam etiam his parvulis & exiguis chartis, vestris prædicandis & adorandis præsentare vestigiis, divinum omnibus viribus exhortans favorem, & clara voce cum omnibus omnino canens: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, qui pro sua incomprehensibili pietate vestris mirificis operibus omnia illuminavit & liberavit, & lucidum & totius festivitatis repletum diem in toto orbe vestris Deo dignis precibus præstitit, & ab omni iniquitate eripuit, & omnem nodum colligationis absolvit, & omnem semitam aperuit. Hanc itaque gratulationis repletam pio vestro promus offeriens apostolatui, deprecor ut pro meæ debilitatis exiguitate vestris piis precibus memores esse dignemini, domine sanctæ beate apostolice pater. Accepta XIII. Kalendas Julii, domino Eutharico viro clarissimo consule.

* unitatis
* Pollione.
Lu. 2
Anno domini 519

XLI. AD GERMANUM CETEROSQUE LEGATOS.

De eorum incolumitate & rebus gestis certior fieri cupit.

Hormisda Germano & episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

OPinionum diversitas diu nos facit de prosperitate vestra, vel de susceptæ actionis qualitate solicitos: præcipue cum nihil certum tam diuturno tempore vestræ dilectionis potuimus rescriptione cognoscere. Nos tamen reperta latoris occasione hæc ipsa significare maluimus. Quapropter tatu antes cum Dei omnipotentis auxilio incolumes nos esse cognoscite, quod & de vobis audire desideramus. Sed ut de omnibus quæ gesta sunt nostram plenius possitis instruere notionem, a quibus personis, vel in quibus locis bene, sis

* ad Joannem

cut

cut credimus, suscepti fueritis, vel ubi, aut sub qua festivitate resurrectionis dominicæ caritas vestra tenuerit diem. Et quid deinceps egeritis, per omnia rescriptis currentibus declarate, quatenus vestram cogitationem de vestra & actuum prosperitate relevare possitis, & si quid instructioni quam suscepistis causæ defuerit, subjungere cum Dei nostri solatio valeamus. Data VII. Kalendas Majas Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLII. AD EOSDEM LEGATOS

Dolet illos non scribere: se Paulinum ad imperatorem missse ait.

Hormisda quibus supra.

ANimus noster diuturna redditur expectatione sollicitus: Præcipue ad tantum principem destinati, sub celeritate nos certiores debuissetis efficere. Nam ante diem ascensionis dominicæ literas vestras credebamus nos posse suscipere. Idcirco tam vestræ solpitatis indicia, quam profectum causæ, quam peragendam cum Dei nostri juvamine suscepistis, desideramus agnoscere. Paulinum ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus, tam principi literas, quam singulis, quibus oportuit, dirigentes. Qua propter Deum nostrum congruis precibus oramus, ut ipse salutem vestram sua propitiatione custodiat, & causæ qualem desideramus concedere dignetur effectum. Qui nihil majus inter titulos optimi imperatoris adscribitur, quam si eum ecclesia Græca præsens & futura, prædicare mereatur pacis auctorem. Data III. Kalendas Majas, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLIII. AD EOSDEM LEGATOS.

De his quæ agant, vult semoneri: Stephanum commendat.

Hormisda legatis nostris quibus supra.

NEcesse est ut vel de injunctæ actionis statu, vel de vestræ dilectionis cogitemus absentia: & pro his rebus solicitudo nostra non patitur scribendi quaslibet occasiones omittere. Antehac per Magistrianum, qui in Symmachi patricii remeavit obtequium, literas caritati vestræ direximus, hortantes, ut nos de universis, quæ in causa ecclesiastica gesta sunt vel geruntur, non omitteretis instruere, quod & facere pro nostræ cogitationis revelatione debetis. Nostri enim voti est, ut labori vestro Deus omnipotens desideratum concedere dignetur effectum. Stephanum negotiatorem per quem vobis nostra contradentur alloquia in quo ratio popoicerit competentibus solatiis adjuvate; quia hunc semper nostrum fuisse recolitis. Data eodem die.

Anno domini 519.

XLIV. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Gratulatur suum ejus opera Constantinopoli pax vigeat, hoc ipsum Antiochiæ & Alexandriæ faciendum curet.

Hormisda episcopus Justino Augusto.

LEdis clementiæ vestræ paginis, quæ restitutam fidei concordiam nunciabant, in divinæ laudis canticum mens totius ecclesiæ læta prorupit, quo canitur: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Hujus igitur fiducia hymni dignam fidelibus me-
B ritis gloriam felicitatemque præsumite. Neque enim te ita Deo placitum principem ad imperii verticem humanus tantum consensus evexit: te sibi divinus favor ante formaverat. Tradidit enim tibi orientis imperium; ut ejus operum fieres instrumentum; atque ideo ut hoc in te propheticum dictum jure conveniat, efficiatis: *Constitues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui, domine, in omni progenie & generatione*. Etenim cum tibi sit Christianam pacem servare propositum, quis te dubitet a Christo esse * dilectum? Hæc prima sunt vestri fundamenta principatus, Deum placasse justitia, & ascivisse vobis excellentissimæ majestatis auxilia, dum adversa-
C rios ejus velut proprios comprimitis inimicos. Hæc nimirum maxima reipublicæ fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse pervium quod est divinæ gratiæ firmitate vallatum. Testis est huic prophetica scriptura; ait enim: *Elegi David servum meum oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*. Contra autem frustra arma, frustra sibi copias quærit, quem gratia superna destituit. Etenim veraciter scriptum est: *Nisi dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant, qui custodiant eam*. Bellabis tu quidem divino tutus auxilio, excellentissime princeps, & tuæ reipublicæ jugo ferocissi-
D marum gentium colla submittes; sed nulla victoria potest esse præstantior, quam quod humani generis hostem post quæsita tam longi temporis firmamenta subvertis. Enimvero ceterorum natura præliorum distincta gentibus, regionibus terminata, cruore polluta: hæc omne genus humanum palma complectitur, hunc omnibus regionibus * imputabis triumphum; & quod divinæ proximum pietati est, qui paulo ante ductu diaboli grassabantur, nunc ad propriæ salutis effectum sine sanguinis effusione vincuntur. Durabit igitur hujus Christianæ victoriæ per ævum triumphus. Neque enim poterunt labe temporis aboleri, quæ in sempiterna fidei stabilitate fundata sunt. Permanebit longe lateque vestrorum fama factorum,
E &, sicut divinis designatur eloquiis, *in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum*. Et ceteris quidem bellis agros, urbes, oppida, & quod supremum est, subjectorum libertatem tueris, quæ mortalium ulibus comparata, simili quadam mortalitate solvenda sunt. In hoc certamine vita ipsa defenditur, & quodammodo pro sempiternæ beatitudinis arce pugnatur. Quocirca continuam tanti operis apparatus clementiæ vestræ intentionem requirit. Facite ut nullum prorsus re-

Hæc epistola cum ea quæ sequitur scripta est post pacem ecclesiæ. Anno domini 519.

Ps. 8.

Ps. 88.

Ps. 126.

Ps. 18.

Ps. 71.

ce-

ceptaculum, eo quo rursus immanissimus hostis emergat, inveniat: cunctis eum nudate præsidiis, & si quid usquam vestigiorum ejus reliquum est, id omne elementi remedio purgate: omne nequitiæ germen funditus eruatur: adversa Deo stirps ad vivum usque resecetur, ne mimus compressa (quod absit) iniquitatis radix venenata latius iterum virgulta diffundat. Quorsum hæc? Quia superest adhuc vobis Alexandrinæ atque Antiochenæ & aliarum ecclesiarum nullo modo negligenda correctio, in qua si suam curam clementia vestra immiserit, spes est, quo auctore bona cuncta credimus inciri, eodem celeriter auxiliatore compleri. Commendamus præterea legatos ab apostolica sede directos, & apud vestram fidem religionemque deponimus; quos ita perfectis omnibus pietas vestra dimittat, ut divinis vestrisque beneficiis ad apostolicam sedem plenam referant de ecclesiarum omnium pace lætitiam. Quæ scripta per Paulinum Romanæ ecclesiæ defensorem famulum vestræ pietatis ingerenda transmisimus. Data VII. Idus Julii, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519

XLV. AD JOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Laudat Joannem ad unitatem ecclesiæ redisse; hortatur ut Alexandrinæ & Antiochenæ ecclesiæ unionem procurent, legatosque eis commendat.

Hormisda Joanni episcopo Constantinopolitano.

Considerantibus mihi tuæ scripta caritatis, in quibus cum sedem beati apostoli Petri unam tibi esse fidem professus es; prophetica libet exclamare licentia: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Neque enim refert quam longinquis locorum spatiis dividamur, quando jam Deo auctore unæ fidei cohabitatione conjungimur: nunc enim misericordia procurante divina in unius corporis vultum dilapsa olim Christi membra conveniunt, & ab iniquissimis direpta latronibus annunciata a propheticis vocibus domini nostri redintegratur hæreditas, & vere in hujus petræ fide, id est, apostolorum principis firmitate, orientalis ecclesiæ fundamenta solidantur, quæ cum facta tuis literis indicentur, tempestiva exultatione dicendum est: *quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.* Gratias igitur excellentissimæ Trinitati, quæ consentientis in Christum ecclesiæ, ac reipublicæ dedit esse rectores: enimvero rerum salus est, quotiens in fidei catholicæ veritate sacerdotes ac principes mens una connectit. Hoc firmum pacis vinculum est, hæc cœlitus dimissa societas; neque fas est enim in quo vident concordari præpositos, aliud sentire subjectos. An dubium est cuncta hæc providentiam disposuisse divinam? Primum enim principem esse delectum, qui cum te hominum suscepisse videret imperium, non te oblitus est Deo esse subjectum. Dehinc quod talem fraternitatem tuam ecclesiæ tuæ præsulem dedit, quem non esse ambiguum cum sede nostra, id est, apostolica, certam manseramque fidei subiturum esse concordiam. Etenim libello a nobis fidei libenter accepto, cum redintegrationis in Christo fuerit avidus, nunquam in prædestinatione divina fuisse a nobis cognosceris alienus. Itaque, dilectissime frater, Dei nostri sponte currentibus instate beneficiis, sparsi olim gregis plenius membra colligite, & custodite collecta. Memento nunc clementer assignatæ a Christo navis esse te rectorem: fac cogites diabolicæ contumaciæ spiritus, quietem itineris & curam turbantes: nec te latent fluctus tempestatis incertæ. quos evigili mente prospicias, & erecta in Deum ratione compenses. Nulla tibi commissi negotii negligentia clavum dominicæ ratis extorqueat. Illud unicum recti itineris signum fixis semper obtutibus intuere, quo certius perflantis diaboli turbata contemnas, & ad promissi portus tranquilla pervenias. Hæc est Christiani palæstra certaminis; tali Christi militiæ sempiternæ vitæ palma proponitur. Hæc tibi rectissime cogitanti non deerit suo militi præsidium ducis; & quanto hostium multiplicantur insidiæ, tanto summi gratia rectoris, adversantis venena misericordiæ suæ facit esse materiam, sicut sermo apostolicæ veritatis asseruit, dicens: *Ubi abundavit iniquitas, superabundavit & gratia.* Tu tantum divinis rectissimisque inhærens institutis, ecclesiasticam fovendo concordiam, velut quodam pacificæ voluntatis signatus indicio, illius esse discipulus approberis qui ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Hortare etiam, quamquam sponte ad recta tendentem, filium nostrum clementissimum principem Justinum. Christiano sæculo divinitus comparatum, ea perficere quæ regalibus literis dignatus est polliceri, ut missis ad eos edictis, quos ab ecclesiæ matris uberibus etiam nunc devius error abducit, diabolicam fraudem & auctoritate religionis & moderata potestate compescat imperii, eamque sibi contra communionem totius humanitatis hostem maximam ducat esse victoriam, si supernæ auxilio divinitatis vetusti serpentis venena compresserit. De Antiochenæ quoque atque Alexandrinæ ecclesiarum statu non supersedeas esse solicitus, & clementissimo subinde supplicato, ut in his quoque pacem religiosa ordinatione restituat, quatenus bonis cœptis plenæ cumulum perfectionis adjungat. Frustra enim bonum opus incipitur, si non in totum perfectio subsequatur. Commendamus præterea legatos a sede apostolica destinatos, quos ita faciat ad nos tua dilectio remeare, ut nobis plenam referre queant de restituta universis ecclesiis pace lætitiam. Data VII. Idus Julii, Euthayrico v. c. consule.

Psal. 132.

Rom. 10.

Rom. 5.

Anno domini 519.

XLVI. AD JUSTINIANUM.

Commendat eum, quod Justino adjumento fuerit in pace ecclesiæ redandæ, ad quam perfecte inundam hortatur.

Hormisda illustri viro Justiniano.

Benedicimus ineffabile divinitatis auxilium; quia de ecclesiarum pace universitatis desiderium sub tranquillitate agnovimus fuisse completum. Quod quidem non præter opinionem nostram contigit fieri: quia religiosissimi Augusti præsumpti genere ipsem semper gessimus de quiete, & quod credidimus faciendum

sub

sub principe Christiano de adunatione, erat in votum. Quare habebit gloriosus imperator de hac causa triumphorum titulos, non quibus se oblivio mortalitatis interferat, sed quos divinitatis gratia super perpetuitate confirmet: & vobis quoque cœlestis remunerationis non deerit præmium, qui adjuvistis boni principis institutum, atque obsequio convenienti desiderio horrorem segregationis fecistis excludi. *Benedictus dominus Deus noster, qui visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Superest nunc, ut quia vobis hujusmodi officium certum est providentia divinitatis injunctum, accingatis, ut ait, lumbos, & pacificæ adhortationis viribus persequamini, a quibus pacem non videtis agnosci, maxime quia gratiæ gloriæ vestræ detrahitur, si quid in hac causa fuerit minus impletum. Circumspicite omnis fide qua vivitis, & diligentia qua vigetis occurrite omnibus incursibus, quibus religioni Christianæ reverentiam videtis esse vexatam, ut instantiæ vestræ bene possimus cum exultatione dicere: *Reminiscentur, & convertentur ad dominum omnes fines terræ.* Quæ cum ita fi[illegible], vos qui ecclesiæ catholicæ tranquillitati fecistis initium, procurare decet effectum: non deerit salvatoris nostri favor in perfectione, qui vobis hoc opus inspiravit incipere. Data consule suprascripto.

Luc. 1. 68

Psal. 21. 28

Anno domini 519.

Post hanc Epistolam in Collectione Avellana altera hac succedit quam ex eadem collectione vulgarunt Ballerini Oper. S. Leonis Tom. III. pag. CLXVI.

Hormisda.

CUm necesse fuerit scripta Domino filio nostro Clementissimo Principi destinari; amplitudinem vestram silentio præterire nequivimus. Et ideo salutationis honorificentiam præloquentes eos qui in rem destinati sunt commendamus postulantes ut Domino nostro Auctore sub vestra dispositione celeriter ut (*sic*) ad) destinata perveniant ut sacratissimus & religiosissimus Imperator merito cum suorum gloriam possit sine dilatione cognoscere.

XLVII. AD POMPEJUM.

Laudat Pompejum, quod se pacis studiosum ostenderit, hortatur ad operam navandam, ut perfecta ecclesiæ tranquillitas reddatur.

Hormisda Pompejo.

ITa devotionis nostræ animum gaudio concordiæ fatemur impletum, ut nulla credamus verba sufficere, quibus fidei vestræ puritatem valeamus explere. Magna profecto memoria felicitatis transibitis ad posteros, quia vos in facienda pace solicitudine certum est fuisse constrictos. Habetis apud divinitatem meritum, cujus religiosum pertulistis affectum. Operati quidem estis generalitatis desideria, sed & vestra pariter completa sunt vota: & animæ vestræ paraveritis præmium, universitas ubi gaudet beneficium imperium. Quapropter debita honorificentia salutantes hortamur, & petimus, ut vivacitate qua quietis ecclesiasticæ cœpistis initium, procuretis effectum; & quocumque contentionis alicujus videritis remanisse vestigia, curetis omnis omnibus insequenda. Adete ecclesiarum Dei plenissimæ tranquillitati, insistite labori, quem fidei vestræ nunc domino curastis offerre. Facitis enim, ut majore a vobis fiducia exigamus plenitudinem, quos gratulamur desideratæ dulcissimæ adunationis initia votiva fundasse. Data consule suprascripto.

Anno domini 519.

XLVIII. AD JULIANAM ANICIAM

Eadem quæ in superiore.

Hormisda Julianæ Aniciæ

LIteris amplitudinis vestræ perceptis gratias Deo nostro de catholicæ fidei redintegratione persolvimus; optantes, ut ipse vestris sensibus pro religione sua, quod concessit, longa ætate conservare dignetur studium: ut sicut personam vestram imperialis sanguinis vena nobilitat, ita conscientiæ bonorum meritorum lucce præfulgeat. Unde salutantes cultu atque honorificentia competenti petimus, ut in eo quo cœpistis permanere proposito debeatis, & dare operam, ut ad effectum conatus tantæ cautæ perveniat, ne aliquod in posterum semen hujus mali remaneat, unde posthac sub qualibet occasione inimicus quilibet fidei revirescat.

Anno domini 519.

XLIX. AD ANASTASIAM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Anastasiæ.

POstquam Deus noster ecclesiæ suæ membra in pacem pristinam redeuntis solidavit, dum vos desiderasse certamina [illegible] Quod proventu gaudentes, & nos quidem indefinenter divinam clementiam deprecamur, ut sicut has regni primitias gratanter accepit, ita fidem boni principis omni tempore adjuvet prosperitatis affectu, & tam ipsum quam vos omnes in sacrosancto religionis amore custodiat, ut quorum fides errorem pestiferæ dissensionis abscedit, & tu ratam in terris floreas, ut æternæ salutis remuneratio subsequatur. Nunc igitur vos quoque vota nobis conjungite, & omnibus a Deo viribus implorate, ut hujus correctionis exemplum omnes secutæ ecclesiæ, ut nihil tibi diabolus remansisse gaudeat, quem in totum penes nostra concordia gratulatur exclusum.

Anno domini 519.

L. AD GRATUM.

Gratum salutat, ab eique certior fieri de ejus salute rogat.

(a) Hormisda Grato viro sublimi.

CONtristavit nos amplitudinis vestræ silentium, quia inter quasliber occupationes nostri esse non debuistis immemores. Et nunc quod in vobis reprehendimus incurrere videamur, necesse fuit operam illi præsentis assumere, per quam nobilitatem tuam honorifice salutamus, postulantes ut solicitudinem nostram de bono vestræ prosperitatis non defina

(a) In Collectione Avellana Cod. Vatic. 4965 ista inscribitur [illegible] Hormisda.

tis efficere certiorem, quia incolumitatis vestræ bona quibustibet indicis Deo nostro cupimus propitiante cognoscere.

LI. AD OMNES EPISCOPOS HISPANIÆ.

*Joannis Constantinopolitani episcopi professionem dirigit, propter orientales * episcopos, qui eorum communionem poposcerint.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda.

INter ea quæ notitiæ nostræ Joannes frater & coepiscopus noster studio ecclesiasticæ utilitatis sagacis, hoc quoque pro affectu catholicæ fidei & apostolicæ sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus tribui deberes sancta communio, propter cautam scilicet Acacii, a prædecessoribus nostris pro hæreticorum communione damnati, in qua, qui se ab ejus contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudo propositum viri hoc zelo circa fidem & apostolica instituta ferventis, ut nec per ignorantiam quidem quemquam certo erroris alienum pateretur immergi. Digna hæc cur a fidelibus, ut solicito studio semper invigilent, & inculpatos se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia, ut * prævideat, ne vel casu possit errare. Satisfacientes igitur & laudabilibus desideriis memorati viri, & memores nostri (sicut oportet) officii, documenta quæque de ecclesiæ scrinis assumentes, ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quæ sunt acta discentes, ab omni vos errantium * communione separetis. Neque enim est personalis odii causa in impios transgressores dicta (Deo inspirante) sententia, in qua quidem causa * nequaquam a prædicatione cessavimus, & principi supplicando, & sacerdotes & populos admonendo, ut transgressores absoluti, ad rectam se fidem & affectu Dei & judicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda eo perduxerat illos, ut nullis modis mortifera venena vincantur, sed mala semina suis in deterius pullulent radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competenter instructi, servate vos & ecclesiam Dei apostoli exhortatione compuncti. Nos autem libellum misimus, sub quo si quis communionem vestram de orientalibus clericis poposcerit, ad eam possit admitti, secundum quam & de Thraciæ & Scythiæ, Illyricique partibus, vel Epiri veteris, sed & secundum * quod de Syria multos jam constat esse susceptos, gaudentes ad recta confluere, & devia declinasse. Unde pro subreptione mandamus, ut omnis cura & solicitudo omnis invigilet, & ut jam nullus sit ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione * præterita. Scienti peccare necessaria confessio est. * Necesse est, ut errorem sibi scribat, qui monstratur institisse pravo itineri. Bonifacius notarius sanctæ ecclesiæ Romanæ ex scrinio editi exemplaria libelli exequitur.

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire & a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &c.* hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes hæreses, & præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a beato Cælestino papa urbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite. Similiter & anathematizamus Eutychen & Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo quam sequimur & amplectimur, Chalcedonensi damnatos, quæ secuta sanctum concilium Nicænum fidem apostolicam prædicavit. Detestamur & Timotheum parricidam, Ælurum cognomento, discipulum quoque ejus, & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Et etiam anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum ab apostolica sede damnatum, eorum complicem & sequacem, vel qui in eorum communione aut societate permanserint. Qui Acacius quorum se communioni miscuit, ipsorum similem habere meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilo minus Antiochenum damnamus cum sequacibus suis, & omnibus suprascriptis. Suscipimus autem & probamus epistolas beati Leonis papæ universas, quas de religione Christiana constituit, sicut prædiximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta. Et per omnia spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear in qua est integra & vera Christianæ religionis, & perfecta solidita: promittens in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a mea professione deviare tentavero; his, quos damnavi, complicem me * mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem meam ego manu mea subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto ac venerabili papæ urbis Romæ direxi.

LII. AD GERMANUM CETEROSQUE LEGATOS.

Monet ut cum imperatore ejusque conjuge agant, ut omnes ecclesiæ, præcipue vero Alexandrina & Antiochena, ad apostolicæ sedis communionem revocentur.

Hormisda Germano & Joanni episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

DE his quæ acta caritatis vestræ relatio comprehendit, gratias Deo nostro referimus, qui laborem vestrum juvare dignatus est, & hortamur ut clementissimo principi & piissimæ Augustæ coniugi ejus officiis imminere competentibus debeatis, & agere, auxiliante Christo nostro universis sub ecclesiastica observatione dispositis, ut omnes ecclesiæ, quæ in qualibet mundi parte sunt positæ, ad communionem sedis apostolicæ revocentur. De Alexandrina vero atque Antiochena ecclesiis laborate, ut nostræ fidei sub observatione rationabili connectan-

dantur, quia tantæ rei perfectio, tam clementissimo principi, quam vobis, gratiam divinæ propitiationis acquirit. Data Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519

LIII. AD DIOSCORUM DIACONUM.

Ut cogitet quomodo ii, qui Chalcedonense concilium scripto damnaverant, & ad ecclesiam redire cupiebant, recipiendi sint. Thomam, Nicostratum, & Joannem episcopos ei commendat.

Hormisda Dioscoro diacono.

DE laboris tui, quem cum Dei omnipotentis juvamine suscepisti, pro ea parte quæ acta est, gratulamur effectu; & indicamus, ut quemadmodum revocandi sunt hi, qui ex scripto Chalcedonensis concilii constituta damnaverunt, debeas cogitare. Forsitan tales non schismatici, sed magis hæretici videantur. An certe una sit causa tam eorum qui sermonibus, quam eorum qui convincuntur scripto damnasse, quia per hanc distantiam filius noster vir illustris Albinus religiosus videtur facere quæstionem, & cogita utrum & scribentes contra Chalcedonense concilium, per illum generalem libellum tantum suscipi debeant, an certe aliquid amplius addicere. De Alexandrina & Antiochena ecclesiis solatio Dei nostri adjutus enitere, ut omnibus recte dispositis communioni catholicæ socientur. Thomæ quoque & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum observatio nos longa contristat, & miramur cur apud catholicum principem rectæ fidei laborare videantur episcopi, quorum desideria tua debebit caritas sublevare, agendo quatenus optata consequendo mœror converti possit in gaudium. Joannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur generare calumniam: quem dilectioni tuæ commendamus, hortantes, ut elabores ne ejus quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in sedis apostolicæ noluimus communione suscipere, tamdiu, donec habito cum Sergio diacono tractatu, qui ordinari debuerit quæreremus, & hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicæ jungeretur, quem libellum solenniter oblatum & nostræ offerentem communioni significamus adjundum. Data consule suprascripto.

Anno domini 519

LIV. AD EUMDEM.

Laudat eius de firmanda pace solicitudinem. Ad imperatorem se litteras dedisse, ut eum Alexandrinæ ecclesiæ præsidendum curet. Thomam & alios ei commendat, & hortatur, ne pro reditus festinatione quidquam indisponitum relinquat.

Hormisda Dioscoro diacono.

DE laboris tui quidem, quem Dei omnipotentis juvamine suscepisti, pro ea parte quæ acta est, gratulamur effectu; indicantes omnibus Italiæ populis, quæ auctore Deo (per te acta sunt placuisse, & gratias Deo) nostro sine cessatione persolvimus, qui te fecit agnoscere, quia non pro odio, sed pro causæ magis fuerit amplitudine destinatus. Unde quoniam supplicem, & puram cogitationem nostram per te misericordia divinæ propitiationis adjuvit, necesse est ut de industriæ vel fatigationis tuæ primitio & vicissitudine cogitemus. Nam sequenti tempore scribere domino & filio nostro imperatori disponimus, ut te Alexandrinum episcopum debeat ordinare. Justum est enim ut ea doctrina & moderatione tua corrigatur ecclesia, in qua præcipue ab ipsis ætatis tuæ principiis militasti, nam displicuit nobis quod caritatem tuam amplectitur imperator Antiochenæ præponere nitebatur ecclesiæ. Melius enim in solo patriæ tanti accipies sacerdotii dignitatem, ut Ægyptios populos doceas, quam inter Syros, novos & incognitos homines, in alia orbis parte progenitus errare videaris. Thomæ quoque & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum observatio longa nos contristat, & miramur cur apud catholicum principem rectæ fidei laborare videantur episcopi, quorum desideria tua debebit caritas sublevare, agendo quatenus optata consequendo mœror converti possit in gaudium. Joannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur generare calumniam: quem dilectioni tuæ commendamus, hortantes, ut elabores ne ejus quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in sedis apostolicæ noluimus communione suscipere, tamdiu, donec habito cum Sergio diacono tractatu quid ordinari debuerit quæreremus: & hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicæ jungeretur, quo libello solenniter oblato nostræ offerentem communioni significamus adjundum. Paulinum ecclesiæ Romanæ defensorem commendamus, & hortamur, ut nihil indefinitum pro festinatione vestri reditus relinquatis, quia melius cuncta sub proventate temporis cum Dei nostri juvamine disponuntur, & gratius est, ut sub mora omnium ecclesiarum ordinetur status, quam cum per festinationem aliquid imperfectum remanet, unde iterum & labor nobis generetur, & nostris afferatur ordinationibus difficultas. Data supradicto consule.

Anno domini 519

LV. AD THOMAM ET NICOSTRATUM.

Se de eorum salute esse sollicitum. Joannes & Dioscoro per litteras eos commendasse.

Hormisda Thomæ & Nicostrato episcopis.

ANimum nostrum pro negotio vestro otiosum aut sedem non quietis, nam non aliter de vestra fatigatione quam de propria cogitamus. Mena siquidem ecclesiæ nostræ notario insinuante, cognovimus caritatem vestram adhuc observationum molestias sustinere: & ideo in istis adversitatibus Deus omnipotens dignetur præstare remedium, tam ad Joannem fratrem & coepiscopum nostrum scripta direximus, quam dilectissimo filio nostro Dioscoro diacono per litteras nostras injunximus, ut domino & filio nostro Justino principi necessi-

tatem & causam nostræ dilectionis insinuet, & instanter agat, quatenus desideriis vestris dominus noster congruum dignetur præstare effectum: cum quo Dioscoro diacono debet loqui vestra fraternitas, quia necesse est ut intentioni vestræ, vel intuitu catholicæ communionis vel consideratione nostræ adhortationis, studeat. Data quo supra consule.

Anno domini 519

LVI. AD JOANNEM ET DIOSCORUM LEGATOS.

Thomam & Nicostratum Constantinopoli congruo honore dolet non fuisse receptos.

Hormisda Joanni episcopo & Dioscoro diacono.

REperimus Thomatem & Nicostratum fratres & coepiscopos nostros Constantinopolim non ita suscepios sicuti nostra fuere desideria, & ipsi semper optabant: non solum enim loca eis debita dicuntur ablata, sed a communione quoque eos cognovimus fuisse suspensos. Quod quam acerbe ferat animus noster, etiam fraternitatem, & dilectionem tuam credimus æstimare: & ideo quantam diligentiam causæ videtis magnitudinem poscere, tantam vos efficaciam debetis sine mora præstare; & agere, ne nos magis apud quos fuerunt, videamur esse contempti, cum illis, contra quam desiderium commune habuit, solicitudinis molestia fuerit indecenter injecta, intantum ut nec de facultatibus eorum (quæ eis dicuntur invasæ a fratre & coepiscopo nostro Joanne) dicatur aliquod ordinatum, nec literas nostras, quas per eos misimus, fuisse susceptas. De quibus omnibus ita vos agere desideramus instanter, ut ad nos caritas vestra de effectu hujus causæ valeat sub celeritate rescribere. Data quo supra consule.

Anno domini 519.

LVII. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Ut suis sedibus Heliam, Thomatem & Nicostratum restituendos curet.

Hormisda Justo Augusto.

GLoriosis clementiæ vestræ laboribus ecclesiasticæ palma concordiæ, & orbis pacati votiva tranquillitas generali prædicatione respondent. Quæ res nostrum parcum reddit ac ratinet ad agendas gratias sermonis officium. Illud tamen quod pro vobis indefinenter domino nostro preces effundimus, non taceamus, quia in votis infinitus affectus est, finitum esse potest in prædicatione judicium. Verum inter hæc pietatis vestræ beneficia, uno nos, quæ etiam vehementer afficit, cura non deseruit, quod Heliam, Thomatem, atque Nicostratum fratres & coepiscopos meos, qui primi ecclesiasticam festina secuti sunt devotione concordiam, non solum magni frustratur palma principii, verum etiam mali materia comitatur exempli. Quare clementiam vestram, mixto etiam precibus fletu, deposcimus, ne gaudia nostra, quæ de hæreticorum quotidie conversione præstatis, præfatorum abjectio intoleranda conturbet, quia non sola personarum nos causa solicitat, quibus & boni facti simul sufficere gloria posset & meriti: sed quod venerabilium constituta canonum contemnuntur, & quod non parvam eorum abjectio apostolicæ sedis tangit injuriam, nec Christianitatis vestræ sinceritas, qua & magnum patrocinium veteribus constitutis impenditis, & sedis apostolicæ principatum acta noviter veneratione sancitis, uno inexpugnabilem relinquat posteris negotio quæstionem.

LVIII. AD EUPHEMIAM AUGUSTAM.

Perpetuas pro Euphemia & ejus viri salute ad Deum se preces effundere. Thomam & alios commendat.

Hormisda Euphemiæ Augustæ.

ORare nos & pro vestra incolumitate Deo nostro vota persolvere, cum catholicorum etiam cœtu, sine cessatione pontificum, non vestræ studium exorationis invitat, sed devotum atque persistens in ecclesiastica stimulat reconciliatione propositum. Quis enim ab hæretica segregatus conspiratione se teneat? Quis aliis in sua utatur deprecatione principiis, nisi ut vobis serenissimoque principi jugali vestro & vita sit longior, & ad prosperitatis augmentum gratia divina proximior; qui initia felicis imperii plectendi execrationibus consecrastis erroris, & amicam diabolo pacifica expulistis intentione discordiam. Unde nunc decet vos laudabilibus cœptis insistere, & per totum orbem perfectam spargere medicinam; quia Christo major numerus gregis oblatus mercedem confidenter exigit largiorem; inter quæ curæ vestræ sit, ut nullum satanas jamdudum prostratus vulnus efficiat, sed communionis unitas magnum sit justitiæ impetrandæ suffragium. Quæsumus namque ut tandem de venerabilibus fratribus & coepiscopis nostris, Helia, Thomate, atque Nicostrato, quod sacratissimorum canonum dictat auctoritas, vobis decernentibus impleatur, ne videantur, ut auctores alicujus mali, quod primi ad unitatem sedis apostolicæ festinarunt, in communi omnium gaudio soli meruisse percelli, & in facto laudabili victam personali odio cessisse justitiam. Nostris ergo precibus apud clementissimum Augustum vestras adjungite, ut fructum, quem illis patrum regulæ tribui & conservari præcipiunt, inimica tergiversatio auferre non possit.

LIX. AD JUSTINIANUM.

Justiniani studium erga ecclesiasticam pacem laudat, eique Heliam, Thomatem, & Nicostratum episcopos commendat.

Hormisda Justiniano viro illustri.

STudium vestrum erga ecclesiasticam pacem, & damnatos hæreticæ contentionis errores, ipsis rerum effectibus approbamus; cujus vos operis magna immensaque sine dubio merces expectat. Hinc est quod quidquid pro canonum firmitate & pro apostolicæ sedis reverentia necessarium duxerimus, magnitudini vestræ secura peragendum protinus præsumptione mandamus, quia cum magno vos gaudio pro causis tali-

talibus sperata suscipere, multiplicia hujusmodi exempla testantur. Quare omissis in longa circuitione principiis, ad rem ipsam præsentis paginæ verba convertimus. Mœret ecclesia, & magno votivæ unitatis exordio frui præstita non potest pro unius causæ afflictione lætitia: hanc ut nobis solicitudinem beneficia vestra submoveant, non parvis precibus exoramus. Angit nos enim & præsens dolor, & futurorum occasio procurata certaminum, per quam & venerabilium patrum regulæ negliguntur, & apostolicæ sedis putatur auctoritas posse contemni. Nam cum divino clementissimique principis beneficio, sed & vestro simul adnixu hi soli credantur esse pontifices, & jure ecclesias continere, qui ad communionem nostram damnatis erroribus redire consentiunt; Heliæ, Thomati, atque Nicostrato fratribus & coepiscopis nostris, qui bonum causæ etiam sub adverso imperatore dedere principium non solum nihil ad provectum bona studia profuerunt: verum etiam collatæ sibi a domino obtinere nequeunt officia dignitatis, & extorres a commissis sibi gregibus subire coguntur miserias damnatorum. Quapropter quæsumus, & per divinam vos misericordiam obtestamur, ut eorum causæ (quæ justa est) summum patrocinium & probatæ vivacitatis impendatis affectum, piissimi principis hærendo vestigiis, quatenus eos tandem suis ecclesiis & pietatis intuitu & justitiæ contemplatione restituat; quia in illorum contumeliam ab inimicis asseritur, optatum nostræ communionis displicuisse consortium.

Pontifices non sunt qui cum ecclesia Romana non communicant.

LX. AD GERMANUM VIRUM ILLUSTREM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Germano viro illustrissimo.

EXcubantibus vobis probabili pro ecclesiastica pace proposito, & tanto fidei calore ferventibus gratiarum actio sola non sufficit; quia nec vos humanæ laudis prærogativa solicitat, sed divinæ expectatio retributionis inflammat. Quod igitur maxime debemus exolvimus, & Deum nostrum, cujus vos causis impenditis, pro incolumitate vestra quotidie deprecamur, rogantes ut studium vestrum in omni pro ecclesiasticæ unitatis affectu parte sic ferveat, ut nullus boni relinquatur locus officii, ubi non paternis regulis vestræ patrocinium defensionis assistat. Præcipue tamen Heliæ, Thomæ, atque Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum causa nos commovet, qui primo mundo necessariam secuti concordiam, ecclesiarum suarum privatione perculsi, cum venerabilium quoque canonum contumelia deprimuntur, itque illis propriæ reconciliationis gloria causa difficilis, quasi ipsi magis pertinaci mente restiterint, & aliis ad sedis apostolicæ redeuntibus unitatem ipsi ecclesiæ magis membra discerpserint: quod quam nobis durum sit, quamque clementissimi temporibus imperatoris indignum, prudentiam vestram convenit æstimare, & tandem præstare remedium, quo & illorum labores, & nostram grato possit solamine auferre mœstitiam.

In collectione Avellana post hanc Epistolam subditur & alia primo vulgata a Ballerinis oper. S. Leonis Tom. III. pag. CLXVII.

Justinus Augustus Hormisdæ.

ILlustrem virum Episcopum R. grato suscepimus animo non pro honore tantum qui debetur Sacerdotibus verum etiam pro affectu vestræ sanctitudinis. Nam quicumque tuo comprobatus judicio fuerit est apud nos etiam iudicatus probatissimus. De opera tamen & favore qui sacrosanctis inferendus est Ecclesiis tunc demum opportunius statuetur cum Legati quos nuper ad Regem magnificum Trasamundum destinasse noscimur reversi propitia Divinitate responsum nobis detulerint. Vestra autem beatitudo supremum nobis præsidium indefessis orationibus postulare dignetur. Data XV. Kal. Decembris Constantinopoli Domino Justino perpetuo Augusto. Accepta XI. Kal. Junii Rustico Col.

LXI. AD HELIAM, THOMAM, ET NICOSTRATUM.

Ad imperatorem & alios se pro illorum causa scripsisse significat.

Hormisda Heliæ, Thomæ, & Nicostrato episcopis.

QUanto mens nostra doloris vestri participatione fatigetur supervacuum est apud probantes mutuam caritatem verbis astruere sed ille, qui & nostrum animum & vestros labores scrutator præscius intuetur, mœrorem nostrum vestra in gaudium prosperitate convertat. Verum ne unquam pro vestro negotio sub allegatione justissima & blanda intercessione cessemus: noveritis nos tam ad clementissimum principem, quam ad præcellentissimam Augustam, nec non ad illustres & magnificos viros Justinianum atque Germanum filios nostros, literas destinasse, vestrum specialiter negotium continentes, quas viro sublimi Eulogio ita tradidimus, ut in vestro primum ponat arbitrio, utrum per vos eas eligatis offerre, an per ipsum potius perlatorem tam principi porrigantur quam ceteris, quas designavimus supra, personis.

LXII. AD LEGATOS.

De iis quæ Thessalonicæ ab Eutychianis gesta per famam audiverat. Dorotheum & Aristodem Romam venire compellendos.

EHormisda Germano & Joanni episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Biando presbytero.

CUm nos ecclesiasticæ prosperitatis gaudia sublevarent, & prope plenum laboris vestri fructum quotidie carperemus, repente nos inimica universi, quæ repente successerat fama confundit: cujus opinionis ordinem, etsi vobis necdum referentibus suspicamus incertum, pro ipsius rei tamen magnitudine credimus non tacendum. Itaque perlatum est fratrem & coepisco-

piscopum nostrum Joannem dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis qui promittebantur accederet, ita plebis irrationabili seditione concussum, ut extincto primum eo qui hospitium venienti præbuerat, ipse quoque non dissimili cæde mactatus, & vix sacrosancti fontis reverentia vindicatus evaserit: cujus seditionis initium, sub interrogationis dolosæ commento ab Aristide presbytero narrátur exortum. Verum nos, si hæc manifesta sunt, adeo de plebe non querimur. Erit in potestate venerandi principis, temporis sui & catholici sacerdotis injuriam, qua jubeat resecare censura. Sed quod ad nos attinet, cura pervigili per vos (Deo propitio) desideramus impleri, quia nullum volumus, aut non reddita ratione converti, aut sic rectam viam fidei profiteri, ut sibi a principe aliquid sæpe doctrinæ remedio causetur imponi. Hæc igitur suggestione vestra supplicationis peragite, ut Thessalonicensis episcopus, qui sub interrogationis obtentu ecclesiasticam pacem protracto in longum nititur dissipare negotio, quoniam a vobis suscipere noluit, a principe ad urbem directus, ab apostolica percipiat sede doctrinam, & quidquid sibi dubium putet, huc veniens præsenti a nobis inquisitione condiscat: sic enim probare potest se catholice professionis servare cautelam, non malitiose concepta vindicare certamina. Sciat nos paratos esse, & bene inquirentes instruere & errantes ad fidei rectum tramitem scientia duce revocare: quia si dubitans paratam non vult experiri doctrinam, nec rursus in simplicitate cordis quæ pacis & religionis causa jubentur admittere; in aperto est qua mente vel Dei nostri præceptis obsistat, vel orthodoxi principis exempla contemnat. In hac ergo parte totus suggestionis vestræ actus immineat, quia nec illi alia possunt ratione salvari, & incitatæ plebis sub hoc melius moderamine causa sedatur: cum quo etiam Aristidem presbyterum clementissimus princeps ad nos venire præcipiat, quia, sicut præfati sumus, omnes, quorum pax ecclesiastica ambiguitate dividitur, simul ad communionem nostram, depulsa mali erroris ægritudine, catholicæ scientiæ cupimus sentire medicinam. Præterea mox ut præsentia vos contigerit scripta suscipere, debebitis ad nos de vestris aliquem destinare cum relatione quæ universa contineat, unde his quæ gesta sunt, vel geruntur, solicitudinem nostram relevare debeatis. Datarium quoque literis vestris adjungite, ne vobis portitoris tarditas possit adscribi. Data III. Idus Octobris, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI,

Felicis et Dioscori diaconorum,

& Blandi presbyteri.

Quæ Thessalonica a Dorotheo contra Joannem episcopum acta fuerint.

MAgna misericordia Dei est, & inæstimabilia ejus judicia, qui nihil occultum dimittit, ut probetur uniuscujusque conscientia. Dorotheus Thessalonicensis episcopus non novus apparuit, nec ad præsens factus, sed se demonstravit quem olim vera prædicabat opinio. Iste semper in malis desideriis suis involutus, A data occasione exercuit quod contra fidem catholicam semper parturiebat scelus. In aliis literis significavimus beatitudini vestræ, quo ordine transeuntes Thessalonica libellos non potuimus suscipere. Erat tamen constitutum post ordinationem sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ unum ex nobis ad ipsum dirigere, quia hoc sperabat prædictus, ut unus ex nobis post susceptos libellos cum ipso missas celebraret, quasi testimonio habens in generalitate se ad unitatem sedis apostolicæ esse conjunctum. Etsi tarde, factum est tamen: & venerabilem Joannem episcopum ad ipsum dirigentes, directus est cum ipso ex communi electione Epiphanius presbyter. Germanus venerabilis & illustris episcopus B erat cum eis, & Licinius comes scholæ ex ordinatione clementissimi imperatoris. Qui Licinius tamen cum prius pro alia causa esset Thessalonicam directus, congregata synodo de parœcia ecclesiæ Thessalonicensis, ibi est inventus, expectans secundum promissionem unum ex nobis. Voluerunt ipso præsente libellos facere, & subscribere: quod factum est: signavit ipsos libellos prædictus vir, & veniens Constantinopolim, factum nunciavit. Dicebatur nobis ab apocrisiario Dorothei: Jubete dirigere qui libellos suscipiat. Deliberatum est, sicut prædiximus, venerabilem Joannem episcopum ambulare, ut haberet testimonium subscriptionis illorum. Rogavimus pissimum imperatorem, ut comes Licinius ambularet cum eo: C quod & factum est. Et quia pervenerunt in civitatem, nunciatum est Dorotheo per comitem Licinium præsentiam adesse nostrorum. Qui direxit Aristidem presbyterum cum aliis duobus episcopis, quos solos sciebat adversarios esse negotii, ut nostros videret: cum quibus voluerunt facere primum certamen de libellis, dicentes: Sunt capitula quæ debent emendari. Dixerunt nostri: non esse in potestate ipsorum hoc facere: si vultis facere, Deo gratias: si non vultis facere, venimus, salutavimus vos, perambulavimus. Discesserunt post ista verba. Ad aliam diem convenerunt, iterum ista loquentes: & antequam propositionem verborum D fecissent, ibi non est intentio generata, non injuria secuta est: subito populus insanus irruit super ipsum, & duos pueros occiderunt episcopi, caput etiam fregerunt episcopo in duabus partibus, & renes ejus dissipaverunt, & nisi misericordia Dei, & defensio sancti Marci basilicæ eruisset eos de manibus eorum, ibi perierant: liberati sunt tamen, quomodo dicitur, quia manus publica supervenit, quæ eos eruere potuit. Ista & istorum concinnamenta Dorothei malitia fabricavit, qui ante biduum quam pervenirent nostri Thessalonicam super duo millia baptizavit: * sacramenta tanta erogavit in populo, quæ possint ipsis ad tempora sufficere, significans plebi, quia fides recta mutatur. Ista quomodo non habuerant excitare populum? Ista quem non invitabant ad seditionem? Post hoc ipsum libellum quem fecerat cum episcopis ante populum scidit, dicens: E Ego istud usque ad mortem meam nunquam facio, nec facientibus consentio. Occiderunt & hominem * venerabilem catholicum, qui nos venientes susceperat in domo sua, qui semper separatus fuit a communione Dorothei propter synodum Chalcedonensem: in quo talem mortem exercuerunt, qualem illi qui sanctum Proterium occiderunt. Ista ad clementissimum impe-

* frumenta manu benedicta, ut in seq. indicatur parvulis.

* Ioannem

imperatorem pervenerunt, & prope in tota civitate catholicus luctus est propter talia quæ contigerunt scelera. Promittit sancta clementia vindicare & citare Dorotheum, quia nos contestati sumus pietatem ejus, dicentes: Nulla ratione Dorotheum inter episcopos aut in communione sedis apostolicæ potest beatissimus papa recipere, & contra qui voluerint eum in sua communione recipere, scire se esse reos auctoritate ecclesiastica. Ista ad notitiam beatitudinis vestræ festinavimus referre, ut nihil vos lateat, quod in istis partibus agitur. Accepta IV. Kalendas Decembris, Eutharico consule.

Anno domini 519.

LXIII. AD LEGATOS.

Dolet Joannem occisum: & Dorotheo ab episcopatu remoto, alium Aristide excepto, in ejus locum substitui præcipit. Thomam & Nicostratum suis ecclesiis restituendos. Monachos Scythas Romæ usque ad legatorum adventum detineri.

Hormisda Germano & Joanni episcopis & Blando presbytero.

GRaviter nos Joannis catholici afflixit interitus, quem hæretici Dorothei vesania perhibetis extinctum. Nam eumdem Dorotheum Constantinopolim jussu principis didicimus evocatum. Adversus quem domino & filio nostro clementissimo principi debetis insistere, ne in eamdem civitatem denuo revertatur: sed episcopatus, quem nunquam bene gessit, honore deposito, ab eodem loco ac ecclesia longius relegetur, vel certe huc ad urbem sub prosecutione congrua dirigatur. Ad hanc etiam partem evigilare debetis, ne in locum ejus Aristides totius mali incentor & conscius quibuslibet subreptionibus ordinetur: nam nulli prodest mutari personam, si ejusdem forma nequitiæ perseveret: sed talem virum debetis eligere, ut de judicio vestro cuncta catholicorum congregatio gratuletur. Iis igitur observatis, pro Thomæ & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum personis intentio dilectionis vestræ vehementer debet incumbere. Nam quid prodest ecclesiam redintegrasse, si ab ejus corpore sacerdotes videamus extraneos, quos in nostram communionem vos caute aut rationabiliter non ignoratis esse suscepios? Unde non leviter nos res ista contristat, si ab his qui sedis apostolicæ prædicationem sequuntur, negligatur qui in ejus fide & consensu recepti sunt. Idcirco, sicut hortati sumus, pro eorum communione, atque loco, serenissimo principi vehementer insistere: nam in eadem causa domino & filio nostro clementissimo principi & viro illustri Justiniano filio nostro scripta direximus, hortantes eum, ut cum vestra, quantum ad ecclesiarum suarum receptionem pertinet, debeant caritate tractare. De eo vos articulo nostræ admonitionis suspicamur non immemores. Diximus enim quemadmodum exclusis occupatoribus, hi, de quibus loquimur, ad proprias revertantur ecclesias, ut illi alibi (si tamen rectæ sunt fidei) ordinentur. De personis Scytharum monachorum Justinianus vir illustris nobis scripsit, quarum exemplaria literarum fraternitati vestræ direximus, qui cum nollent sustinere vestræ dilectionis adveptum, & observationum moras se dicerent ferre non posse, tentaverunt clam de urbe discedere; quos tum nos faciemus solicitius custodiri, ea quæ de vobis contraria dixerunt volentes agnoscere, ut cum reversi, Deo propitio, fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur. Data III. Nonas Decembris, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

LXIV. AD JOANNEM MELICITANUM EPISCOPUM.

Constantinopolitanam ecclesiam ad sedis apostolicæ communionem redisse.

Hormisda Joanni episcopo Melicitano.

VOta nostra caritatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit solicitudinis, gaudiorum fructu reddatur extorris. Et ideo Constantinopolitanam ecclesiam ad communionem nostram redisse, domino propitiante, tradentibus significamus alloquis, & mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, in omnibus seriem fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfectum gaudium perveniret, libelli Joannis fratris & contacerdotis nostri episcopi Constantinopolitani, & Justini clementissimi principis orientis sacratum literarum exemplaria pariter credidimus destinanda; indicantes nihilo minus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis competentibus precibus divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero quæ significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut & ipsi de effectu tantæ rei gratias nobiscum cælestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

LXI. AD EPISCOPOS HISPANIÆ.

Gratulatur de pace orientalis ecclesiæ.

Fratribus dilectissimis universis episcopis per Bæticam provinciam constitutis Hormisda episcopus.

QUid tam dulce solicito, quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter sacerdotes pacem, quam eos necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent? Plena, fateor, gratulatione suscepi, quod vobiscum mihi caritate (quæ inter vos est) ecclesiarum & pace literis indicastis. Sponte mihi, quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. *Confirmet hoc Deus, quod operatus est in nobis.* & quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse qui præcepit, pro ea qua nos redemit pietate faciet. Et his tam bonis nuntiis nos quoque religiosorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid cum orientalibus,

1 Forte, *Malacitano*, in Hispania. Nam & sequens epistola est ad Hispanos Episcopos. *Mordantius.*

libus, quos ad ecclesiæ corpus unitatemque revocatos dudum Dei nostri ope literis significavimus destinatis, denuo, cum aptum fuerit, repetitis vobiscum participabimus indiciis. Mox * post nostrorum reditum ab orientalibus missa legatio est. Certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his quæ fuerant dicenda compendium, ipsi potius, ad instruendam notitiam vestram, quam a nobis sunt responsa dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficit veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expedire; * ut æstimatis omnibus responsum rationi congruum redderetur. Sed quia privilegiorum veterum & statutorum paternorum indidistis iisdem literis mentionem, ad Sallustium fratrem & coepiscopum nostrum sub hac parte rescripsimus, vobis quoque strictim quæ dicta sunt illis latius indicantes, ne privilegia * nobis indulta convellerent, & nihil tam conveniens fidei judicare, quam ut in honore suo a patribus decreta serventur. Deus autem vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

* pro nostro arbitrio

* Alias hic habetur Pseudo-Marcellinus

* a nobis

Anno domini 519

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI.

Paulum Antiochiæ episcopum ordinatum. Scythas monachos tumultus excitasse, dicentes unum de Trinitate fuisse crucifixum.

VErum est nulla esse gaudia magnopere spiritualia, a quibus ex toto tribulatio possit esse separata. Gaudemus de unitate Constantinopolitanæ ecclesiæ, quæ facta est cum sede apostolica: lætamur quotidie diversorum episcoporum libellos nobis satisfactionis offerri. Modicum in Ephesina civitate contigit scandalum, ubi contempta est & injuriata synodus Chalcedonensis. Est invocatus clementissimus imperator hoc corrigere, quod & sperat cum Dei adjutorio fieri. Nunc, etsi post labores, etsi post intentiones plures, Antiochena ecclesia ordinata est; electus est quidam Paulus nomine presbyter Constantinopolitanæ ecclesiæ, quem huic honori aptissimum imperatoris testimonio comprobatum voluerunt & tentaverunt hic ordinare. Ego jussionis vestræ non immemor contradixi, dicens: Jussit dominus noster beatissimus papa, secundum antiquam consuetudinem, ibi eum episcopum ordinari. Hoc obtinuit quod præcepistis. Orate ut Deus precibus apostoli Petri & ipsam civitatem cum pace faciat electum suscipere sacerdotem. Et quia illa aguntur, & in his quotidie proficit ecclesia, insidiator antiquus suscitavit monachos de Scythia, qui de domo magistri militum Vitaliani sunt, omnium Christianorum votis adversarii, quorum inquietudo non parvas motas generavit unitati ecclesiarum, & magnopere de prædictæ ecclesiæ Antiochenæ ordinatione. Isti monachi, inter quos est Leontius, qui se dicit esse parentem magistri militum, Romam festinant, speranies aliqua capitula a beatitudine vestra confirmari. Est in ipsis inter cetera ubi volunt dicere, unum de Trinitate crucifixum: quod est nec in sanctis synodis dictum, nec in epistolis sancti papæ Leonis, nec in consuetudine ecclesiastica. Quod si permittuntur fieri, mihi videtur dissensiones & scandala non mediocria nasci inter ecclesias. Istud Anastasius imperator magnopere catholicis imponere festinavit: istud & Eutychetis discipuli in synodo Chalcedonensi proposuerunt. Quia quotiescumque patres de Dei Filio domino nostro Jesu Christo disputaverunt, Filium Dei Verbum, consubstantialem Patris, homousion patri dixerunt. Iste autem sermo ideo nunquam est in synodis a patribus introductus, quia procul dubio catholicæ fidei minime poterat convenire. Cujus sermonis si subtiliter attendatur intentio, ad quantas hæreses pateat, & quæ mala per eum possint disputationibus ecclesiasticis introduci, quoniam longum est per præsentes insinuare, prætermitimus. Unde sanum mihi videtur & utile, & ad pacem ecclesiarum conveniens, nihil aliud responsum dari, nisi Sufficit sanctum Chalcedonense concilium, in quo & aliæ synodi continentur: sufficiunt epistolæ papæ Leonis, quas synodus confirmavit: novitatem in ecclesia introducere nec volumus, nec debemus. Est in propositione eorum callida & hæc dicere. Nos synodum Chalcedonensem suscepimus: hoc speramus, ut jubeatis nobis eam exponere, quia non sufficit sic quomodo est exposita contra hæresim Nestorianam: non quasi non intelligentes nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut disputetur de synodo Chalcedonensi. Quod si factum fuerit, dubia & infirma ostenditur, & hæreticorum omnium patuit errori. Inter alia si post synodum Chalcedonensem, si post epistolas papæ Leonis, si post libellos quos dederunt & dant episcopi, & per ipsos satisfecerunt sedi apostolicæ, iterum aliquid novum addatur, sic mihi videtur, quia quidquid factum est destruitur. Data III. Kalendas Junias, Constantinopoli.

Novitas non introducenda in ecclesia

SUGGESTIO GERMANI ET JOANNIS

Episcoporum, Felicis, & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

Eadem quæ in superiori.

CUm Dei misericordia, quo ordine & qua cautela communicavimus in ecclesia Constantinopolitana, jam aliis literis per servum vestrum Pollionem directis vestra beatitudo cognovit. Et similiter in aliis literis non semel sed secundo, qualia æmuli homines religionis tentant, significare curavimus: ut nihil fit actum, aut cogitatum faciendum, quod lateat beatitudinem vestram. Stat nobiscum cum Dei adjutorio quidquid in Constantinopolitana ecclesia est ordinatum. Non titubant gaudia spiritualia, quæ celebrarunt & celebrant catholici. Causa Antiochenæ ecclesiæ ordinationis non solum nobis labores fecit, sed grandes tribulationes: quia homines festinantes impedimentum facere generali unitati, diversis modis diversa impedimenta fecerunt. Nostra erat propositio de his qui se suspenderant de anathemate in prædicta ecclesia ordinare sacerdotem. Non proposuerunt ante oculos suos futurum judicium palam dicentes. Omnes qui sedi apostolicæ communicabant Nestoriani sunt: & magis illis non debere credere, qui modo videntur

dentur ad communionem sedis apostolicæ revocari. Post multas afflictiones, & pene in tres menses a patribus protracta certamina, piissimus imperator sua auctoritate Paulum nomine presbyterum de ecclesia Constantinopolitana elegit episcopum fieri in ecclesia Antiochena, dicens inter alia & hoc testimonium de ipso, quia duobus annis in Antiochia positus non mediocriter resistebat Severo hæretico: similia & omnes catholici consonabant. Et omnia ista de persona prædicti imperator se promisit ad vestram beatitudinem relaturum. Harum tamen tribulationum provisores & socii & unitati ecclesiarum impedimento monachi de Scythia fuerunt, qui postea * hic defecerunt, assignati ab omnibus nihil pacificum cogitare, ad beatitudinem vestram cucurrerunt, sperantes surrepere, & per literas vestræ sedis suas intentiones confirmare. Isti de sua provincia episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanæ civitatis antistes. Petitiones obtulerunt, & coadi piissimi principis & domini Vitaliani magistri militum justione, frequenter ad audientiam causæ convenimus, non quasi volentes nos in his negotiis occupare: quia nobis sunt ante oculos beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis, ut causæ tantum cui veneramus intenti, nullis aliis negotiis miscereamur: sed sperantes posse intentione eorum pacari, ad hoc detendimus. Et quia nobis diu laborantibus, & illis nullam suscipientibus rationem, nihil proficiebat in eo quo tenebamus, clementissimus imperator in conventu publico, ubi & nos interfuimus, Paternum prædictum episcopum, & magnificum virum Vitalianum reduxit ad pratiam: accusatores quoque ejus suo præcepit episcopo supplicare. Monachi vero cum similiter ad concordiam quærerentur, fuga lapsi maluerunt de civitate discedere, quam ad concordiam pervenire. Prædicti monachi ad Italiam venientes, aliquanta capitula proponere habent, inter quæ & unum de Trinitate crucifixum continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate beatitudinis vestræ, sicut & in aliis literis significavimus, & modo hoc dicimus, ut nulla novitas a sede apostolica scribatur: quia & nos ante imperatorem, & ante senatum hæc indicavimus, dicentes: Extra synodos quatuor, extra epistolas papæ Leonis, nec dicimus nec admittimus quidquid non continetur in prædictis synodis, aut quod non est scriptum a papa Leone non suscipimus: quia si voluerit dominus noster qualemvis novitatem scribere, pejus erit istud * initium, quam illud quod factum est per Eutychetem. Sufficere debet ecclesiæ quod per sexaginta annos ab Eutyche usque modo tastinuit. Nobis quod visum est scripsimus: in vestra potestate est deliberare quod vobis Deus imperaverit: quoniam hæc illi nituntur afferere, eo modo sibi satisfacere cupientes, ita ut profiteamur & dicamus unum de Trinitate passum esse; quod nec patres nec synodi dixerunt. Ista ideo per singula exposuimus, ne illorum subtilitas glorietur in nostra simplicitate propter istas novas suas intentiones. Vitaliano magnifico viro subrepserunt, ut & talia vindicare pro talibus rebus, & contra nos quancumque potuit impedimenta afferret; cujus immutationem omnis nobilitas deflet ecclesia. Quapropter rogamus, ut contueas cautela, & qua solet dominus noster vigilantia cogitetis, & quomodo suspendendi sunt, qui a nobis taliter recesserunt, & a nostra communione fuerunt sejuncti; & quid eis respondeatur, vel quomodo eorum capitula repellantur; quia eos omnes Constantinopolitana catholica exhorret ecclesia. Data III. Kalendas Julias Constantinopoli.

hinc dissentiunt,

* visum,

SUGGESTIO LEGATORUM

AD HORMISDAM PAPAM.

Reliquias S. Laurentii, & sanctuaria apostolorum Justiniano concedi petunt, qui illa in basilica apostolorum collocare cupiebat.

Filius vester magnificus vir Justinianus, res convenientes fidei suæ faciens, basilicam sanctorum apostolorum, in qua desiderat & beati Laurentii martyris reliquias esse constituit, sperat per parvitatem nostram, ut prædictorum sanctorum reliquias celeriter concedatis. Habuit quidem petitio prædicti viri secundum morem Græcorum, & nos contra consuetudinem sedis apostolicæ expetiimus. Accepit rationem. Et quia talis est fervor fidei ejus, qui meretur quidquid de apostolica sede depoposcerit, & talis est, qui sperat unde & salus animæ & fidei effectus accrescat; talibus desideriis postulata competit non negare. Unde si & beatitudini vestræ videretur, sanctuaria beatorum apostolorum Petri & Pauli, secundum morem, ei largiri præcipite, & si fieri potest, ad secundum cataractam ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare. Petri & de catenis sanctorum apostolorum, si possibile est; & de craticula beati Laurentii martyris. Ista sunt desideria prædicti viri, in hoc fides ipsius est incitata. Propter hoc in urbem vestram virum spectabilem Lulopium magistrianum direxit, hoc illi satisfacere judicans, si de ipso fonte, de quo per omnem terram sanctuaria apostolorum sunt data, inde & ipse reliquias suscipere mereatur. Et bene facitis etiam ecclesiasticam magnopere in contestatione Dei tali homini commendare, cujus sinceritas & integritas circa religionem catholicam nota est omnibus hominibus. Hic voluerunt capsellas argenteas facere, & dirigere; sed postea cogitaverunt, ut & hoc quoque a vestra sede pro benedictione suscipiat. Singulas tamen capsellas per singulorum apostolorum reliquias fieri debere suggerimus. Data III. Kalendas Julias, Constantinopoli.

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

AD HORMISDAM.

Dissensiones a monachis Scythis excitatas ab eo compescendas. Apostolorum reliquias se cupere.

Domino sancto meritis beatissimo & apostolico domino patri papæ Hormisdæ Justinianus vir clarissimus.

Propitia divinitate, quæ semper ecclesiam catholicam per incrementa fidei instituit, unitas sanctarum ecclesiarum per doctrinam & auctoritatem apostolatus vestri provenit. Sed quo-

quoniam comperimus quosdam nomine monachos, quibus magis discordia in studio est, quam caritas & pax Dei, cupientes quædam perturbare, ad angelum vestrum hinc discedentes iter arripuisse: quos beatitudo vestra, præsentibus scriptis cautam livoris eorum cognoscens, ita ut merentur suscipere & a te longe pellere dignetur: quoniam vaniloquia ipsorum festinantium novitates introducere in ecclesia, quod neque quatuor synodi venerabiles, neque sancti Leonis papæ epistolæ continere noscuntur, in omni loco turbas excitare videntur. Quamobrem etiam & a viris reverendissimis episcopis & diaconibus directis ab apostolatu vestro ad nos angelus vester destinare dignetur, & ipsos digna correctione percussos, ut superius dictum est, pellere jubeat. Ergo hæc petimus ut (sicut supradictum est) ipsas hujusmodi literas per eumdem portitorem ad nos dirigere magnopere festinet. Sunt autem nomina eorum, Achilles, Joannes, Leontius, & * Mauritius. Hæc nostra est maxima solicitudinis causa, ne unitas, quam vester labor oratioque perfecit, per inquietos homines dissipetur, sperantes in domino Deo, quia si quid est quod adhuc a totius orbis pace dissentiat, hoc quoque orationibus vestris apostolicæ sedis communioni societur. Præsumentes autem de beatitudinis vestræ benevolentia, paternam dilectionem nimium petimus, quatenus reliquias sanctorum apostolorum tam nos, quam basilicam eorum hic in domo nostra sub nomine prædictorum venerabilium constructam illustrare & illuminare large dignemini; cognoscentes quod nullum nobis majus beneficium nec munus præstare potestis, domine beatissime pater, quam si hanc nostram petitionem adimplevertis. Subito autem iter arripiente prædicto agente in rebus, etiam duo pallia serica ad ornamentum altaris sanctorum apostolorum direximus, quæ suscipientes, efficacissimis precibus vestris, nostri jubete jugiter facere memoriam.

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

PER FRATREM PROEMPTORIS

ad Hormisdam Papam.

Petit ut expedito monachorum negotio Joannem & Leontium ad se remittat.

QUidquid est cautius, quidquid firmius, ut pro sancta fide & concordia sacrarum ecclesiarum geratur, optamus. Unde ad beatitudinem vestram & frater noster gloriosissimus Vitalianus per Paulinum virum sublimem defensorem vestræ ecclesiæ rescripsit, & nos per eumdem significare curavimus illa debere beatitudinem vestram perficere, quæ pacem & concordiam sanctis concedant ecclesiis. Subinde tamen, qui certius responsum ad sanctitatem vestram referat, cum literis piissimi nostri imperatoris destinavimus. Nam quanta quæstio in partibus nostris orta est, potest etiam antelatus vir religiosus defensor sanctitatem vestram instruere. Unde petimus, ut si est possibile, celerrimo dato responso, & satisfactis religiosis monachis, Joannem & Leontium ad nos remittatis: nisi enim precibus & diligentia vestra ista quæstio soluta fuerit, veremur ne non possit ecclesiarum sanctarum pax provenire. Ergo cognoscentes quia & merces & periculum hujus rei vobis servatur, diligenter tractate, & firmissimum responsum per antelatos religiosos monachos, si est possibile, antequam legatus noster ad beatitudinem vestram perveniat, nobis remittite: in hoc enim solo omnis pendet intentio.

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

AD HORMISDAM.

An dicendum sit unum de Trinitate fuisse crucifixum.

UT plenissima fidei perfectio doctrina beatitudinis vestræ nobis proveniat, iterum Eulogium virum strenuum agentem in rebus juxta alias cautas, etiam hanc propter direximus, per quem valde petimus, ut per omnia responso apostolatus vestri circumspecto & cautissimo in confessione catholicæ fidei confirmetur. Post semel enim divina misericordia donatam ecclesiæ catholicæ unitatem, quidam asserunt, Christum Filium Dei dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum unum de Trinitate debere prædicari: quod si suscipiendum sit, paterna provisione reverentia vestra cautissimo suo rescripto, quid sequi, quidve super hoc evitare debeamus, nos certiorare dignetur: quoniam verba videntur facere dissensionem: nam sensus inter catholicos omnes unus esse probatur. Impenite igitur vobis semel susceptum laborem, sancte ac venerabilis pater, etiam in hoc prædecessores vestros sequentes, quorum memoriam amplectimini, & consortio pontificatus ornatis, & de hac intentione liberes nos properate reddere & securos. Hoc enim credimus esse catholicum, quod vestro religioso responso nobis fuerit intimatum. Quia vero dictum est Scythicos monachos hac ratione ad sedem vestram accessisse pro traditione patrum, & ordine regularum, præbito eis responso, nihil formidante, ad nos cum vestris literis jubete remittere. Quarum etiam exemplaria consignata prædicto viro strenuo Eulogio dari præcipite. Hæc enim omnia ideo petimus vos disponere cautius, ut ne locus mendacio vel insidiis detur: quoniam summo cum desiderio fidem catholicam amplectentes, vestra doctrina unitatem universo orbi petimus condonare.

LXVI. AD JUSTINIANUM.

Monachos Scythas ante legatorum adventum Roma non discessuros. Apostolorum sanctuaria transmittit.

Hormisda Justiniano viro illustri.

ITa magnificentiæ vestræ animum vigere novimus religionis affectu, ut beneficium a vobis in perfectione pacis ecclesiæ velitis magis exigi, quam rogari, judicantes meritis excellentiæ vestræ proficere, quod vos generalitatis desiderio contingit offerre. Unde & nos a vobis præsumpte quærimus tanquam debitum, quod meritis vestris novimus esse profuturum: & ideo, domine fili, sub omni caritate salutantes, speramus ut immineatis operi quod domino

mino adjuvante fundastis; memores divini testimonii. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Praeterea monachos, quos venisse Romam significastis, literis vestris ad propria mox voluimus reverti. Sed quia sub testificatione potentiae divinae dicebant, per insidias in itinere paratas vitae sustinere se posse discrimen, volentes redire Constantinopolim, passi non sumus violenter expelli. Quapropter necesse habuimus venientibus legatis nostris inquirere, qua revera faciente causa inter eos fuerit commota discordia. Beatissimorum vero apostolorum Petri & Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quasi filio affectu, per harum portitorem sub omni veneratione transmisimus; optantes orationibus eorum, ut mentis vestrae oblatio & desideria gratiae sint divinitatis accepta. Petimus itaque, ut tam de his quae geruntur pro concordia, quam etiam de incolumitatis vestrae bono nuncietis solicitudini nostrae gaudium, cuncrente pagina literarum. Data IV. Nonas Septembris, Eutharico viro clarissimo consule.

Matth. 10.

Anno domini

LXVII. AD EUMDEM.

Scythas monachos ante legatorum adventum Roma non discessuros.

Hormisda Justiniano illustri.

EUlogio viro clarissimo filio nostro de ereente, literas celsitudinis vestrae suscepimus, eoque remeante, debitum persolventes salutationis officium, significamus Scythas monachos allegasse plurima, quae nos relinquere indiscussa non possumus: sed legatorum nostrorum Deo juvante festinemus adventum: pro qua re eos in Urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem vestram tamen retinere consilimus, quod de ipsis nobis praeterito tempore literis destinatis scripserant. In quorum allegationibus cum legatis remeantibus competenter fuerimus instructi, si quid reprehensione dignum cognitio nostra reperiet, necesse est ut circa eos teneamus ecclesiasticam disciplinam. Vestrorum praeterea quos diaconi habere perhibetur officium, cujus fidem hi ipsi monachi vehementer accusant, vel alios qui perversis fortitan obiciunt quaestiones, ordinatione domini filii nostri clementissimi imperatoris ad urbem vobis suggerentibus discantur, ut universas allegationes de quibus contendunt nos possimus agnoscere.

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI

AD HORMISDAM PAPAM.

Ab haereticorum consortio se excusat. Diaconum catholicum hiemem [illegible] Scythis monachis [illegible] adhaerente [illegible] fidem exponit, quam [illegible] admittit.

PEr Eulogium (a) virum sublimem literas beatitudinis vestrae accepimus, in quibus [illegible] intentionem monachorum Scythorum, & quomodo eisdem [illegible] aspectatur vestro episcopo Constantinopolitano causam de

legare, ut ipse inter eos, & qui ab eis impetuntur audiret: mihi quidem non ambiguerat, quia ubi conscientia cum Dei adjutorio nulla formidine terretur, a nullo debet discutiari; imo magis festinare, ut per examen quod verum est omnibus manifestetur. Sed quia [illegible] hi ab illis confessionem datam, ut non mihi haereticis jungerentur. Quos dicunt haereticos ego ignoro, nisi illos forte qui synodum Chalcedonensem suscipiunt, quam ego catholicos dico. Victor diaconus dicitur quidam cum illo, antequam nos Constantinopolim ingrederemur, habuerunt * intentionem de [illegible] de Trinitate [illegible], & de Christo [illegible], & de aliis capitulis (b) nobis hic positis [illegible] tulerunt contra ipsum libellum tam nobis, quam episcopo Constantinopolitano. Cum venimus in domum episcopi, ut inter eos [illegible] nem, quae versabatur, [illegible] Praedictus episcopus synodum Chalcedonensem protulit: legit ante omnes omnia quae [illegible] eodem concilio constituta, dicens: Praeter [illegible] nihil mihi aliud dicatur. Qui sequitur [illegible] esse. Victor respondit: Subscripto similiter & epistolas papae Leonis, & sancti Cyrilli epistolas synodales, quae facta in Chalcedonensi concilio allegatae. Et [illegible] scribo, & sacramentis confirmo illa me [illegible] pere, & praeter illa nihil aliud praedicare. Si inventus fuero aliquando extra illa aliud praedicans, nullam veniam [illegible] diam. Scythae e contra [illegible] dicere: Addatur & unus de Trinitate. Nos e contra diximus: Quod non est in quatuor concilis definitum, nec in epistolis beatae [illegible] Leonis, nos nec dicere possumus nec audire. Displicuit hoc dictum. Victor autem [illegible] sincero animo haec diceret an dolose, [illegible] poterit nisi qui corda cognoscit. Verba [illegible] audivimus, Dei est animarum [illegible] Post finem nobis magnificus [illegible] Vitalis [illegible] medium inter [illegible] & [illegible] Constantinopolitanum [illegible] Victorem [illegible] cum eos, quos [illegible] nec recipiamus. Perfecta [illegible] Victor [illegible] est causa dicta. Hic tamen Scythae [illegible] beatitudo vestra) [illegible] qui accipiunt synodum Chalcedonensem Nestorianos [illegible] contra [illegible] Non fuerunt [illegible] contra [illegible] dicere [illegible] potuerunt [illegible] intentiones [illegible] & [illegible] rhetica [illegible], cum Dei [illegible] testarium est [illegible] causa [illegible] dia Dei [illegible] ad [illegible] patrum [illegible] quod [illegible] servare [illegible] Dei [illegible] Magis [illegible] alio loco [illegible] subsistere [illegible] de una [illegible] plures Deos [illegible] sancta [illegible] Ma-

(a) V. C. Ita legit Collectio Arelatensis MS.

(b) [illegible]

Mariæ habitavit: ipsa naturam humanam susceptit sine peccato; ipse Filius Dei homo factus natus est de virgine Maria; propter quod eam Dei genitricem dicimus & credimus quia unitas divinitatis, & humanitatis, quæ fieri cœpta est ex quo Mariæ angelus Gabriel annunciavit dicens: *Ave Maria gratia plena, Spiritus sanctus superveniet in te*, &c. non tantum in utero non est divisa, sed nec in partu, nec in nutrimentis, nec in passione, nec in sepulcro, nec in resurrectione, nec in cœlo separata est: quia unus est Filius Dei dominus noster Jesus Christus, non in personis divisus, non in naturis separatus, neque in potentia diversus. Idem est namque & sustinens passionem, quia omnes homines, aut dividens quemadmodum Nestorius, aut negans quomodo Eutyches, aut minus incarnationem credens quomodo Apollinaris, aut phantasiam introducens quomodo Manes, a fide catholica sunt incisi: homines operarii iniquitatis, & hostes doctrinæ apostolorum. Ista didici, ista audivi a majoribus nostris: & si forte extra ista quid debeamus sequi ignoro, exponente beatitudine vestra necesse est me sequi. Maxentius tamen, qui sub abbatis vocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur, aut cum quibus monachis vixit, aut in quo monasterio, aut sub quo abbate monachus factus est; dicere non potest. Similiter & si de Achille dicere voluero, rem facio supervacuam: cui sufficit semper latere propter conscientiam suam ab omnibus catholicis damnatam. Data Idibus Octobris Eutharico consule. * Accepta XV. Kalendas Decembris Rustico viro clarissimo consule. *

Leo. 1.

Anno dominicæ 519.

* Anno domini 519.

EPISTOLA JUSTINI AD HORMISDAM.

Preces de fide quæstiones continentes sibi oblatas: eas Dioscorum non probasse. Se aliquem ad pontificem destinaturum ut quæstiones terminet.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ.

Quanto flagramus studio pro colligendis concordia sacratissimis ecclesiis, jamdudum nos palam fecisse dignoscitur: qui & iucunte nostro imperio sanctitudinem vestram admonendam duximus, quo certos dirigeret, ut interventu eorum remedium aliquod his rebus inveniri possit. Et antequam advenerint qui destinati sunt, cuncta præparavimus, quo facilius transigerentur quæ per hanc florentissimam urbem disponenda fuerant. Verum quoniam preces nostro numini porrectæ sunt ex diversis Eois provinciis, certa quædam ferentibus pro fide catholica, secretaque suæ mentis declarantibus, quæ apud se pro individua Trinitate constituta testantur, quæque firmiter sese recepturos * ostenditur: hisque relectis, Dioscorus aliqua asseruit non convenienti ordine interta fuisse: merito duximus aperienda vobis ea quæ sumus edocti. Non multo itaque post a nobis quidam destinabitur ad certiorem faciendam beatitudinem tuam super omnibus, & insinuandas vobis supplicationes quæ nobis oblatæ sunt, & responsum pietatis vestræ referendum, quo possint resecari tandem dubitationes incongruæ. Securi igitur de nostro consilio, solicitis orationibus placare nobis divinitatem summam dignemini. Data XIV. Kalendas Februarii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico consulibus.

* ostendum

Anno dominicæ 520.

RELATIO JOANNIS EPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI.

Instantem dominicæ passionis diem recte celebrari XIII. Kalendas Maias.

Domino per omnia amabili Deo, sanctissimoque fratri comministratori Hormisdæ, in domino salutem.

Quemadmodum puro corde & caritate spirituali apud nosmetipsos habemus te, frater carissime, & quemadmodum te per omnia ducimus venerandum, ex operibus his satisfactum esse vestræ reverentiæ judicamus dominicæ obsequentes voci manifeste clamanti: *Quæ vultis ut faciant vobis homines: sic & vos facite eis*: & apostolicam doctrinam amplectentes docentem: *Vos invicem honor prævenientes*. Hæc operibus ostendere festinamus, vinculum insolubile spirituali caritate * ad unitionem sanctarum ecclesiarum continentes, quo nec contrariorum spirituum ictibus, nec fluctuationibus malorum principis, vel veritatis inimici tibubare possimus, auxiliante nobis sancta & consubstantiali Trinitate, intercessione gloriosæ & veræ Dei genitricis Mariæ: per quæ præcipue nobis, domine atque sanctissime, immobilem permanere oramus nostrarum vestrarumque sanctarum ecclesiarum statum, nihilo minus & inseparabilem custodire fidei unitionem: potens est enim Deus victoriæ palmam sperantibus in eum sine certamine condonare. Instantis autem dominicæ passionis numerum, qui vestris continetur literis, ex repositis apud nos diei paschalis annalibus recte habere significamus, (& ante quidem scientes) & nunc scrupulosius requirentes, sine dubitatione mundi festivitatem incolumes nos celebrare XIII. Kalendarum Majarum die optamus: qui est proprie nonus decimus dies futuri mensis Aprilis. Orate igitur, & circa nostram memoriam nullam oblivionem vester animus, sanctissime, habere dignetur. Omnem quæ cum vestra est sanctitate in Christo fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus. *Alia manu*: Incolumis in domino ora pro nobis, amabilis Dei & sanctissime frater. Data Constantinopoli, XIV. Kalendas Februarii, Vitaliano & Rustico VV. CC. consulibus.

Matth. 7.

Rom. 12.

* adunatione.

Anno dominicæ 520.

SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI,

FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM,

& Blandi presbyteri.

Dorotheum Heracleam fuisse perductum: nec imperatorem permisisse ut Romam ducereturr: inde autem a quibus fuerit dimissus ignorari. De paschali die orientalem ecclesiam cum Romana convenisse.

Reverenda vestri apostolatus alloquia per filios vestros Leonem atque Eulogium desiderabili hilaritate suscepimus; quorum prius præceptum, cur quæ Thessalonicæ contigerunt non intimavimus, arguebat. Sed longe ante

ejus

eius adventum, occasione comparata, curavimus significare quæcumque vel rumore venientium, vel eorum qui pertulerant scriptis, quorum exempla subter adjunximus, vel pariter principis narratione comperimus. Secuta est vindictæ promissio: adeo ut Dorotheus Thessalonicensis episcopus ad Heracleam deduceretur civitatem, donec causa terminum reperiret. Inter hæc, secundum ea quæ præcepistis, auctoritatem apostolatus vestri principi insinuare curavimus, ut ad percipiendam doctrinam catholicæ puritatis Romam præfatus Dorotheus una cum Aristide mitteretur. Qui respondit causam non esse, pro qua Romani delegarentur audiendi, ubi sine accusatorum controversia se possent liberius excusare. Sed repente, dum hæc geruntur, ab Heracliensi, quantum agnovimus, in qua tenebatur, dimissus est civitate: quam ob causam, vel qua ratione, aut conditione, vel quibus agentibus ignoramus. De paschali die vestra beatitudo cognoscat, concordate orientalium cum apostolica sede sententiam, ut XIII. Kalendarum Martarum die festivitas celebranda speretur, sicut Joannis quoque Constantinopolitani antistitis relatione clarebit. Superest ut orationis beatitudinis vestræ adminiculo celeriter, sicut cupimus, vestris increamur præsentari vestigis.

INDICULUS QUI DIRECTUS EST

A JOANNE EPISCOPO,

vel ab Epiphanio presbytero de Thessalonica.

Thessalonicensium crimina narrantur.

SI pro peccatis nostris illi qui hinc adducti sunt episcopi Constantinopolim fuerint ingressi: non dicamus quod imperatorem viluri sunt modis omnibus, sed quod & suis locis restituentur. Tantas enim pecunias secum detulerunt: ut non homines, sed possint angelos excæcare. Si ergo (quod absit) ingressi fuerint; tanta facta per nostram absentiam diduri sunt, quanta potest diabolus invenire. Nam si hic in conspectu nostro plura tentaverunt, & domino nobiscum stante confusi sunt; quanta facient per absentiam nostri? Ut ergo eorum possit dissipari malignitas, jubete nobis præsentibus fieri audientiam pro peccatis ventum fuerit, ut constet apud homines nos immerito mortuos esse, & illos patrocinio pecuniæ laborare. Nos enim eos in omnibus in conspectu senatus convincere possumus, quod hæretici perfecti sunt: tunc demum eorum potest monstrari fallacia. Item dicendum: Si hæretici non sunt, quomodo ante duas hebdomadas quam nos venissemus, statuerunt omnes in unum episcopi, ne ullas laxaretur veritatem tenere: Sed hinc omnes, ut & antistitudo esset furiæ seditioni congregata, & doceri possit secundum omnes conscriptum. Quapropter quam fecerunt non veritatis publicaverunt, sed timendum esse cum parvulis, ne perdentur in venente pagani morientur infantes: & tunc velut ad alterum paschalem baptizaverunt, ut consuetam festivitatem superarent. Item dicendum: Si hæretici non sunt, quomodo tanta sacramenta conceserunt, ut canistra plena omnibus erogarent, ne imminente (sicut dicebant) persecutione communicare non possent? Item si hæretici non sunt, possint iterare accusari sunt gesta a Candido viro subtim. vicario magistri militum prætorianorum in judicio præfectorum? Et si maturum periculum cognoscent adulatorum, quare denuo tam pium damnandi, venunt subvenire iterum parvulis cupientes, tanta furium & contatati exercuerunt baptismata, ut vere cunctos se hæreticos ostenderent. ad quam rem tanta & magnifica potestas præfectorum gravissime indignata est. Item si hæretici non sunt, quomodo cum in basilicis abscondit estimus, consilium inter se habitum per noctem, velut de periculo liberare nos volentes, in navi mittere voluerunt, ut hac occasione mari præcipites daremur. Cumque nos responsissemus per Demetrium & Andream diaconos: Omnes nos apud vos esse cognoscunt, quomodo per noctem navigare possumus; sed si vos vere pro nostra salute consulitis, crastina die secrete quinque vel sex senatores, qui periculum subitanæ vel salutis suæ inerunt, una cum magistro militum & vicario Candido Comite jubete advocare. Cognoscant & ipsi ubi transferimur, & facimus quod jubent: sin autem soli secretum, hoc non facimus. Tunc illi non invenientes effectum, ad horam tacuerunt, & alia die iterum seditionem populi commoverunt, unde vix, Deo volente, evasimus.

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI

AD HORMISDAM PAPAM

Epiphanium in locum Joannis Constantinopolitani substitutum.

ERat optabile, & voto nostro conveniens, consonantia præteritis annunciare, scilicet pontificem Constantinopolitanæ ecclesiæ Joannem esse superstitem, & confessionem libello editam, cujus merita non est dubium Deo placere, qui inter catholicos & communicantes sedis apostolicæ meruit ad aliam ex hac sede recedere. In cujus locum Epiphanius quidam presbyter quondam syncellus ejus successit, cujus initia bona videntur: nam rationabilia loquitur, & promittit pacem se regnum servaturum, pacem unitatemque ordinatam non dissipare, sed magis augere. Ista sunt quæ promittit. Quid tamen opere possit impleri, adhuc ignoramus. Has siquidem literas, quarta post ordinationem eiusdem die, repetita occasione transmittimus necdum cum eo communicantes; non quasi rebellentes, sed quia adhuc ab eo non sumus invitati. Superest ut beatitudo vestra [illegible] quatenus [illegible] gratiæ ad [illegible] talis eruptat, [illegible] perfecta possimus unitate [illegible] Idus Aprilis. Rufico v. c. clarissimo [illegible] Anno Ann.

RELATIO SYNODI CPLITANÆ.

DE ORDINATIONE.

Epiphanii episcopi.

Epiphanium episcopum electum significat.

Domino nostro sancto ac beatissimo patri patrum archiepiscopo & patriarchæ Hormildæ Theophilus, Basiliscus, Isaias, Anastasius, Paternus, Martianus, & cetera sancta synodus quæ in Constantinopolitana est civitate congregata.

Anno domini 519. INnumerabilem & ininvestigatam magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi sapientiam, quantum hominibus datur intelligi, considerantes, caritatem ejus immensam juste miramur, & cum magna clamamus voce: *Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Ecce enim per bonam voluntatem sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessione gloriosæ Mariæ virginis, studio quoque & vigilantia Christianissimi & fidelissimi imperatoris, & piissimæ reginæ, olim quæ fuerant membra divisa, per Spiritus sancti gratiam ad unitatem & caritatem perfectam sunt redacta: & sicut Moyses & Aaron duces Dei vere culturæ Israeliticæ nominati, nunc ita & nos gaudentes clamamus: *Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Adjutor & protector factus est mihi in salutem.* Et hæc sentire & prædicare cum fiducia sumus edocti. Considerantes autem caritatem & Deo amabilem vestræ beatitudinis vitam etiam ex his qui a vobis sunt destinati reverendissimi legati, similiter & pacem sanctarum Dei ecclesiarum tam senioris quam novellæ Romæ, cui nos ipsi participes fuisse monstramur, bono pastori, & principi omnium Christo Deo nostro consuete gratias referimus. Nam post obitum sanctæ recordationis quondam archiepiscopi & patriarchæ Joannis Constantinopolitanæ civitatis, Deus, qui propriam sanctam ecclesiam in petra rectæ fidei incorrupta fundavit, & portas inferni non prævalere ei decrevit, dedit nobis sanctum pastorem & patriarcham Epiphanium, virtutibus, & correctionibus, & meditatione divinarum florentem scripturarum, rectam quoque tenentem fidem, & orbatorum paternam regentem solicitudinem: & quid amplius dicam? omnem præconiorum fontem transcendentem. His ergo virtutibus pollens, non immerito proprias & creditas sibimet maximas ecclesiæ curas sapienter & honorifice gessisse dignoscitur, habens in mente illud quod a sacri cantici auctore relatum est: *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Unde secundum rectam & probabilem fidelissimi & Christianissimi nostri principis, & piissimæ reginæ, & gloriosissimorum communis reipublicæ procerum sententiam, nostra quoque etiam omnium in hac urbe habitantium testificatione, judicium Pauli mirabilis communis ecclesiæ doctoris non est in eo fraudatum, qui irreprehensibilem debere esse episcopum denunciat: ita & nostrum pontificem virtutibus undique coronatum esse videmus. Igitur ecclesiasticam legem implentes, apostolatui vestro salutationis debitum persolventes officium, speramus, ut amplius caritatis vinculum, & paternum affectum circa nos caritas vestra custodire dignetur, & sapienti gubernatione & humilitate, quæ Christianum decet, & mansuetudine, quæ ad rationabilis traditis vobis ovilis salutem pertinet, peragatis, commune lucrum existimantes, quod per vos & vestrum germanum & comministratorem, nostrum autem dominum & patriarcham, pacem totius orbis ecclesiarum esse provisam. *Frater enim a fratre adjuvari spiritualiter, murus est inexpugnabilis, & civitas munita*, ex divinis est accipere scripturis. Nam (a) in intercessionibus vestræ beatitudinis generalis tranquillitas ecclesiis orthodoxorum fuerit redonata, gloria quidem in excelsis Deo omnium salvatori per angelos cum lætitia referetur, pax vero in terra confirmabitur: bona autem voluntas * fidelibus communis domini & salvatoris nostri Jesu Christi servis fundetur. Adjicient igitur nostris supplicationibus, quod minus dictum est, Joannes sanctissimus episcopus Claudiopolitanæ civitatis noster comministrator; & Hæraclianus reverendissimus presbyter sanctæ majoris ecclesiæ & cohabitator prædicti sanctissimi archiepiscopi & patriarchæ Epiphanii, & Constantinus vir reverendissimus diaconus ejusdem sanctæ ecclesiæ, qui probationem suæ rectæ fidei, & bonæ voluntatis olim his, qui a vestra apostolica sede fuerant directi, dedisse cognoscuntur: digni autem & vestræ sanctitatis, & administratione pacis, & gratiæ domini nostri Jesu Christi Dei nostri, & unitionis sanctarum ecclesiarum monstrabuntur. Quos speramus lætantes in domino, & pacem desideratam nunciantes, ad nos citius vestris Deo amabilibus correctionibus edoctos remeare dignemini. Omnem in Christo fraternitatem nos quoque & qui nobiscum sunt plurimum salutamus. Anno domini 519

* in fidelibus

SUBSCRIPTIONES.

Theophilus misericordia Dei episcopus Heracliensis civitatis metropolitanus subscribens in synodalibus, saluto vos in domino, domine.

Basiliscus misericordia Dei episcopus, qui [1] Zicinentium metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia Dei episcopus Nicomediensium metropolitanus ut supra.

Isaias misericordia Dei episcopus Rhodiæ civitatis metropolitanus ut supra.

Anastasius misericordia Dei episcopus Nicæensius metropolitanus ut supra.

Joannes misericordia Dei episcopus Claudiopolitanæ civitatis provinciæ Isauriæ ut supra.

Paternus misericordia Dei episcopus provinciæ Scythiæ metropolitanus ut supra.

Martianus misericordia Dei episcopus Chalcedonensis civitatis metropolitanus ut supra.

Patricius misericordia Dei episcopus Eudoxiopolitanæ civitatis metropolitanus ut supra.

Polydeucius misericordia Dei episcopus Antiochenæ civitatis metropolitanus ut supra.

Eulo-

Matth. 16.

Psal. 105

Prov. 15.

Psal. 88.

a Thes. 5.

1 Lege Cyzicenorum. Sic in MSS. sæpe Quiriacus pro Cyriacus. Hard

(a) Edit. Rom. & quæ intercessionem.

Eulogius misericordia Dei episcopus Meliteneæ civitatis metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia Dei episcopus (a) Philomediensis civitatis provinciæ Pisidiæ ut supra.

Christodorus misericordia Dei episcopus Mothymnensis civitatis ut supra.

Palmantius minimus episcopus Oenandæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Joannes misericordia Dei episcopus Attaliensis civitatis ut supra.

Joannes misericordia Dei episcopus Olympiæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Martianus minimus episcopus Martianæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Phocas minimus episcopus Dardanæ civitatis provinciæ Hellespenti ut supra.

Zoticus misericordia Dei episcopus Carpatiensis civitatis provinciæ Insularum ut supra.

Sabbatius misericordia Dei episcopus Stratonicæ civitatis provinciæ Lidiæ ut supra.

EPISTOLA JUSTINIANI

AD HORMISDAM.

Eliam ecclesiæ suæ non posse restitui vivente eo qui in illius locum suffectus fuerat. Thomam & Nicostratum pace firmata suis sedibus se restituturum.

Justinianus Augustus Hormisdæ papæ.

CUm in animo nobis sit, pater religiosissime, ut in omni re nostra inter se concurrant consilia, tum & in Elia viro reverendissimo episcopo id constituendum credimus, legatis admonentibus vestris, quod inter varias utrasque rationes expeditius esse perspectum est. Nam & in præsenti pontificem Cæsariensium urbis favor tutatur omnium, quem ob instituta pulcherrima non solum incolæ validissime retinendum arbitrantur, sed prope cunctus oriens sine dubio veneratur; & qui prior in eodem fuit sacerdotio, injuria esse remotum queritur. Visum est itaque convenire ut nec faciamus impetum contra infinitarum vota multitudinum, aut homo integritate nobilis sede dejiciatur, qua se dignum exhibet, nec anteriori spem prorsus adimi patiamur, repetendi locum denuo, quo se spoliatum sine causa confirmat; sed in re dubia temperantius versemur, ita ut interim quidem hic idem Elias vir reverendissimus episcopus in quiete permaneat; verum postquam successor ejus vitam deposuerit, tum demum ad sedem revertatur, quia destitit adhibendis prius omnibus, quæ ad impetrandam reditionis licentiam sacratissimarum regularum postulant definita, interponendo etiam consensu tam tum sedis apostolicæ, quam florentissimæ hujus urbis, nec non aliarum quarum hoc interest. De Thoma etiam & Nicostrato viris religiosissimis episcopis omnia mancipabuntur effectui. Postquam cetera etiam vobis copulata fuerint; sed & ad unitatem venerabiles ecclesiæ, quæ præcedente superno præsidio statuenda duxerimus pro sacratissimarum regularum itidem ordine. Quoniam itaque vestra quoque sanctitudini deliberationem nostram oportuerat declarare, ut ex hac etiam patefiat desiderium, in quo omnem operam intendimus ad compescendas atque temperandas controversias, & optatam inter omnes concordiam prorogandam, præsentes quoque literas duximus destinandas, moventes præcipue ut pro incolumi statu reipublicæ numen supernum vestris exoretur precibus. Data VII. Idus Junias, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico consulibus. Anno domini 519.

EPISTOLA JUSTINI

AD HORMISDAM.

Diligentia legatorum Constantinopoli & aliis civitatibus pacem restitutam. In damnandis episcoporum nominibus mitius agendum.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ per legatos Germanum & Joannem episcopos, Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum.

SUmma quidem habenda vobis est gratia, quod alacrem operam non dubitastis impendere ad colligendas adunandasque venerabiles ecclesias, verum in ea prælucet maxime perfecta solertia, quod homines adoptatis, qui voto benevolo tuæ sanctitudinis sincero & integro possint animo deservire. Germanus siquidem reverendissimus episcopus, nec non Felix, & Dioscorus, & Blandus viri religiosissimi tanta semet præbuerunt attentos industria, ac in tanta sapientia versati sunt, ut quantum ad officium eorum pertinet, transactis in plenum & elaboratis omnibus, nihil altercationis superesset ulterius; sed cum ea conditione sit mortalis fragilitas, ut remissius circa se agi desideret, & interrogationibus suis planum præberi responsum: maxime cum aliqua causa in immensa hominum fuerit multitudine devoluta, factum est, ut in hac quidem urbe florentissima quidquid ordinatum est de causa religionis, deque unitate celebranda cum apostolica sede sub temporibus Joannis religiosissimæ memoriæ, cum in sacerdotio regiæ esset hujus urbis, id favente Deo servetur immobile; quin & in aliis compluribus civitatibus probata sit vestra ordinatio atque suscepta. Cetera vero clementiore quodam indigeant moderamine in nominibus antistitum, non eorum qui specialiter numerati sunt in epistola quam sanctitudo tua nobis destinasse noscitur, sed aliorum quorum memoriam maximæ civitates diligunt, in quibus floruisse noscuntur superstites. Quapropter legatis quidem tuæ sanctitudinis nulla fuit licentia mandati tenorem egrediendi, cum quo directi sunt. Omnis autem finis negotii vestro jam tantum pendet arbitrio, ut solus pacem concludere debeat qui prima rei commovit exordia: sed ea quidem, nec non quædam commemorabuntur apertius per legatum nostrum, qui paulo post destinabitur. In præsenti vero redeuntibus viris religiosissimis, tam appellandam vestram reverentiam credidimus, quam commonendam, ut suis orationibus pro nostro utatur imperio, proque incolumi statu reipublicæ. Data VII. Idus Julii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico viris clarissimis consulibus. Anno domini 519.

EU-

(a) *Philomedensis.*

EUPHEMIÆ AUGUSTÆ

AD HORMISDAM.

Sanctissimi pontificis orationibus se & virum suum commendat.

Euphemia Augusta Hormisdæ papæ.

BEatitudinis vestræ literas grato jucundoque suscepimus animo: quem etenim non solum apostolicæ sedis auctoritas celebrat, sed vitæ quoque commendat integritas, & studiosa rectæ fidei solertia, hujus verba quis non libentissimis suscipiet auribus? Igitur poscimus ac monemus, ut orationibus vestris nunquam excedat nomen meum, ac præcipue serenissimi conjugis nostri, sed tam utrique nostrorum, quam reipublicæ supernum precibus vestris placetur præsidium.

EPISTOLA CELERIS

AD HORMISDAM.

Legatorum opera Constantinopoli omnes pacifice vivere, quod & in aliis civitatibus brevi futurum sperat.

Domino beatissimo & apostolico patri Hormisdæ Celer vir illustris.

MAxima nobis gratulationis causa præstatur, quotiens ad apostolatum vestrum scribendi tempus emerserit. Nunc igitur reversante beatissimo Germano episcopo, vel reverendissimis viris, qui a vobis pro conjungendis sanctis ecclesiis fuerunt destinati, necessarium duximus sanctitatem vestram debere venerari, indicantes antediktos habuisse quidem studium ut voluntatem vestram plenus sequeretur effectus; sed quia totum corpus erat infirmum, interim caput, quod prius necessarium judicatur, adhibito medicamine vestro sanatum est, & dissensio quæ erat inter venerabiles ecclesias Romanam & Constantinopolitanam unione interveniente sepulta est, & alia non parva membra similis divinitatis gratia purgata atque conjuncta. Hanc etiam spem gerimus universi, quod gratia Dei, quæ semper sedi vestræ permansit & permanet, hujusmodi vobis imputationem bonitatis præbeat, & mansuetudine, & dispensatione vestra, reliquum adhuc corpus, quod habetur infirmum, (sicut superius a nobis dictum) vestro medicamine unitate recepta jungatur. Specialiter autem deprecamur pontificium vestrum, ut pro nobis benigno patris animo orare jubeatis.

EPISTOLA JULIANÆ

AD HORMISDAM.

Pontificem salutat.

Domino beatissimo atque apostolicæ sedis probatissimo pontifici Hormisdæ papæ patri Juliana Anicia.

QUæ prima sunt tuæ beatitudinis salutationis obsequia persolvimus, optantes ut A hanc paginam tuis venerandis obtutibus divinitas faciat recenseri, & pro suæ ecclesiæ vigore augmenta salutaria vestræ vitæ suffragari dignetur, quatenus te pervigili possit contra adversos & rabidos canes status ecclesiæ vindicari. Etenim, venerabilis pater, quod de nostra fidei integritate curam geris, vicariis gloriosi Petri apostoli ista conveniunt, cui dominus pascendarum ovium injunxit officium. Cognoscat ergo tua pro nobis sancta solicitudo, nos firmius tenere rectæ fidei firmitatem immobilem: pro qua ne ejus violaretur sanctimonia hactenus repugnavimus. Quod vero tuus apostolatus pro tantæ pietatis causa curam ferre præcepit, inquantum potuimus pro nostris viribus B non desivimus spiritu lenitatis adversos admonere, & Dei nobis gratia cooperante..... *deest reliquum.*

LXVIII. AD LEGATOS SUOS

De eorum salute & rebus gestis certior fieri cupit.

Hormisda legatis suis.

ITa nos incolumitatis & actuum vestrorum cura solicitat, ut quamvis frequentibus occasionibus non prætermittamus hortari, certiores vos de his quæ circa vos aguntur fieri C teris destinatis. Nam & cum per hominem illustris viri atque magnifici patricii filii nostri Agapiti desideriis vestris congruos miserimus affatus, & nunc quoque anxietatis vestræ credidimus solatium, si ad vos præsentia scripta mitteremus: tantum est ut de actibus atque tolpitate vestra, nec non & de mora, per quam vos detineri plurimum dolemus, relevetis vos alloquiis sub occasione idonea portitoris. Data IV. Idus Julias, Rustico viro clarissimo consule. Anno domini 520.

LXIX. AD EOSDEM.

Cum eorum literas non acceperit, monet ut scribant.

Hormisda Germano episcopo, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

ANimos nostros tam diuturnum dilectionis vestræ silentium, ut tantorum temporum contristat absentia, præcipue cum vir magnificus patricius Symmachus, & vir illustris Romanus magister militum filii nostri reditum apud nos caritatis vestræ sine dilatione promiserint; & ignoramus utrum illic cautarum qualitas, an certe fraus aliqua simulata sub necessitate detineat; quia nobis solicitudinem sine cessatione gerentibus, & pene universos E homines illarum partium percunctantibus, diversa & dissimilia nunciantur: & ideo, quoniam vos causas tantæ tarditatis melius deprehendere & intelligere potestis atque cognoscere, significare nobis ista, de quibus noster cruciatur animus, debuistis; vel si est causa dilationis idonea, sicut constitutum est, aliquem de vestris ad nos oportuerat destinari, unde ne forsitan per versutias, aut aliquam concinnationem vobis dilatio & impedimenta generentur, sub celeritate nobis scribite, ut sub rationabili

nabili ordinatione pro vestra repetitione ad filium nostrum clementissimum imperatorem dirigamus. Ergo tam circa personas, quam de causa fidei, pro qua diu moramini, quid geratur instruite, atque plenissime nobis universa rescribite, ut omnibus cognitis, Deo nostro favente, tractemus, quemadmodum personis vestris, & causæ ipsius, cujus res agitur, possit misericordia subvenire. Data Idibus Julii, Rustico viro clarissimo consule.

Anno domini 500.

RELATIO POSSESSORIS EPISCOPI

Afri per Justinum diaconum ejus.

Consulit pontificem de Fausti episcopi libro.

Domino beatissimo & ineffabiliter mirabili & in Christi gratia præferendo papæ Hormisdæ Possessor episcopus in domino æternam salutem.

Decet & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Qui enim majorem circa subjectos solicitudinem gerit, aut a quo magis est nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab ejus sedis præside, cujus primus a Christo rector audivit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*? Arbitror vestram beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana urbe ecclesia laboret insidiis, & ad morem veteris morbi in saniem vulnus iterum quærat erumpere, quod obductum creditur cicatrice. Unde cum quorumdam fratrum animus de codice Fausti cujusdam natione * Galli * Reginæ civitatis episcopi, qui de diversis rebus & frequentius de gratia Dei diserte visus est disputare, in scandalum moveretur, aliis (ut se habent humana studia) in contrarium remittentibus, me crediderunt de hoc ambiguo consulendum. Dixi quidem ea, quæ a tractatoribus pro captu proprii ingenii disputantur, non ut canonica recipi, aut ad synodalium vicem pro lege servari; sed habere nos certa scilicet, quæ veteri lege vel nova conscripta, & generalibus patrum sunt decreta judiciis ad fundamentum fidei, ac religionis integram firmitatem: hæc autem, quæ antistites diversi conscripserunt, pro qualitate sui sine præjudicio fidei solere censeri. Sed cum hæc (quantum in eorum frequenti postulatione pertentimus) magis eis excusatio videretur vel pro eorum prece, vel pro obsequii occasione reddendi apostolatui vestro, per suffitiem diaconum meum præsumpsi apices parvitatis meæ ingerere; quibus principaliter orationum vestrarum munimen exposcens, quæso ut consulentes quid de prætati auctoris dictis videatur, auctoritate apostolicæ responsionis agnoscant: maxime quod filii quoque vestri magistri militum Vitalianus & Justinianus præsque super hac re rescripto beatitudinis vestræ similiter informari desiderant. Codicem quoque * tractandum antehac direxisse memini, continentem beati Pauli apostoli epistolarum explanationes; pro quo rescripto gratulari non merui. Unde simili prece deposco, ut prærogativam benedictionis vestræ competenti responsione merear adipisci. Accepta xv. Kalendas Augusti, Rustico viro clarissimo consule.

Pontifex Romanus est caput ecclesiæ.

Matth. 16.

Gelasius papa in decret. de scriptoribus apocryphis.

* errat: commoratus quidem Galliis, at natione Britannus fuit, ut vel ipse meis testatur pluribus locis.

* Reiensi in Provincia II.

* tractandum

LXX. AD * POSSESSOREM EPISCOPUM

Scythas monachos, suos errores damnare nolentes, ut hæreticos ab urbe expulsos. Fausti librum a Romana ecclesia non recipi.

Hormisda Possessori episcopo.

Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes; ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem qui non instruit ignorantem; nec quidquam aptius est studioso religionis, quam * impositio veritatis; quando facilius devium vitat, qui iter per quod graditur rogat. Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percunctatur aggrediar, libenter in literis tuis fidei tuæ me fateor invenisse fervorem, cujus calore succensus, redivivam in illis partibus infidelium perversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristet: nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igniculus caritatis; quia unum spiritualium votum est salus inconcussa cunctorum. Sed non est ignota ecclesiæ Dei de hujusmodi procellis aut intuita tempestas: & quamvis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est psalmidici vox prophetæ, qui ipsius ecclesiæ personam spiritu quo impellebatur assumens: *Sæpe*, inquit, *expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi*? Concutiunt, sed in nihilo prævalebunt: adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum, sed superest flamma non necessariis, & parata sunt horrea jam probatis. Ubi terratum non est ista permixtio? Nos fixis decet * instare vestigiis, proficiemus inter adversantes * proprius bonis, si erroribus non involvantur alienis. Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur non movetur.

Ubi non variæ tentationis aculei? Quales per hunc fere jugem annum quorumdam Scythorum, qui monachos præ se ferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tectæ calliditate virtutis, & sub religionis contentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabili patientiæ moderamine sanare, beati Pauli monita non tacentes. *Nolo verbis contendere; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium*. Sed quando vitus quod viscera penetravit evellitur? Quando corda male sibi creata veritatis obtemperant salutis? Quando induti obedientiæ humilitatem [illegible] suis valiata superbia? Quando acquiescunt paci contentionum studiis affecti, solis certamina amantes de religione captare, & mandata negligere? Nunquam apud eos caritas novo commendata præcepto, nunquam pax dominico relicta discessu; una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere, contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam, quaslibet concepta facilitate sententiam: eousque tumore elati, ut arbitrium suum utriusque orbis patent inclinandum esse judicium: nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententiæ, dodii crimina serere, obtrectationum venena com-

* Pau. Rom. facerpitio

* Sum. [illegible]

ponere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones instruere, invidiam concitare, & pro obedientia, quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ, obstinationem pertinaris amare superbiæ.

Turbas [illegible] Romæ Scythæ monachi.

Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum usque prodiere conventum, ad concursionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes: & nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda sizaniæ apud illos dissensionem & discordiam commovissent, per quos adjutorio Dei de religione eorum est pulsa dissensio. De eis sero probavimus prophetica apostolum voce dixisse, in novissimis diebus instare tempora periculosa, & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; itaque esse vitandos. Hæc ideo dilectionis vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne, si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in urbe Romana tractaverint, sub aliqua verborum simulatione deciperent.

Hi vero, quos vos de Fausti cujusdam * Galli antistitis, dictis consuluisse, literis indicastis, id sibi responsum habeant. „Neque illum (a) recipi, neque quemquam, quos in auctoritate patrum non recipit examen catholicæ fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præjudicium comparare. Fixa sunt a patribus, quæ fideles sectari debeant instituta: sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum populi ædificatione compositum, si cum fide recta & doctrina sana concordat, admittitur, si discordat, aboletur.

Quomodo [illegible] impugnatur.

Unum est fundamentum, extra quod quælibet fabrica si consurgit, infirma est, super illud quisquis ædificat, sive vilia, sive pretiosa, consideret. Errat autem a via, qui ab eo quod patrum electio monstravit exorbitat, nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Sæpe de his necessaria providetur, de quibus ipsi æmuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest nosse quod fugias; atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, nunquam doctor ille gentium acquievisset nunciare fidelibus: *Omnia probate; quod bonum est tenete*. Non abs re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum equum penicillo vellet explicare perfectum, asellum sibi (b) proposuisse pingenti, asserens, non ut jumentum imitaretur informe, sed ne in alicujus informis lineamenti similitudinem lapsus incideret.

Non improvide veneranda patrum sapientia fideli potestati quæ essent catholica dogmata definiit; certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, sancto Spiritu instruente, præfigens: ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepisset, asseretet. Quid ergo calumniantibus opus erat extra constitutos ecclesiæ terminos porrigere quæstiones, & de his quæ habentur dicta, quasi dicta non sint, movere certamina, cum Christiana fides canonicis libris, & synodalibus præceptis, & patrum regularibus constitutis stabili & inconcusso * termino limitetur? * [illegible]

De arbitrio tamen libero, & gratia Dei, quod Romana (hoc est catholica) sequatur & asseveret ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, possit cognosci, tamen in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si tibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus, quamquam qui diligenter apostoli dicta considerat, quid sequi debeat evidenter cognoscat. Data Idibus Augusti.

Nota Severini Binii.

a *Epistola*.) Joannes Maxentius hæreticus & mendax scriptor primus est qui hanc epistolam Hormisdæ esse negavit; quam ipsa tamen connexio rerum gestarum, sententiarum atque verborum proprietas, ipse denique stylus Hormisdæ manifeste adjudicant. Joannem Cochlæum virum fama celebrem, & hæreticorum nostri temporis acerrimum impugnatorem, idem cum Maxentio sensisse fatemur, sed errore & boni opinione lapsus fuit. Apologiam enim Maxentii in quam inciderat, a catholico scripsam esse putavit, quam hæreticus pestilentissimus ediderat. Caruit vir doctus harum epistolarum Hormisdæ nunc recens editarum subsidio. Quo si instructus fuisset, fraudem & dolum hæretici animadvertere potuisset. Vide Baronium anno 520. numero vigesimo secundo & sequentibus; Possevinum in apparatu sacro, *verbo Joannes Maxentius*. Hæreticus hanc epistolam Hormisdæ esse negavit.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Vaferrimi hujusce hæretici, atque ut minimum loquar, Eutychiana fuligine tincti, patrocinium nuper suscepernunt procacus quidem atque infrunitis novatores Jansenii affecta, sed infelici plane atque irrito successu, ut pluribus alias docebimus. Neque enim in quæstionem vocatur, utrum tolerari possit hæc assertio: *Unus de Trinitate passus est*, sed quo sensu, quibusve adblandientis vulgaculis subdolis artibus subtilioribus hæreticorum more eam protulerit defenderitque cum suis Scythis monachis Joannes Maxentius; hoc uno patrocinium Jansenianorum rite promeritus, quod in apostolicam sedem injurius, & in Hormisdam Romanum pontificem impudentissimus calumniator illorum in eamdem sedem conviciis & in summos ecclesiæ antistites calumniis prorumpere. Hæreamus in calumniis Joannis Maxentii, ac ne evagemur latius, unam ex omnibus seligamus: Dixerat Hormisdas: *Profitemur inter adversantes propitiis bonis, si erroribus non involvamur alienis*: quo nihil sanius, nihil verius dici potuit. Quid ad hæc perditissimus sycophanta? *Callide*, inquit, *tuam misceri oculare perfidiam*, &c. *Pelagiana perfidia inseberum erroribus confusorum oculis anteponere, qui inseadversantes non Dei munere, sed propitiis bonis propiere te posse tumida elatione confidis*, &c. Calumniaris impudens nebulo, dum Christi vicarium hæreticum & inimicum veritatis blasphemo ore deblateras, & egregiis defensoribus tuis magnifice prolaces. Propitia bona, non Dei donis, sanctissimus pontifex Hormisdas, sed bonis opponit alienis. Cætera non pertinent hujus observationis angustiis: recte enim monuit vir eruditus suspenso pede & acri judicio hæretici hujus, eo pernicioris quo cultioris, legenda esse tyronibus scripta, ne impingant.

LXXI. AD EPIPHANIUM CPTANUM EPISCOPUM.

Epiphanium episcopum ordinatum nec scripsisse nec legatos misisse nunciat.

Hormisda Epiphanio Constantinopolitano episcopo.

Diu nos non nunciata tuæ primordia dignitatis tenuere suspensos, & in ipsa communis gratulatione lætitiæ, mirati admodum sumus

(a) Deest *neque* in Edit. Rom. (b) *profuisse*.

sumus morem pristinum fuisse neglectum; quia reparata ecclesiarum, Deo annuente, concordia plenum fraternæ pacis id flagitabat officium: præsertim quod illud sibi non arrogantia personalis, sed regularum observantia vindicabat. Decuerat siquidem, frater carissime, te legatos ad apostolicam sedem inter ipsa tui pontificatus initia destinasse, ut & quem tibi debeamus affectum bene cognosceres, & vetustæ consuetudinis formam rite compleres. Sed licet his omissis, paginalia tantum sufficere judicasses ex occasione colloquia; nos tamen gratia * stipulante compulsi, interim juste constantiam expectationis abrupimus, reciproca mutuæ caritatis verba reddentes; quia & noster animus amoris impatiens, & legatorum nostrorum votiva relatio exclusum quod imperabat causa silentium ad officia benigna traxerunt, quibus ad præsens gaudii nostri signa monstramus, & privatæ quodammodo amicitiæ votiva persolvimus. Legationem autem tuam & ea qua dudum gratia sustinemus, & fulti veteribus constitutis exigimus, ut quantum gaudii fructum, vel de tui pontificatus honore capiamus, vel quas tibi gratias referri conveniat pro impensis in negotio propagandæ unitatis officiis (sicut nostrorum multipliciter astruxit legatorum narratio) evidentius exprimamus.

Episcopus Constantinopolitanus latus fuit episcopatus legatos Romam mittebat.

* stimulante

LXXII. AD EUMDEM.

Quæritur Eliam, Thomam, & Nicostratum suis sedibus non restitutos: ad Epiphanium spectare ut hæc executioni mandentur.

Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano.

OPortuerat quidem fraternitatem tuam divini contemplatione judicii, atque caritatis nostræ respectu, Eliam, Thomam, atque Nicostratum fratres & coepiscopos nostros, postquam in consortium communionis nostræ recepimus, ad divina (a) mysteria incunctanter admittere, atque ad ecclesias suas, a quibus eos discordiæ error excluserat, pro pacis nostræ plenitudine revocare; ut unitas, quam post annorum multa curricula per totum orbem suis Deus restauravit ecclesiis, nulla voluntatum nostrarum distantia læderetur. Sed quia rem tam gratam, & patrum statutis venerabilibus congruentem quibusdam tarditatibus contigit nunc usque differri, unde etiam ad decessorem fraternitatis tuæ nos scripsisse meminimus; hortamur ut lætitiam, quam de damnato præteritæ dissensionis errore percipimus: in nullo iterum discrepantium animorum causa contristet. Etenim nulli videtur vos nobiscum pleno communicare mentis affectu, si eos qui nobiscum communicant a vestro consortio segregatis. Incassum certe videntur pacem recipere qui pacis differunt præcepta complere. Quidquid enim in illorum suscipienda communione moramini, quodammodo de nostra reconciliatione detrahitis. Et providendum est, frater carissime, ne si ecclesiarum nostrarum tandem desuper indulta concordia ab his exordium sumat exemplis, & religionis veneranda regula, & apostolicæ sedis auctoritas imminuta (quod absit) per orientem potius (b) divulgata, quam restituta videatur.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

De sua electione. Fidem catholicam profitetur, & de omnibus cum ecclesia Romana sentit.

Sanctissimo ac beatissimo domino fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus in domino salutem.

DEus qui in alto habitat, & humilia respicit, & omnia pro salute hominum affluenter providet, pro sua bonitate & misericordia meam respexit parvitatem, & post obitum sanctæ memoriæ quondam archiepiscopi & patriarchæ Joannis sedem sacerdotalem sanctæ ecclesiæ catholicæ regiæ urbis mihi conferre dignatus est, sententia, & electione Christianissimi & justissimi principis nostri Justini, & piissimæ reginæ, quæ ei ad omne studium communicat divinum, sequentiumque eorum his, quibus est bona conversatio, & qui regis honoribus sunt sublimiores, simul & sacerdotum, & monachorum, & fidelissimæ plebis consensus accessit. Quapropter necessarium duxi hoc primum indicium meis (c) inferre literis, ut ostendam quam circa vestram apostolicam sedem habeo voluntatem. Est mihi * oratio magnopere, beatissime, uniri me vobis, & divina amplecti dogmata, quæ ex beatis & sanctis discipulis & apostolis Dei præcipue summi Petri apostolorum sedi sanctæ vestræ sunt tradita, & nihil eis pretiosius existimare. Neque enim extra alunde veniens sanctæ ecclesiæ constituta ignoro, sed nutritus per Dei voluntatem ex teneris unguibus in sancta catholica ecclesia, patrum per tempora sanctissimis sacerdotibus & patriarchis. Nam sæpius præpositus his, qui per sacratissimum & ineffabile baptisma sua exuunt peccata, & veram unius essentiæ Trinitatis docui fidem, quam (sicut præfatus sum) ex discipulis Dei magni & salvatoris nostri Jesu Christi procedentem omnium sacerdotum & omnium laicorum amplectitur cœtus. Divinum enim revera sanctum & a Deo datum symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa congregatorum adoro & prædico & Christiani splendoris manifestum judicium esse annuncio: & quinquaginta & centum sanctorum sacerdotum in hac urbe regia factam venerabilem synodum: similiter & ducentorum Dei amatorum patrum conventum in Ephesina sancta; triginta & sexcentorum reverendissimorum patrum & sacerdotum synodum sactam Chalcedone * unam esse & convenientem, & compaginatam prædictis sanctis concilliis, ipse ego didici, aliosque docere cognovi. In his ergo quatuor synodis sanctis & sacris magnum pietatis prædicatum mysterium, & omnium hominum est reposita salus. Eos enim qui fuerunt vel sunt ejusdem sententiæ & suscipio & am-

(a) Edit. Rom. addit. *tuum*.
(b) Deest *divulgata*.
(c) *infuso*.

amplector, & unire me eis diligo. E contra autem eos, qui præter istas quid sentiunt aut prædicant, præterito tempore aliquid conati sunt, a cœtu orthodoxorum extorres esse existimo. Similiter rectas & revera religiosissimas epistolas venerabilis papæ Leonis pro recta fide conscriptas circumamplector & suscipio. Habeat igitur hanc sententiam circa me vestræ beatitudinis sancta fraternitas. Vobis enim manifestum feci, & sub me ecclesiis hæc prædico, testinans per omnia eas mihique & vestræ beatitudini vinculo caritatis adunari, quas omnino oportet esse unitas & inviolabiles, & corpus unum communis apostolicæ ecclesiæ idemque perpetuo custodire. Quantus enim circa vestram venerabilem fraternitatem in omnibus sit amor jubete perpendere; quia quos vestra apostolica sedes condemnans in sacris diptychis non recitare jussit, eos nec ego inter sacra sacrificio nominari mysteria. Hoc autem & his notum est qui a vobis sunt directi viri reverendissimi, id est, Germano sanctissimo (a) & Joanni episcopis, Felici & Dioscoro, diaconibus, & Blando presbytero, qui efficaciter secuti sunt ea, quæ eis sunt a vobis injuncta. Oret igitur vestra sanctitas tam pro me, quam pro subiectis meis sacerdotibus, ut perpetue custodiamur, rectam Dei tenentes confessionem; similiter & pro serenissimo principe nostro, & pro Christianissima Augusta, quia eorum salus communis sanctarum ubique est ecclesiarum pro futurum firmamentum. Istam igitur vobis habentibus intentionem nullo modo jam licebit sanctam Dei dilacerari ecclesiam, per gratiam sancti Spiritus, & intercessiones sanctæ gloriosæ Dei genitricis virginis Mariæ. Omnem quamcumque vestram fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus. Alia manu: Incolumis in domino ora pro nobis, Dei amator sanctissime frater. Accepta xv. Kalendas Octobris, Rustico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

Viri Illustris

AD HORMISDAM PAPAM.

Acacio damnato Constantinopoli pacem vigere: Cum orientalibus pacem quoquo modo iniendam: & de sanctissima Trinitate.

DOmino N. Jesu Christo favente regnat in sæculo qui sacra religione suum fundat imperium; quoniam bene gubernat humana, cui prius divina placuerint: quod præsentibus evenisse temporibus gratulamur. Filius etenim vester clementissimus imperator æternitatis beneficio sceptra sortitus, fidei causas arripuit explicandas, & ad tuam sanctitatem missa legatione sedis apostolicæ promeruimus sacerdotes, quorum adventu non mediocriter adolevit ecclesiarum concordia sacrosanctarum, vobis instantibus, ut decebat. Acacii namque, quod dissidium gerebat, nomine stirpitus amputato, pro tenore libellorum, quos direxistis, in hac urbe regia multisque civitatibus unitas optata provenit, quam summis inventam laboribus venerari convenit: in perpetuumque custodiri necesse est. Hæc quibuslibet argumentis retractari quispiam patietur, quæ temperna majestas rite composuit? Sed quia prosperos cursus frequenter impedire festinat humani generis inimicus, pars orientalium non (b) exilis, nec ferro flammisque compelli potest, ut episcoporum nomina post Acacium defunctorum condemnet, quæ difficultas generali concordiæ moras nectit. Sanctitas itaque vestra cœlitus inspirata, temporum rerumque qualitatem consideret, & condemnatis hujus erroris auctoribus, id est, Acacio Constantinopolitano, Petro, & Timotheo Æluro, & Dioscoro Alexandrinis, Petroque Antiocheno, finire dignetur inveteratum certamen, de ceterorum nominibus quæstione sopita: ut redimatis plebem de sanguine, quam Deus noster regendam commisit, ac non persecutionibus ac cruore, sed patientia sacerdotali populum domino nostro concilietis: nec, dum volumus animas lucrari, & corpora multorum perdamus & animas. Errores etenim diuturnos lenitate clementiaque convenit emendari, præcipue quia vestræ beatitudinis prædecessores sæpissime voluerunt reipublicæ nostræ antistites ad suam revocare communionem, si tantummodo taceretur Acacius ceterique prædicti. Non est ergo grave quod suasit vestra sedes ut præstet: illud etiam magis magisque deposcimus, ut tua sanctitas concepta gratia cœlesti quæ prætendunt orientales episcopi tradare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum. Nobis etenim videtur, quoniam Filius Dei vivi dominus noster Jesus Christus ex virgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate cum Patre Spirituque sancto regnare: sicut enim videtur ambiguum dicere simpliciter unum de Trinitate, non præmisso nomine domini nostri Jesu Christi; sic ejus personam in Trinitate cum Patris Spiritusque sancti personis non dubitamus esse: sine Christi namque persona nec credi Trinitas religiose potest, nec adorari fideliter, quemadmodum S. Augustinus ait. An aliqua ex Trinitate persona: & alio loco: Solus in Trinitate corpus accepit: & iterum: Unus trium. Rogamus igitur, reverendissime salutantes, ut futuri judicii memores, causam taliter ordinetis, ne quid dubitationis relinquatur in posterum, quatenus omni scrupulo discordiarum sublato, pacis desideratæ per orbem totum vincula renoventur, & venerandarum floreat ecclesiarum concordia, corporisque unius in pristinum statum membra recolligantur. Ille namque medicus jure laudatur, qui veteres ægritudines ita sanare deproperat, ut ex his nova vulnera non nascantur. Specialiter ergo cognoscat vester apostolatus, compositis eisdem duobus capitulis, universos sacerdotes istius reipublicæ libenter amplecti vestram communionem. Accepta xv. Kalendas Octobris, Rustico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

RE-

(a) In Edit. Rom. deest *Joanne*, & pro *episcopis* est *episcopo*.

(b) *exilis*.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Imperatoris ejusque conjugis, suamque de ecclesiarum unione animi alacritatem demonstrat. Ponti & Asiæ, & maxime orientis sacerdotes suorum episcoporum nomine domnare volentes, in unionem admittendos. Calicem & alia pontificii munera mittit.

Domino per omnia sancto ac beatissimo fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus in domino salutem.

QUantam habuimus alacritatem nos quoque & piissimus & Christianissimus imperator una cum fidelissima & in omnibus bonis florente conjuge sua circa rectam & puram sanctarum ecclesiarum unitionem, & quemadmodum cum caritate Dei quæ nos decebat destinatos a vobis sanctos episcopos & religiosos suscepimus, & venerandos habuimus clericos, existimamus quidem & ante ex his quæ acta sunt satisfactum vestræ beatitudini: credidimus tamen, quod si dominus salvator Jesus Christus Deus noster idem ipsos reverendissimos comministratores nostros incolumes vestris obtutibus præsentavit, omnia quæ excitata sunt vobis sanctissimis manifesta fieri, & laborem, quem potuimus sustinere, per hos ipsos manifestius cognoscetis. Quemadmodum per Dei gratiam & fidelissimorum principum nostrorum, Constantinopolitanæ civitatis nostra ecclesia pacifice est gubernata: & nomina eorum inter sacra non sunt recitata mysteria, quæ sedi vestræ profana cognovimus; sed quatuor conciliorum pro recta fide consonantia prædicatur & hoc ipsum omnibus sacrorum diptychorum recitatione manifestum est. Annuncient igitur vobis quia non pauci nobis subjecti sacerdotes, nec rursus sub eorum ordinatione episcoporum parva est subdita multitudo, quæ bonum hujus cœptæ unitionis amplectitur: vestra etiam sanctitas cognoscat istius se generalis boni & principem & inceptorem nihilo minus constitutum. Unde fortiter ad vigilandum beatitudo vestra laudum est stimulis excitanda, ne id, quod divina in honorem vestri cœperat ordinare misericordia, non ad plenum ita ut condecet communis unitas pervenire videatur. Diligentius autem de his fidelissimi & piissimi nostri principes de sanctarum Dei ecclesiarum unitate & concordia gaudentes, ad vestra mandaverunt beatitudinem supplicationes a pluribus sanctis sacerdotibus suscipientes, tam Ponti, quam Asiæ provinciæ, & maxime orientis, apud quos nomine quondam sacerdotum suorum tacere difficile & impossibile esse videtur, tantaque eorum obstinatio est, ut omnes periculum pro tali facto parati sint sustinere. Igitur præcedentes omnes circa pacis studium necessarium causas considerantes, quia per solam istam humilitatis viam communem omnibus unitionem & salutem invenimus interrogantes sicut dictum est, & satisfacientes vobis ab illis, qui a nobis in hoc negotio sunt destinati, constam cum pacifica, qua vos decet, gubernatione dispensetis: nam dum una utraque sit ecclesia, procul dubio & bona, quæ per vigilantiam A eveniunt, communis exinde laudis gloria utrique patriarchalibus sedibus remanet, ut consuete omnium dominus & conditor Christus verus Deus noster magnificetur. De his autem omnibus summo vobis supplicetur affectu Joannes sanctissimus episcopus, multos nobiscum sudores in præsenti deponens certamine, & Heraclianus reverendissimus presbyter sanctæ nostræ majoris ecclesiæ, & cohabitator noster, & Constantinus reverendissimus diaconus ejusdem majoris ecclesiæ, per quos & nostra synodalia secundum ecclesiasticas vestræ beatitudinis destinavimus leges. Nunc igitur piissimi nostri imperatoris studium circa sanctarum ecclesiarum unitionem ostendentes, pacificis ad vestram B beatitudinem de his causis utendo literis, & oblatas sibimet ab Hierosolymitanis & orientalibus petitiones destinavit. Nos ergo occasionem salutationis invenire volentes, hanc ad vos fecimus epistolam, per quam supplicamus, proponentes vobis sanctissimis hanc vocem divinam: *Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Ecce credidit nobis omnium dominus talentum, quod augmentatum possit restitui boni operis fructu, & salvari per laudabilem vestram dispensationem tantas quidem sanctas ecclesias, tantosque eorum sacerdotes, & multitudinem innumerabilem, nunc quidem unitam sanctæ ecclesiæ, periclitantem autem & erraotem: si vestræ beatitudinis gubernaculum C commoretur, & maxime his, qui in sanctis locis habitant Christi Dei nostri, ita ubique sanctis adhærentes ecclesiis, ut eorum respui non debeat multitudo. Nam omnes per suspectionem eorum ita in obstinationis suæ malo perdurant, ut velint ante e vita recedere, quam excogitata relinquere: ut si Deus hoc, per vestram beatitudinem adunari præceperit, vestræ laudis meritum, & præsentibus, & futuris adscribatur temporibus. Oret igitur vestra sanctitas tam pro piissimis & Christianissimis principibus, quam pro nostra parvitate, & universali unione, ut gratia sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessionibus dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ virginis, & Dei genitricis Mariæ, D omnia ad unitatem indivisam conveniat, & fundamentum inconcussum catholicæ fidei confirmetur, per omnia sanctissime frater. Indicia autem nostræ secundum Christum dominum nostrum caritatis per viros reverendissimos destinavimus, ad administrationem divinæ culturæ, & sanctæ apostolicæ vestræ ecclesiæ, calicem autem gemmis circumdatum, patenam auream, & alium calicem argenteum, vela serica duo; quæ suscipere vestram beatitudinem supplicamus cum illa caritate, quam vos habere secundum Deum non dubitamus. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, nos quoque & qui nobiscum sunt plurimum salutamus. Accepta pridie Kalendas E Decembris, Rustico viro clarissimo consule.

SACRA JUSTINI AUGUSTI

Joannem episcopum ad tractandam ecclesiæ pacem destinatum, quamprimum convocari, profectorum.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ.

DUm beatissimum Germanum episcopum, vel eos, qui cum eo a vobis fuerant destina-

stinati, de hac dimitteremus regia civitate, hujusmodi illis mandata tradidimus, quod capitula, quæ ad perfectam unitatem ecclesiarum pertinebant, apostolatui vestro per reverendissimum Joannem episcopum sequenter manifesta faceremus; quæ tamen ipsis hic præsentibus fuerant declarata. Sed evenit præfatum Joannem antistitem longa ægritudine detineri. Ne quæ igitur vestram reverentiam ingrediatur adversa sententia, quasi vobis promissa nostra desidia quadam ultronea minus ad effectum perducentibus, necessarium esse perspeximus dilationis causam vobis exponere per Eulogium V. S. tribunum & notarium, quem ad præcelsum regem Theodoricum super negotiis quibusdam transmisimus: hoc quoque adnicientes, quod dum propitia domini & Dei nostri majestas eumdem virum religiosissimum Joannem primo voluerit reddere sanitati, sicut semel promisimus, statim illum ad tuam sanctitatem transmittemus. Superest ut sanctitudo tua dominum nobis præsidium orationibus suis dignetur acquirere. Data pridie Kalendas Septembris, Constantinopoli. Accepta Romæ Kalendis Octobris, Rustico viro clarissimo consule.

Anno 507 sive

RELATIO DOROTHEI EPISCOPI THESSALONICENSIS.

Objectum sibi crimen refellit.

Sanctissimo ac beatissimo patri ac comministratori Hormisdæ Dorotheus in domino salutem.

PRopositi nostri & orationis est summum studium, per omnia beatissime & ter beate pater, & scribere frequenter ad vos sanctissimos, & mutua mereri colloquia; & nullo tempore extorrem me ab hujusmodi lætitia esse condecet. Quoniam igitur manifeste cognovi quoniam sanctas aures vestras perturbare, & ita procul dubio vos in omnibus esse perfectos, & quia nihil sine judicio audire possitis, nec ullo penitus vestrum animum commodare, & ut non amplius per taciturnitatem largiri tempus videar illis, nec nihil quidem a nobis lati sunt, sed sine causa & superflue adversus nos armati sunt: Deo tamen & vestræ sanctitati o sanctissime, quia pro Joanne viro reverendissimo episcopo, qui paulo ante a vestra venerabili corona directus est, prædestinavi me periculis, & mortem sustinui, & meam pro eius salute objecisse animam: & hoc ostendimus gestis: & ex his, qui quamquam per meam abstentiam acerrime videantur esse discussi. Et quid longo sermone opus est uti? cum vobis omnia dominus Deus noster Jesus Christus patefacere & satisfacere possit; quia & quando congovi vos ad apostolicæ sedis præsulatum advenire, commune gaudium totius mundi esse judicavi. Ab illo enim tempore, hoc ipsum scribens ad vos, quantum ad me, quidquid ad honorem & satisfactionem vobis & apostolicæ sedi pertinet, nihil prætermisi, sed nec prætermitto. Paulo post autem scietis per venerabiles, annuente domino Jesu Christo, quia hæc ab exordio mihi sunt excogitata, & quando dominus Deus tempus dedit ad effectum hæc sunt perducta. Omnem cum vestra sanctitate in Christo fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus.

LXXIII. AD DOROTHEUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM.

Romam ei veniendum, ut catholicam doctrinam percipiat, & objectum crimen purgetur.

Hormisda Dorotheo episcopo Thessalonicensi.

COnsiderantes tuæ fraternitatis ecclesiam ante prætereuntis mala discordiæ olim cum sede apostolica præcipua fuisse caritate conjunctam, te nuper pacis redditæ esse credebamus auctorem, sed quia quos prævenire debueras, sequi etiam remoraris, non leviter pro fraternitatis tuæ dilatæ correctionis ingemiscimus tarditate; scribis enim aures nostras cujusdam sceleris atrocitate turbatas. Utinam usque ad nos tantum detestabilis fama percurreret, & non toto orbe Christianis mentibus tam dolendum, tam execrabile facinus nuncaretur, ut qui te innocentem nesciunt, a Christianitatis simul credant tramite deviasse. In qua enim mundi parte immanitatis hujus invidia non & catholicas contristat ecclesias, & hæreticorum prava vota lætificat? quæ nos a dilectionis tuæ conscientia, sicut literis intimas, ostendi cupimus, aliena: quid enim votis nostris magis convenit, nisi ut redire ad pacem catholicam volentes episcopos, a crudelitate & criminibus contingat semper innoxios comprobari. Expectamus igitur, si non desunt fraternitati tuæ veritatis Deo nota præsidia, ut & tanti sceleris a te repellas invidiam, & in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sunt, sequaris exempla. Data IV. Kalendas Novembris, Rustico viro clarissimo consule.

Anno cons. sive

LXXIV. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Accepisse ejus literas; & de ejus fide & pietate nunquam dubitatum.

Hormisda Justino Augusto.

BEnedicta Trinitas Deus noster, qui vobis gubernacula commisit mundani imperii, quibus non solum pro jure regni veneratio deberetur, verum etiam pro gloriosi modestia & integritate propositi. Vere enim glorificamus Deum, lectis vestræ pietatis epistolis, quibus promissæ legationis moram pro mirmitate ejus, qui dirigendus fuerat excusando, luce clarius reddidisti quam curam fidei & pudoris haberetis, ostendentes rerum summam regentibus non sufficere ad dominationis apicem quam obtinent potestatem, nisi ornamenta morum pretiosiorem faciant principatum. Servet circa vos, clementissime imperator, Deus noster beneficia sua, & respiciens bona vestra, largiatur æterna. Nec nos tamen momordit ulla suspicio aut implendi tarditatem promissi; nec mutatione credimus evenisse consilii. Nefas enim erat de ejus verbis qualibet solicitudine dubitari; cujus fidem in magnis rebus datum est tam evidenter agnosci. Redeunte igitur filio nostro spectabili viro Eulogio tribuno & notario cultum debitæ salutationis exo[illegible]mus,

mus, Deo magno continuis precibus supplicantes, ut qui vestro studio per infideles vulnera impacta curavit, ævo vobis per longiora tempora propagato, unitatem ecclesiæ redditam ex omni quoque faciat parte securam. Data IV. Kalendas Novembris, Rufico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

EPISTOLA JUSTINI

AD HORMISDAM.

Gratum ad pontificem mittit, hudeque ut Acacii & præcipue orientalibus suorum consortum nomina demovere volentibus Anastasii exempto indulgeat, ac eidem preces pro ecclesiarum unitione oblatas transmittit.

Justinus Augustus Hormisdæ papæ. (a)

Quo sumus semper, & quo sumus studio pro concordandis sententiis catholicam fidem colentium, ut eodem animo cuncti venerentur * numen individuum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur: nunc legatum ad vestram beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes Gratum virum (b) sublimem magistrum seximi, quo remedium tandem reperiatur discordiis varia * (c) cuncta tantium, nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interventores unitatis vestra sedes apostolica credidit destinandos. Profecto enim tanquam ipsam pacem, & jucundis eos oculis aspeximus, & extentis manibus duximus amplectendos. Quinetiam omni intentione ordinavimus, ut venerabilis ecclesia Constantinopolitana, nec non complures aliæ vota suscipiant, vestra, non solum in ceteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris diptychis, quæ removenda maxime postulastis. Verum nonnullæ fuerunt urbes & ecclesiæ tum Pontiæ, tum Asianæ, præcipuæ orientales, quarum clerici vel populi omnibus pertentationibus & persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt ut tollant antistitum & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit, sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint, quorum gloriabantur vita superstitum. Quid igitur faciamus hujusmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta tantum despicit, ut amplum sibi ac festivum judicet, si corpore prius quam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi & clementius: quæ si uno in tua (d) sanctitate, jam nec in alio poterunt inveniri, nam neque sanguinis & suppliciorum cupidi (quod dictum etiam grave est) libellum suscepimus, neque ut parvo discrimine remaneant imperfecta concordiæ desideria, sed ad propagandam quo possumus ordine conjunctionem membrorum ecclesiæ. Utrum itaque præstantius erit minorum gratia in totum esse nobis (e) adjectas tantas multitudines, an, concessis exiguis & remissis, majora & omni ratione quærenda corrigi, ut quæ non licuit (f) per omnia, saltem ex necessariis partibus allegentur? Veniam itaque nominum postulamus, non Acacii, non utriusque Petri, non Dioscori, vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ tuæ sanctitatis epistolæ continebant. Sed quos in aliis celebravit civitatibus episcopali reverentia, & hoc exceptis urbibus, ubi vestræ beatitudinis libellus jam in plenum admissus est, nisi hanc quoque partem benevolentia statuerit vestra mitius corrigendam. Verum nec judicio (g) caret sedis apostolicæ, ut non magis venia dicenda sit quam deliberata jam ac perpecta definitio. Anastasius quidem religiosissimæ memoriæ vestræ culmen ecclesiæ etiam apertecque constituit, cum hoc idem fieri posset negotium præcessori nostro, laica etiam pacem affectantibus, si nomen tantum revocetur Acacii. Ergo prioris vestra sedis constitutio tenatur qui non omnes memoriam mortuorum judicet contemnendas, ut indignum habeatur & inconpetum, si non placuerit omnibus non solum defunctis, sed etiam superstitibus vestra divulgetur in omni hac terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubitaverimus ita gratum vobis futurum, ut publico statim respondeat tempore munus reddatur. Retinet autem vestra sanctitas, quod dudum scripsimus, ex oriente supplicationes nobis esse destinatas, voluntatem ipsorum continentes & arbitrium, in quo fide duraturos ostendunt firmiter, & quo nulla ratione desistendum existimant. Hanc itaque chartulam secundum nostra promissa per Ioannem virum reverendissimum episcopum dari eundam vobis in præsenti merito credidimus, ut a vestra sede etiam tenor eius admissus ad colligendas proficiat & adunandas ubique venerabiles ecclesias, & Hierosolymitanam præcipue: cui tamen omnes favorem impendunt quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere: contensum itaque propitium tuam sanctitudinem epistolari quoque pagina convenit declarare; ut, cognito omnibus atque parcitudo, tenorem ejusdem chartulæ a vobis etiam laudari, & tenaciter custodiri lætior mundus existat. Data (h) Idibus Sept. Chalcedone, Rufico viro clarissimo consule. Accepta pridie Kalendas Decembris, consule supra scripto.

Anno domini 520.

EXEMPLUM PRECUM.

Fini opera ad ecclesiæ unitatem admitti rogant. Catholicam fidem profitentur.

Deo amabili ac pissimo imperatori ex Deo coronato Augusto & principi Justino Christianissimo deprecatio & supplicatio ab Hierosolymitanis, & Antiochenis, & secundæ Syriæ clericis & abbatibus & pellessoribus Syriæ provinciæ.

Haurite aquam cum lætitia ex fontibus salvatoris, venerator: (i) Hanc propheta exclamat, frontes saluti (k) evangelicæ veritatis prædicationes mandente offendens, ex quibus beati apostoli, & eorum qui per eremum [illegible]

(a) Loc. Sacratissimo ac venerabilis archiepiscopo almæ urbis Romæ ac sanctæ sedis Hormisdæ. Hic [illegible] sententia apposita est ab altera manu fere eadem antiquitatis [illegible] prius edita, ut hic in [illegible]
(b) *insublimem.* (c) *certantium.* (d) *sanctitudine.*
(e) *adlectas* (f) *Iis primæ manus, sed altera fere eadem antiquitatis [illegible] emendat [illegible] non licuit missi, matura tor omnia fuerunt &c.* (g) *[illegible] & fide [illegible]*
(h) *quinto Idum.* (i) *Hæc propheta.* (k) *evangelica veritatis.*

Decretis Romanæ a rectis dogmatibus nunquam deviavit.

runt discipuli & sapientes ecclesiæ doctores, salutarem aquam fidei haurientes, omnem sanctam Dei ecclesiam irrigaverunt, quæ in petra summi apostolorum subnixa rectam & inflexibilem confessionem custodiens, fiducialiter cum eo ad unigenitum Filium Dei exclamet omni tempore, dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Hanc salutarem confessionem (*a*) a sanctis quatuor synodis, quæ evangelicis præceptis sunt honoratæ, suscipientes, nunquam per Christi gratiam a traditis nobis rectis dogmatibus deviavimus, sicut rerum testatur probatio, & tempore necessitatis fidei constantia demonstrat. Si igitur ut Christiani rationis fidei sumus participes, domine piissime, & ad communem pacem & unitatem festinamus, nostram fidem, quam ab initio suscepimus, per hanc satisfactionem nostram manifestam vestræ facimus pietati; ut notum sit quia & paci concurrit ut, & a recta cum Dei juvamine non divertimus fide, sed omnem ex æquo hæresim execramur, non solum Eutychianistas & Acephalos, sed & Nestorianos, & hominem colentes toto animo (*b*) audentes anathematizamus. Nos autem, domine (*c*) carissime imperator, sicut supra dictum est, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ab initio baptizati quoque & credentes (*d*) essentiam Dei in tribus (*e*) subsistentiis, adoramus: secundum sanctorum patrum symbolum credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum dominum nostrum Jesum Christum unigenitum (*f*) Deum Verbum, similiter & in unum Spiritum sanctum; & secundum hoc divinum * mathema, definitionem a sancta Chalcedonensi synodo promulgatam intelligimus quoque & suscipimus, confidentes, & credentes, quia unam substantiam, vel personam, quod idem est, ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est in deitate & humanitate indivise & inconfuse prædicavit Deum Verbum. Dominus noster Jesus Christus unus est ex sancta & unius essentiæ Trinitate; si enim unum Deum in tribus subsistentiis, sicut dictum est, accipimus, Pater autem non est incarnatus, nec Spiritus sanctus; Deus Verbum incarnatus est, & homo factus est unus ex sancta & unius essentiæ Trinitate, secundum filiationis proprietatem. Sic ita secundum prædictas quatuor synodos credentes, (*g*) & secundum Dei Verbi nativitatem secundum carnem confiteri non renuimus. Unde proprie Dei (*h*) virgo genitrix esse creditur, tanquam quæ natura & veritate unius essentiæ Patri Filium Deum Verbum, natura immutabilem, ex ipsa factum hominem, enixa est, & duas naturas in Christo per essentiam vel substantiam unitas confitentes sicut in unius personæ, vel substantiæ. Neque harum diversitatem vel proprietatem post unitionem auferimus, nec eas dividere in duabus personis & substantiis per unitionem sumus edocti; eumdemque scimus unigenitum Filium Dei, & ante incarnationem ejus, & post: eumdem Deum quidem simul & hominem; passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, non circumscriptum spiritu, eumdem terrenum & cælestem, quem mundus ut hominem cepit, & ut Deum continere non potuit, mortalem & immortalem, nusquam naturarum diversitate ejus ablata, neque dividentes per essentiam unionem. Hoc enim veræ magnum pietatis mysterium, quia unus ex sancta unius essentia Trinitatis incarnatus, & homo factus Deus Verbum in utraque natura deitatis & humanitatis indivise & inconfuse cognoscitur & adoratur, non conversionem vel mutationem sustinens, sed proprietatem utriusque naturæ in una persona in semetipso conservans. Ob hanc igitur fidem prædictas sanctas synodos suscipientes & custodientes anathematizamus omnes, qui adversus eas quocumque tempore vel modo aliquid conscripserunt, præcipue Joannem Ægeotam, qui adversus memoratam sanctam Chalcedonensem synodum multas ut Nestorianus blasphemias evomuit; similiter & condemnantes Timotheum, Ælurum cognominatum, sicut Eutychianistam, adversus eam cum suis latrantem sequacibus. Ita ergo cum Dei juvamine semper sensimus, & jam nunc sentimus. Quapropter hanc satisfactionem vestræ obtulimus pietati: & ut jubere dignata est, nos proprium intellectum, & quemadmodum de sana fide sentimus exponere: quia quidam hæretici, dum suam malam fidem occultare festinant, nostram in Christo libertatem & rectam fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur vestram clementiam, solicitudinem perfectam in ecclesiarum unitione sanctarum habere debere; ut unitas quæ cum Dei fuerit juvamine, nec ullo deinceps rationabili aut irrationabili occasionis fomite inquietari pax possit. Deus autem omnium vestrum pium adimpleat desiderium in gloriam sui & reipublicæ disciplinam.

Matth. 16.

* Hoc est Symbolum vel definitionem. Mard.

LXXV. AD SYNODUM CPLITANAM.

Gratulatur Epiphanium Pontificem electum.

Hormisda synodo CPlitanæ.

FRatrem & coepiscopum nostrum Epiphanium, apud felicissimam (Deo favente) Constantinopolim ad officium muneris sacerdotalis assumptum pervenisse ad nos, fraternitate vestra referente, gaudemus, quia gratius quodammodo suscipiuntur indicia, quæ significaverit amata persona, & tanto majus pro auctoritate nuntii nascitur gaudium, quanto non est quod de testimonio disputetur. Sic erat congruum, carissimi nobis, sic se circa proximum patefacere decebat affectum, ut per vos sedi apostolicæ innotescat quod moribus & sanctitate fulgeret; quod usque adeo se omnium bonis (sicut & vos asseritis) imbuit institutis, ut non sit fortius meritis testimonium, quam in honorem sacerdotis adscitum. Quid est enim quod de eo habeatur ambiguum, in quo de bonis moribus sub probatione factæ concordiæ præsuscepta sunt divina. Quapropter facitis sancte, facitis religiose, facitis pie, quod veritati testimonium libenter impenditis, quod præmium bene meritis non negatis. Quia idem error est tacere veritatem, qui est falsa assistere; & eadem injustitia est si negetur honor moribus pla-

(*a*) Infra: *custodiens fiducialiter.*
(*b*) *odientes.*
(*c*) Ita emendat manus antiqua; sed prior pulcrius subjunxit. (*d*) *unam essentiam.* (*f*) *Dei.*
(*e*) *Deum & secundum.* (*h*) *genitrix sancta virgo et Ge.*

placitis, quæ est si concedatur indignis. Certum est, amentissimi, participari vos cum sacerdotis laudibus intimatis, quia omni fraternitatis vestræ ordini transcribitur, quod in uno, quem ex vobis elegistis, esse laudatur. Deus omnipotens fidei suæ pacem sub perpetuitate conservens electionem ordinationemque vestram, quam insinuandam sedi apostolicæ per Joannem fratrem & coepiscopum nostrum, nec non & Heracliannm presbyterum, atque Constantinum diaconum filios nostros religiose credidistis, tanta firmitate confortet, ita & omnium discordantium luctamina disjiciat, ita diffidentium corda compescat; & quemadmodum sub fratre & coepiscopo nostro Epiphanio pacificationis datum est indicium, gratulemur effectum. Data VII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Anno domini 500

Gesta in causa Abundantii episcopi Trajanopolitani in scrinio habemus.

LXXVI. AD EPIPHANIUM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Quod quæ decuit via ad sacerdotium pervenerit. In unione ecclesiæ perseverandum. Et de acceptis muneribus.

Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano.

BEnedicimus dominum fraternæ caritatis affectu, quia non solum synodica relatione ad sacerdotium te digne pervenisse cognovimus sed factis atque moribus comprobemus: & ita se meriti tui gradus patefecit effectibus, ut ante fratrum & coepiscoporum nostrorum testimonium cuncta crederemus. Quod enim illi te promittunt posse omnia agere, nos videmus implesse; & tanquam fidei tuæ servata pacis fuerit gratia, sic unitatis habemus dilata sunt vota divina. Eorum predestinationi caritatis tuæ vocabulum quo nuncuperis accessit, sub quo spiritu apparente concordia, factum est ut dicamus: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Quapropter in Christo domino nostro reddentes officia salutationis, hortamur ut boni operis initium laudabile continuet institutum, secundum sanctum evangelium, quo monemur: *Qui perseveraverit in fine, hic salvus erit.* Adhortamini igitur reliquos, invitate monitis, colligite blandimentis: quia talenti crediti multiplicata compendia sacrificia sunt divina. Præterea gratissime tulimus, quod Joanni fratri & coepiscopo nostro, nec non Heracliano presbytero, atque Constantino filiis nostris internuntiis promotionem caritatis tuæ cognovimus, quæ esse aliquid dulcius non putamus. Et cum te prudentis viri, etsi pro obsequio suscepto facerent, non tantum ratione laudarent, beati omnium sumus, quod dignus rei nuntius relator dignus extabat, ut tibi absolutissime de legatorum meritis probatio sit honoris. *Manu papæ.* Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam, & alium calicem argenteum, & vela duo ministerio basilicæ beati Petri apostoli profutura, a caritate tua directa. Data VIII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Psal. cxxx.

Matth. x.

Anno domini 500

EPISTOLA EPIPHANII AD HORMISDAM.

Ab orientalibus imperatori preces oblatas se ad eum misisse.

Domino meo per omnia amabili Deo sanctissimoque fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus in domino salutem.

QUantam alacritatem aut quale desiderium piissimus & Christianissimus imperator eorum perfectam unionem universarum ecclesiarum habeat, non voluntate tantum sed operibus ipsis habitantibus, in hac regia urbe, & antequam ad regnum a Deo sibi datum perveniret, ostendit. Sanctitati autem vestræ ex correctis ab initio regni ejus, & usque nunc laboribus maxime manifestavit, per quos omnia catholicæ ecclesiæ membra in unum domini & salvatoris nostri Jesu Christi corpus cum prompto nititur animo conjungere: & quid opus est verbis uti prolixis, qui rebus ipsis, quamquam nos veri testes, existere valeamus. Habet tamen & vestra sanctitas experimentum, quod & per scripta cognovit: confirmat quidem hæc quod nunc additur. Nam quidam qui sub potentissima ejus manu sunt, religiosissimorum sacerdotum ex orientalium partium regionibus, preces porrexerunt, docentes de his quæ voluerunt. Nec hoc latere vestram volens sanctitatem, bene deliberavit ut quod jam factum est in præsenti nuntiaret vestræ sanctitati. Paulo post de ea his manifestius significare; ut, communi concilio precedente omnium, domino & salvatori nostro Jesu Christo ea quæ ad utilitatem communem conveniunt, & undique sunt irreprehensibilia, catholicæ fidei correctionibus, clarescant. Opportune igitur existimantes fraternis literis vestram sanctitatem & carissimis alloquiis rogamus, ut majus & instantius pro piissimo principe nostro omnium dominum Deum orare dignemini. Omnem in Christo fraternitatem quæ cum vestra est sanctitate ego quoque & mei plurimum salutamus. *Alia manu.* Incolumis in domino ora pro nobis, amabilis Deo & sanctissime pater.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

Paulini solicitudinem laudat.

Domino meo per omnia amabili Deo sanctissimoque fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius in domino salutem.

PAulinus vestræ sedis defensor, qui vestram retulit epistolam, vestræque sanctitatis virtutem in se ostendens, cum gaudio nobiscum convertatur, suam solicitudinem communibus consiliis adibuique contulit. Sed quoniam ad vos festinantem non oportebat eum prolixiore tempore remorari; ideoque reciproca alloquentes vestram sanctitatem, proprio præfatum virum & nostri dignum amoris fidelem servum subsistentem commendamus. Erit autem de hac quæ

quæ a nobis gesta sunt pro vestro animo, & circa sanctas ecclesias solicitudinem quam gerimus, vigilare nobis dignus fide enarrator. Nam nos orationibus vestræ sanctitatis, ut naturalem bonitatem hujus rei respicientes, vigilantissimum habentem studium, & Deo cooperante in plurimis verbum gratiæ decurrens sine aliqua obsistentia ad effectum nostrum ducit & intentionem. Sed quia difficultates aliquæ accesserunt, gubernatione utique & inniti dispositione ea quæ hic movetur oportet, & competenter exponi, sicut & vestra cognoscit superomnia sanctitas. Et quemadmodum oportet eos, qui Dei greges pascere sortiti sunt, universa ad gloriam Dei & agere & moliri, spem salutis in eum habentes: & sicut scriptum est: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: Ea enim, quæ vobis placeant, sicut dictum est, sentire quoque & agere nitimur, sanctissime. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego quoque & mei plurimum salutamus.

EXEMPLUM EPISTOLÆ JUSTINIANI

Viri Clarissimi

AD HORMISDAM.

Petit ut pro ecclesiarum unione laboret, & sibi ad ea respondeat, quæ per legatos scripserat.

Domino beatissimo atque apostolico patri Hormisdæ papæ urbis Romæ Justinianus.

QUanta reverentia vestram beatitudinem veneremur multis epistolis, ex quo serenissimus imperator filius vester regnavit, cognoscitis. In præsenti quoque debito pudore salutantes tuam sanctitatem, postulamus enixius, ut assiduis precibus & frequentissimis orationibus pro concordia laboretis ecclesiarum (a) vestrarum, nobisque (sicut per legatos etiam vestros post omnia scripsimus) tam de sermone, de quo vertitur controversia, quam de nominibus episcoporum sub Acacio defunctorum, per Eulogium virum sublimem tribunum & notarium dignetur apostolatus vester integrum indubitatumque destinare responsum; omnibus videlicet quæ præsentibus legatis vestris ordinata sunt in perpetuo firmiter duraturis. Vir namque religiosus Ioannes episcopus, qui venturus est Romam, detinetur ægritudine corporali nihil enim prohibet ante ejus quoque adventum concordiam prævenire, sublata dubitatione religionis, & eum tamen mox dimittemus lavente divinitate, quia jam melius habet: quoniam nec difficilia sunt quæ ceciderunt in ambiguitatem; nec expedit diutius causam vitæ protrahi sempiternæ, ne dilatis temporibus aliquid nascatur incertius. Æternitatis igitur superna, tremendique judicii non immemor sanctitas vestra, quæ sibi commissa sunt efficaciæ tradi deproperet, ut intelligant cuncti recte vos apostolicæ sedis esse primatum sortiri. Hæc igitur quæ scribuntur a (b) nobis affectu paterno jubete quantocius adimplenti. Scitis namque quam sit admirabilis gloriæ tantorum errores annorum vestri pontificatus tempore stirpitus aboleri.

EXEMPLUM EPIST. JUSTINIANI COS.

AD HORMISDAM.

Confitemur Christum dominum velle unum in Trinitate dici, secus unum ex Trinitate. In nominibus episcoporum damnandis non ita severe agendum.

Domino viro beatissimo sanctoque patri Hormisdæ urbis Romæ pontifici Justinianus Cos.

Ita legitur in Collect. Avellanea cum antea in editis haberetur *Vir Clarissimus*.

QUantam venerationem religionis habeamus, quamque soliciti semper fuerimus propter uniendas sanctas ecclesias, testis est quoque vestra beatitudo. Postquam regnavit enim dominus noster inclytus imperator, per omnes ad Italiam venientes direximus literas, apostolatum tuum rogantes sicut decebat. Nunc etiam ne quid eorum quæ fieri convenit prætermittatur, Joannes vir reverendissimus antistes, Heraclianus presbyter, & Constantius diaconus sacrosanctæ ecclesiæ hujus inclytæ civitatis destinati sunt ad urbem feliciter, ut super omnibus quæ scripsit filius vester serenissimus imperator integrum responsum accipiant. Dignetur ergo sanctitas tua suscipere memoratos viros religiosissimos libenter, & habitis orationibus, placataque divinitate, sic omnia debeat ordinare venerabiliter, ut nihil ultra remaneat in ambiguum. Nobis etenim videtur quoniam Filius Dei vivi dominus noster Jesus Christus ex virgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate cum Patre Spirituque sancto regnare, majestatisque ejus personam in Trinitate, & ex Trinitate non infideliter credimus. De nominibus autem defunctorum episcoporum clementer, & ut decet pacificum patrem disponite: quia vester quoque prædecessor beatæ recordationis ad memoriam principalis Anastasium scripsit, ut si nomen Acacii tantummodo tolleretur, una nobis esset communio. Nonne igitur suasit vestra sedes, ut præsset imitari beatissimum & sanctissimum Leonem Romanum pontificem, ac sicut ille scripsit Leoni, ita & vos omnibus amputatis dubitationibus perfectas pacificasque paginas ad invictissimum principem filium vestrum rescribere ecclesiæ, ut ante tribunal venturi judicis participes eorum sitis, quorum sedem jure sacerdotali tenetis. Ostendat ergo tuus apostolatus quod Petro successit apostolo; quoniam dominus a vobis utpote summis pastoribus exaturus est universorum salutem, qui poterunt esse salvi firmata concordia. Nos etenim finitis capitulis, de quibus scripta suscepistis, ultra non patiemur a quoquam controversiam religionis in republica nostra moveri, nec vestram sanctitatem convenit audire superflua concertantes.

(a) Edit. Rom. *vestrarum*. (b) *Sitis*.

LXXVII. AD JUSTINIANUM.

Commendat Justinianum de reverentia sibi exhibita. Promissam legationem se expectare. Sanctissima Trinitatis mysteria explicat.

Hormisda Justiniano viro illustri.

QUod celsitudo vestra animi circa me sui benevolentiam dignatur ostendere, factis rem Deo placitam, & rectæ conscientiæ congruentem; sed nolli parva sunt nobis hujus emolumenta propositi. Major in nos fructus de tali bonitate revertitur, neque enim vacua honorificentia est quæ defertur antistiti. Indubitatum siquidem est quia honor ministri cultus est domini, & qui personam sacerdotis magni habet, majorem remunerationem ab eo cui sacerdos famulatur accipiet, dicente domino Jesu iis qui prophetas in honore suscipiunt, suam mercedem esse reddendam: & apud me quidem magni est gratia vestra momenti, eo tamen pretiosior, quia quidquid mihi gratiæ dignanter impenditis, in ecclesiarum defensione monstratis. Sed ut ad id quod celsitudo vestra desiderat noster sermo dirigatur, quamquam & clementissimus imperator, & vos promittatis legationem esse venturam, & id cum cum ratione convenerit, ut eorum qui dirigendi sunt super omnibus nos decuerit expectare præsentiam; tamen quia gratum nobis est studium, quod circa religionem vos habere declarastis, non gravat præmibare, dicendo non opus ut stabilitatem fidei vestræ * intentionis potius quam rationis sequaces præceci verborum novitate confundant. Sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unus est Deus; hanc Israel jussus adorare; cujus inseparabilis & indiscreta substantia non potest dividi, non potest sacrilega distinctione separari; servata tamen proprietate sua unicuique personæ. Hæc interim commendanda fidei vestræ, epistolaris styli terminum cogitantes, congrua credimus brevitate sufficere, plenius differenda cum florente imperio clementissimi principis, si promissam legationem & nos suscipere Deo propitiante contigerit, & cognitis omnibus cum adjutorio Dei nostri responso redditio pro universitatis informatione remittere.

* CONTENTIONIS

EPISTOLA JUSTINIANI

Viri Illustris

AD HORMISDAM.

Petit ut legatos rebus bene gestis redire quamprimum curet. (a)

DIligenter apostolatus vester cognovit quanto fidei calore filius vester serenissimus imperator noluerit fuimus ab initio. Nunquam cessavimus agere quæ pertinebant ad firmamentum religionis divinæ. Pro qua re nuper etiam reverendissimos sacerdotes Romam direximus, ut integrum componeretur de capitulis, quibus ad ea dubietas vertebatur. Sed ignoramus quæ difficultas provenerit ut minime sopirentur hactenus ea quæ videntur esse levissima. Salutantes ergo vestram reverentiam petimus ut nulla præbeatur occasio, qua de vos quisquam possit ambigere voluntate; sed habentes præ oculis judicium majestatis superiæ, modis omnibus festinate dignemini.

LXXVIII. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Ad evitandam discordiam nihil innovandum: & de his qui ad communionem admitti possunt Epiphanio scriptum.

Hormisda Justino Augusto.

SCio quidem, venerabilis imperator, clementiam tuam conscientia boni operis tantum esse contentam; nec in his, quæ pro catholicæ ecclesiæ unitate disponitis, humanis laudibus indigere, & * magni studii gloria non aspiratione remuneratione videat. Quanta est enim circa eum humani summa præconii, cui coelestium terrarum regna committi? Cum eo noxia sint blandimenta adulationis suspicioni, quia humilitas detulerit imperanti. Et alias secundum evangelicam traditionem necesse est ut fructus superna remunerationis careat, qui retributionis laudem expectat. Hinc mansuetudinem vestram omni bonitatis perfectione pollentem, ad Deum universa quæ memorabiliter facitis referre non ambigo, nec caduca cogitantes, sed illo expectatis pro actuum vestrorum retributione mercedem, quem bonorum omnium constat auctorem. Et tamen ego divinis, quibus obsecundo, convenio institutis, ne religiosæ conscientiæ vestræ beneficia conferta dissimulem, ne taciturnitas mea, quæ vobis credit ad gloriam, mihi, quod absit, vertatur in culpam. Novi enim de illis decem domini & Salvatoris nostri pietate mundatis, quia & novem sunt nota ingratitudinis improbati, & unus testimonium fidei & merita receptæ salutis retulit, qui gratiarum actionem sanatus excivit. Exequor exempla quæ didici, & quod per eloquium mihi credit materiam prædico, sub occasione literaris sermonis exhibeo. Ago gratias quanto (b) amplius possum, & si quantas debeo non possum: sed solatium mihi est quod de beneficiis mecum vestris mundus exultat, & laceratæ hactenus ecclesiæ membra ad compagem suam revocata gloriantur. Reduxisti populis fidem, persecutus errorem; increpata est superbia inimicorum ecclesiæ Dei, & humilitas erecta fidelium. Magna res tibi contigit, imperator: magna in te emolumenta cum potestate coleruntur, quæ mercaris intelligo. Non exiguam in te partem boni operis illius, quod vadens ad cœlos dominus noster Jesus Christus contulit, transtulisti. nam pacem quam ille discipulis dedit per te mundus invenit: non dubium congratulari tibi angelos cœli: nam si juxta assertionem evangelicam lætitia est eis super uno peccatore salvato, quæ potest esse populo? Salve Ezechias præsentis ætatis. Nam etsi fuerunt ante eum reges Juda (c) bonum qui fecerent, nullus tamen eorum dissipavit excelsa, tu quoque schismatum & superbiæ dissipa-

(a) Hac epistola argumentatur ex editione Romana defumptum, dictam epistolæ planè non respondet; ego illud substituerem: Quod capitulis propositis eadem congrua responsa fecisse videntur, modestè gerunt.
(b) benefici. (c) Deest bonum.

sipator, & cultus veteris restitutor, præsume tibi similitudine illius amorum augenda curricula, qui operum ejus imitaris exempla. Hæc omnia, quæ ad majus gloriæ tuæ spectant augmentum, non stimulo adhortationis alienæ, non ullis precibus excitatus aggrederis: solus tibi in consilio Deus: non est qui se ad participationem tanti operis temet inferere: tibi debes actionis hujus studium, tibi bonæ actionis effectum. Tu me, venerabilis imperator, ecclesiæ vulnera tam longa mœrentem ad spem reddendæ salutis animasti. Tu me post tam continuos turbines jam pene desperatione cessantem ad novam tranquillitatem directis ultro piis literis excitasti: hoc quoque procul dubio divina intelligentia conferente, ut inter ipsa tui principatus exordia fidei ejus dicares obsequium, cui acceptum debebas imperium, sed qui te ad incipienda hæc non potui primus impellere; nunc maiore fiducia tantis beneficiis compellor provocatus orare, ne patiaris in re tam boni operis esse defectum; ne manus, quas ad Deum erigis, accepti operis perfectione suspendas. Negare non possum pro domini nostri hæc me affectu & unitatis exposcere: sed fateor & saluti tuæ pro tanta mansuetudinis gratia hæc studia me debere. Scriptum est enim *qui autem perseveraverit usque ad finem salvus erit*. Nec vos aliquorum obstinatio reddat a proposito pigriores. Durum est, ut efficacior sit eorum pertinacia qui dividunt pacem, quam eorum qui asserunt unitatem. Amentur vulnera cum provideantur pro salute remedia, & præoptabile.... putetur se.... mortuis quam inhærere cum vivis. An non æquum est, ut religiosi principis subdantur imperio qui non moventur exemplo? Non omnis æger remediis salubribus acquiescit, & medendi studium sæpe ipsis quibus adhibetur ingratum est: & tamen grata est pro salute necessitas, nec ipsi post respirationem non sunt beneficiis obnoxii qui curantur inviti. Cavenda est subtilium magna circumspectione calliditas, qui ingerunt difficilia, dum nituntur labefactare composita. Et quis hoc possit admittere, ut ad illa per pacem credamur adduci, ad quæ non potuimus discordiæ necessitate compelli? Et putetur æquum, ut contra salutem princeps subjectorum voluntatem sequatur, quam pro sua salute subjecti, principis non æmulentur imperio? Ipsam tibi mecum, venerabilis fili, crede ecclesiam Dei supplicare, ut eam sine macula & ruga, sicut sponsa domino placere, custodias; nec in eam oculus ille qui pervigilat novum aliquem quem aversetur aspiciat. Ama quod a Deo compunctus elegisti, & intemeratum serva illud, cujus pars esse voluisti. Fuerit ante solicitudo tantum mea, nunc unam nobis cansam tua fecit esse clementia. Nec austeriorem me quisquam dicat esse prioribus, nec adhortatio alicujus pro sententiæ auctoritate tenea tur. Diligentiorem me non pertinaciæ studium, sed scandala secum fecerunt. Forte inter initia locus esse potuit lenitati: male (sicut notum est) per accessus præcedentium temporum errorum augmenta creverunt. Non parvi habeas, fili sanctissime, quod curasti, ubi sancta Chalcedonensis synodus, & inter sanctos venerandi papæ Leonis religiosissima constituta locum alicujus honoris habuerunt? Ubi non adversum tanta fidei fundamenta quasi quodam bellicum hostium Dei insonuit exercitus? Quanto acrioribus hæc impetita sunt jaculis, tanto validioribus sunt muniendæ subsidiis. Rogo, clementissime imperator, ne me aut ad * defenda hæc quæ dudum beneplacita sunt aut mutanda compellas. Vox enim illa auribus meis indefinenter immurmurat: Quia *nemo manum ad aratrum mittens, & post se respiciens aptus est regno Dei*, cum in evidenti sit, quia pœnitentia malorum est operum, non bonorum. Sed quamquam his urgemur angustiis, tamen propter mansuetudinis tuæ considerationem, & venerabilium legatorum Joannis episcopi Heracliani presbyteri, & Constantini diaconi allegatio nos non inhumana permovit, qui innocentibus aut ignaris causæ remedia credidit esse poscenda: ad fratrem & coepiscopum nostrum Epiphanium scripta transmisimus, ut memor fidei, memor religionis, quos dignos susceptione esse crediderit, & alienos a communione quam respuimus, sicut asseritur, innocentes eos ad societatem suæ communionis admittat, libelli tamen qui a nobis interpositus est tenore servato. Melius est enim & magis Deo placitum, si salva fide ecclesiastico corpori jungantur abscissi, quam in abscissos transeant, qui in beati Petri immaculata communione manserunt. Data septimo Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

* Edit. Rom. defenda

Luc. 9.

Anno domini 521.

LXXIX. AD JUSTINUM AUGUSTUM.

Divinitatis & incarnationis mysterium exponitur.

Contuli cum MS. Cod. Lat. 121. Mons.

(a) Hormisda Justino Augusto.

INter ea, quæ ad unitatem ecclesiæ * pertinentia, propter quam Deus clementiæ vestræ elegit imperium, in literas contulistis: hæc quoque, venerabilis imperator, cura fidei, cui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendæ ad humilitatis (b) notitiam jungerentur, quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerem; vel ad summovendum propositæ consultationis ambiguum responsum a me religiosæ (c) scientiæ conveniens redderetur. Legi omnia felicitudine qua decebat; & licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum, quæ * a veteribus sunt diffinita rescriberem; tamen ut religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium. Quid enim est quod emergentibus Nestorii & Eutychetis venenis paterna emisit instructio? Pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum synodica decreta pressérunt: nec alterius remansit locus ullus tam diris perfidiæ seminibus amputatis, aut Christum dominum nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eumdem non Deum & hominem de materni uteri intemerata fœcunditate prodisse, cum alter eorum dispensationem, qua salvati sumus negando, quantum in se est, irritam faceret; alter opinione contraria, sed impietate consimili, in eodem domino nostro Jesu

* pertinent

* ab auctoribus

(a) Gloriosissimo atque clementissimo filio Justino Augusto. (b) mea. (c) scientia.

Jesu Christo potestatem divinam a vera huma-
nitate secluderet; neque ille recordatus quia
palpandam carnem suam Christus ostendit,
nec ille evangelii memor Verbum carnem fa-
ctum esse dicentis, cui vox domini indeficien-
ter insonare debuerat, qua dixit & docuit:
Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo de-
scendit Filius hominis qui est in cœlo. Sæpe hæc
& multis præcedentium sunt comprehensa sen-
tentiis; sed nec clementia vestra licet jam di-
cta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere:
nec nobis pudor est ea quæ sunt a decessori-
bus nostris * prædicta revolvere. Neque enim
possibile est ut sit diversitas prædicationis, ubi
una est forma veritatis; nec ab re judicabitur
alienum, si cum his, cum quibus conveniemus
fide, congruamus & dogmate. Revolvantur piis
mansuetudinis vestræ auribus decreta synodi-
ca, & beati papæ Leonis convenientia sacræ
fidei constituta: eadem invenietis in illis quæ
* inveneritis
* statutum
* non opus aut adjectione plenius aut institutione perfectius?
* receseritis in nostris. Quid ergo est post
illum fontem fidelium * statutorum? quid am-
plius (si tamen fidei terminum servat) quam-
libet curiosus scrutator inquirat, (a) * aut opere
aut institutione perfectius? nisi forte mavult
quisquam dubitare quam credere, certare quam
nosse, sequi dubia quam servare decreta. Nam
si Trinitas Deus, hoc est Pater & Filius &
Spiritus sanctus, Deus autem unus specialiter
legislatore dicente: *Audi Israel, dominus Deus*
tuus, Deus unus est, qui aliter habet, necesse
est aut divinitatem in multa * dividens, aut
specialiter passionem ipsi essentiæ Trinitatis im-
pingat, & (quod absit a fidelium mentibus)
hoc est, aut plures deos more profano genti-
litatis inducere, aut sensibilem pœnam ad eam
naturam quæ aliena est ab omni passione trans-
ferre. Unum est, sancta Trinitas non multi-
plicatur numero, non crescit augmento; nec
potest aut intelligentia comprehendi, aut hoc
quod Deus est discretione sejungi. Quis ergo
illi secreto æternæ impenetrabilisque substan-
tiæ, quod * nulla vel invisibilium naturarum
potuit investigare natura, profanam divisionem
tentet ingerere, & divini * arcana mysterii re-
vocare ad calculum moris humani? Adoremus
Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, * in-
distinctam * distincte, incomprehensibilem &
inenarrabilem substantiam Trinitatis, ubi etsi
admittit numerum ratio personarum, unitas
tamen non admittit essentiæ separationem;
ita tamen ut servemus divinæ propria naturæ,
servemus propria unicuique personæ, nec per-
sonis divinitatis singularitas denegetur, nec ad
essentiam hoc quod est proprium nominum
transferatur. Magnum est sanctæ incompre-
hensibile mysterium Trinitatis, Deus Pater,
Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, Trinitas
indivisa: & tamen notum est quia proprium
est Patris ut generaret Filium, proprium Filii
Dei ut ex Patre Patri naceretur æqualis;
(b) proprium Spiritus sancti ut de Patre & Filio
procederet sub una substantia deitatis. Pro-
prium quoque Filii Dei, ut juxta id quod
scriptum est: *In novissimis temporibus Verbum*
caro fieret, & habitaret in nobis: ita intra vi-
scera sanctæ Mariæ virginis genitricis Dei uni-
tis utriusque sine aliqua confusione naturis,
ut qui ante tempora erat Filius Dei, fieret
filius hominis; & nasceretur * ex tempore ho-
minis more, matris vulvam natus non ape-
riens, & virginitatem matris deitatis virtute
non solvens. Dignum plane Deo nascente
mysterium, ut servaret partum sine corruptio-
ne, qui conceptum fecit esse sine semine,
servans quod ex Patre erat, & repræsentans
quod ex matre suscepit. Nam jacens in præ-
sepio videbatur in cœlo, involutus pannis ado-
rabatur a magis, inter animalia edens ab an-
gelis (c) nuntiabatur, vix egressus infantiam,
& annuntians mysticam sine instituente doctri-
nam, inter rudimenta annorum puerilium
edens cœlestia signa virtutum. Idem enim Deus
& homo, non (ut ab infidelibus dicitur) sub
quartæ introductione personæ: sed ipse Dei
Filius Deus & homo, (d) id est, virtus & in-
firmitas, humilitas & majestas, redimens &
venditus, in cruce positus, & cœli regna lar-
gitus; ita nostræ infirmitatis particeps, ut pos-
set interimi, ita ingenitæ potentiæ dominus,
ne posset morte contaminari: sepultus est juxta id
quod homo voluit nasci, & juxta id quod Pa-
tri erat similis resurrexit, patiens vulnerum,
& salvator ægrorum, unus defunctorum, & vi-
vificator obeuntium; ad inferna descendens &
a Patris gremio non recedens: unde & ani-
mam, quam pro communi conditione posuit,
pro singulari virtute & admirabili * (e) patien-
tia mox resumpsit. Hæc ita esse, nec ullam
dubitationem oportere recipere, (f) idem do-
minus noster Jesus Christus, ne inter corporis
passiones Deus non esse crederetur, aut ne
Deus tantum, & non homo inter opera mi-
rabilium stupenda virtutum, proposito nov duo-
rum apostolorum informavit exemplo, Deum
esse Christum dominum nostrum Petri fide:
hominem Thomæ dubitatione declarans. Quid
enim intererat, ut quem se homines dicerent,
discipulos suos vellet inquirere, nisi ut respon-
dente Petro: *Tu es Christus Filius Dei vivi*,
notum faceret hoc non de carne & sanguine
proditum, sed a Patre Deo inspirante revela-
tum, & per testimonium laudatæ responsionis
fides patefactæ fieret veritatis? Quid interest,
ut apparente post resurrectionem domino, Tho-
mas tamen aut deesset ceteris, aut solus ambi-
geret, nisi ut mundus crederet, quod ambi-
gens discipulus * exploraret, ut dum unius ma-
nibus se pateretur tangi, * ad universitatem fi-
delium quid esset, * posset agnosci? Non ergo
ad (g) * improbandum discipulum inter posita est
dubitatio, sed quæsita posteritatis instructio.
Anne * ad aliud spectat, quod se idem domi-
nus Cleophæ cum alio discipulo, cum ad Em-
maus tendentes de se loquerentur, interuit; &
quamquam de resurrectione domini per mulie-
res, quæ primæ ad monumentum convenerant,
agnovissent; tamen ut per eorum dubitationem
daret credendi futuris sæculis firmitatem, inci-
piens a Moyse & omnibus prophetis, oportuis-
se pati Christum, & ita intrare in gloriam
suam, interpretatus scripturas ostendit, & per
passio-

Joan. 3.
Joan. 3.
Deut. 6.
Matth. 16.
Joan. 1.

(a) *Non opus est adjectione plenius, aut institutione perfectius.* (b) *Proprium autem Filii Dei est juxta id Scriptum: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: notum etiam quod sit proprium Spiritus S. proprium autem Filii Dei est juxta id Scriptum: Et habitavit in nobis: ita reformat mentes antiquo & iste æqualis: notum etiam quod sit proprium Spiritus S. ut de Patre & Filio procederet sub una substantia Deitatis. Proprium quoque Filii Dei.* (c) *nuntiatur.* (d) *idem Filius.* (e) *patientia.* (f) *idem ne Dominus noster Jesus Christus ait esse Ut.* (g) *exploraretur.*

passionem humanam natutam, & divinam in eo esse per gloriam, (a) * multipliciter hæc sanctarum scripturarum testificatus exemplis? Hæc * apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis imperator, tamquam ignota dicuntur. Fides enim ipsa, quæ a te constanter asseritur, tibi reddit hoc muneris, ut sensibus tuis & affectum sui (b) miserat, & scientiam, per quam diligentius asseratur, infundat. Et tantum interest dispensationis mihi creditæ, ut ego quoque vel apud scientes nota noq taceam; ut succedente tibi per vices temporum catholicorum prædicatione sensuum quod indeficienter asseritur sine fide credatur. Latius hæc, quæ ad deitatem humanitatemque domini nostri Jesu Christi pertinent, & in eo unitas duas sine confusione naturas potui secundum veterum definita differere, si esset adversum eos, qui his dissentiunt, disputandum: sed cum in manibus omnium sint & synodica constituta, & beati papæ Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca, quam evolvere credidi convenientius universa. Nunc vero agnoscere satis est, & cavere proprietatem, & essentiam cogitandam, ut sciatur quid personæ, quid nos oporteat deferre substantiæ: quæ qui * indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant; dum omittunt quid sit proprium filii, * trinitendunt insidias * unitati. Sed si quæ prædicta sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, & constanter quæstionibus obviatur. Data (c) VII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

* multipliciter h. l. exemplis in Innovat.
* nec, omnino leg. ex c. Inst.
* indigenter
* al. in Trin. rare. Ha d
* divinitati.
* Anno domini 519.

LXXX. AD EPIPHANIUM EPISCOPUM

CONSTANTINOPOLITANUM.

Ut in communione sedis apostolicæ perseveret, & vices suas ei committat.

Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano.

MUlto gaudio sum repletus, quod circa ecclesiasticam pacem & sanctissimi imperatoris & dilectionis tuæ tale studium, quale literis indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognovi &c. *extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna actione* V.

EPISTOLA JUSTINI IMPERATORIS

AD HORMISDAM.

Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum episcopatu se abdicasse significat.

Justinus Augustinus, Hormisdæ papæ.

UT quod in Paulo viro reverendissimo contigit, apostolatui vestro patefiat; qui sacerdotio præditus Antiochenæ civitatis, ita versatus esse dicitur in multis causis, quæ religiosis alienæ sunt episcopis, ut clericorum suorum proditione, habitatorum etiam dictæ civitatis, aliorum insuper frequentium incusaretur, non tantum legatis vestræ sanctitudinis in hac regia positis urbe, (ut ipsos quoque retinere censemus) verum post eorum recessum; qui malæ conscientiæ suæ testimonio, veritus insuper, ne, quæstione habita, graviorem formam exitus rei posceret, recusatores libellos obtulit, ut liceret ei secedere a suscepto (sicut dictum est) episcopatus officio. Quoniam igitur cordi nobis est & fuit; ut semper civitatum antistites in amore sint omnium communi, quorum regendas acceperunt animas: Paulus autem reverendissimus ultro se de suo (prout memoravimus) abdicavit sacerdotio, præsentem epistolam duximus dirigendam, ut vobis aperiatur, & orationibus proprtis cœleste nobis præsidium dignetur acquirere. Data Kalendis Maiis, Constantinopoli, Iustiniano & Valerio viris clarissimis consulibus. Anno domini 519.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI.

Eadem quæ in superiori epistola.

Per omnia sanctissimo ac beatissimo domino fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus.

FRequentiores quidem literas facere ad vestram beatitudinem, & frui affectu fraternæ caritatis optamus. Nunc autem ea quæ evenerunt cupientes vestram sanctimoniam non latere, præsentibus usi sumus scriptis. Multis enim & non parvo spatio temporis perturbationibus Antiochiæ maximam civitatem, quæ est in diœcesi orientali prima, circumstantibus, sub occasione, quia Paulus amabilis Deo episcopatum memoratæ habuit civitatis, & multis urbis ipsius habitatoribus, sicut dixerunt aliqui, a catholica sese separantibus, & assiduas interpellationes tranquillissimo & fidelissimo principi nostro ingerentibus, & eorum, quæ in accusationem ducebantur, inquisitionem supplicantibus fieri manifestam. Quæ quidem initium olim sumpserunt, sicut nec directos a vestra sanctitate Deo amabiles legatos latuit, cum in regia degerent civitate, agnoscentes super his omnia. Memoratus ergo amabilis Deo Paulus prodesse tibi hoc existimans, per libellos proprios designatæ civitatis deserionem & episcopatus elegit, & universalem quietem, & a cautis alienationem se præferre monstravit. Quæ omnia & amabilem Christo principem nostrum manifesta reverentiæ vestræ fecisse novimus. sed nunc omnibus nobis preciosius, & de quo maxime noctibus & diebus bonum nuntium de his, qui ab amantissimo principe & a nobis directi sunt ad vestram beatitudinem Deo amabiles legati, amicam Deo pacem nuntiantes, & omnia pulchritudine decora unitatem sanctarum ecclesiarum annuntiantes, quam cito ad nos destinare dignemini, ut præsentis causæ (sicut sæpe scripsimus) sit cœleste lucrum his qui in celeritate sunt bonæ correctionis auctores, beatissime & sanctissime frater. Omnem quæ est cum tua beatitudine in Christo fraternitatem nos & qui nobiscum sunt multis salutamus annis.

LXXXI

(a) Multipliciter sc. sanctarum scripturarum testimoniis. (b) Infra. (c) VIII

Ex Labbei Append. Tom. IV.

LXXXI. AD REMIGIUM REMORUM EPISCOPUM.

Vices suas illi deputat in regno Chlodovei Francorum regis nuper ad fidem conversi.

Dilectissimo fratri Remigio, Hormisda.

SUscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ lætificavit indicio, corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixa, congruum esse perspeximus hanc ipsam quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agis enim summi documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea insinuare non differs. Prærogativam igitur de nostri sumpsimus electione judicii, quando id operatum te esse didicimus, quod cæteris agendum obnixius imperamus, ut in provinciis tanta longinquitate disjunctis, & apostolicæ sedis vigorem, & petrum regulis studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per regnum dilecti & spiritualis filii nostri Clodovei, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam concomitantibus, ad fidem cum gente integra convertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, salvis privilegiis quæ metropolitanis decrevit antiquitas, præsenti auctoritate committimus: augentes studii hujus participatione, ministerii dignitatem, relevantes nostras eiusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, a quo jam probavimus acutius universa servari: gratius tamen esse solet, si ituris trames ostenditur, & laboraturis injunctis operis forma monstratur. Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis diffinita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam & fraterna monita exhortationis ostendimus. His ea quanta dignum est reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est, ibi prohibitum ad quod nullus audeat adspirare, ibi concessum quod debeat Deo placitura præsumere. Quoties universa poscit religionis causa concilium, te cum cæteris fratres evocante conveniant, & si quos eorum specialis negotii pulsa intentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacra lege determinando certamina. Quidquid autem illic pro fide & veritate constitutum, vel provida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, tot. m ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perveniat. Eo-het ut & noster animus officii A caritate dati, & tuæ securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

ad ann. Christi 514. num. 9.

Hincmarus in Vita sancti Remigii episcopi Remensis, pedissequum bellum Vilgothorum, mediamque ab Anastasio Augusto Legationem in Francorum conferrent, agit de vicariatu sive de Primatu hujus Præsulis per universam Regnum Chlodovei Francorum Regis, quem ipsemet primus ex Archivis antiquis suæ urbis, attulisse originem Hormisdæ, qui hac anno pontificatum Romanum suscepit, ornatum refert. At cum rerum sit, Chlodovæum ad Hormisdæ tempora non pervenisse, summa laude ab aliquibus Viris doctis ac eruditissimandi eum Missarum commentitium esse, indeque vera scripta B hinc laude prodiere. Mirandus epistolam illam Hormisdæ ad Remigium a concilio Gallicano rejecta, nullamque ejus rationem habuit.

Geminas sequentes epistolas nondum editas in collectione Arelatensi quæ continetur in codice Vaticano 4961. nactus Ballerinus eas dederunt in dissertatione præmissa tom. III Operum sancti Leonis Magni CLXVI. &c. En hic ergo hic transferuntur.

Hormisda.

CUm necesse fuerit scripta Domino filio clementissimo principi destinari, amplitudinem vestram silentio præterire nequimus. Et C ideo salutationis honorificentiam prælocuentes, eos, qui in rem destinati sunt, commendamus, postulantes, ut Domino nostro auctore sub vestra dispositione celeriter ut (*leg.* ad) destinata perveniant, ut sacratissimus & religiosissimus imperator meritorum suorum gloriam possit sine dilatione cognoscere.

Justinus Augustus Hormisdæ.

ILlustrem virum episcopum R. gravo suscepimus animo non pro honore tantum qui debetur sacerdotibus, verum etiam pro affectu vestræ sanctitudinis. Nam quicumque tuo D comprobatus judicio fuerit, est apud nos etiam judicatus probatissimus. De opera tamen & favore, qui sacrosanctis inferendus est eccles., tunc demum opportunius statuetur, cum legati, quos nuper ad regem magnificum Transmundum destinasse noscimur, reversi propitia divinitate responsum nobis detulerint. Vestra autem beatitudo superum nobis præsidium indefessis orationibus postulare dignetur. Data superum nobis præsidium indefessis orationibus postulare dignetur. Data IV. Kal. Decembris Constantinopoli domino Justino perpetuo Augusto (supple Cos. idest anno 519.) accepta XI. Kal. Junii Rustico Cos. idest an. 520.

AD EPISTOLAS HORMISDÆ

APPENDIX.

ADMONITIO COLLECTORIS.

Ex Sirmondi Mon. T. I. pag. 191

Cum laudabili consilio ad genuinas Pontificum epistolas, spurias etiam illis affictas V. Cl. Labbeus in sua collectione adjiciendas censuerit; ego pariter ejus exemplo spurias, si quas forte egendi, Pontificum literas dandas proposui. Æquum igitur hanique facient lectores, si hoc loco epistolam Hormisdæ papæ legerint, quam suppositionis suæ expressos characteres præferre constat, cum Joannem papam laudet, qui sane pontifex Hormisdæ posterior fuit. Desumpta est ex pœnitentiali Hildegardis episcopi Cameracensis ante annos 900. conscripto, evulgatque a Canisio Veter. Lect. tom. II par. II. pag. 142. edit. Basnag. (a)

INCIPIT EPISTOLA

Hormisde Papæ per universas provincias.

ECce manifestissime constat, quia secundum titulos antiquorum patrum, a sancto Joanne papa transmissos, & trecentorum decem & octo episcoporum sententias sed & canones Gallicani concilii continere videntur.

Clerici in adulterio deprehensi, & aut ipsi confessi, aut ab iis convicti, ad honorem redire non possunt. Et quia forte non desunt, qui vel pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minime placet, sciant se trecentorum decem & octo episcoporum, & reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte major est in illis pietas, quam in supradictis CCC. XVIII. episcopis, major in illis misericordia, quam in sancto Joanne Apostolico papa, major caritas, quam in reliquis sacerdotibus, qui hoc per exempla, vel remedia ecclesiarum suis difficultatibus deliberaverunt. Et ideo aut per præceptam voluntatem præceptis illorum consentiunt aut si non fecerint, omnibus contrarii te, & inimicos esse cognoscant. Quæ ergo ista inimica benignitas? palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurabilia servare? Quod si etiam eos durissima pœnitentia per plures annos agere viderint: sic tamen & saluti eorum consulere, & canonum debemus statuta servare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat: nec beatum David imitentur, qui dixit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo*; & illud *cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebo.* Nec eos jejunia, vel lectioni vacare videmus; possimus agnoscere si ad honorem pristinum redirent, cum quanta neligentia, & cum quanto tepore, & tamica animæ securitate permaneant, credentes quod sic eis non acta pœnitentia digna dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse vident. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus: nos eos, dum illis inutilitatem indulgemus in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus: nec recordantes illud quod in veteri Testamento scriptum est: quia per unum peccantem contra omnes ira Dei desævit. O pietas! O misericordia! Uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere! Non ita suadet sanctus & beatissimus Cyprianus martyr dicens: Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat. Nec perimit delicta illi, sed fovet iterum, imperitus medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat; & absconditum in profundis secessibus virus, dum servat, exaggerat. Unde & Sanctus Joannes Constantinopolitanus episcopus arguit dicens: *Imperitus medicus est, qui indagesta putredine superducit vulneri cicatricem.*

Et ideo diligenter perpendite, si aut potest, aut debet fieri, aut tantorum, aut talium, quod supra memoravimus, Sacerdotum, canones contemnentes, aliter quod illa statuerunt observare, vel agere præsumamus: præcipue tum illorum trecentorum decem & octo episcoporum, qui per omnes ecclesias concilia heri præceperunt, tam sancta decreta negleximus; non illos solos despicimus, sed &, sicut supra dictum est, & Africanos, & omnes reliquos qui ipsis ordinantibus per totum mundum, per ecclesiasticam disciplinam aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnimus. Ego me in hoc periculo immittere non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam. Nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos, ac tales sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque, qualiter sentire, vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego in quantum vires Deus dignatur dare, studere volo eorum præceptionibus, & obaudire: quia cum talibus non rixas, sed pacem ex qualicumque parte habere desidero. Et hoc diligenter adtendendum

Psal. 6.

Psal. 101.

(a) Hanc ipsam epistolam ipsismet fere verbis descriptam, si pauculas quasdam varient, exceptis vulgavit Jacobus Petitus Tom. I. Conciliorum Ibroderi Cantuar. inter excerpta Canonum ex antiqua collectione Cod. Hormisdæ Papæ in universas provincias desumpta. Ibi vero inscriptionem hanc ferre testatur Petit: *Epistola Hormisdæ Papæ in universas provincias*, quam tamen inscriptionem posteriori manu additam idem Petit fatetur. An inadvertisse etiam juvat Gratianus canones 50. & 58. dist. 50. ex hac apocrypha epistola desumptos fuisse. Porro epistola apud Petit legenda in nonnulla in exordio praeitur, quæ in Canisiana deliderantur: incipit enim: *Si quis arcanum sacerdotis est detectum, ab reprehensione laesionem cum ejus sua incommodi inferatur, incommodum adfectatur. Eve manifestissime Ca-*

dum est. Quod si secundum quod scriptum est, illi clerici qui ad uxores proprias redeunt, ab integro ab officio suspendantur. Quod si etiam dicam & internuptiarum mariti; qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt: aut si ordinati fuerint, deiciantur. De quibus sanctus Paulus episcopus in epistola sua dixit. *Perdit gratiam consecrati, qui ad officium vult exercitari mariti.* Cum hæc ita sint; qua conscientia quisque dicere poterit, quod ille qui adulterium commiserit, iterum ad honorem venire poterit? Hoc loco, si aliquis fuerit, qui dicat; Ergo negas misericordiam Dei, qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat?* Et illud: *Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat?* Et illud: *Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates ejus oblivioni tradentur?* Sed ad hæc voce libera respondere, & possumus, & debemus. Absit a nobis ut de illis sententiis videamur vel leviter dubitare. Diffinitissime enim credimus quod quisque ad finem vitæ suæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiet, sed etiam ad præmia æterna perveniet. Propter regulam tamen ecclesiasticam & propter antiquorum Patrum instituta, quod abiit a nobis, aut reprehendere, aut detrahere audeamus. Cumque credimus ad vitam æternam post beatam pœnitentiam venire; ad honorem clericatus secundum tantorum Patrum præcepta novimus non debere reverti, in tantum, ut in canonibus scriptum est; ne ullus unquam pœnitens clericus ordinetur. Et si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte egit, non potest episcopus, aut presbyter ordinari: itaut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, deiciatur ille; qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique quid aliud quam pœnitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi alia quamlibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta obiciat: quia quidquid contra illorum diffinitionem in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam ille sacerdos propter stultam indulgentiam, accipere meruit, qui pro eo, quod filios suos negligenter castigavit, & eos nec cedere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, & XXX. millia de populo interfecti sunt, & Arca Testamenti capta est, & ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est, & nomen ipsius de libro vitæ deletum est, &c. * Contra Phinees, qui pro eo, quod, zelo Dei commotus, duos adulteros pariter interfecit, totum populum de Dei iracundia liberavit. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum Sacerdotes Domini debeant vindicare; sed quia melius est unusquisque parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam, vel confusionem sustineat, quam postea ad supplicia æterna perveniat. Et multum ei utilius est propter aliorum exemplum, quamdiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium sibi in die necessitatis adquirat. Quicumque parvitati meæ in hac causa voluerit contrarius existere, aliud responsum dare nolo delibero, nisi quod supradicti canones continere videntur.

DECRETA HORMISDÆ PAPÆ
EX GRATIANO DESUMPTA

Quæ in prioribus epistolis non habentur.

PRIMUM

Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio retrudatur, presbyter non ordinetur.

Si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte agat, non potest episcopus aut presbyter ordinari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, deiciatur ille ergo qui invitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui utique nihil aliud quam pœnitens dicendus est) qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo episcoporum & reliquorum canonum constituta obiciat: quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum circumsonuisse locutum, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

SECUNDUM

Nuptias occultas celebrare non licet.

Nullus fidelis, cujuscumque conditionis fuerit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in domino.

TERTIUM.

Pacem. Sacra Eucharistia episcopo.

Tua sanctitas requisivit a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater [illegible] nomium contrahere vult, si fine voluntatis [illegible] filii adulti facere potest, ad quod dicimus. Si aliquo modo non consentit filius, fieri non potest. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum discerni potest, pater eum cui vult in matrimonium tradere, & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino observare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sanctum a nobis, tenendum mandamus.

QUARTUM.

Absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare.

Nullus presbyter in ecclesia consecrata [illegible] altare erigat, nisi quod ab episcopo [illegible] sanctificatum (a) vel per [illegible] tio inter sacrum, & non sacrum [illegible]

1 Reg. 2.

(a) Burchardus lib. 3. cap. 18. In uno Cod. MS. sic legit, & quantum arbitrio [illegible] sanctificatum est. Manu.

tionem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, degradetur, si clericus est; si vero laicus, anathematizetur.

EX DOCTRINA

HORMISDÆ PAPÆ

Cap. 4.

Burch. lib. 4. cap. 57.

Ex Supplem. Mondi T. I. pag. 195.

SI quis baptizat, aut aliquod Divinum officium exercuerit per temeritatem non ordinatur, abiiciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Certo certius visum semper fuit viris hactenus eruditis a Gelasio summo pontifice in synodo Romana LXX. episcoporum scriptum fuisse decretum sive notitiam de libris sacris & apocryphis: cujus, ut omittam innumerabiles codices manuscriptos vetustissimos ac principum diplomatibus, & ipse Nicolaus I. papa meminit epistola 42. ad omnes Gallia episcopos missa, his verbis: *Consonat autem huic beatissimo papæ Leoni sanctus & facundissimus in decretis suis papa Gelasius ita inquiens: Decretales epistolas, quas beatissimi papæ diversis temporibus de urbe Roma pro diversorum patrum consultationibus dederunt, venerabiliter suscipendas decernimus, &c.* Multisque post illum annis Gratianus retulit in suam discordantium canonum concordiam parte prima, distinctione XV. cap. *sancta Romana ecclesia*. Verum non defuerunt qui ex codicibus aliquot manuscriptis: præsertim Jurensi ex monasterio S. Eugendi, sive, ut cum vulgo loquar, S. Claudii, & antiquissimo optimo

A nem Urgelitanum, ut qui vidit Stephanus Baluzius mihi testis est, tribuere voluerint Hormisdæ papæ, qui a Gelasio tertius Romanam sedit ecclesiam. Vide quæ Chifletius noster, (cum sub prælo properaret ad metum tomus hic noster quærens) Divinæ emisit in lucem, pag. 140. notarum in Vigilium Tapsensem episcopum, hoc initio:

Incipit decretale in urbe Roma ab Hormisda papa editum.

De scripturis divinis quod universaliter catholica recipiat ecclesia, vel quæ hæc quid vitare debeat.

TITULI.

B I. *De ordine librorum canonicorum veteris & novi testamenti.*

II. *De numero apostolicarum sedium.*

III. *De constitutionibus sanctorum conciliorum.*

IV. *De opusculis sanctorum patrum quæ recipiuntur.*

V. *De opusculis apocryphorum quæ recipienda non sunt.*

I.

Ordo de veteri testamento quem sancta, &c. Quæ non est opus hoc loco iterare, cum supra edita sint. Si quæ occurrant alicujus momenti variantes lectiones a nostris distinctæ, in notis ad Gelasii decretum non omittentur.

SYNODUS AGAUNENSIS

OCCASIONE FUNDATIONIS AGAUNENSIS MONASTERII.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Fundatum a Sigismundo Burgundionum rege catholico Agaunense monasterium aut certe instauratum nemo sanus ambigit. De anno controversia non levis; quam non est nostri instituti modo pluribus agitare. Sufficiat hoc ere instrumentum, quod a nonnullis in dubium, jure, an injuria? revocatur, proponere, quod plurium episcoporum (præterquam Aviti Viennensis metropolitani, quod mihi permirum accidit, par ea tempora celeberrimi, & apud Sigismundum gratia atque auctoritate potentissimi) in eo hat mentio; præsertim cum in vetustissimis schedis bibliothecæ Thuanæ, teste Sirmondo pag. 158. operum Alcimi Aviti, extet titulus homiliæ 7. dictæ in basilica SS. Agaunensium in innovatione monasterii ipsius, vel passione martyrum.

Instrumentum fundationis Monasterii Agaunensis.

IN timore domini nostri Jesu Christi cum felicitate Domino nostro Sigismundo pio, sub die pridie Kal. Maii a LX. episcopis, totque comitibus, habito concilio in Dei nomine Agauni publice, idem rex est exorsus dicere.

Audivi in evangelio dominum dicentem, *ubi duo vel tres congregati fuerunt in nomine meo, in medio eorum sum*. Certus sum ego de vestra sanctitate, dominici patres, ut in isto conventu adjutor sit nobis omnipotens Deus.

Tunc sanctus Maximus urbis Genevensis episcopus ait; Quoniam nihil est quod ex ipso non agatur, petendum nobis est, ut adminiculo ejus adjuti viam veritatis gradiamur, ut ad æterna gaudia pervenire mereamur.

Tunc rex ait: Ad hoc enim vos adunavi, ut mærentem me consolemini, & quid agam vel respuam, addiscatis?

Responderunt episcopi: Honor tuus est o rex, judicium deligere, & facere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.

Quibus rex dixit. Jam abjeci omnem ambi-

C guitatem, & abstersit Deus a me omnem perfidiam Arianorum, adeptus sum fidem catholicam, servus sum Jesu Christi, instruite me quomodo ei placeam, cujus me profiteor amicum.

Jam præfatus strenuus prædicator Maximus dixit: Audi sanctissimum regem o rex dicentem: *Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent*; & alibi: *Jacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet*. Et dominus in evangelio. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Psal. 33. Psal. 54. Matth. 11

Ad hanc ergo rationem compunctus rex ait: dic ergo, alme pater, valde delector in tuis sermocinationibus. Tunc sanctissimus ille ait;

D quamvis indigni nostrum officium est ad annuntiandum, sed tuum est ad implendum: sit ergo eloquium nostrum sale conditum, ut audiant mansueti & lætentur, & non ut vituperetur ministerium nostrum, sermones nostri Deo adjuvante & divina authoritate salutem tuam præferant: dilige eos qui recto sunt corde & ambula simpliciter coram domino, in omni bonitate, justitia & veritate, te ipsum castum custodi, & noli communicare peccatis alienis, ut

ut cum beato David securus dicas; *Odivi congregationem malignam, & invocantes, & vestis adhæserunt mihi: hoc enim faciens teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt;* Nobis opportunum est, ut tu juste vives propter illud quod propheta ait; *Qualis fuerit doctor civitatis, tales & habitatores civitatum.*

Psal. 90.

Hæc & his similia beato Maximo dicente, rex & omnis populus qui cum eo erant suspirantes, & Deo gratias agentes, quia talem haberent instructorem, qui omnem hæsitantiam auferret a cordibus eorum.

Tum sanctus Theodorus episcopus Sedunensis ait: Instantia cordis mei est, ut proferam sermonem vestris salubribus consiliis, quid agendum sit de beatorum martyrum Thebæorum corporibus, id est Mauricii cum suis commilitonibus, qui pro Deo a Maximiano perempti sunt, & inhumati jacent; nescio qui sit homo, qui prævaleat secundum merita eorum singulis fabricare ecclesias.

Tunc omnes episcopi dixerunt: De cruore eorum locus iste sacer est & electus, illi exules fuerunt a patria, vitam mundi contemnentes, caduca respuentes, consanguinitatem proximi non recogitantes, juventuti non parcentes, pro Christi amore mortui sunt, & per Christum sanctificati sunt.

Tunc rex ob devotionem lacrymabili voce prorumpit: Utinam impietas mea mihi impedimentum non fecisset, ut cum illis fuissem & occubuissem, & socius fierem gaudio eorum, sed nunc auxiliante Deo videte quomodo honorifice accipiant sepulturam.

Inito concilio ad regem dixerunt. Visum est nobis bonum esse, ut hi tantum quorum nomina comperta sunt, id est, Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, infra ambitum basilicæ quam clementia regis ad hoc opus ornare jussit, reliqua vero corpora congerantur in tutissimo loco, atque aptissimo, in uno condantur loco, & sub eximia custodia sanctissimi custodes deputentur, ne forte, quod absit, falsato ex eis furentur, & constituatur officium psallendi die noctuque indefinenter.

Una cum rege omnibus placuit, & virum sanctissimum in omnibus operibus bonis comprobatum, in ipso loco Hymnemundum constituerunt abbatem, qui & accersitus a venerabilibus episcopis, una cum sanctissimis viris, sancto Acino, sancto Ambrosio, sancto Proto, & sanctis viris, qui ad hoc opus suscipiendum de monasterio Granensi venerant.

Hæc episcopi inter se agitantes cum præclaro rege Sigismundo, quam monachis regulæ institutionem imponere deberent, quia propter illud institutum psallentium, quod ibidem Deo protegente amodo in perpetuum sit conservandum, non potest, ut cetera monasteria, exercere opera.

Sanctus Victorius urbis Gratianopolitanæ episcopus ait: Dixit Salomon, *ubi plurima sunt consilia, maxima est salus*, ad hoc venimus, ut prolatis ex divina scriptura sententiis, devotio regis supplicatur, fortiusque roboretur; tandem quid utilius invenire possumus? favere est, non sistere, ut subdito queant subire, & ne vertuti judices videamur, de quibus Deus in evangelio ait: *Alligant enim onera gravia & importabilia, & ponunt ea in humeros hominum, digito autem suo ea nolunt movere.* Ecce enim iam dictus noster rex Sigismundus, monasterium Agaunense largitatis operibus ditavit. Convenienus itaque est, ut juxta quod dictus pater Hymnemundus Abbas perfectissimam vitam gerit, posteri ejus imitentur, & exemplum sanctitatis ejus corde meditentur, & in opere exerceant. Recte mihi videtur ut secundum plenissimam devotionem domini regis, ex psallendi institutionibus, fiant novem normæ, id est, Granensis, Isiana, Jurensis, & Meluensis, & cetera; succedentes sibi in officiis canonicis, id est nocturnis, matutinis prima, tertia, sexta, nona, vespertina, in hac die, noctuque indefinenter domino famulentur.

Prov. 11.

Matth. 23.

His vero dictis omnes episcopi consenserunt. Quibus rex ait: Jam enim de psallendi officio, desiderio meo satisfactum est, quid vobis videtur, de munificentia monasterii, & exhortatione doctrinæ, vel qualiter ipsi monachi vivere debeant; jam enim supradictum est, ut quia sicut cetera monasteria propter institutum psallentium, non queant opera exercere, quam regulæ institutionem debeant sortiri diligenter examinetur, ut ex nostra authoritate sit munitum, & firmitate manus nostræ roboratum, atque sub vinculo anathematis obligatum.

Ad hanc interrogationem Viventiolus urbis Lugdunensis episcopus, una cum aliis episcopis dixit. Optime vobis videtur, ut munificentiam ad regem habeant, exhortationem, & doctrinam habeant ad sedem apostolicam; jam quia scimus comprobatam habere disciplinam, & sanctam conversationem sanctum Hymnemundum, quem præesse constituimus monasterio huic, & posteri ejus ipsum sequantur, ad omne opus implendum, tamen sub brevitate instituimus, ut omnes obediant ei, & sine præceptis illius nihil agatur: quidquid a prioribus ordinatum fuerit, juniores sine murmuratione expleant, & per singulas normas decani constituantur digni, ut abbas diviso pondere, de providentia eorum sit securus: de vestimentis vero scimus, quia locus iste adris intemperie intemperatus est; propterea tam ad induendum, quam in lectis in abbatis sit consideratione similiter de cibo & potu: unum habeant dormitorium, Dunum refectorium, unum locum ad calefaciendum. De disciplina vero, de gravioribus culpis secundum canones judicentur, de minoribus autem ut abbas judicaverit & fratres consenserint, melius est enim cum amico flagellari, quam cum adversario in interitum præcipitari. Jejunium ut cetera monasteria agant, & die noctuque in orationibus vacent, & semper meditentur, & egredi de monasterio sine permissione prioris nullus præsumat. Placuit nobis ut & ipse abbas, qui nunc est, & qui futuri sunt, sint instructi ex necessitate, tam de veteri testamento quam de novo, ut alii ædificentur, & per capitalia scribantur, ut posteri teneant. Hæc instituta sunt propter eum *qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis in odorem suavitatis*; videat ne quis sit qui violare hæc audeat, & iram omnipotentis Dei incurrat; & si tempus advenerit, quod Deus avertat, quod divisione aut disceptatione contra hæc agere tentaverit, tunc abbas prædicti monasterii concurrat ad sedem apostolicam habeat, quatenus hæc potestas illuminans, & inde ad causam suam referatur, & probet quod omnium potentior est sapientia, & ideo ut Deo auxiliante monachi de exortatione sancta confortatur, incomodia

stabilitate permaneant indivisa caritate; & sicut nunc est gloriosissimi regis devotio supplete, & omnium consensus sit in perpetuum conservatus atque roboratus.

Propterea ego Sigismundus gratia Dei rex Burgundionum, Christo auspice consideravi una cum supradictis LX. episcopis & comitibus, de jam dicto monasterio, quod vocatur Agaunum, quod nunc domino adjuvante infra regnum nostrum Burgundionum construximus, & venerabilem virum Hymnemondum ibidem constituimus abbatem, ubi tanta & talia sacra corpora Thebæorum martyrum, qui pro Christo eorum sanguinem non dubitaverunt fundere, ad luminaria vel stipendia monachorum, quid agere debeo, nisi sicut dominus noster Jesus Christus loquitur dicens. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*; & *; date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis*; & *: quicumque reliquerit domos aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit*. Ideo ego pertractans verba redemptoris nostri, eidem monasterio pro animæ meæ salute de rebus meis dono, donatumque in perpetuum esse volo, hoc est in pagis vel territoriis, Lugdunensi, Viennensi, Gratianopolitano, & Augusta, Cameraria; & pago Genevensi, Valdensi, & fine Aventicensi, & Lausanensi, & Vitontiensi, curtes sic nuncupatas, Briogia, Olona, Cacusa, Rubregio, Statice, Communiaco, Mariniaco, Muratto, una cum appenditiis earum, & in Vallense pago, & in valle Augustana, quæ est a finibus Italiæ, alias curtes, Sidrio, Bernona, Leuca, Bromusio, Duodecimo, Paterno. In civitate Augusta turrem unam, quæ respicit ad occidentem, & Levira, Lagona, Gizorolis, & Morya, cum omni integritate & appenditiis & adjacentiis earum, in terris, domibus, ædificiis, mancipiis, libertis, plebeiis, accolis, vineis, sylvis, olivetis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus & incursibus, mobilibus & immobilibus, ceu decimis, exquisitam totum ad integrum quidquid ad ipsas villas, aspicere videtur, ad locum præfati monasterii de sancto Mauritio donamus, tradimus atque indulgemus, ea enim ratione, ut ab hac die ipsas res superius intimatas prædicta cata Dei, vel rectores ejus in luminaribus ipsius ecclesiæ, vel ad stipendium ibidem decertantium monachorum habent & possideant, vel quidquid exinde facere elegerint, libero perfruantur arbitrio. Propterea hanc donationem nostram fieri jussimus, per quam omnino jubemus, ut nullus de fidelibus nostris, non de judiciaria potestate prædictam casam Dei vel beatorum martyrum & rectores ejus & monachos ibidem consistentes inquietare, nec calumniam generare præsumant, sed sub firmitatis nostræ studium Dei propitient, nostris & futuris temporibus, sicut diximus, pro mercedis augmento in luminaribus ipsius ecclesiæ vel ad monachorum ipsorum stipendia perficiat in augmentis qualiter ipsius congregationem beatorum martyrum melius delectet, pro nobis Dei misericordiam attentius exorare, & ut hæc donatio vel authoritas firmior habeatur, & pro tempore conservetur, & per manus nostræ signaculum omni tempore obtineat firmitatem.

Maximus urbis Genevensis episcopus subscripsit.

Victor urbis Gratianopolitanæ episcopus subscripsit.

Viventiolus urbis Lugdunensis episcopus subscripsit.

Umbdemarus comes signavit.

Fremodus comes signavit.

Gundeulfus comes, Benedictus comes, Agano, Bonifacius, Teudemaudus, Fredeboldus comes subscrip.

Data sub die Idus Maii in virorum .xtu prope Agauno monasterio feliciter.

Mirum vero, quod jam monuimus, hinc abesse nomen ac subscriptionem S. Aviti archiepiscopi Viennensis. * *Ceterum ex monumentis monasterii Agaunensis colligi quidem potest mentio concilii hujus dumtaxat, cujus fidem magis adstruunt, tum homilia, quam habuit Avitus Viennensis episcopus in basilica sanctorum Agaunensium in innovatione monasterii ipsius, cujus homiliæ fragmentum extat inter opera ejusdem Aviti; tum etiam Fredegarii chronicon, in quo legitur:* Institutio monasterii sanctorum Agaunensium ab Avito & ceteris episcopis, ipso jubente Sigismundo Rege confirmata. *Ex quibus causa synodi convocandæ, quidque gestum fuerit in ea, patet, cui tandem assignamus epocham anni 515. juxta chronici Aventicensis episcopi Marii auctoris coetanei consules, nempe Florentium & Anthemium*, quibus, *inquit*, consulibus monasterium Agauno a Rege Sigismundo constructum est. *Narrat quoque chronicon sancti Benigni Divionensis editum a doctissimo Luca Dacherio, & causam construendi monasterii Agaunensis, & novam ibi psallendi institutionem a synodo comprobatam fuisse, scilicet modum chori perennem, seu psallentium assiduum, ut loquitur Gregorius Turonensis. Sic ergo habet chronicon:* Sigismundus filium nomine Sigiricum, quem ex priore conjuge habebat, novercæ insidiis jussit interfici, unde postea pœnitentiam agens, monasterium sanctorum Agaunensium miri operis construxit: cumque ibi in orationibus persisteret, jejuniis & eleemosynis intentus, revelatum est ei ab Angelo, ut ad instar cælestis militiæ psallendi choros institueret. Quo divinitus accepto consilio, episcopos & alios religiosos viros consuluit utrum salubriter cogitaret. Qua interrogatione sancti antistites inter se ventilata, licet insuetum opus, tamen Domino annuente unanimiter corroboraverunt. Quod sanctum opus servitutis Dei perfecte institutum, & pari omnium consensu confirmatum est, atque ex tunc laudes Deo ab omnibus persolvuntur.

* Ex Labbei Appendice Tom. IV.

Matth. 5.

Matth. 19.

Observatio P. Antonii Pagi

ad ann. Christi 515 num. 6. & 522. num. 10. & seqq.

Marius Aventicensis ad consulatum Anthemii & Florentii an. 515. gestum scribit: *Monasterio Agaune a rege Sigismundo conventum est*, in angusta scilicet planitie, in qua parvus vicus antiquitus ædificatus fuit, quem *Tarnaiam*, seu *Ternaiam* non longe ab Octodurorum distinxerunt, incola appellarunt, indeque Monasterium modo *Agaunense* a fine, modo *Ternaiense* ab oppidulo ibi condito denominatur. Hoc celeberrimum Monasterium ante Clodovei Magni tempora videtur fundatum. Fausto enim Monachus, discipulus sancti Severini in vita ejus a Mabillonio sæculo I. Benedictino recitata testatur, Clodovæum Regem anno regni sui 25. Christi 506. cum in gravem morbum incidisset, *ad sanctum Monasterium Agaunensium*, ubi *Sigismundus Abbas ordinatione institutus erat*, misisse, & Severinum ad eum vertisse, post sanitatem ei restitutam, ad Deum mirabiliter gratias, postquam duobus filiis fuisset divisus. *Commendabilis dilectissimum fratrem meum Bobbonem, qui mihi annos XXX. in officio corporis exhibuit, commendo eum monachum meum, ut ipse Deum.* Quare anno circiter 30. a morte ejus Severinus præfatus Monasterio

rio Agaunensi, neque enim morbo afflictus Abbas renunciatus fuisset. Tum eo Monasterio post sancti Abbatis obitum vel collapso, vel everso, sanctus Sigismundus anno 515. novam fabricam initium dedit, quam tandem anno 522. absoluta sanctus Hymnemundus primus novi Monasterii Abbas a Rege Sigismundo institutus est, ac dotatum Monasterium. Anno siquidem 522. Sigismundus Sigericum filium suum interficiendum iussit: sub illius enim anni Cosa. Marius Aventicensis in Chronico scribit: *Mis Cosi. Sigericus filius Sigismundi Regis, jussu patris sui impulsus occisus est*. Hinc sancti penitens Sigismundus, ut tradit Turonensis lib. 3. cap. 5. & 6. *ad sanctos Agaunenses abiens per multos dies in fletu & lamentis orans, veniam precabatur, Psalmorum ibi perpetuam instituens*. Quare cum in conventu episcoporum habito dicatur, Sigismundus *sub die pridie Kalendas Maii* in illum conventum venisse, Hymnemundum constituisse Abbatem, corpora sancti Mauritii & sociorum aptissime in loco condidisse, Psallentium instituisse, Monasterium dotasse, apparet gesta hæc esse anno 523. quo ultimus mensis Aprilis dies in Dominicam incidit. Anno itaque 523. pridie Idus Maii celebratum Agaunii Concilium, cujus mentio in charta donationis illius Monasterii, in qua Sigismundus episcopos alloquens ait: *Ad hoc vos adunavi, ut mororem me confoveatis, & quid agam, vel rationem adhibeatis*. Quibus verbis mororem ex morte Sigericii filii conceptum indicat. Eam chartam commentitiam esse contendit Coinctius, quod in ea sermo sit de Psalmodia perpetua in Monasterium Agaunense tunc primum inducta, atque eius falsitatem ostendere notam cum loci, tum temporis. Nam in ea dicitur, Sigismundum *sub die pridie Kal. Maii Agauni pabitio exorsum esse dicere &c. Sola vero celia est. Data sub die Idus Maii in oratorio ecclesiæ sancti Agaunensis Monasterio feliciter*. Verum alio hoc, aliquo die conventus habitus, aliunde die ac loco charta fundationis a tribus episcopis & octo laicis, qui dimissio reatu cum Rege remanserant, subscripta. Præterea dicit Coinctius, his ea in charta scribi adfuisse LX episcopos, tot denique comites, cum tamen in toto Sigismundi regno essent tantum solos episcopales XXVII. At librarius in numeris describendis sæpe errare, innumeris exemplis demonstrat. Scriptum erat IX. & librarius posuit LX. Imo ipsemet Coinctius an. 531. n. 1. ubi Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 10. narrat Childebertum Francorum regem rejecisse ex Hispania de sancti Marcelli in suburbano Cabilonensi a Guntramno Francorum Rege facta sit: *Synodum XL episcoporum fieri præcepit, & ad instar institutionis Monasterii sancti Agaunensium (quod temporibus Sigismundi Regis ab Avito & cæteris episcopis, sub Primicerio habente Fuerat confirmatum) &c.* Agaunensis ecclesiæ diversa meminit Marculfus lib. 1. cap. 1. illustraque reconder Coinctius ann. 654. num. 11. respexisse Marculfum et aliud Agaunensis privilegium, quod excitat. Mutuantur eius conjecturas, utpote leviores.

CONCILIUM ILLYRICIANUM

ANNO CHRISTI 515.

Habitum Anno DXV.

Ex nova Baluzii Collectione.

Cum ex Theophanis chronico constet hanc synodum eo anno habitam fuisse quo mortua est Ariadna Augusta, illam vero Marcellinus Comes & Victor Tunnunensis testentur vita decessisse sub consulatu Anthemii & Florentii, Indictione autem estiva, dubium non est quin synodus referenda sit ad annum Christi quingentesimum quintumdecimum. De rebus porro in ea gestis sic scribit Anastasius bibliothecarius in historia ecclesiastica, qui ex Theophane accepit. Sane Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Imperatoris Timotheo Constantinopolitano Episcopo, quadraginta Episcopi Illyrici & Græciæ convenientes in unum, per protestationem in scriptis factam, ut a proprio Metropolitano, dilecto fuerunt ab eo; & Romam mittentes, Romano communicare in scriptis professi sunt. *Vide Innocentium III. lib. XVI. epist. 139.*

CONCILIUM LUGDUNENSE

ANNO CHRISTI 516.

Habitum circa Annum DXVI.

Ex nova Baluzii Collectione.

Constat ex epistola XXVIII. Aviti Episcopi Viennensis celeratum sub Gundobado Burgundionum Rege fuisse Concilium in urbe Lugdunensi, cui & Avitus ipse & Chartenus interfuerunt sedis Episcopus interfuerunt. Hæc tantum.

SYNODUS VETERIS EPIRI

IN CAUSA JOANNIS NICOPOLITANI

Episcopi & metropolitani veteris Epiri celebrata sub Hormisda Anno Domini DXVI.

Synodus) Mortuo Alcysone episcopo Nicopolitano, anno domini 516. qui est tertius Hormisdæ, subrogatus est Joannes, qui statim more majorum coacta synodo episcoporum veteris Epiri, cujus ipse erat metropolitanus antistes, communionem sedis apostolicæ amplexurus fidei suæ libellum illico per Rufinum diaconum ad Hormisdam papam misit, probans quatuor generalia concilia, damnansque omnes hæreticos eorumque in primis socium Acacium. Synodicam ejusdem argumentis plena synodus universa adjunxit, & per eumdem Rufinum ad pontificem transmisit. Utraque epistola excusa est supra inter epistolas Hormisdæ. Prior sic incipit: *Cura mihi existit semper*, &c. Posterior tale initium habet: *Si ergo quæ premissa sunt tenemus*, &c.

CON-

CONVENTUS CELEBERRIMUS

OMNIUM POTESTATUM BRITANNIÆ,

Videlicet archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, &c. ad coronationem inclyti regis Arthuri solennizandam habitus,

In quo sanctus Dubritius archiepiscopatu cedit, & alii ad episcopatus promoventur.

Contumptis ergo primis in hunc modum tribus diebus, instante quarto, vocantur cuncti qui ipsi (*regi Arthuro*) obsequium præstabant, & singuli singulis possessionibus, civitatibus videlicet atque castellis, archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis, ceterisque honoribus donantur.

Beatus igitur Dubritius in eremiticam vitam anhelans, sede ab archiepiscopali sede deposuit, in cujus locum sacratur David regis avunculus, cujus vita exemplum totius bonitatis erat his quos doctrina imbuerat. In loco vero Sampsonis Dolensis archipræsulis destinatur Chelianus illustris presbyter Landaviæ, annuente Hoelo rege Armoricorum Britonum, cujus vita & boni mores virum commendaverunt. Episcopatus vero Silcestriæ Mauganio, & Gwintoniæ Diuvanio decernitur. Decernitur quoque pontificalis infula Alclud Elidanio

CONCILIUM TARRACONENSE

DECEM EPISCOPORUM

Tempore Hormisdæ Papæ habitum, æra DIIV. Anno domini 516.

TITULI CAPITULORUM.

I. Ut etiam ad proximos [illegible] clerici cum [illegible] [illegible].

II. Ut clerici emendi [illegible], vel vendendi ca[illegible] non permittantur.

III. Ut clerici, si solidum præstiterint, fine[illegible] recipiant.

IV. Ut nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas judicare prælumat.

V. Ut qui metropolitana civitate episcopus non ordinatur, post duos menses se metropolitano [illegible] [illegible].

VI. Ut episcopus, qui a metropolitano commoni[illegible] [illegible] non [illegible], excommunicetur.

VII. Ut duæ [illegible] septimanas teneant, & [illegible] omnes in unum conveniant.

VIII. Ut annis singulis episcopus diœcesim visitet, & ut non plus quam tertiam de potestatis accipiant.

IX. Ut clericus, & [illegible], qui adulterii [illegible] [illegible], ut prædicatur.

X. Ut nullus clericus pro judicio munera accipiat.

XI. Ut monachus [illegible] alicubi, [illegible] [illegible] aliquid aliquo [illegible] prælumat, nec negotiator, nec [illegible] exeat.

XII. [illegible] intestatus obierit, inventa[illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible].

XIII. Ut [illegible] ad presbyterum [illegible] [illegible] [illegible]

PRÆFATIO.

(a) In nomine Christi habita synodus Tarraconę, b anno sexto c * Theuderici regis, consulatu * Petri, sub die octavo Idus Novembris.

* Theuderici forte Agapeti falsus hominis Gothi conjectura ac delenda: fuit enim Petrus ex ccc. consul.

ANtiquorum patrum statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos relata pervenerunt, aut certe acta testimonio proprio comprobaverunt. Cujus rei & nos sequentes exemplum, illa quæ nunc fiunt placuit observanda decernere, ut præterita absque ambage custodiantur, & præsentia * observatione sint firma. Igitur cum in unum pariter convenissemus in urbem Tarraconensem, quæ est * (b) metropolitana, titulos subter adnexos conscripsimus observandos.

* hac observatione.

* metropolitana observatissima tradata.

CAPITULA.

I.

Consult. cum Cod. Luc. cap.

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate (c) haberi permittitur, ut cautela eorum necessitates * substentent, (d) pietatis beneficia, quæ eis sunt necessaria, * (e) præbeant: ipsi vero pro visendis eis, cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, nec inibi faciant mansionem: qui tamen, cum ad earum visitationem pergunt, testem solatii sui, * fide & ætate providum adhibeat secum. Si quis hæc a nobis statuta contempserit; si clericus est, loci sui dignitate privetur; si vero religiosus vel monachus, in cella monasterii reclusus pœnitentiæ lamentis (f) incumbat; ubi singulari afflictione, panis & aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.

* substineant.

* longius præb.

* fide & ætate providum

II.

14. quæst. 4. can. Statutis. Decret. Ivo. 2. 10 parte c. 13. Burch. lib. 2. cap. 155.

Sicut canonum statutis firmatum est, quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur: * certe si voluerit hæc exercere, cohibeatur a clero.

* ut quicumque

* quod certe.

III.

Si quis vero clericus solidum in necessitate * præstiterit, ut hoc de vino vel frumento accipiat quod mercandi causa tempore statuto decretum fuerit * venumdari; ceterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat.

* præstiterit, hoc 14. q. 4. Si quis clericus in necessitate. Decret. Ivo. part. 6. cap. 169.

* vendendæ

IV.

14. quæst. 4. Nullus episcoporum aut presbyterorum. Ivo pa t. 6. cap. 2.

Ut nullus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die dominico propositum cujuscumque causæ negotium audeat * judicare; nisi * ut hoc tantum, ut Deo statuta solennia peragant. Ceteris vero diebus (g) convenientibus personis, illa quæ justa sunt habeant licentiam * judicandi, * exceptis criminalibus negotiis.

* vendere al. venitatur.

* fort. ad

* vendendi excepto, criminalibus.

V.

Dist. 63. Si quis in metropolitana. Decret. Ivo. part. 3. cap. 18.

Si qui in metropolitana civitate non fuerit episcopus ordinatus, postea * cum susceperit benedictionem, per metropolitani literas honorem fuerit * episcopatus adeptus, id optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius quod observare debeat recognoscat. Quod si forte hæc implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus corrigatur. Quod si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

* quem in fronte benedictionem

VI.

Dist. 18. Si quis episcopus. Decret. Ivo. part. 3. cap. 19. Burch. lib. 3. cap. 18.

Si quis * episcopus commonitus a metropolitano ad synodum, nulla gravi intercedente (h) necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta patrum * constituerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum caritatis communione privetur.

* episcoporum

VII.

De diœcesanis ecclesiis, vel clero id placuit definiri, ut presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis, septimanas observent: id est, ut presbyter unam faciat hebdomadam; qua expleta succedat ei diaconus similiter: ea scilicet conditione servata, ut omnis clerus die * sabbato ad vesperam sit paratus, quo facilius die dominico solennitas cum omnium præsentia celebretur: ita tamen ut omnibus diebus vesperas & matutinas (i) celebrent: quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sane negligentiæ (k) vitio hæc implere noluerint, noverit se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.

* sabbato

VIII.

10. quæst. 1. Decretum. Ivo part. 3. cap. 18. Burch. lib. 3. cap. 18.

Multorum casuum experientia magistrante, reperimus nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas: * ob quam rem, id hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur & * (l) annuis vicibus ab episcopo diœcesano

* pro quo id constitutum annis singulis

(a) Luc. Incepit synodus habita Tarraconę sub die VIII. id. Novemb. consulatu Petri V. C. ex.
(b) Metropolitana ut provisione fundata in titulos subter adnexos conscripsimus observanda.
(c) commoditatem, ut ea cautela eorum. (d) ut pietatis. (e) a longius præbeant.
(f) incendat. (g) cohibentur. (h) infirmitate.
(i) celebrentur. (k) celebretur. (l) annis singulis.

tano visitentur: & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, * ordinatione ipsius * reparetur: d quia * tertia ex canonibus per antiquam traditionem, ut scripsatur ab episcopis, * novimus statutum.

* ordinatione ipsius
* reparetur
* tertia
* novimus

IX.

Si quis * lectorum adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adhærere consortio; aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. * Similis sententia ostiarium manebit scholam.

* lectorum
* Similis sententia ostiarium manebit scholam

X.

Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum, more sæcularium judicium, audeat * accipere pro impensis patrocinii munera, nisi forte in ecclesia oblata gratuita, quæ non favore muneris videatur accepta, sed collatione devotionis illata. Quia si qui ista probantur accipere, veluti exactores fenoris, aut usurarum possessores secundum statuta patrum se noverint degradandos.

* accipere

XI.

Monachis a monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium ecclesiasticum præsumant, agere, prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio. Similiter, ut nullus eorum (id est monachorum) forensis negotii susceptor vel executor existat, nisi id quod monasterii exposcit utilitas: abbate sibi nihilo minus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione servata.

XII.

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post * depositionem ejus, a presbyteris & diaconibus de rebus ipsis * breve fideliter conscribatur a minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel omni suppellectile: ita tamen, ut si quis exinde vel * præsumpsisse, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum iurti tenorem restituat universa.

* depositionem
* breve
* præsumpsisse

XIII.

Epistolæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum, * a cathedralibus ecclesiis presbyteri, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant & aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.

* a cathedralibus ecclesiis presbyteri

d SUBSCRIPTIONES

Joannes in Christi nomine episcopus Tarraconensis civitatis * constitutiones a nobis conscriptas subscripsi.

* constitutiones

A Paulus in Christi nomine episcopus * Impurtanæ civitatis subscripsi.

* in Tirasonensi civitate

Hector * episcopus Carthaginensis metropolis subscripsi.

* in Christi nomine episc. Carthaginis

* Frontinianus in Christi nomine episcopus Gerundensis civitatis subscripsi.

* Fortunianus

* (a) Agritius in Christi nomine episcopus Barcinonentis civitatis subscripsi.

* Agretius

(b) Ursus in Christi nomine episcopus Dertosanæ civitatis subscripsi.

Orontius in Christi nomine episcopus * Iliberitanæ * civitatis subscripsi.

* Elibertana
* Forte Eridiana, ex Tarraconen. Prov. Ward.

Vincentius in Christi nomine episcopus Cæsaraugustanæ civitatis subscripsi.

(c) * Camidius in Christi nomine episcopus B Ausonitanæ civitatis subscripsi.

* Cinidius, al. Divadius, al. Emidius

* Nibridius in Christi nomine minimus sacerdotum constitutionem sanctorum canonum subscripsi, sanctæ ecclesiæ * Egarensis minister.

* Bigorrensis

FRAGMENTUM

TARRACONENSIS CONCILII

EX GRATIANO.

Gratianus de consecr. dist. 5. cap. Dictum est. Habetur etiam in concilio Cabillonensi II. cap. 27. usque ad verbum: Quia bis vel ter. *Ita etiam est annotatum in decreto Gregoriano.*

C Dictum est nobis quod quidam de plebe bis vel ter, vel eo amplius episcopis ignorantibus, tamen ab eisdem episcopis confirmentur. Unde visum est nobis, eamdem confirmationem sicut nec baptismum iterari minime debere: quia bis vel ter vel amplius baptiratos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo, sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famulari decretum est.

Burch. lib. 4. cap. 10. Ivo part. 2. cap. 144.

NOTÆ SEVERINI BINII EX GARSIA.

a *Tarraconense.*) Tarraco celeberrima etiam nunc in comitatu Cathaloniæ metropolitana civitas. Meminere hujus Ptolemæus libro 2. geographiæ cap. 3. 4. & 6. Plin. lib. 3. cap. 2. & 3. & Strabo lib. 3. Antoninus in Itinerario, Pomponius Mela atque alii. Fuit autem Tarraconensis hæc synodus celebrata sub Hormisda Romano pontifice anno domini 516. ex Isidoro & aliis est æra 554. *Hæc Garsias.* Idem sentit Baronius anno eodem in fine.

Locus concilii.

b *Anno sexto Theodoricii.*) Non intelligas hæc de sexto anno regni Italiæ. nam ejus regni hic 516. numeratur vigesimus quartus. Sed potius cum regnare cœpit in Hispania, quod contigit (ut sanctus Isidorus scribit) anno regni ejus in Italia decimo octavo, a quo ipso hic ipsius regnandi in Hispania sextus dicitur. Hæc Baronius prædicto loco.

Quo tempore habitum

c *Theodoricus.*) Theodoricus Ostrogothorum & Italiæ rex Arianus pro Alarico rege Hispaniæ genero suo bellum contra Clodovæum Gallorum regem suscepit, eumque fudit. Mortuo autem Alarico, pro Amalarico, Alarici filio, ejusque ex filia nepote, Hispaniam sapienter & pie rexit, eamque a Francorum incursionibus liberam servavit, donec Amalaricus regimen regni susciperet. * Hujus ingenium, mores, statem, utramque omnem Sidonius Apollinaris eleganti epistola describit ad Agricolam. *Garsias.*

Theodoricus rex.

* erant Garsias & Binius.

d *Quia certa ex omnibus.*) Gelasius papa cap. 29. epistolæ ad episcopos per Lucaniam & Bruttium; *Quanto* (inquit) *tam de reditu, quam de oblationibus fidelium, prout cujusliber ecclesiæ facultas admittit* (*sicut dudum rationabiliter est decretum,*) *convenit fieri portiones: quarum una sit pontificis, altera clericorum, tertia*

Wilgerthum Theod. Isidoriæ Sidonius, non hunc. Cap. 8. Ecclesiasticorum bonorum quadripartita divisio

(a) Agretius. (b) deest Ursus (c) Cynidius.

sio pauperum, quarta fabricis applicanda. Ex quo decreto constat ecclesiasticorum rerum divisionem quadripartito fieri solitam. Qua de re Gregorius agit lib. 3. epistolarum, epistola 11. Idemque ad Augustinum episcopum Anglorum; *Mos est*, inquit, *apostolicæ sedis, ordinato episcopo præcepta tradere, ut de omni stipendio quod accedit quatuor debeant fieri portiones*. Refert idipsum Gratianus 12. quæstione 2. ex decretis Gelasii. Quam divisionem ex concilio Romano, sub Silvestro primo celebrato, originem ducere existimo. Nam in canone ejus 4. id fancitur, nec ante id tempus mentionem illius invenio: vocaturque a Gregorio canonica portio, libro tertio epistolarum epist. 11. In Hispania vero haud divisionem non receptam, sed eam, quæ fit in tres tantum portiones, constat ex concilio Tarraconensi cap. 6. & conc. Toletan. IV. cap. 32. & ex Toletano IX. can. 6. ex Bracarensi etiam II. cap. 2. refertque Gratianus 12. q. 3. c. 3. episcopus, & Ivo lib. 3. cap. 178. Et apertius id ostendit concilium Agrippinense cap. 6. *Item quod dictum, quæ a fidelibus datur, Dei constat mancipandæ esse, & Deo iterque reddenda: cæterum tertia pars, secundum canonum Tolletanorum, episcopum esse debet. Nos vero hoc potestate vel solumodo, sed tantum singulis annis quartam partem, iuxta ejusdem Romanorum pontificum, & observantiam sanctæ Romanæ ecclesiæ, de eadem habere volumus*. In primitivo vero ecclesiæ hanc divisionem nondum in usu fuisse existimo, quod arbitrio episcopi res ecclesiæ regebantur: postea vero crescente ecclesia populo, in concilio Nicæno fuit qui dicant, ut quieti & pari consulerentur; hanc divisionem esse factam. Quod vero omnia bona ecclesiæ sub unius pontificis potestate prius ipse ecclesiæ fuerint, ex canone apostolorum 14. constat, ubi sic habetur: *Præcipimus ut ea potestate, sua episcopus ecclesiæ res habeat*. Canone etiam 3. jubetur ut omnia quæ offerantur ad domum episcopi & presbyteri mittantur, ut eorum arbitrio diaconis & cæteris clericis dividantur: & can. 39. omnium ecclesiasticorum negotiorum soli episcopo æqua dispensatio curæque committitur: sicut etiam concil. Lucanæ can. 16. De qua re eruditissimam & sanctissimam scripsit epistolam Urbanus primus ad universos episcopos, & Lucius primus. Consule etiam concilium Gangrense, 7. & 8. & concil. Antiochenum canone 24. & 25. Citat hoc caput D. Thomas 2. 2. quæst. 185. art. 7. ut probet episcopos plenam suarum rerum habere potestatem. *Hæ: Garsias*.

Alii tripartito.

d *Subscriptionem*.) In concilio Gerundensi habito anno 555. uno anno post hunc Tarraconense, fere iidem episcopi subscribunt, ut Paulus, Joannes, Fontinianus, seu Frontinianus, Agritus, seu Agritius, Orontius, Nibridius. *Garsias*.

e *Nibridius*.) Præter Justi Urgelitani, qui in canticis scripsit, & Justiniani, Valcatini, & Elpidii. Non fuit episcopus Agathensis, sed potius Egarensis, ut hæc subscriptione constat, consentientibus omnibus codicibus manuscriptis. *Garsias*.

CONCILIUM CENOMANICUM

In causa donationis piæ confirmandæ

Anno 516. vel 517. habitum.

Ex Supplem. Mabil. T. 1. pag. 191.

Haregarius quidem cum conjuge & filia eorum sanctimoniali, monasterio cuidam in diœcesi Cenomannica ædificando in honorem S. Mariæ & SS. Martyrum Gervasii & Protasii res suas contulerunt. Donatio ista quo firma esset & rata exhibita est Innocentio Cenomanensi episcopo, una cum sancta congregatione in ipsa urbe consistente. *Quibus verbis designari episcoporum concilium, ubi collectum, ex eo conjicio, quod chartæ illi donationis episcopi quamplures subscribunt. Cum vero data ea sit anno 11. Childeberti regis Francorum, cæperitque illo anno DXV. vel DXIV. hinc concilium anno 516. vel 517. convenisse constat. En vero chartam quam damus ex auctore gestorum episcoporum Cenomannensium vulgato a Mabilionio Analector. pag. 249. nov. edit.*

Dum fragilitatis humani generis pertimescit ultimum vitæ tempore, subitanea transpositione ventura, oportet ut non inveniat unumquemque nomine imparatum, ne sine aliquo boni operis respectum migrat de sæculo, nisi dum suo iure & potestate consistit, præparet sibi viam salutis, per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire: Ideoque ego in Dei nomine Haregarius & conjux mea Truda, & filia nostra Tenestina, Deo sacrata, unanimiter contentientes, pertractavimus de Dei misericordia pro remedium animæ nostræ & remissionem peccatorum nostrorum ut æternam mercedem in futurum apud Dominum consequi mereamur, ut aliqua cellula ac monasterium in territurium Sanctæ Mariæ Dei genitricis & Domini nostri Jesu Christi, vel sanctorum Apostolorum Petri & Pauli construere ac ædificare deberemus. Quod ita fecimus: quem apud Domno ac venerabile sede Apostolica Innocentii, Cenomannicæ Ecclesiæ præsule deprecavimus una cum sancta congregatione in ipsa urbe consistente, ut per beneficium nobis concederet de rebus Sanctæ Mariæ vel sanctorum martyrum Gervasii & Protasii, per licentiam jam dicti pontificis construere debeamus. Et omnes res nostras, atque mancipia, quem ex legitima successione nobis obvenerint, & totum & ad integrum ad jam dictum monasterium, per hoc testamentum conditionis tradidimus, atque confirmavimus: & post nostrum discessum iam dicta ecclesia sanctæ Mariæ & sancti Gervasii & Protasii Cenomannis civitate constructa, vel ejusdem pontificis hæredes instituimus, & eos appellare voluimus. Cujus petitionis libenter animo suscepimus & concessimus eis per nostrum beneficium ipsam aream ad ipsum monasterium faciendum, & de rebus sanctæ Mariæ & Sancti Gervasii & Protasii villas duas in augmentum ad ipsum monasterium construendum, ut melius valeant hanc cellulam construere ac ædificare. Et dedimus inter nos fidejussores Berhardum episcopum, & Landolenum abbatem, & Gunduinum comitem per libras quingentas de auro pensante: & si aliquis de nos de hac convenientia se multaverit, vel retraxerit, pari suo solvere faciat, ea scilicet conditione, ut cum omni re emeliorata vel supra posita ad partibus sanctæ Mariæ & sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii Cenomannis civitate, vel ejusdem Pontificis ipsum monasteriolum cum omnes res ad se pertinentes vel aspicientes, tam illas quem nos ad ipsum locum sanctum tradidimus atque confirmavimus, quam & illas quæ de rebus nostris per vestrum beneficium a vobis accepimus, absque ullius judicis consignatione, aut hæredum nostrorum contradictione, cum omni integritate in vestram faciatis revocare potestatem vel dominationem. Et censivimus annis singulis ad festivitatem sancti Gervasii & Protasii, quod est XIII. Kal. julias, de argento libras transsolvere faciamus & post nostrum, Deo juben-

jubente, de hac luce discessum, sicut superius intertum est, vos aut Rectores præsules successoresque vestros in vestram faciatis revocare potestatem vel dominationem, ea scilicet ratione atque pretexto, ut rem data pontificis firmulque ecclesiasticorum omnium pontificalium seu publicorum omnium potestate privandas nullas functiones vel exationes, vel exquisita & lauda convivia, neque gratiosa vel infidota munuscula, neque etiam caballorum pastus, atque paravereda vel angaria, aut in quodcumque functionis titulum judiciaria potestate dici potest, de ipsa facultate penitus non requiratur. Sed sub integra emunitate facultaticula, sicut a nobis hucusque possessa est, in jure oratorio sanctæ Mariæ & prædictorum sanctorum Apostolorum sub jure & potestate & dominatione sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi, vel sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii, & eorum rectoribus atque pontificis debeat, Deo protegente & opitulante, consistere. Licet incessionibus pœnam adnecti non sit necesse, sed nobis pro omni firmitate placuit inferendum. Si quis vero, quod fieri non esse non credimus, si nos ipsi, quod absit, aut aliquis de heredibus vel proheredibus nostris, seu quælibet persona, calliditate commotus, aut cupiditate præventus ullo unquam tempore comprehensam epistolam cessionis nostræ, quam propter nomen Domini & veneratione ipsius sancti loci spontanea voluntate fieri decrevimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiversator extiterit, anathema sit, & tam qui fecerit, quam qui faciendo consenserit, anathema sit, & cum suprascriptos tantos ante tribunal Christi deducat rationes, insuper inferat juxta pœnas sæculi, cum cogente fisco, partibus ipsius ecclesiæ vel eorum rectoribus auri libras quingentas, argentum pondera mille transolvere faciat, & quod repetit, nullatenus valeat vindicare, sed præsens cessio, atque voluntas nostra omni tempore inviolata permaneat cum stipulatione subnixa. Et ut hæc cessio firmior habeatur, & inviolabiliter conservetur, manus nostras subter firmavimus & aliorum bonorum virorum decrevimus roborari: Actum Cenomannis civitate publica. Data V. nonas Maji anno II. regnante Childeberto rege. Signum Haregario. Signum Trudane uxore ipsius. Signum Tenestina filia ejus Deo sacrata, unanimiter consentientes qui hanc cessionem vel donationem a nobis facta fieri vel roborari decrevimus. Ego Innocens, acsi indignus peccator, episcopus a me facta subscripsi. In Christi nomine Landolenus indignus episcopus subs. Ego Magnolenus, acsi peccator, episcopus subs. Vinimundus, licet indignus episcopus, subs. Odolmarus, quam vis indignus episcopus subs. Abbo misericordia Christi episcopus, subs. in nomine Domini. Hildemannus indignus episcopus subs. Gotfridus indignus episcopus subs. Signum Condolini Comite. Signum Ostremundi Comite. Signum Winitmarci comite. Signum Gunduini comite. In Christi nomine Berardus indignus episcopus subsc. Ego Landolenus abbas subs. Signum Adaluvini vicecomite. Signum Ostruini. Signum Hilderici. Signum Bicardi. Signum Emnoni. Hebard. subs. Signum Inghilgarii. Signum Vinctmari. Vvinctmundus scripsi & subscripsi.

CONCILIUM GERUNDENSE

SEPTEM EPISCOPORUM HABITUM

Tempore Hormisdæ Papæ æra DLV. anno domini 517.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut unaquæque provincia in officio ecclesiæ unum ordinem teneat.*

II. *Ut litaniæ post pentecosten a quinta feria usque in sabbatum incoentur.*

III. *De litaniis faciendis Kalendis Novembris.*

IV. *Ut in pascha tantum & pentecoste baptisma detur, exceptis his qui in languore confisi sunt.*

V. *Ut natus die infans, si in discrimine est, baptizetur.*

VI. *Ut conjugati abbates, aut ad subdiaconatum, non sine testimonio maneant.*

VII. *Ut qui non canonice ordinantur, extraneas in domo non habeant.*

VIII. *De adulteris non ordinandis aut demissam accepentibus, ut in clero admittantur.*

IX. *De illis qui publicam pœnitentiam non accipiunt, sed viaticum admittantur, ut in clero promoveantur.*

X. *Ut omnes diaconi post vesperas & matutinas oratio dominica dicatur.*

VETERES TITULI,

seu Excerpta hujus Concilii ex vet. Cod. Lucensi CCCCXC.

Ex Concilio Hierundense.

I. *Omnis ordo ecclesiasticus unitur teneatur in Tarraconensi Provincia.*

II. *Letaniæ post Pentecosten a V. Fer. inchoari debere.*

III. *Similiter, & Novembris Mense Letaniæ a V. Feria inchoari.*

IV. *Natale Domini,* (sic) *& Pascha baptizetur excepta infirmitate.*

V. *Uno die infans natus baptizetur.*

VI. *Conjugati episcopi, presbiteri, diaconi, subdiaconi sine alterius testimonio non maneant.*

VII. *Extraneam mulierem clericus in domum non habeat.*

VIII. *Adulterius* (sic) *ad demissa qui accepit non promoveatur.*

IX. *Qui publice pœnitentiam non acceperit, sed viaticum, admittatur in clero.*

X. *Post matutinos, & vespertinos oratio Dominica dicatur.*

In nomine Christi synodus habita Gerundæ, anno VII. Theodorici regis, VI. Idus Junias Agapeto viro clarissimo consule.

I.

Constituit eam Cod. 129. Luc. De consecr. dist. 2. Institutio. Burch. lib. 3. cap. 66. Ivo part. 3. c. 68.

DE institutione missarum, ut quomodo in metropolitana ecclesia (a) fuerit, ita in Dei nomine [1] in omni (b) Tarraconensi provincia, tam ipsius missæ ordo, quam psallendi, vel ministrandi consuetudo servetur.

II.

De litania, ut expleta solennitate pentecostes, * sequens septimana, a (c) quinta feria usque in sabbatum, per hoc tridum abstinentia celebretur.

* sequepti

III.

Item secundæ litaniæ faciendæ sunt Kalendis Novembris, ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundum prioris abstinentiæ observantiam, a quinta feria incipiantur, & in * sabbato vespere missa (d) facta finiantur. Quibus tamen diebus a carnibus & a vino abstinendum decrevimus.

* sabbati

IV.

De catechumenis baptizandis id statutum est, ut in paschæ solennitate, * vel pentecostes, quanto (e) majoris celebritatis major celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: ceteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore convenit baptismum non negari.

De consecr. dist. 4. De catechumenis. Ivo part. 3. c. 60. Pan. lib. 1. c. 200. * vel natalis domini.

V.

De parvulis vero qui nuper materno utero editi sunt, placuit constitui, ut si infirmi, ut assolet, fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt (si oblati fuerint) baptizentur.

Ivo part. 3 cap. 220.

VI.

De * conversione [2] vitæ id statuere placuit a pontifice usque ad subdiaconum, post susceptí honoris officium, si qui * ex [3] conjunctis fuerint ordinati, ut sine conjuge habitent: quod si habitare noluerint, alterius fratris utatur auxilio, cujus testimonio vita ejus debeat clarior apparere.

* conversatione

* si quis ex conjugatis fuerit ordinatus, ut semper alterius fratris.

VII.

De his vero qui sine [4] conjugibus ordinantur, & familias (f) domi habent, habito secum, pro vitæ conversatione, fratre in testimonium, non per quamcumque fœminei sexus parsonam ejus substantia gaubernetur: nisi aut per puerum, aut per amicum, suam domum debet ordinare. * Si vero matrem in domo habuerit, aut sororem, secundum priorum canonum statuta, per earum personas ejus debet contutari substantia.

* Sit matrem aut sororem in domo habuerit.

VIII.

Si quis vero de laicis post uxorem aliam cujuscumque conditionis cognoverit mulierem in clero nullatenus admittatur.

IX.

Is vero qui ægritudinis languore depressus pœnitentia benedictionem (quam viaticum [5] deputamus) per communionem acceperit, & postmodum reconvalescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

X.

Ita nobis placuit, ut omnibus diebus, post [6] matutinas, & vespertinas, oratio dominica a sacerdote proferatur.

* SUBSCRIPTIONES.

(a) Joannes in Christi nomine episcopus subscripsi.

(b) * Frontinianus in Christi nomine episcopus subscripsi.

* Frontinianus.

Paulus in Christi nomine episcopus subscripsi.

(i) * Agritius in Christi nomine episcopus subscripsi.

* Agritius.

(k) * Cinielius in Christi nomine episcopus subscripsi.

* Cinielius.

Nibridius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Orontius in Christi nomine episcopus subscripsi.

CANON ADDITUS EX BURCHARDO

Lib. 3. cap.

Ut institutiones missarum sicut in Metropoli fiant, sic & in reliquis provincialibus ecclesiis. Gerund. cap. 6.

UT institutiones missarum sicut in metropolitana ecclesia fiunt, ita in Dei nomine in omnibus comprovincialibus ecclesiis tam ipsius missæ ordo, quam psallendi vel ministrandi consuetudo servetur.

1 Ms. antiqua Collectionis Canonum existentis in Collegio Paris. S. I. *in omnibus provinciis*. Hard.
2 Ms. *conversatione id fiant*. Hard.
3 Ms. *junctis*. Harduinus.
4 al. *uxoribus*. Hard.
5 al. *dicimus*. Hard.
6 Ms. *post matutinas & vesperas*. Hard.

(a) *Fiunt*
(b) *Civitatum*
(c) *a quarto usque ad sextam feriam*.
(d) deest *facta*
(e) *magis solemnitatis celebritas major est veniret ad baptizandum veniunt*
(f) *domasque habens*
(g) *Tarraconensi civitatis*
(h) *Frontinianus episcopus Gerundensis*
(i) *Agritius*
(k) *Cynegius*.

Notæ Severini Binii.

a *Gerundensis*.) De Gerunda Hispaniæ citerioris nobili oppido Cathaloniæ vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Plin. 3 cap. 3. & Antonini Itinerarium. *Hæc Garbat.* Tarraconensis provinciæ civitatem esse scribit Baronius anno 517. num. 67.

b *Theodoric*. VIII.) Regnantis in Hispania qui est regni illius Italici 25. & Christi nati 517. qui cum Agapiti consulatu in fastis emendatioribus coincidunt.

c *De litania*.) Cap. 2. & 3. His duobus capitibus agitur de primis & secundis litaniis faciendis. Litanias Græce, Latine rogationes dicuntur, ut constat ex concilio I. Aurelian. can. 27. & Moguntiaco sub Carolo Magno. Sunt autem rogationes ad rogandum Deum a patribus & ad implorandam Dei misericordiam institutæ, sunt autem aliæ majores, aliæ minores: neque statuto tempore in principio celebrari solitas invenio, sed multiones & pluries pro consuetudine & devotione ecclesiæ, & ingruentibus necessitatibus, cum auxiliantes sint ad cor populi ad pœnitentiam emolliendum. Apud S. Gregorium epist. 7. lib. 76. indict. 2. ad Castorium habetur memoria de quatuor vel quinque solennibus litaniis in Ravennate ecclesia celebrari solitis.

Litaniæ quid?

A quo autem fuerint primo editæ nondum constat. Hoc autem certum, fuisse totius ecclesiæ catholicæ vetustissimum institutum, supplicationes publicas in calamitatibus & populi pressuris habere: unde Gregorius, urgente atqua necessitate, non tantum Romanis, sed etiam externis litaniis indicebat, ut apparet libro 9. regist. epist. 49. indict. 4. Orientales ecclesiæ litaniis utuntur, ut constat ex Basilio epist. 63. ad Neocæsareenses, quas a sancto Gregorio Thaumaturgo in ea ecclesia celebratas, & in more positas tradit: & deinde omnes occidentales patres, Arianos etiam solenni pompa eas fuisse amotas, auctor est Socrates lib. 6. cap. 8. & Sozomenus lib. 8. cap. 8. quas Arcadius Imperator edicto promulgato illis tribuit, libro 30. de hæret. Theod. Sanctus etiam Mamertus episcopus Viennensis * non institutas celebres illas quas pene tota ecclesia recepit, sed ad meliorem formam sacras rogationes reduxit, confovitque & frigidas excitavit, ut constat ex Adone in chronico, & Alcimo Avito, eiusdem ecclesiæ episcopo, & ex epist. Sidonii Apollinaris ad sanctum Mamertum, lib. 7. epistola 1. & alia ad Aprium, libro 14. epist. 5. Sanctus Gregorius litanias majores ad sanctum Petrum indixit, earumque annuam celebritatem decreto confirmavit, ut in principio libri secundi registri: *Solennitas* (inquit) *annua devotionis vestræ fratres dilectissimi, admonet, ut litaniam, quæ major ab hominibus appellatur, fideliter ac devotis deberamus, auxiliante Deo, mentibus exorare.* Idem pontifex, occasione imminentis pestilentiæ, liraniam, quam septiformem appellant, instituit. Extat de ea re constitutio data IV. Kalendas Septembris lib. 11. cap. 3. Ejusdem meminit Gregorius Turonensis de gestis Franc. lib. 10. cap. 2. Paulus diaconus de gestis Longobardorum, lib. 3. cap. 11. *Hæc Garbat.* Vide etiam quæ notavimus supra in notis concilii Aurelian. I. canone 27. & epistol. 1. & in notis epist. 11. Hilarii Papæ.

Quis modus litaniarum?

Fiebant autem litaniæ incessu & cantu: unde processiones dicuntur concilio Laodiceno can. 17. Fuit autem penes Christianos Latinos antiqua consuetudo, devote & simul ad loca martyrum procedere, ut constat ex Hieronymo epist. 12. ad Eustochium, & Tertulliano lib. 2. ad uxorem. De tempore celebrationis constat, temporibus divi Augustini ante solennitatem ascensionis rogationes sacras fieri, ut est in ejus sermone 173. de tempore, habito in vigilia ascensionis, & ex concilio I. Aurelian. can. 27. relato a Gratiano in cap. Rogationes, de consecr. dist. 3. ubi sic scriptum est. *Rogationes ante ascensionem domini placuit celebrari: ita ut nos ante ascensionem domini in dominica ascensionis præmissum triduanum jejunium in dominica vigilia solennitate solvimus: per quod triduum servi & ancillæ ab opere se arceant.* Quem morem nunc servat ecclesia. In quinta dominica post pascha majores rogationes tribus diebus celebrat, scr. 2. 3. & 4. quæ est vigilia ascensionis: minores vero rogationes, in die S. Marci evangelistæ. Fiebant & alias a die Iduum Decembrium, triduo ubique, ut constat ex V. conc. Tolet. c. 1. & VI. cap. 2. & II. Bracar. c. 6. Et Kalendis Novembris alia institutæ, ex Gerund. c. 3. Tribus etiam continuis diebus magna populi consensione & numero celebrabant, orando, jejunando, & psallendo, ita caste & pie, ut in concilio Moguntiaco sub Carolo Magno dicatur, celebrandas esse, sicut canones patres sancti nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere & cilicio induti, &c. Idem Tertul. Lib. ad uxorem. Et hos rogationum dies laicis denuntiandos inter missarum solennia statuit concilium Lugdunense a Gratiano citatum in c. 1. de consecr. dist. 4. Hæc de litaniis, ad populi devotionem excitandam, subjecimus.

Quo tempore habitæ hæc

A Nicephorus auctor est lib. 14. cap. 3. Theodosium juniorem litaniam pro serenitate & aeris clementia impetranda instituisse. Ponam verba, ut quæ diximus, aptius comprobentur. *Litania* (inquit) *instituta est: supplicantes processere, laudibus Deum ornare, atque una concurrere ecclesiæ civitatis totæ fertur; & ipse Theodosius hymnis concordis vocis, habitu pietatis incedens. Mirabile vero cum fortitudine optata; flatum enim cælum aeremque turbidum cum serenitate commutavit, & frumenti non mediocrem incipiam imbrem quadam frugum copia & uberias est secuta.* Gentilibus etiam supplicationes publicæ fiebant: ut a senatu Romano, dierum 20. vel 30. decernebantur, bello gesto, vel victoria parta. Dei enim anticipata cognitio ita mentibus hominum insidet, ut rerum humanarum procurationem ab ipso pendere, atque ipsi esse gratias agendas, publicis supplicationibus faterentur. *Garbat.*

b *Vel pentecosten*.) Sic habetur de consecr. distinct. 4. capit. de catechumenis: quam lectionem existimo esse sequendam. Nam quamvis apostolorum tempore & infra, B non erant definita distinctaque tempora ad baptismum suscipiendum, sed perentibus conferri quocumque tempore solebat, ut auctor est divus Ambrosius ad cap. 4. epistola ad Ephesios. Tertulliani verba, libro de baptismo, de hac re ponam, cap. 19. *Diem baptismo solennorem* (inquit) *pascha præstat; cum & passio dominica, in qua tinguimur, adimplenda est; nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum pascha dominus esset actorus, missis discipulis suis ad præparandum, invenietis* (inquit) *hominem aquam bajulantem, pascha celebrandi locum de signo aquæ ostendit. Exinde pentecoste ordinandi lætitiam spiritus est; quo & dominus resurrexit inter discipulos frequentatus est, & gratia spiritus sancti dedicata, & spes adventus domini subsecuta; quod tunc in cælo recuperato eo, angeli ad apostolos dixerunt, sic venturum, quemadmodum & in cælo conscendit, utique in pentecoste. Sed enim Jeremias, enim dicit; Et congregabo illos ab extremis terræ, in die festo; pascha diem significat, & pentecosten, quod est propria diei festus. Cæterum omnis dies dominus est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solennitate interest, de gratia nihil refert.* Hæc Tertullianus. Sed propter baptismi solennitatem, & præstantiorem catechumenorum institutionem, statuta distinctaque sunt duo hæc tempora, pascha & pentecoste. Auctoritas sunt Siricius papa, epistola ad Himerium Tarraconensem, canon. Non ratione. de consecr. dist. 4. Hieronymus ad cap. 24. Zachar. & epist. 61. ad Pammachium, cap. 16. Leo Magnus, epist. 4. ad universos episcopos per Siciliam constitutos, can. Cum tempora, de consecr. dist. 4. & epist. 88. ad universos per Campaniam, &c. constitutos: & Gelasius papa ad universos episcopos per Lucaniam: & in hoc cap. 4. Alcuinus de ecclesiasticis officiis, cap. de baptismo dominicæ, & capite de sabbato sancto paschæ. Fuit vero hæc consuetudo antiquata tunc, propter communis vitæ periculum. Unde Socr. lib. 5. hist. ecclesiastica cap. 19. refert in Thessalia complures obiisse absque baptismo, quod diebus paschæ dumtaxat baptismus conferri consueverit. Pentecostes vero conferratio stata & solennis, tam in paschæ quam in pentecoste fit, ut in ritu Romano in missali constat. & aqua illa benedictionibus lustrata, summa populi observantia in urceolos per domos deducta, ad omne malum repellendum extimis prodest. Vide notas epist. 4. Leonis supra * tomo 7. *Garbat.*

Tom. IV.

e *Subscriptiones*) Ex Tarraconensi concilio constat, quod Joannes fuerit Tarraconensis, Frontinianus Gerundensis, Paulus Emporitanus, Agritius Barcinonensis. Nibridius Egarensis, Orontius Eliberitanus: hæc est Canco Illiberis, ad radices Pyrenæi montis vergentis ad mare mediterraneum.

f *Joannes in Christi nomine*.) Ad hunc episcopum habes epistolam Hormisdæ papæ in collectione nostra decretalium epistolarum. *Garbat.* Omnes constantiant eundem Joannem Tarraconensem episcopum huic Gerundensi concilio præsedisse, qui præcedenti synodo Tarraconensi præfuit. Baronius prædicto loco.

Notæ Gabr. Albaspinei Episc. Aurel. ad Canonem X. Gerundensis.

In hoc canone sermo est de iisdem de quibus in præcedenti qui in ipso discrimine mortis, quo exploratior salutis æternæ spes eos consolaretur, pœnitentiam sibi dari obtrire efflagitabant: quamquam nullam mortiferam noxam prudenter se commisisse, nec quicquam unquam se prudentiisse arbitrarentur, quod vel levissima pœnitentia mulctandum esset: est enim in fine canonis ita scriptum, *si probitatis vestæ non dubitatur*, unde id judices, sententiæque causam obeunda pœnitentia, non aliam fuisse, quam quod mortis ipsius metu & terrore per.

perfunderentur, cum tamen nulla peccata commisissent, quod & fusius etiam ex eodem canone confirmari potest, quodque ipso morbo sævente aut ingravescente, imposita quadam esset pœnitentia, & quam se facturos recepissent, non eam proferre longius cogerentur, quod contra eos facere, aut perficere canon adegisset, si peccati cujusdam lethalis eos conscios esse deprehendisset. Idem omnino corroboratur decretumque can. 54. concilii Toletani quarti, quo clarissimam lucem huic canoni intelligendo adferri videas.

Quis vero severe & rigide satis prohibebatur, ne quis ad clericatum admitteretur, a quo pœnitentiam factam esse constaret: quærebatur utrum qui tam peccasset, aut se eam peracturum in ultimo vitæ periculo constitutus novisset, recuperata valetudine ad clericatum promoveri eum oporteret, aut deceret: canon quidem hac est opinio ac sententia, quamquam eam quisquam noverit, consuramque & habitum pro se tulerit, si tamen morbo depulso perspicuum sit, id timore esse factum, & majore quadam cura ac sollicitudine salutis æternæ consequendæ impulsum pœnitentiam accepisse & voviisse, nulloque illum videri crimine aut flagitio, quod expiandum sit pœnitentia aspersum, posse in numerum clericorum adscribi: sin autem ubi valetudinem recuperaverit, se voto evolverit; impositionem illam manuum publicam, quæ pœnitentibus tertii gradus dabatur, subierit, tum ob eam rem excluditur, quamvis nullius culpæ, aut criminis affinis fuerit, metuque aliquo conturbatus ad pœnitentiam voto se obligarit. Nam cum omnium se oculis seu toti ecclesiæ conspiciendum dedisset, atque adeo inter pœnitentes visus fuisset, non mediocriter sane perturbata fuisset, si inter præsidentes eum aspexisset, qui cum aliquo pudore manuum impositionibus palam & publice purgatus esset.

Pœnitentia benedictionem per communionem acceperit, hoc est qui pœnitentiam per benedictionem simplicis reconciliationis acceperit; quæ enim impositione manuum, aut benedictione aut oratione, absolutionem largiebantur morienti, qui excommunicatus esset: aut alii qui in morte peccatum lethale detegebat, eandem etiam pœnitentiam largiebantur, quæ separatim & impositione manuum dabatur aliquando, cum nulla urgeret necessitas; propterea canon ait per communionem, hoc est, per absolutionem & simplicem reconciliationem; ideoque canon iste benedictionem pœnitentiæ viaticum vocat, cum sola, nisi addatur absolutio, neque communio, neque viaticum dici possit.

Viaticum, simplex reconciliatio & absolutio morienti sufficiens erat viaticum; quamvis eucharistia non donetur.

Pœnitentia in ecclesia publice non subdederit, hæc verba ad impositionem manuum tertii gradus pœnitentiæ referuntur, cum patres omnes, conciliique omnia verbis prope iisdem, aut ad eundem sensum pertinentibus eadem dicant, & interpretentur, ut papa Felix, atque exposuerunt, *pœnitentiæ colla subdere*: docent igitur patres si has manus impositiones quæ fierent in tertio gradu non subierit, eum posse inter clerum adsumi.

CONCILIUM * INCERTI LOCI.

IN QUO HÆRETICUS ARIANUS

Coram Sancto Remigio episcopo divinitus obmutescens ad fidem catholicam circa hæc tempora conversus est.

* Binius & quidem alii recentiores post Baronium Rhemense appellant, & anno 514. affigunt, cum Hormisdæ epistolam ad se missam recepisset S. Remigius.

SYnodi *hujus meminerunt Hincmarus archiepiscopus in vita sancti Remigii*, *& ex Hincmaro Flodoardus presbyter, cujus hæc verba sunt libro 1. histor. ecclesiæ Rhemensis capite 16.* Galliæ præsules ad synodum fidei gratia convenientes, beatum Remigium, utpote virum divinis eloquiis eruditissimum, & doctrinis ecclesiasticis exercitatissimum, ad idem concilium venire petierunt. Cui conventui Arianus quidam episcopus, acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus, hincque nimis elatus intererat. Ingrediente vero concilium sancto Remigio, & a multitudine fratrum reverenter ei cunctis assurgentibus excepto, superbus hæreticus illi assurgere dedignatur. At mox ut beatus Remigius ante ipsum transiit, ille locutionis officium ore obstructo amisit. Expectantibus universis ut post allocutionem sancti Remigii loqueretur, ille ne unum quidem verbum proferre potuit. Sicque beati viri vestigia pronus tandem petens, nutibus veniam postulavit. Cui S. Remigius: In nomine, inquit, domini nostri Jesu Christi veri Filii Dei, si sic de eo recte sentis, loquere, & de illo sicut catholica credit ecclesia, crede, & confitere. Ad cujus vocem hæreticus ante superbus, humilis jam factus atque catholicus, orthodoxam fidem de divina & inseparabili Trinitate, ac de incarnatione Christi catholice confessus, in eadem confessionis suæ fide se permansuruin repromisit. Sicque in anima per infidelitatem perdito, & corporali voce propter superbiam juste condemnato, virtute divina venerabilis pontifex & animæ reddidit & corporis sanitatem: cunctis qui aderant, vel hæc cognituri forent, sacerdotibus patenter ostendens in hoc male sentiente de Christo, qui proximus & frater nobis per humanitatem fieri dignatus est, qualiter contra peccantes in ipsum, vel in ecclesiam, atque rebelles, & erga post recognoscentes ac pœnitentes debeant agere.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum sanctus Remigius scripsram ad se epistolam Hormisdæ papæ accepisset, usurpata potestate sibi delegata, concilium Gallicanorum episcoporum Rhemis collegit, in quo Arianus quidam episcopus tanta superbia inflatus fuit, ut solus omnes catholicos ad certamen provocaret. At vero ingredienti Remigio synodum ceteri episcopi omnes, ut par erat, assurgunt; ille fastu plenus assurgere dedignatur. Sed transeunte apud illum Remigio, obmutuit, admirantibus omnibus perfidiam hæretici linguam sola Remigii umbra compressam. Qui postmodum, cum eloqui nihil posset, ad pedes sancti Remigii procidens nutibus veniam petit, & sancti precibus a Dæmonia, & ab hæresi, & a lingua impedimento sanatus est, promens continuo catholicam professionem, tam de mysterio Trinitatis, quam de Christi incarnatione. Hincmarus in vita sancti Remigii apud Surium tom. 1. die 13. Januarii. Recitat epistolam concilii acta Baron. ann. 514. num. 19. & 20. summatim. Flodoardus autem prolixius eadem describit in histor. Rhemi lib. 1. cap. 19.

Conc. & acta concilii.

Ad sancti Remigii umbram obmutuit hæreticus.

CON-

CONCILIUM EPAONENSE

SIGISMUNDI BURGUNDIONUM IN GALLIA

Regis tempore celebratum a [a] XXV. episcopis XVII. Kalendas Octobris, Agapito V. C. consule, id est anno Christi DXVII. * Hormisdæ papæ IV. Childeberti regis VI.

* Symmachi papæ ex hac epistola, tradiderat.

Avitus episcopus Viennensis epistola tractoria generalis ad episcopos provinciæ Viennensis, ut ad synodum veniant Epaonensem.

Avitus Viennensis episcopus Quintiano Episcopo.

Diu est quod rem valde necessariam, & non sine divina inspiratione a patribus institutam, aut oblivione, aut occupatione deteriorem. Sed rumpenda sunt interdum vincula necessitatum, ut aliquando impleri possint a præceptore conventus. Ergo quos bis per annum a sacerdotibus fieri seniorum cura decreverat, si bene perpenditis utinam vel singula post biennia faceremus. Nam & venerabilis papæ urbis, B mihi, hunc negligentiam succensentis, mordacia mihi nonnunquam scripta perlata sunt. Unde supplicat per me, si dignamini, ecclesia Viennensis, poscit intermissæ consuetudinis redeuntem salubritas, quod hactenus infrequentatum fuerunt, excitari. Justum est, quantum vos, ut constitutis prioribus sub communis præsentiæ opportunitate tractatis, nostris simul subjicique, prout ordo collocutionis invenerit, vel instituimus veteria, vel, si necesse, etiam nostra jungamus. Idcirco cunctos simul poscimus fratres, ut Deo favente octavo Iduum Septembrium in parœcia Epaonensi adesse dignemini. Qui locus omnium fatigatione perpensa inventus satis opportunus electus est; C cum & tempus, in quantum potest, ab instantia rurali operis vacuum, liberiorem cunctis permittit excursum: quamquam ecclesiæ potior cura intermitti quaslibet terrarum poscere actiones. Supplicamus ergo, & quæsumus, testamur, obtestamur, ne quem a dispositione tam sancta obex ullius excusationis abducat, ne quem a tali caritatis vinculo nexu temporaneæ necessitatis impediat. Sed si forte, quod Deus avertat, tanta cuicumque acerbitas corporeæ infirmitatis ingruerit, ut spirituale desiderium carnali vincatur incommodo, duos presbyteros magnæ ac probabilis vitæ, mandati instructione firmatos, fratribus pro se præsentare procuret. Sed tales dignetur eligere, D quos episcoporum concilio non minus sententia quam reverentia jure facit interesse: cum quibus delectet summos pontifices conserre sermonem, quos ad definitiones pro episcopo suo sancienda, subscribendasque, cum fuerit solertia eligi, sit auctoritas legi: sed istud non extorqueat nisi summa necessitas. Ceterum dilectionis fraternæ ac pastoralis diligentiæ magnitudo nisi laboris magnitudine non probatur. Conjicit enim sanctitas vestra, post hoc longum abusionis nostræ silentium, qualiter aut definiri debeant quæ Deo præstante tractanda sunt, aut quæ definita fuerint universi ecclesiarum provinciæ nostræ ministri debeant imitari.

[a] *Tractoria epistola Viventioli Lugdunensis episcopi; ad episcopos provinciæ Lugdunensis, ut ad synodum veniant Epaonensem.*

Nunc primum prodit ex ms. codice Bibliothecæ PP. Augustinianorum in civitate Tolosana ad nos inde transmisso exemplari per R. P. Petrum ROCQUES, Societatis JESU.

Dominis devotissimis fratribus & episcopis, universis clericis, Honoratis, ac Possessoribus territorii nostri, Viventiolus episcopus, salutem:

Disciplinam fratrum filiorumque nostrorum, æque a cunctis sacerdotibus oportet optari: sed si quid ab honoratioribus clericis tale committitur, quod dignum increpatione publica censeatur; rectius * castigationis arguatur, quam silentio nutriatur. Sicut autem istud simplex atque rectum est; sic commentorum obloquutionibus & voto trepidæ murmurationis offendimur. Itaque ne quis nos putet nostræ facilitati aut negligentiæ in aliquo præbere consensum; præsenti protestatione denuntio conventum episcoporum omnium sortis nostræ, circa Septembris mensis initium, in Epaonensi parœcia mox futurum: ubi clericos, prout expedit, convenire compellimus; laicos permittimus interesse: ut quæ a solis Pontificibus ordinanda sunt, & populus possit agnoscere. Et quia justum est, ut omnes catholici clericos bonæ vitæ habere desiderent; reprehendendi quod quisque noverit, aditum omnibus aperimus. Pateat cunctis, contra quem voluerit,

* F. deest, *acuito*, vel aliquod verbum simile.

[a] Hoc Concilium Sigismundus edidit ex Mss. Corb. Lugd. Tiliano, Pith. Fossat. & aliis. Nos contulimus cum Ms. codice Lus (*Lucensi*? *Lucensi*?) annorum amplius 800. collegii Parisiens. Soc. Jesu. Est & in Isidori Collectione. In uno ex illis codicibus, cui præfigitur indiculus Synodorum, hæc sunt Isidori ipsius verba de Epaonensi, relata ex parte in veteri Gratiani, xii. dist. xvi. *Concilium Epaonense* XXVII. *Episcoporum, in quo fuerunt juxta Canones* XL. *qui ex diversis maxime Galliarum Arelatensi Episcopus extitit: subscribentibus Avito Viennensi, Viventio Lugdunensi, Alcimiano Viennensi, Pragmatio Antisiodorensi, & cæteris*. At in subscriptionibus Pragmatius Augustodunensis appellatur. Epauna vero, vel Epona est nunc tenuis vicus in Sabaudia ad Rhodanum, *Seva*, in extremis Lugdunensis diœcesis limite, ubi ingentes domorum ruinæ, quæ toto pene agro occurrunt, ostendunt civitatem olim haud mediocrem fuisse, & lapides inscripti DEAE EPONAE effodiuntur. Itaque & Viventiolo Episcopo Lugdunensis nomine extat Epistola tractoria ad synodum Epaonensem, quam proxime edimus. *Harduinus*.

[a] Hæc primum edidit Harduinus ex Ms. codice PP. Augustinianorum in civitate Tolosana.

sit, licentia proponendi : iurgandi potestate laxata, desinat in votorum nequitia inurmur occultum. Studebit tamen probare, quod detulerit, accusator : nec putet quisquis forsitan recte viventes tuto inanibus mendaciis infamandos. Nemo nisi quod docere possit objiciat : verecundiam quam virtus timere debebit, convictor excipiet : utrique status parti & audiendi patientia & judicandi æquitate præmissa. Dominus vos custodire dignetur, in Christo suscipiendi fratres & filii. Proposita sunt die IV. Idus mensis quarti, Agapeto Consule.

* Forte, convictator.

Anno Christi 517.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

Quintianus episcopus.) In consesso est Quintianum hoc tempore Arvernorum episcopum fuisse, quare falsa videtur epistolæ inscriptio. Cum enim ad provinciæ Viennensis episcopos scripta sit, ut ad concilium Epaonense veniant, quis locus foret episcopo Arvernorum qui non modo extra Viennensem provinciam erant, sed extra ditionem quoque Burgundionum. Nam ut Agathense concilium eorum tantum fuit, qui Wisigothorum imperio parebant, & Aurelianense primum dumtaxat eorum, qui sub Francorum erant potestate : sic ad Epaunense ii tantummodo convenerunt, qui Burgundionum finibus continebantur. Hinc apparet deesse hoc loco epistolam ad Quintianum, cujus sola restat inscriptio ; hujus vero, quam ad episcopos provinciæ scriptam diximus, inscriptionem desideravi.

Conventus bis per annum.) Hoc decreverat synodus Nicæna, can. V. δυσὶν ἐθνεσι ἑκάστου ἔθους ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ τὴν σύνοδον γίνεσθαι. Recte habere visum est, ut singulis annis, per unam quamque provinciam, bis in anno concilia fiant. Quo spectans concilium Regense can. VIII. Statuit ut secundum antiquam consuetudinem, si quibus temporum orbi, bis in anno conventus agant. Et Arausicanum I. can. XXIII. Qui patrum statuta despiciunt, quotiens bis in anno, quod nobis, pro temporum qualitate difficile est, sanctum est concurrere. Ob hanc opinor difficultatem, placuit deinceps synodos singulis annis celebrari, quod apud nos in conc. I. Agathensi statutum, in aliis postea multis repetitum est.

In parochia Eponensi.) Pro Eponensi. Epao enim plerumque dicitur, quam alias Epaunum. De hoc enim concilio agi certum est : sed incertum hactenus quis locus, & quod illi hodie sit nomen. De quo multi varia conjiciunt. Qui S. Firmati vitam conscripsit, auctor est illum, Turonibus relictis, pervenisse ad locum, cui nomen Eona super Rhodanum ; ibique consedisse. Quod si Eonam ab Epona deflexisse animadvertimus, ut absurdum certe non est, qui S. Firmati sepulcrum nactus fuerit, a concilii fortasse loco non aberrabit.

Aetatis corporis infirm.) Excusationem quo minus episcopi ad synodum veniant, præter infirmitatem corporis, canones Galliæ nullam agnoscunt. Itaque in hoc ipso Epaonensi concilio, can. I. Decretum est, ut nisi causa tadii evidentis existerit, nullus excusset. Et in Aurelianensi II. can. I. Ut nullus episcoporum, nisi certa tadii causa detentus, ad concilium venire penitus ulla excusatione detrectet. Quare excusationes alias excludere solent, ut divisionem regni fortis, concilium Aurelianense III. can. I. Hanc excusationem ipsi meruerint esse jubilatam, si absentiam suam divisione fortis credidisent excusandam ; alias omnes concilium Turonense II. can. I. Præter infirmitatem certissimam, nullus occasione velamini, neque per impedimentum ordinationis regiæ, neque sub occasione utilitatis, aut causa propria, debeat a concilio separari.

Duos presbyteros pro se.) Quibus ad concilium venire infirmitatis causa non licebat, hi legatos vice sua mittebant. Concilium Arelatense II. can. XVIII. Si quis commodum infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat ; & Carpentoratense in epistola ad Agricium episcopum, licet ad synodum aut per vos, aut per personam vicariam, debueritis adesse. Quamquam ergo duos hoc loco exigat, & duos pro uno episcopo vicarios in conc. Arelatensi V. subscripsisse comperiam sit, singulos tamen fuisse superiora demonstrant. Neque presbyteros omnes mitti necesse fuit, cum ex conciliorum subscriptionibus liqueat, nunc abbates & presbyteros, nunc archidiaconos vel diaconos legari consuesse.

TITULI CANONUM.

I. *Ut episcopi ad concilium, vel ad ordinationem, a metropolitano veniant vocati.*

II. *Ne digami presbyteri, aut diaconi ordinentur.*

III. *Ut pœnitentes clerici non fiant.*

IV. *Ut clericis canes ad venandum, vel accipitres habere non liceat.*

V. *Ne presbyter inscio episcopo suo in alterna ecclesia constituatur.*

VI. *De clericis sine fide commendatitiis vagantur.*

VII. *Quod parochiarum presbyteris alienare nihil liceat.*

VIII. *De presbyterorum emptionibus, & abbatum venditionibus.*

IX. *Ut abbas uni tantum monasterio præsit.*

X. *Ut nova monasteria sine episcopi notitia non fiant.*

XI. *Quatenus clericis ad sæculare judicium interpellare, aut respondere liceat.*

XII. *Episcopus res ecclesiæ suæ metropolitano vendere non potest, commutare potest.*

XIII. *De clericis falsi testimonii convictis.*

XIV. *Si clericus in alia civitate episcopus fuerit ordinatus, ecclesia donum ipsi præstitum recipiet.*

XV. *De hæreticorum & Judæorum conviviis.*

XVI. *Ut presbyteris liceat hæreticos decumbentes, si converti velint, chrismate consignare.*

XVII. *De episcopi testamento.*

XVIII. *Ut clerici ecclesiæ præjudicium diuturnitate possessionis non faciant.*

XIX. *De abbatis peccantis correptione.*

XX. *De seminarum visitatione.*

XXI. *De viduis in diaconas non consecrandis.*

XXII. *Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit.*

XXIII. *Qui susceptam pœnitentiam deserunt excommunicantur.*

XXIV. *Laicus clerico verum crimen objicere non vetatur.*

XXV. *Ut sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur.*

XXVI. *Altaria nisi lapidea non consecrentur.*

XXVII. *Ut officium metropolitani comprovinciales observent.*

XXVIII. *Ab episcopo damnatos successori licet absolvere.*

XXIX. *De lapsorum pœnitentia & reconciliatione.*

XXX. *De incestis conjunctionibus.*

XXXI. *De pœnitentia homicidarum.*

XXXII. *Relictæ presbyteri aut diaconi nuptiæ interdictæ.*

XXXIII. *De basilicis hæreticorum.*

XXXIV. *Si quis sine judice proprium servum occiderit.*

XXXV. *Ut nobiliores cives die paschæ & natalis domini episcopos benedictionis causa expectant.*

XXXVI. *Quomodo recipiendi sint qui in discrimine mortis versantur.*

XXXVII. *Laici nisi præmissa conversione non ordinandi.*

XXXVIII. *Monasteria puellarum quibus ingredi liceat.*

XXXIX. *De servis qui ad ecclesiam confugiunt.*

XL. *De horum canonum observatione.*

PROOEMIUM.

Quod præcipientibus tantis dominis meis ministerium proferendi sermonis assumo, facio hoc non tam præsumptionis ausu, quam subjectionis obsequio, dum exequi & implere contendit non audacia temeritatem, sed obedien-

dientia jussionem : simulque tanto major obtemperantis apparebit humilitas, quanto minor comprobatur facultas : majorque profecto præcipientium reverentia prodetur, quando obedientiæ nulla potestatis fiducia suffragatur. Sic dominus meus mediocritatis meæ eo amplius honoravit imperitiam, quo minus potest ignare doctrinam. Caritas quoque vestra, si nequaquam tacundo oblectabitur aut instructur eiquo, adjuvetur saltem humilitatis exemplo. Quoniam ergo, sicut volumus, tacere non sinimur, aliquid, ut possumus, jam loquamur.

PRÆFATIO.

DEo propitio ad * Epaonensem ecclesiam congregati, quid vel de antiquis regulis, vel de novis ambiguitatibus tenserimus, expressis sigillatimque discretis constitutionibus, præcentibus titulis credidimus annotandum.

CANONES.

I.

Prima & immutabili constitutione decretum est, ut cum metropolitanus fratres vel comprovinciales suos ad concilium, aut ad ordinationem, cujuscumque consacerdotis crediderit evocandos, nisi causa tædii evidentis extiterit, * nullus excuset.

II.

Ne secundæ uxoris aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde sufficeret ab apostolo constitutum. Sed quia præceptum hujusmodi excedi quorundam fratrum simplicitate cognovimus, speciali observantia renovamus, sciente eo qui contra interdictum ordinaverit, reum fratribus se futurum: illo autem qui contra fas honorem prohibitæ benedictionis ambierit, nihil se clericalis ministerii præsumpturum.

III.

Pœnitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.

IV.

Episcopis, presbyteris, atque diaconibus canes ad venandum, & accipitres habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat; duobus presbyter abstineatur: uno diaconus ab omni officio & communione cessabit.

V.

Ne presbyter territorii alieni, sine conscientia sui episcopi, in alterius civitatis territorio præsumat basilicis atque oratoriis inservire, nisi forte episcopus suus illum cedat episcopo illi, in cujus territorio habitare disposuit. In quo si excessum fuerit, episcopus cujus presbyter fuerit fratri suo noverit culpabilem se futurum, qui clericum juris sui illicita facientem, sciens, ab scandali admissione non revocat.

VI.

Presbytero, vel diacono, sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

VII.

Quidquid parochiarum presbyteri de ecclesiastici juris possessione distraxerint, inane habeatur & vacuum; * in venditorem comparantis actione vertenda.

VIII.

Presbyter dum diœcesim tenet, de his quæ emerit, aut ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit ecclesiæ ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus quas abbates facere præsumpserint, forma servabitur, ut quidquid sine episcoporum notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

IX.

Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

X.

Cellas novas, aut congregatiunculas monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui. * Agathense Can. 18

XI.

Clericis sine ordinatione episcopi sui adire, vel interpellare publicum non præsumat; * sed si pulsati fuerint, sequi ad sæculare judicium non morentur.

XII.

Nullus episcopus de rebus ecclesiæ suæ, sine conscientia metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen, omnibus commutatione permissa.

XIII.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur. (a)

XIV.

Quisquis clericus aliquid de munificentia ecclesiæ cui servierat adeptus, ad summum sacerdotium alterius civitatis est aut fuerit ordinatus, quod dono accepit vel acceperit reddat, quod usu, vel

(a) Bucher. l. XVI. cap. [illegible] hunc canonem Iudas ex Conc. Epaunen. cap. LXXVI. & addit on hic. *Et ab ordine degradetur.*

vel proprietate secundum instrumenti seriem probatur emisse, possideat.

XV.

Si superioris loci clericus hæretici cujuscumque clerici convivio interfuerit, anni spatio pacem ecclesiæ non habebit. Quod juniores clerici si præsumpserint, vapulabunt. A Judæorum vero conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit; nec cum ullo clerico nostro panem comedat, quisquis Judæorum fuerit convivio inquinatus.

XVI.

Presbyteros, propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis & decumbentibus hæreticis; si conversionem subitam petant; chrismate permittimus subvenire. Quod omnes conversuri, si sani sunt, ab episcopo noverint expetendum.

XVII.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de juris proprii facultate supplevit.

XVIII.

Clerici quod etiam sine precatoriis, quilibet diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione possederint cum auctoritate domni gloriosissimi principis nostri, in jus proprietarium præscriptione temporis non vocetur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne videantur etiam episcopi administrationis prolixæ aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas ecclesiæ facultates proprietati suæ posse transferre.

XIX.

Abbas si in culpa reperiatur aut fraude, & innocentem se asserens ab episcopo suo accipere noluerit successorem, ad metropolitani judicium deducatur.

XX.

Episcopo, presbytero, & diacono, vel ceteris clericis, horis præteritis, id est meridianis vel vespertinis, ad feminas prohibemus accessum: quæ tamen, si causa fuerit, cum presbyterorum aut clericorum testimonio videantur.

XXI.

Viduarum consecrationem, quas diaconas vocitant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, sola eis pœnitentiæ benedictione, si converti ambiunt, imponenda.

XXII.

Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, ibi tantummodo, quamdiu vixerit, communione sumenda.

XXIII.

Si quis accepta professaque pœnitentia, boni immemor, ad sæcularia relabatur, prorsus communicare non poterit, nisi professioni, quam illicite prætermiserat, reformetur.

XXIV.

Laicis, contra cujuslibet gradus clericum, si quid criminale parant objicere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem.

XXV.

Sanctorum reliquiæ in oratoriis vel aliis locis non ponantur, nisi forsitan clericos cujuscumque parochiæ vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur. Quod si illi defuerint, non ante proprii ordinentur, quam eis competens victus & vestitus substantia deputetur.

XXVI.

Altaria nisi lapidea chrismatis (a) unctione non sacrentur.

XXVII.

Ad celebranda divina officia ordinem, quem metropolitani tenent provinciales eorum observare debebunt.

XXVIII.

Si episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere.

XXIX.

Lapsis, id est qui in catholica baptizati prævaricatione damnabili post in hæresim transierunt, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus; ut præscripto biennio tertia die sine relaxatione jejunent, ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentum loco standi & orandi humilitatem noverint observandam: ac etiam ipsi, cum catechumeni procedere commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta præteritorum canonum complere debebunt.

XXX.

Incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero, nec

(a) Vet. Codd. legunt constantini augusti, ut & Burchard. l. 3 cap. 25 in MS.

nec ullo conjugii nomine prævelandos, A
præter illos quos vel nominare funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: " si quis frater germanam uxoris suæ accipiat: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ, sobrinæve se societ: quod ut a præsenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt anterius instituta non solvimus. Si quis relictæ avunculi misceatur, aut patrui, vel * privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi B
melioris conjugii libertatem.

* id est filiabus

XXXI.

De pœnitentia homicidarum, qui sæculi leges evaserint, hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Ancyritani canones decreverunt.

Conc. Ancyr. c. 21. & 22.

XXXII.

Relicta presbyteri, sive diaconi, si cuicumque renupserit, eatenus ab ecclesia pellatur, donec a conjunctione illicita separetur: marito quoque ejus simili usque ad correctionem severitate C
plectendo.

XXXIII.

Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exosas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despicimus. Sane quas per violentiam nostris abstulerant, possumus revocare.

XXXIV.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem sanguinis expiabit.

XXXV.

Ut " cives superiorum natalium nocte paschæ, ac nativitatis domini solennitate, episcopos, nec interest in quibus civitatibus positos, accipiendæ benedictionis desiderio noverint expetendos.

XXXVI.

Ne ullus sine remedio, aut spe veniæ ab ecclesia repellatur, neve ulli, si aut pœnituerit, aut se correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur. Sed si cui forsitan discrimen mortis imminet, damnationis constituta tempora relaxentur. E
Quod si ægrotum accepto viatico revalescere fortasse contingit, statuti temporis spatio observare * conveniet.

* conveniat

XXXVII.

Ne laicus, nisi religione præmissa clericus ordinetur.

XXXVIII.

Monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ, " & ætatis provectæ, ad quascumque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare. Ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus, nec monachus juvenis, ullum ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi hoc aut paterna, aut germana necessitudo probetur admittere.

XXXIX.

Servus reatu atrociore culpabilis si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excusetur. " De capillis vero, vel quocumque opere, placuit a dominis juramenta non exigi.

XL.

Quocirca hæc quæ superna inspiratione communi consensu placuerunt si quis sanctorum antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmaverunt, nec non & quos eorum Deus esse voluerit successores, relicta integritate observationis excesserit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Avitus episcopus constitutiones nostras, id est sacerdotum provinciæ Viennensis, relegi & subscripsi die XVII. Kalendas mensis octavi, " Agapito viro clarissimo consule, Epaonæ.

Viventiolus episcopus ecclesiæ Lugdunensis, provincialibus meis, constitutiones nostras relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Silvester episcopus ecclesiæ Cabillonensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Gemellus in Christi nomine episcopus ecclesiæ * Valensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. D

* Vasionensis ex c. Vat.

Apollinaris episcopus civitatis Valentinæ relegi & subscripsi, die & consule supra scripto.

Valerius in Christi nomine civitatis Segestericæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

" Victurius in Christi nomine episcopus civitatis Gratianopolitanæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Claudius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vesontionensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Gregorius in Christi nomine episcopus civitatis Lingonicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Pragmatius in Christi nomine episcopus civitatis Augustodunensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Octodorensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Constantianus

Catulinus in Christi nomine episcopus civitatis

* At successor Pragmatii Agroppinus Germanum (qui fuit Episcopus Parisiensis) diaconum ordinasse dicitur anno 513. *Hard.*

tatis Ebredunensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Sanctus in Christi nomine episcopus civitatis * Darantasiensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Maximus in Christi nomine episcopus civitatis Genavensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Bubulcus in Christi nomine episcopus civitatis Vindonissæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Sæculatius in Christi nomine episcopus civitatis Deensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Julianus in Christi nomine episcopus civitatis Carpentoratensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Vappincensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Florentius in Christi nomine episcopus civitatis Arausicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Item Florentius in Christi nomine episcopus civitatis * Tricastinæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Philagrius in Christi nomine episcopus civitatis Cabellicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Venantius in Christi nomine episcopus [16] civitatis * Albensium relegi & subscripsi die & consule suprascripto.

Prætextatus in Christi nomine episcopus civitatis Aptensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Tauricianus in Christi nomine episcopus civitatis Nivernensium relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

[19] Peladius presbyter, jussu domini * Salutaris episcopi civitatis * Avenicæ, definitioni interfui & subscripsi.

* Tarantasiensis, aut Darantasiensis ut in c. Vat.

* Constantinus

* Tricastinensis

* Vivariensis sive

* Taurentianus

* nici

* Avenicæ,

CANON ADDITUS EX GRATIANO 26. q. 6. can. 11.

SI aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui jam sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem; sed præoccupavit eum mors in domo aut in via; faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis.

Est in Pœnitentiali Halitgari cap. 10.

ADDITIO ALIA.

Canon sequens concilio Epaonensi tribuitur ab Egberto Eboracensi archiepiscopo in suo Libello Excerpt. LII. apud Labbe tom. VIII. Eadem post Egbertum iisdem verbis decernit Conc. Aquisgranense anni 816. *can.* 84. *res autem ipsa petita est ex canone* 58. *concilii Laodiceni, in quo ex eadem, verbis tamen parum diversis, sancitur.*

Ex Supplem. Marsi T. I. pag. 400.

CANON EPAONENSIS.

Non oportet in domibus non dedicatis oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

Concil. Gener. Tom. VIII.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Epaonense.*) Et hoc etiam concilium anno suo assignat Agapito consulatus, id est anno Christi DXVII. Agapito enim consule habitum testatur Avitus Viennensis, qui synodo præfuit, subscriptio in codice Corbeiensi, Lugdunensi, Tilianus, Fossatensi, & aliis. Epaunense vocare maluimus, quam ut alii Epaunense: tum quia sæpius ita scribitur & citatur ab antiquis, tum quia in iisdem veteribus libris Epaone celebratum dicitur, non Epaune, itemque in Aviti Viennensis epistola.

2 *Nullus existat.*) Pithœi codex addit: *Quod si fecerit, sex mensibus a communione pereiat.* Can. 1.

3 *In conditorum comparantis actione versanda.*) Rhemensis, *in conditorum, vel bonorum suæ actione versanda.* Can. 7.

4 *Sed si &c. non permittatur.*) Rhemensis & Bellovacensis, *sed & si &c. non permittantur.* haud dubium quin lectione interpolata, quemadmodum & illa in vulgatis, *non præsumant.* Certa enim & constans est omnium fere codicum scriptura, quam edidimus. Can. 11.

5 *Probatur omisso.*) Optimi quique, *probabitur.* Can. 14.

6 *Ab omni regione nostra penitus abrogamus.*) Quidam, *ab omni religione penitus abrogamus*, ut Fossatensis & Tilianus. Can. 21.

7 *Quod si illi defuerint.*) Appendix ista, quamquam in uno tantum reperta est codice Lugdunensi, & in ejus germano Anicienſi, neque extat apud Burchardum & Ivonem, agnoscitur tamen citaturque, ut membrum canonis hujus, in vetustissimis collectionibus canonum, Andegavensi, Divionensi S. Benigni, & aliis. Can. 22.

8 *Chrismatis unctione.*) Lugdunensis, *Chrismatis unguine*, quomodo & apud Ivonem parte 3. cap. 30. Can. 26.

9 *Provincialem observare.*) Omnes fere, *provinciales rerum observare*; quidam *compromiscuales.* Can. 27.

10 *Si quis frater uxoris suæ germanam accipiat.*) *suæ* in unico est Corbeiensi; in cæteris consentiunt Lugdunensis, Fossatensis & Tilianus. Rhemensis vero sic habet: *Si quis frater germanam uxorem accipiat*: male. Can. 30.

11 *Ut civis superiorum natalium.*) Restitutus est totus canon ex Corbeiensi potissimum & Lugdunensi. Can. 31.

12 *Et ætatis provectæ.*) Quidam *perfectæ*, ut Tilianus & Fossatensis. In aliis hæc verba desunt, ut in Lugdunensi. Can. 38.

13 *De capillis vero.*) Ita omnes manuscripti. Iidem mox, *placuit dominici*, omissa præpositione. Can. 39.

14 *Agapito viro clarissimo consule, Epaone.*) Consentiunt, ut præfati sumus, in his verbis, atque in nota die, & mensis, codices plurimi & optimæ notæ.

15 *Villaritus.*) Tilianus & Fossatensis, *Villoritus*: Lugdunensis, *Villoritus.* Sed Villaritum quoque appellat Avitus in epistola quam ad eum scribit, de quodam qui duas germanas uxores duxerat.

16 *Civitatis Albensium.*) Pithœanus, *Albensium, sive Vivariensis.* Eadem enim est civitas Alba Helviorum quæ Vivarium, ut patet ex notitia.

17 *Peladius presbyter.*) Hæc in Pithœano non sunt, sed horum loco superius post Catulinum (*a*) Salutaris episcopi subscriptionem habet his verbis: *Salutaris episcopus civitatis Avenicæ subscripsi.* Rhemensis etiam, hac omissa clausula, Salutaris episcopi nomen habet post Catulinum. Sed rectius videtur quod ex aliis expressimus

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Cum Sigismundus filius Gundebaldi regis Burgundiæ studio & labore Alcimi Aviti episcopi Viennensis viri sanctissimi ex Ariana perfidia ad catholicam religionem accessisset: nihil antiquius habuit, quam ut ditionem sibi subjectam æque ab Arianorum pollutione purgaret, collapsamque antiquam ecclesiasticam disciplinam secundum sanctos canones in integrum restitueret. Quod Clodoveus rex Christianissimus post Alaricum Arianorum principem e Gallia Narbonensi fugatum monitu S. Remigii præstitit in Gallia, Sigismundus post sublatum e vita parentem Arianum, suasu & hortatu Alcimi Aviti Viennensis episcopi, fecit in Burgundia. Præfuit in concilio Viennensis provinciæ primus Alcimus sæpe nominatus. Nihil hoc loco noviter constitutum est, quod non ante aliarum synodorum decretis sancitum fuit. Baronius an. 509. num. 13. Sigismundus in catholicam religionem

b *Epaonense.*) Sic dictum ab oppido Aquitaniæ vel Narbonensis Galliæ, nam episcopi qui huic interfuerunt omnes hujus tractus fuisse videntur. Creditur esse Apamia illa, cujus meminit Platina in Bonifacio octavo, quæ teste Massono sita est ad Amigeram amnem, Erat prissime & delacepa

(*a*) In Parisiensi Ms. nec Peladius, nec Salutaris apparet. Agobardus in libro de Judaicis superstitionibus cap. IV. dicit Episcopos tantum XXIV. interfuisse. *Hard*

in Pirenæos montes, sub diœcesi Tolosana. Baronius in martyrol. Paniam vocat. Hæc Abraham Ortelius in thesauro geographico.

Numerus episcoporum.

(*Viennæ quinque episcopi.*) Quorum nomina subscriptis inveniuntur. Ea his se dictum catalogo adscripsit Alcimus Viennensis, Apollinaris Valentinus, Claudius Vesontiensis, Gregorius Lingonensis, Pragmatius Augustodunensis, Viventiolus Lugdunensis episcopi. Quo die horum solemnitas anniversaria colatur, videsis tyr. Baron. S. Silvester Cabilonensis episcopus, qui subscriptus habetur, huic concilio interfuisse non potuit; ac qui Cæsarium adhuc puerum, hoc tempore provectioris ætatis senem, sacris officiis imbuerat. Magis ergo placet ut pro Silvestro Cabilonensi legatur Silvester Cabilicensis.

Tempus concilii.

(*Symmachi papæ XI.*) Anno pontificatus illius undecimo. Ante hæc tempora convocare concilium Sigismundo (cujus opera coactum esse scribitur) liberum non fuit. Nam non nisi defunctio patre rege Ariano ipse catholicus catholica favit ecclesiæ. Unde nulla subest ratio, ut contra Arianos eorumque ecclesias sancta synodus tempore Gelasii papæ, quando nondum regnaret Sigismundus, quidquam decernere potuerit. Baron. prædicto anno in fine.

NOTÆ GABR. ALBASPINEI EPISC. AUREL.

Ad can. ultimum concil. Epaunensis.

In hoc canone de excommunicatis, quibus mors ante obtenta est, quam pœnitentiam obtinuerint, agitur: Excommunicationes autem primis temporibus frequentissimæ fuerunt, ob eam rem maxime, ut antiqua illa vitæ sanctimonia & ecclesiæ disciplina conservaretur, majorique & ardentiori quotidiano studio metuque peccatorum reperentur ad restitutionem seu pristinum illum statum, unde dejecti excidissent, recuperandum, uno verbo ut ad meliorem vitæ frugem, & morum commutationem inflammarentur.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

ad ann. Christi 509. num. 21. & 22.

Concilium *Epaunense* vel *Epaonense* anno quingentesimo decimo septimo in regno Burgundiæ celebratum. Annus enim, qui ei præfuit, ait. *Reiges & subscripsi a. XIII. Kalendas martias, Agapito V. C. Consule*, Epaone, qua notæ diei, mensis, & Consulis, legantur in variis MSS. a Sirmondo citatis. Avitus in Tractatu sua episcopos convocavit *ad oblatum Idum Septembrium*, id diem nempe VI. mensis Septembris. Quare cum ipse subscripserit canones qui traditi in hoc concilio fuerunt die XVII. Kalend. Octob. die scilicet XV. mensis Septemb. apparet concilium duraisse dies decem, ac Burgundiæ inchoatis annum a Martio, seu Gallicano stylo, ut ostendit Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 21. num. IV. Quem late patuerit regnum Burgundiæ colligitur ex eiusdem concilii subscriptionibus, ubi memorantur Sedes episcopales XXVII. *Taranteliensis* & *Ostodorensis* in Alpibus Graiis, *Rhodunensis* in Alpibus maritimis; *Viennensis*, Gratianopolitana, Valentina, & Genavensis in Provincia Viennensi prima; Cabellionensis, Avenionensis, Vasensis, Carpentoractensis, Arausicana, Diensis, Tricastina, & Vivariensis in Provincia Viennensi secunda; Sistaricensis, Apiensis, & Vapincensis in provincia Narbonensi secunda; Lugdunensis, Matisconensis, Lingonensis, Cabilonensis in provincia Lugdunensi prima; Nivernensis in provincia Senonensi seu Lugdunensi quarta; Vesontionensis, Aventicensis, Vindonensis, & Rollicensis in provincia Maxima Sequanorum sive Lugdunensi quinta. Conditi in eo concilio canones XL. supra legendi.

Quæ ad locum, in quo *Concilium Epaunense* celebratum, varia sunt de eo recentiorum Scriptorum conjecturæ, sed omnes ea excepta, quam Sigmondus in Notis ad concil. Epaunense seu Epaonense proponit, inutiles. Observat ille ex Stephano Redonensi episcopo in vita S. Firmati, de quo anno MXC. verba faciemus, hunc Sanctum Taranteiae relictis venisse ad locum, *qui dicitur Eona super Rhodanum*, ibique consedisse; & *Eponam* seu *Epaonam* ad Rhodanum sitam diversam non fuisse ab Eona, ac in ea Urbe concilium, de quo loquimur, habitum. Certe littera P in medium nominum Urbium, flumnum, ac montium non raro inserta fuit, aut exinde rescisa secundum ambiguitatem pronunciationis aut populorum morem. Præterea cum locus ille ad Rhodanum non longe a Vienna positus esset, & conc. Epaonense Nationale fuerit, eique *Avitus* episcopus Viennensis præfuerit, & omnes episcopi regni Burgundici interfuerint, plane opportunus fuit ad hujus synodi celebrationem. Verum cum vita S. Firmati, cui tantum inititur Sirmondus, post medium sæculum duodecimum scripta sit, & ipse quo in loco Rhodano vicino Eona sita fuerit, an adhuc extet, & quo moderno nomine vocetur, aut non inquisierit, aut non invenerit Claudius Castelianus Canonicus ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis in Notis linguæ Gallicæ scriptis ad Martyrol. Rom. quæ modo sub prælo sudant, ad diem 5. mensis Februarii hanc difficultatem profligavit, & sequentis mensis benignissime communicavit. Locus, in quo concilium concil. Epaunense a Sigismundo Burgundiæ rege, fuit *Epauna* seu *Epona*, Urbs alias magna, ut ipsemet e ruinis a se dum *Bugeiam* lustraret, diligenter considerans, collegit; nunc vero urbecula, caput tamen Bugeii Sabaudiæ, posita ad oram orientalem Rhodani, Gallice *Yenne*. Exarsinavit vir veritatis amantissimus quæcunque antiqua documenta Latina lingua [illegible]ea in Urbe reperire potuit, & in iis *Epaunam* [illegible]*nam* (a qua voce Venna derivata) constanter appellatam fuisse invenit, cujus rei a Parocho, ecclesiasticis & præcipuis civibus confirmatum scripto testimonium accepit. Ex quibus eranescunt conjecturæ Jo: Jacobi Chifletii part. I. Vesontionis pag. 154. & quorundam aliorum doctorum virorum, qui hujus concilii locum irrito labore quæsiere.

CONCILIUM LUGDUNENSE I.

See partes II. Vide Pagium infra.

SYNODUS VEL CONSTITUTIO

Sanctorum patrum contra Stephanum, qui oblitus divinas & humanas leges cognatæ suæ ausu nefario se sociavit, tempore Sigismundi Burgundionum regis, & Viventioli episcopi Lugdunensis, eodem, ut videtur, anno Christi DXVII.

TITULI CANONUM.

I. *De incesti crimine, & causa Stephani.*

II. *Ut episcopo uno in tribulatione posito reliqui compatiantur.*

III. *Si reus ab episcoporum communione se suspenderit.*

IV. *Ut nullus alienam parochiam usurpet, aut ejus ordinationem præsumat.*

V. *Ut nullus in locum viventii episcopi audeat aspirare.*

VI. *De observatione horum canonum, & Stephano concessa indulgentia.*

CA-

[1] Mss. Remens. & Paris. *Incipit epistola rectori Sigismundi Regis ab Episcopis in urbe Lugduno facta; in qua scripsum invenies de incesti facinore.* Sirmondus in lucem primus edidit ex Ms. Cod. Remensi. Hardouinus contulit cum Parisiensis Collegii Soc. Jesu pervetusto.

CANONES.

I.

IN nomine Trinitatis congregati iterato in unum, in causa Stephani incesti crimine polluti, atque in Lugdunensi urbe degentes, decrevimus, ut hoc factum nostrum, quod in damnationem ejus, vel illius, quam sibi illicite sociavit, uno consensu subscripsimus, inviolabiliter servaremus. Quod non solum de præfatis eisdem personis placuit custodiri; sed in omnibus quolibet loco vel B tempore in hac fuerit perversitate detecti.

II.

Id quoque adjecimus, ut si quicumque nostrum tribulationem quamcumque, vel amaritudinem, aut commotionem fortasse potestatis necesse habuerit tolerare, omnes uno cum eodem animo compatiantur: & quidquid vel dispendiorum obtentu causæ unus susceperit, consolatio fraternæ anxietatis relevet tribulatos.

III.

Quod si se rex præcellentissimus ab C ecclesia, vel sacerdotum communione, [a] ultra suspenderit, locum ei dantes ad sacræ matris gremium veniendi, sancti antistites in monasteriis se absque ulla dilatione, prout cuique fuerit, opportunum, recipiant, donec pacem integram, ad caritatis plenitudinem conservandam, sanctorum flexus precibus, restituere pro sua potentia vel pietate dignetur. Ita ut non unus quicumque prius de monasterio, in quo elegerit habitare, discedat, quam cunctis generaliter fratribus fuerit pax promissa vel reddita.

IV.

Illud etiam juxta statuta antiquorum canonum specialiter renovamus omnino, ut nullus frater, vanitatis vel cupiditatis stimulis incitatus ecclesiæ alterius aggredi vel parochias præsumere absque ejus ad quem pertinere noscuntur cessione vel permissione præsumat. Nec quisquam sub necessitate absentante episcopo, in ejus qui abierit locum, aut sacrificiorum, aut ordinationum audeat mysteria celebrare. Quod si in hac temeritate vel audacia quisque prorumperit, non solum se in concilio redarguendum, verum etiam communione fratrum futurum noverit alienum.

V.

Id quoque etiam, quod antiquissima vel celeberrima observatione decretum est, nihilominus iteramus; ut nullus in locum viventis ad ambiendum sacerdotii gradum audeat aspirare. Quod si qualibet impia vel temeraria voluntate præsumpserit, simul & ipse qui fuerit ordinatus & hi fratres, quos ordinationi ejus interfuisse constiterit, perpetuæ excommunicationis sententia feriantur.

VI.

Hæc vero quæ a nobis inspiratione divina tractata vel finita sunt, quisquis excesserit, aut implere, quod absit, adversa persuasione neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor, reum se concilio fraternitatis futurum esse cognoscat. Domini quoque gloriosissimi regis sententiam secuti, id temperamenti præstitimus, ut Stephano prædicto, vel Palladiæ, usque ad orationem plebis, quæ post evangelia legeretur, orandi in locis sanctis spatium præstaremus.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Viventiolus episcopus in Christi nomine consensi.

Julianus episcopus in Christi nomine consensi.

Silvester episcopus in Christi nomine consensi.

Apollinaris episcopus in Christi nomine consensi.

Victurius episcopus in Christi nomine consensi.

Claudius episcopus in Christi nomine consensi.

Gregorius episcopus in Christi nomine consensi.

Maximus episcopus in Christi nomine consensi.

[b] Seculatius episcopus in Christi nomine consensi.

D Florentius episcopus in Christi nomine consensi.

Philagrius episcopus in Christi nomine consensi.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Lugdunense I.*) Non liquet utrum hoc concilium præcesserit, an posterius sit Epaonensi. Codex enim Rhemensis, ex quo a nobis descriptum, etsi id subjicit Epaonensi, temporis notam nullam exhibet, præter nomen Sigismundi regis, hoc modo: *Incipit epistola tempore Sigismundi regis, ab episcopis in urbe Lugduno facta contra Stephanum.* Ceterum utut res se habet, nomen Sigismundi regis, & quod omnes episcopi, qui huic concilio adfuerunt, Epaonensi quoque interfuerint, non longo utrumque intervallo habitum demonstrat. Fidem autem huic nostro adstruunt collectiones antiquæ, tum Andegavensis & Divionensis, quarum paulo ante facta est mentio, cum tertia Bonevallis, quæ omnes sextum ejus canonem commemorant.

2 *Reum se in concilio fraternitatis.*) Ita collectionis antiquæ quas diximus, nam paulo aliter in codice Rhemensi: *reum fraternitatis futurum esse cognoscat.*

Or-

a Forte, *altre*. Harduinus.

b al. *Saculatius*. Harduinus.

Observatio P. Antonii Pagi.

ad an. Christi 517. num. 10.

Coacta synodus in Regno Burgundiæ tempore Sigismundi Regis anno & loco incertis, cui adfuere episcopi undecim, qui jam concilio Epaonensi præsentes fuerant. Sirmondus, qui eam in conciliis Galliarum publicavit, inde Lugduni congregatam esse asserit, quod Viventiolus episcopus Lugdunensis primus eidem subscribat. Verum id inde minime sequitur; cum Avitus concilio Epaonensi, & Cæsarius concilio ann. 529. Decio juniore Consule primi subscripserint, & tamen neque prius Viennæ, neque posterius Arelatis habitum fuerit. Illud itaque loco incerto coactum, quod aliunde non primum Lugdunense, ut in ultima conciliorum editione, sed *secundum Lugdunense* appellandum foret.

CANONES A BURCHARDO,

Aliisque dati sub nomine Concilii Lugdunensis, nec in actis eorum Conciliorum reperiuntur.

Burch. lib. 2. Cap. 76. Ex Conc. Lugdun. Cap. IV.

Item pronuntiandum est, ut sciant tempora feriandi per annum; idest omnem dominicam a vespera usque ad vesperam, ne Judaismo capiantur. Feriandi vero per annum isti sunt dies. Natalis domini S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, Innocentium, S. Silvestri, Octava Domini, Theophania, Purificatio S. Mariæ, S. Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sanctæ dies Pentecostes, S. Joannis Baptistæ, duodecim Apostolorum; maxime tamen Apostolorum Petri, & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminaverunt; S. Laurentii, Assumptio S. Mariæ, nativitas S. Mariæ Virginis, dedicatio basilicæ S. Archangeli Michaelis, dedicatio cujuscumque oratorii; & illæ festivitates, quas singuli episcopi in suis episcopiis cum populo collaudaverunt, quæ vicinis tantum circumcircumantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquæ vero festivitates per annum non sunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ. Indictum vero jejunium quando fieri denuntiatum ab omnibus observetur.

Lib. 3. Cap. 25.

Ex Concil. Lugdun. Cap. V.

Ut non liceat alicui unius ecclesiæ terram nisi commutaverit vertere ad aliam.

Non liceat episcopo, vel abbati terram ecclesiæ vertere ad aliam, quamvis ambæ sint in ejus potestate. Tamen si commutare voluerit terras earum cum consensu ambarum fiant.

Lib 4. Cap. 56.

Ex Conc. Lugd. Cap. 47.

De Presbytero, qui recte baptizatum denuo baptizaverit, & non rebaptizatum ab hæreticis non rebaptizaverit.

Episcopus autem vel presbyter si eum, qui secundum veritatem habuerit baptisma denuo baptizaverit, aut si pollutum ab impiis, & non recte baptizatum non baptizaverit, deponatur, tanquam deridens crucem, & mortem Domini, nec sacerdotes veros a falsis sacerdotibus vere discernens.

Ivo part. 1. cap. 256.

Ex meo Codice Burchardi MS. in fine Libri 4.

Ex Concilio Lugdunensi.

Illud censuimus statuendum, ut quascunque munificentias clericis, aut servientibus tibi de rebus ecclesiæ in usum, aut de propriis in proprietates præcedentes dederunt sacerdotes, subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant. Si quid tamen culpæ extiterit pro qualitate personarum, vel regula canonum præcedentium in persona habeatur, non in facultate districtio.

Lib. 7. Cap. XIII.

Ex Conc. Lugd. Cap. X.

Nulli ex propinquitate sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. Qui ante innupti erant a sacerdote benedicti nubere audeant.

Cap. Nulli ex propinquitate 35. q. 2. Ex Capitular. Pauli lib. 6. cap. 130.

Ivo Decret. Part. 1. Cap. 266. Ex Conc. Lugdun. Cap. III.

De Presbyteris, qui de veteri schismate baptizare præsumunt.

Si quis ab alio chrismate, quam de illo novo, quod proprii episcopi largitione, vel contestione (f. concestione) accepit baptizare non præoccupante morte tentaverit pro temeritatis autu, ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manifestatur.

Si quis de alio de consec. Dist. 4. Et in addit. Capitular. cap. 7.

AD CONCILIUM LUGDUNENSE

ANNI DXVII.

ADDITIO

Ad hoc concilium ea transferre huc juvat quæ olim dedi in adnotationibus meis ad Pagium ad An. 517. num. 18.

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 199.

OScitanti profecto Pagio exciderunt ea quæ A de concilio Lugdunensi a Sirmondo primum vulgato commentatus est. Non enim ex mera futilique conjectura sua Lugduni celebratum illud fuisse Sirmondus asseruit; sed in ipso concilii textu id rotundis verbis exprimitur: *In Lugdunensi urbe degentes decrevimus*. Quod & confirmat concilii hujus inscriptio in codicibus Remensi a Sirmondo, & Parisiensi ab Harduino Consultis, in hanc sententiam: *Incipit epistola tempore Sigismundi regis ab episcopis in urbe Lugduno facta*. Recte tamen notat Pagius concilium hoc non primum, ut est in omnibus Collectionibus etiam postrema Veneto-Labbeana, ac secundum appellari debere; ac deinceps reliqua Lugdunensia concilia hoc ordine dinumeranda esse. Quis autem fuerit Stephanus iste, de cujus damnatione in hoc concilio agitur, nunc tandem innotuit, ex quo beneficio Cll. VV. PP. Martene & Durand vita Sancti Apollinaris Valentiæ ad Rhodanum episcopi, a coævo descripta, lucem vidit Vet. Monum. to. 6. col. 779. &c. ita enim ibi: *Accidit ut quidam ex officio regis Sigismundi, nomine Stephanus, qui super omnem dominationem Fisci principatum gerebat, defunctæ ejus conjuge, sororem uxoris suæ* (quam Palladiam appellatam colligo ex canone sexto concilii Lugdunensis, de quo hic) *sibi illicite jure conjugii cumularet*; (lege *copularet*) *quæ de re sanctæ ac beatissimi Apollinici viri Avitus* (Lugdunensis) *& Apollinaris secundum carnem germani, synodalem institutionem servantes, cum reliquis pontificibus in unum congregati; ipsum Stephanum sacra communione privari sanxerunt.... Tunc rex diræ insaniæ permotus furore beatissimos pontifices eis insidias prætendendo, injuriare non desinebat. Sed apostolici atque mirabiles viri terrenas res minime formidantes &c. Visum est illis ut in oppido civitatis Lugdunensium, quod nominatur Sardinia, pariter tanquam exilio depulsati auxiliante Deo comitarentur*. Concilium istud, cujus vitæ Author meminit, diversum esse a Lugdunensi, de quo nunc, colligo primo, quod in subscriptione Lugdunensis, Aviti nomen non legitur: huic autem adfuit, quin & præfuisse Avitus videtur. Secundo, quod Sigismundus rex ante Lugdunense illud concilium damnationem Stephani, quam pro- B nunciatam in concilio asseruit Author vitæ S. Apollinaris, temperavit, ut colligere licet ex capite sexto ejusdem concilii; in concilio autem, de quo vitæ Author, ista damnatio plurimum lata fuit. Quare concilium istud, de quo in vita S. Apollinaris, Lugdunense præcessit. Porro hujus prioris concilii nulla huc usque mentio in Collectionibus conciliorum facta est.

Si quis tamen contenderit synodum hanc incerti loci, in qua Stephanus primo damnatus fuit, ipsam fuisse Epaonensem, cui Avitus & Apollinaris adfuerunt, ille certe nos assentientes habebit. Nam in can. 30. Epaonensis incesti damnatur vir prioris uxoris suæ so- C rorem ducens; quamvis Stephani nomen ibidem, forte ad invidiam minuendam, expressum non legitur. Hæc si admittantur, Epaonense concilium esse constabit.

[a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

[b] EX PARTE REPROBATUM, QUO EPISCOPI

Quadraginta [c] sacrosancti concilii Chalcedonensis, Sancti Leonis Papæ, Euphemii & Macedonii episcoporum Constantinopolitanorum nomina sacris diptychis restituerunt, & Severum aliosque ejusdem concilii adversarios condemnarunt, [d] anno domini DXVIII. die Julii 20. sub Hormisda Pontifice & Justino Imperatore.

Causa Concilii.

[a] *Concilium*.) Postquam Justinus imperator, D magnus catholicorum patronus & defensor, singulari Dei beneficio imperium adeptus fuisset, populus ecclesiam ingressus 15. & 16. Julii magno zelo extorserat, ut excommunicatis Eutychianis eorumque defensoribus, sacrosanctum Chalcedonense concilium cum sancti Leonis papæ & Euphemii & Macedonii episcoporum nominibus sacris diptychis restitueretur. Quod cum importunis clamoribus populi convictus Joannes episcopus præstitisset, idque minus legitime factum judicasset, procuravit idem episcopus, ut eadem rite more majorum in conventu patrum ageretur. Post quatuor dies a dictis publicis actis in ecclesia habitis, nempe 20. Julii, Constantinopoli collecta est synodus quadraginta episcoporum ibidem commorantium, vel in vicinia proxima habitantium. In qua principio oblatus est a monachis orthodoxis libellus, quinque petitiones continens: qui-

Acta concilii.

quibus cognitis & examinatis quinque pariter decreta edita sunt, quæ publicis literis ad Joannem episcopum transmissa, ipse universo Christiano orbi, nota fieri voluit.

EPISTOLA SYNODICA AD JOANNEM CPLITANUM.

CUm Deus omnium dominus, &c. *Extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione* 5.

Post quadraginta episcoporum subscriptionem adjectus est ibidem monachorum libellus, qui sic incipit: *Curam equidem* &c. Extat loco supradicto.

His constitutis Joannes Constantinopolitanus omnes orientis episcopos de omnibus per literas ad eos missas certiores reddidit. Exordium literarum est: *Christus Deus noster*, &c. Extant in concilio Constantinopolitano sub Menna infra actione 5. Ejusdem argumenti idem Joannes scriptit ad Epiphanium archiepiscopum Tyri, quarum exordium est: *Deus qui omnia ad utilitatem*, &c. Extant ibidem actione 5.

Orientalis commune o

Synodus ab Hormisda pontifice per synodicam quamdam, & Justini imperatoris intercessionem expetivit, primum ut Romanæ ecclesiæ communione donentur: secundo ut legati Constantinopolim mittantur, qui auctoritate apostolica lapsos ad ecclesiam recipiant, omnibusque ecclesiis pacem concilient.

nem Romanæ ecclesiæ expetunt. Hæc concilium in quibus reprobatum dit?

[b] *Ex parte reprobatum*. Auctoritate Hormisdæ Romani pontificis, per legatos anno 519. nomina Euphemii & Macedonii, una cum nomine Acacii e sacris tabulis vicissim expuncta sunt, quæ synodus Constantinopolitana edito decreto diptychis restituerat: idque propterea quod nomen Acacii schismatici & hæreticorum communione polluti nimis pertinaciter retinentes, communione sedis apostolicæ exciderint, quantumvis in schismate pro fide catholica exulassent. Reliqua vero quæ in hac synodo pro firmitate Chalcedonensis concilii, & contra Severum aliosque Eutychianos hæreticos decreta fuerunt, ab eodem Romano pontifice rata habita sunt, & novis accedentibus scriptis firma atque fortius roborata.

[c] *Sacrosancti concilii*, &c.) Hæc ex epistola synodali supradicta constant.

[d] *Anno domini*, &c. Sub consulatu Magni (ut patet in ipso exordio prædictæ epistolæ) qui cum anno Christi 518. Hormisdæ quinto, & Justini primo anno imperii coincidit.

Tempus concilii.

SYNODI TRES SUB HORMISDA PAPA.

Ex libello synodico.

CONSTANTINOPOLITANA.[1]

HOrmisdas vero papa Romanus qui Felici * successerat, Vitalianum & Evodium cum aliis ducentis episcopis Byzantium ablegavit, Timotheo adhuc suaviter vivente. Quam divinam & sanctam synodum imperator Anastasius & impius Timotheus, multo tempore male excruciantes, re infecta dimiserunt.

* Gelasio, Anastasio II. & Symmacho.

Ἀλλὰ καὶ Ὁρμίσδας, προσεξαμῷ φίλιππα, ὁ Πάπας Ῥώμης, Βιτιλιανὸν, καὶ Εὐόδιον σὺν ἑτέροις ὑπερκοσίοις ἐπισκόποις, εἰς τὸ Βυζάντιον ἀπέστειλε, Τιμοθέου ἔτι βαίνοντος ἐν ἀκμῇ. Ἡ ἅγιον θεῖον καὶ ἱερὰν σύνοδον ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀνόσιος, πολυχρονίως κακῶς ἀνιάσαντες, ἄπρακτον ἀπεπέμψαντο.

THESSALONICENSIS.[2]

CUm igitur Anastasius in lecto impiam animam fulgure ab irato Deo immisso efflasset, eique Justinus pius in imperio successisset; Beatus Hormisdas papa Romanus, plurimos episcopos Thessalonicam misit, ut sacram Chalcedonensem synodum confirmarent. Quam divinam & sanctam synodum, qui male sentiebant, noctu crudeliter incensa domo, ubi erant congregati, dissiparunt: & sanctos illos viros semiustulatos abegerunt.

Ἀνάστασιν γὰρ ἐν τῇ κοίτῃ ὀργὴ Θεοῦ τοῦ μικρὰν ψυχὴν ἀστραπῇ ἀπορρίξαντος, καὶ Ἰουστῖνος τὸ δεξιὸς βασιλεύσαντος. Ὁρμίσδας ὁ μακάριος Πάπας Ῥώμης, πλείστους ἐπισκόπους ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀπέστειλε, εἰς ἃν τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον βεβαιώσουσι. Ἡ ἅγια θεία, καὶ ἱερὰ σύνοδος τοῦτον οἱ φρονοῦντες ἐπέλθοντες κακόδοξοι, τὴν οἰκίαν ἀνῆψαν, ἐν ᾗ συνῆθροιτο, καὶ τοὺς ἁγίους ἡμικαύστους ἐκεῖθεν ἀπήλασαν.

CON-

1 Ea, quæ de hac Synodo ab Auctore libelli Synodici narrantur, lucem accipiunt a Theophane, qui anno Incarn. secundum Alexandrinos 506. res gestas Vitaliani contra Anastasium Imp. ac pacis inter utrumque conditiones explicans, subdit: *His addimus ordinem Vitaliani &c. & sic demum convocatum Synodum, ad quam Pontifex Romanus, & cum illi accedentes Episcopi, ex hac parte, quæ adversus Orientalem perpetram decreta fuerant, communis indicti subscriptionibus examinat*. Ac paulo post *Ceterum Hormisdas Romanus Pt. a Theodorico sollicitatus & Vitaliano olim redditus Prudium Episcopum, & Vitalianum Archidiaconum indicto Heraclea Concilio Legatos misit. Accesserunt etiamnum ex diversis locis Episcopi circiter ducenti, qui tum a scelesto Imper. quam a Timotheo CP. Epsc. deluti re infecta recesserunt*. Id contigit anno Christi 518.

2 Lotte, ἐκκαίω, exsecrabiliter. Vide Epistolam Anastasii Imp. ad Hormisdam. *Harduinus*.

3 Circa ann. Chr. 518.

CONSTANTINOPOLITANA.*

HORMISDÆ.

Ὁρμίσδας οὖν αὖθις εἰς Κωνσταντινούπολιν θείαν, καὶ ἱερὰν ἐξαπέστειλε σύνοδον, καὶ τὰ ἐν Χαλκηδόνι δογματισθέντα ἐκίρωσε. καὶ τὰ περὶ δύο φύσεων δύνασι μαχεῖν Κυρίλλου προεκτίθεμενος, τὸν νομίσματα, τὸ βασιλικὸν νόμισμα, ᾧ ἐστίγετο διπλοῦς χαρακτὴρ ὁ Χριστός, ἀπεσάφησε. Καὶ Ὁρμίσδα πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Ἀγαπητὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ διεδέξατο.

A HOrmisdas igitur iterum divinam & sanctam synodum Constantinopolim misit, & decreta Chalcedonensis confirmavit: & doctrinam de duabus naturis, beati Cyrilli proponens, rationalem illum staterem, imperatorium numisma, cui duplici charactere Christus impressus erat, declaravit. Hormisda autem ad dominum demigrante, Agapetus solium eius excepit.

* plaidoyer. tertiodec.

* SYNODUS HIEROSOLYMITANA,

QUA TRIGINTA TRES EPISCOPI OMNIA,

Quæ pro confirmatione concilii Chalcedonensis, & pro restituendis nominibus orthodoxorum & damnatione hæreticorum concilio Constantinopolitano acta sunt, confirmant.

Extat epistola synodalis infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione 5. exordium illius tale est:

B QUoniam duplex est lacrymarum motus, alter quidem qui in dolorem fert, alter vero qui in lætitiam, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Synodus.*) Cum Hierosolymitana ecclesia per litteras Joannis de rebus Constantinopoli in synodo gestis certior reddita esset, subito convocato episcoporum concilio protinam fidem catholicam erigunt, & in pristino majestatis sua throno honorifice collocant. Quid in hac synodo gestum fuerit, synodalis epistola ad Joannem Constantinopolitanum & concilium ibidem congregatum reddita liquido demonstrat.

Tempus & acta con...

AD CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM

ADDITIO.

Ex Supplem. Mand. T. I. pag. 400.

C'OncIlium istud anno 518. coactum fuisse in dubium revocare nemo jure posset, nam Cyrillus Scythopolitanus, author coævus, in vita S. Sabæ abbatis scribit Justinum vix adscitum ad imperium leges tulisse, *ut omnes ab Anastasio in exilium pulsi revocarentur, itemque synodus Chalcedonensis sacris diptychis inseroretur.* Quibus jussionibus Hierosolymam delatis, addit ille, infinita multitudo monachorum & laicorum congregata est; concurrit quoque S. Sabas, *& episcoporum concilium, celebratoque festo* (idest die dominica, quæ cum die 5. augusti concurrebat) *sexta augusti mensis promulgata sunt divina jussiones, & quatuor synodi in sacris diptychis repositæ sunt.* Ex his Cyrilli verbis de mense & die habiti concilii erudimur.

* CONCILIUM TYRIUM,

QUO ACTA LEGITIMA CPOLITANI CONCILII CONFIRMANTUR.

Celebratum fuit anno domini DXVIII. die 16. Septembris sub Hormisda.

Extat hujus concilii epistola synodalis infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione 5. Exordium illius epistolæ hujusmodi est.

D BEnedictus Deus pacis dominus, qui misit nobis honorabilem literam vestræ sanctitatis, *&c. prædicto loco.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Tyrium.*) Non tantum Palæstinæ, sed Asiæ Acta hujus concilii. etiam Tyrii episcopi habito synodali conventu sacrosanctæ concilii & orthodoxorum patrum restitutionem atque Severi aliorumque hæreticorum condemnationem confirmarunt. Rusticus Romanæ ecclesiæ cardinalis diaconus, hujus sæculi scriptor inculentissimus, dum contra Amphales per dialogismum disputat, testatur duo millia &

1 Habita ann. 518. de qua supra.

le & quingentos sacerdotes sub hoc eodem Justino imperatore idem catholicam probasse. Extat allegatus dialog. tom. 4. bibl. sanctorum patrum, quo sic ait. *Sufficerent tibi unica confessio synodi universalis, quæ totius conciliorum ecclesiarum consona sententia confirmata est, tam per encyclicas epistolas, regnante Leone, quam per libellos sacerdotum forsan decorum millium & quingentorum, imperante Justino, post sublatum Petri Alexandrini & Acacii Constantinopolitani.* Fragmenta libellorum, quos clerici & monachi Apameni & Antiocheni hac de re ad prædictum Joannem Constantinopolitanum scripserunt, extant prædicto concilio Constantinopolitano sub Menna act. 3. Cum hæc perferentur ad Justinum imperatorem, calumniati sunt apud eum proceres Eutychiani hos omnes quorum querela perlata sunt Constantinopolim esse Nestorianos hæreticos, ideoque dignos qui pœnis subjicerentur. Quibus audiis imperator Syros ac Palæstinos scripto admonuit, ut cujus essent fidei docerent. Qua occasione Antiocheni & Hierosolymitani clerici cum monachis earundem ecclesiarum conveniendo, libellum scripserunt ad Justinum imperatorem, quo se vere catholicos esse absque ulla ambiguitate perspicue declararunt. Exordium libelli tale est. *Hauritis aquam cum lætitia ex fontibus salutis, vociferatur Psalmi propheta exclamat*, &c. Extat supra inter epistolas Hormisdæ.

A

His acceptis Justinus imperator pro ipsorum voto primo promulgavit edictum, quo præcipiebatur, ut omnes ex ulis fidei causa sub Anastasio condemnati ad propria postliminio redirent, pristinosque gradus & honores reciperent: subrogati vero in locum ipsorum hæretici procul pellerentur, aliisque pœnis exagitarentur, sacrosanctum Chalcedonense concilium in sacras tabulas referretur, & ab omnibus pie & religiose observaretur, omnibusque ecclesiis tutissima pax redderetur. Vide acta magni Sabæ apud Surium tom. 6. die 5. Decembris. Deinde iterum edixit imperator piissimus, ne hæretici publicis muneribus fungantur, fatque ab omni militia alienti. Mentio est hujus edicti in constitutione novell. Justiniani adversus omnes hæreticos.

Edicta imperatoris pro fide catholica

CONCILIUM ROMANUM

DE ACACII, EUPHEMII ET MACEDONII

Constantinopolitanorum episcoporum nominibus sacris diptychis expungendis, celebratum Romæ sub Hormisda anno domini DXVIII.

Acta concilii.

(*Concilium Romanum.*) Acceptis ex oriente Justini imperatoris, synodi Constantinopolitanæ, Joannis ejusdem Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi, nec non comitis Justiniani epistolis, pacem & communionem cum Romana ecclesia expetentibus, detento paulisper Romæ Grato legationis imperatoriæ officio fungente, Hormisda pontifex episcoporum conventum collegit. Qui omnes post diligentem inquisitionem, quid hac de re prædecessores Romani pontifices, Simplicius, Felix, Gelasius & Symmachus sensissent, una eademque sententia decreverunt, recipiendam orientalem ecclesiam ad communionem apostolicæ sedis, si Acacium schismaticum condemnarent, nomen ejusdem penitus abolerent, denique si Euphemium & Macedonium, eadem schismatis labe respersos, e sacris tabulis delerent & expungerent. Quibus ita peractis legatio pontificia designata est, quæ decretum synodi exequeretur. Ad hoc munus obeundum delecti sunt Germanus Capuæ episcopus, alias ad Anastasium imperatorem legatione perfunctus, Joannes episcopus, Blandus presbyter, Felix & Dioscorus diaconi. Qui ne transversum unguem a mandatis recederent, indiculum sive commonitorium illud, quod extat supra inter epistolas Hormisdæ, estque hujus exordii: *Cum Deo propitio*, &c. acceperunt. Responsoriæ literæ, quas Hormisda ad Justinum imperatorem, Justinianum comitem, Joannem episcopum, & clerum Constantinopolitanum de pace & communione orientalis ecclesiæ cum Romana rescripsit, quasve prædicti legati secum detulerunt, extant supra inter epistolas Hormisdæ 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

B

Hac legatione orientalis ecclesia Romanæ est reconciliata, postquam juxta admonitionem pontificis e sacris diptychis nomina Acacii, Euphemii & Macedonii episcoporum Constantinopolitanorum, Zenonis & Anastasii hæreticorum imperatorum expunxissent, ut patet ex iis quæ supra ad vitam Hormisdæ ejusque epistolas annotavi.

C

ANNO CHRISTI

SYNODUS BRITANNICA

ANNO CHRISTI

CONTRA FÆCEM PELAGIANÆ HÆRESIS

Adhuc redolentem celebrata, sub Davide archiepiscopo Menevensi, qui sedem illam ope & licentia inclyti regis Arthuri a Caer Legionum urbe Meneviam jam transtulerat.

DAvid Meneviensis Britannus, vigente adhuc post Germani episcopi labores, qui ob id in Britanniam bis venerat, Pelagiana labe, ac desperato pene remedio, ex universæ gentis synodo præsul constitutus anno Christi 519. diutina prædicatione ac disceptationibus publicis eandem profligavit, atque aream ecclesiæ purgavit. Cambriæ metropolites & Primas propterea factus, tantam cum rege Arthuro gratiam iniit, ut ab urbe Legionum ad suam Meneviam archiepiscopalem transferret sedem, ut lib. 1. cap. 52. fusius tradit Ranulfus Cestriensis: quod ita permansit ad Normannorum usque de Cambria victorias, & omnes ab eo Cambrorum episcopi ut a suo primate consecrationem acceperunt, adhibito ei deinceps Davidis hujus titulo.

D

AD

AD SYNODUM BRITANNICAM

CONTRA PELAGIANOS

Anno 519. celebratam

ADDITIO.

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 401. Ex Wilkins Conc. Britan. T. I. pag. 8.

Giraldus Cambrensis in vita S. Davidis lect. 8. mentionem facit synodi totius VVallie apud Brevi, contra Pelagianam hæresim convocata, ex episcopis, abbatibus, viris religiosis & laicis; in qua S. David electus & consecratus fuit archiepiscopus totius VVallie. Non longis autem post hæc temporibus Pelagiana labes & hæresis detestanda per B. Germanum Antisiodorensem, & Lupum Trecensem in insulam transmissos, olim extincta, redivivo morbo redivivaque malitia in fidei catholicæ perniciem jam resuscitata, universalis totius Kambriæ synodo colligendæ occasionem dedit. Unde & collectis in Keretica regione apud Brevi episcopis, & abbatibus, virisque religiosis diversorum ordinum multis, necnon & laicis principibus, ac populis de universa regione collectis, cum a pluribus in publica audientia sermo factus, populum hæretica pravitate pene irrevocabiliter infectum ad fidei reducere tramitem non prævaluisset, tandem Paulinus episcopus, cum quo David olim liberalibus disciplinis in pueritia studuerat, ut propter episcopum nuper a patriarcha consecratum, virum sanctum, discretum pariter & disertum, qui nondum advenerat, communiter ab omnibus ad tantum ecclesiæ discrimen mitteretur, verbis quidem suasoriis peroravit. Mittuntur itaque nuncii semel & secundo, nil proficientes. Erat enim vir sanctus contemplationi deditus, de temporalibus rebus, aut sæcularibus, nisi necessitate urgentiore compulsus, aut nihil, aut parum curans. Tandem vero duo mittuntur viri sanctissimi ac fidelissimi, Daniel videlicet, & Dubricius. David autem eorum adventum in spiritu prævidens, magnos ad se viros in crastino venturos fratribus prædixit: Advenerunt itaque mane viri prædicti, sicut & vir sanctus præviderat, hospitio pro facultate honorifice suscepti & exhibiti. Quorum ob sanctitatem & synodi pariter auctoritatem demum monitis obtemperans, una cum ipsis die sequente versus synodum iter arripuit. Quo facto, congregationem adeunt cum gaudio suscepti maximo & gratulatione. Prædicationis igitur officium patri David ab omnibus injungitur. Qui stans in terræ planitie, cum alii tamen ante prædicantes ibidem congestarum cumulum vestium ascendere consueverint, tam clara voce & gratiosa cunctorum pariter tam remotissimorum, quam prope positorum auribus intonuit, ut omnes eum communiter in tanta concione & salubriter audirent. Juxta illud. *Aperi os tuum & ego adimplebo illud.* Et alibi. *Cum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Et subsequenter. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Quibus ita patratis, sermone completo, tota, cooperante gratia, hæresis evanuit, discussa penitus & deleta. Pater autem David communi omnium, tam cleri scilicet, quam populi electione pariter & acclamatione, cui & honorem antea destinatione Dubricius cesserat, in Kambriæ totius archiepiscopum est sublimatus.

SYNODUS VICTORIÆ IN WALLIA

ANNO INCERTO HABITA.

Ibid. pag. 401. Ex Wilkins Conc. Britan. T. I. pag. 8.

IN hac synodo acta præcedentis synodi Menevensis aut Britannica confirmantur, & nonnulla in emolumentum ecclesiæ consultabantur. Processu vero temporis & alia synodus collecta est, cui nomen Victoriæ; in qua convocato denuo totius Kambriæ clero, ea quæ in priori synodo firmata fuerant, adjectis quoque quibusdam super ecclesiæ commoditatibus, firmo rigoris examine sunt renovata. Ex his itaque duabus synodis omnes Kambriæ totius ecclesiæ modum & regulam, ecclesiæ quoque Romanæ auctoritatem adhibente & confirmante, acceperunt. Quarum decreta, quæ ore promulgaverat præsul David, sua quoque sancta manu literis mandavit; sumque ecclesiæ allisque per Kambriam pluribus reservanda commendavit. Quæ quidem sicut & alii quamplurimi nobilis bibliothecæ thesauri egregii, tam vetustate, quam incuria, piratarum quoque crebris insultibus, qui de Orcadum insulis æstivo tempore longis navibus advecti maritimas Kambriæ provincias vastare consueverant, evanuerunt.

Desumpta sunt hæc ex Cambrensi in vita S. David.

EPISTOLA TRIFOLII PRESBYTERI

AD BEATUM * FAUSTUM SENATOREM

Contra Joannem Scytham monachum.

* Ita vide ut Faustus, cui quem Prat. [illegible] extant plures epistolæ apud Cassiodorum lib. 11 Variarum.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Qui Dioscori diaconi missum ad Romanum Papam Hormisdam ab urbe CP. relationem de monachis Scythis, qui unum de Trinitate passum & crucifixum affirmabant, itemque Germani & Joannis episcoporum sequentes suggestionem, tum Hormisdæ Papæ LXVI. aliasque multas deinceps eiusdem eam in rem epistolas paulo ante a pag. 481. excusas attente perpenderit, is haud dubie non invitus leget inditam hactenus Trifolii presbyteri de eodem argumento epistolam ad Faustum senatorem, quam inter scedas Sirmondi nostri delitescentem reperi, tibique nunc lector exprimendo, ut de tota hac controversia certius judicium feras.

MAndare mihi dignatus es, monachos Scythas a Constantinopoli advenisse, qui unum de Trinitate prædicant crucifixum, sperans a parvitate mea, si tale aliquid in doctrina patrum repererim. Ista doctrina de fonte Arii prodivit, & est conveniens omnibus hæresibus. Vita quidquid quatuor synodi in definitione fidei non posuerunt, id est Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina prima, & Chalcedonensis, & quod in epistolis sanctorum patrum, quas quatuor sanctæ synodi in auctoritate fidei esse voluerunt, id est Athanasii episcopi Alexandrini ad Epictetum episcopum, Cyrilli ad Nestorium una, & ad Joannem Antiochenum altera, & epistolis papæ Leonis. Si quis addere, aut minuere, aut aliter interpretari voluerit, quam patres in supra scriptis, aut in definitione sua non posuerunt synodi, quivis ille sit qui superponit, hæreticus est. Nam Pater & Filius & Spiritus sanctus tres personæ, unus Deus, vox & verbum & flatus. Vox Pater est, verbum Filius, flatus est Spiritus sanctus. Persona Patris & persona sancti Spiritus sine carne: persona vero Filii, quæ semper cum Patre & Spiritu sancto fuit, in Trinitate est, id est verbum Dei. Deus ingressus in utero Virginis Mariæ adsumpsit de ea naturam carnis, non personam. Ideo quod dominus noster Jesus Christus duæ naturæ, una persona Verbum, id est Filius Dei Deus immortalis, invisibilis, impassibilis. Caro ipsius verbi mortalis, visibilis, passibilis. Pater non est Pater Trinitatis sed Filii, & Filius non est Trinitatis, sed Patris, & Spiritus sanctus non procedit de Trinitate, sed de Patre & Filio. Non sunt tres dii, neque tres Patres, neque tres Filii, neque tres Spiritus sancti. Qui unum de Trinitate dicunt passum, si Ariani non sunt, dicant de quibus tribus unus passus est. De tribus Patribus, an de tribus Filiis, aut de tribus Spiritibus sanctis, aut certe de tribus Diis, sicut dicit Arius. Unus Deus creator, impassibilis, immortalis. Alter vero Deus creatus, passibilis, & mortalis, aut sicut Sabellius dicit, quia tres personas esse negat, sed tantum dici putat. Ideo unum de Trinitate Patrem dixit incarnatum & passum. Apollinaris vero negat Christum animam & intellectum habuisse & pro anima & intellectu, inquit, Deus ei fuit. Ideo dicit unum de Trinitate passum in carne. Si unus de Trinitate passus est in carne, caro mansit impassibilis: qui unum de Trinitate Filium dicunt passum, duos aut tres Filios colunt, ex quibus unus passus est, duo manent impassibiles. Si vero de Trinitate est Filius, non est de Patre secundum deitatem, neque de matre secundum carnem, sed de Trinitate. Trinitas, & unus de Trinitate quatuor sunt, sicut dicit Nestorius, Filius Mariæ adsociatus est Filio Dei, & factus est communis Trinitati; & passus est unus de Trinitate. Arius unum Deum dividit in duos Deos. Nestorius addendo alterum Filium secundum carnem Trinitati, facit quatuor personas. Eutyches duas naturas unici Filii Dei commiscet, sicut pistor farinam & aquam; jam nec farinam nec aquam, sed tertium id est panem. Sicut & Eutyches commiscet naturas Dei & hominis, & jam nec Deus nec homo, nec Pater, nec Filius, nec Spiritus sanctus est, sed est ille unus de Trinitate. Quomodo isti synodum Chalcedonensem se dicunt sequi, & prædicant quæ illi non receperunt! Nam in quarto secretario, synodi Chalcedonensis ad finem, requisiti sunt a judicibus Carosus & Dorotheus archimandritæ taliter: „ *Eutyches* „ *corpus domini nostri Jesu Christi dicit non esse* „ *nostræ substantiæ, vos de hoc quomodo confite-* „ *mini? Dorotheus archimandrita dixit, in no-* „ *mine Patris & Spiritus sancti baptizati sumus,* „ *confitentes salvatorem nostrum Jesum Christum,* „ *qui descendit & incarnatus est a sancta virgine* „ *Maria & hominem indutus est, & crucifixus,* „ *unum de Trinitate esse passum*. Talia dicentes suprascripti archimandritæ acceperunt damnationem cum Eutyche, & omnes hæretici. In epistola, inquiunt, Procli scriptum est, unus de Trinitate passus est. Si epistolas Patrum Athanasii, Cyrilli, & Leonis, quæ per universales sanctas synodos relectæ & confirmatæ sunt, hæretici fraudaverunt, quanto magis epistolas Procli, quæ nec in unius synodi definitione posita est? Semper hæretici male interpretando dicta patrum hæreses suas confirmare conantur, sicut dicit S. Cyrillus episcopus Alexandrinus ad Joannem Antiochenum inter alia; „ *Quando autem quidam eorum qui recta pervertere* „ *solent, meas voces in sibimet placitum mutant:* „ *non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quo-* „ *niam omnes hæretici, de scripturis divinitus* „ *inspiratis sui colligant erroris occasiones*. Et „ post pauca. *Quoniam vero adjicimus quod epi-* „ *stolam opinabilis patris nostri Athanasii, ad* „ *beatissimum Epicletum destinatam, recte haben-* „ *tem corrumpentes quidam ediderunt, ut per hoc* „ *plurimi nocerentur*. Item papa Leo ad Marcia-

Epist. 11. cianum imperatorem, inter alia: „ *Quia vero* A „ *quorumdam hæreticorum versuta nequitia, ad* „ *conturbandam nostrorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis* „ *quibusdam verbis vel syllabis, receptore me* „ *Nestoriani erroris assereret*. Si quid tale in dictis sanctorum patrum invenitur, quod non convenit sanctis epistolis, aut definitioni synodi Chalcedonensis, apparet illud ab hæreticis fraudatum esse. Iniquitas semper dicitur, & numquam cedit. Quid est dicere unum de Trinitate passum, nisi ostendere & alterum de Trinitate impassibilem, sicut Arius? aut quid est dicere unum de Trinitate passum carne, nisi ostendere & alterum impassibilem, sicut B Nestorius? sedes vero apostolica Romana super fidem synodi Chalcedonensis nunquam permisit unam syllabam aut unum apicem addi aut minui. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam. Suprascripta fides synodi ipsa est quæ convenit evangelio & Luc. 24. 46. apostolis, dicente salvatore: *Sic oportebat Christum pati & resurgere secundum scripturas*. Ait 1. Pet. 4. 1. Petrus apostolus, *Christo igitur passo carne, & vos igitur eadem cogitatione armamini*. Paulus 1. Cor. 1. 19. apostolus dicit: *Nos Christum prædicamus & hunc crucifixum*. Et iterum dicit: *Quicumque vobis aliud prædicaverit præter quod a nobis prædicatum est, anathema sit*: ------ Cetera videntur in ms. desiderari. Gal. 1. 9.

Observatio P. Antonii Pagi

ad ann. Christi 533. num. 41.

Cum propositio hæc, *Unus de Trinitate passus est Carne*, in varios sensus distrahi possit, de qui Sus [illegible] Lupus in Notis ad synodum Ephesinam, inde ob eandem tot tragœdias excitatas. *Trisoltus* Presbyter in epistola ad Faustum Senatorem, eam sinistro prorsus interpretamento excepit, atque: *Ista doctrina de Christo Arii prodivit, & est conventaneus omnibus hæresibus*, &c. Verum is error presbytero isti condonandus, qui a Fausto Senatore de hac propositione interrogatus per epistolam, nec certior factus de fide & doctrina Scytharum monachorum, sed de turbis dumtaxat ab ipsis Constantinopoli & Romæ excitatis, facile sibi persuasit eos propositionem illam hæretico sensu asserere, maxime cum & Legatos *Hormisdæ* pontificis Romani adversarios haberent, & ipsummet pontificem. Præterea nec ipsa propositio Scytharum fideliter ad *Trisoltum* relata est, ut liquet ex epistola ejus initio. Quæsivit enim ab eo Faustus Senator, quid de illa propositione sentiret. *Unus de Trinitate crucifixus est*: & tamen propositio Monachorum Scytharum hæc erat: *Unus de Trinitate crucifixus est Carne*. Omnia *Trisoltii* dubia tetulit Natalis Alex. in Diss. Sæculi sexti ecclesiæ Diss. I.

ANNO CHRISTI 520. — ANNO CHRISTI 520.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

AB EPIPHANIO EJUSDEM ECCLESIÆ EPISCOPO

Collecta anno domini DXX. Hormisdæ VII. & Justini Imperatoris III. ex qua ad Hormisdam Papam una cum legatione synodica epistola missa fuit.

EPISTOLA SINODI CPLITANÆ.

AD HORMISDAM PAPAM.

INnumerabilem & ininvestigatam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi sapientiam, *&c. Extat supra inter epistolas Hormisdæ pag. 491.*

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Joannes Maxentius, natione, ut creditur, Scytha presbyter Antiochenus, seu abbatis sive archimandritæ vocabulo habere se monachorum congregationem fingens, forte quod esset monachorum Scytharum, Achillis, Joannis (Is alicubi lector dicitur) Leontii atque Mauricii, qui ex oriente profecti cum Constantinopoli tum Romæ plurimas turbas excitarunt, socius pariter ac defensor, in veteratoria illa sua epistola, quam (ut monuimus supra pag. . . . .) adversus Hormisdæ Romani pontificis epistolam ad Possessorem Africanum episcopum insigni impudentia scripsit, sub finem pluribus agit de Fausto Rejensi Galliarum episcopo Semipelagianorum antesignano, ejusque doctrinam cum Augustiniana comparans acerbissime insectatur. Idem cum Venerio quodam diacono celeberrimos illos 60. Africanos Byzacenæ provinciæ episcopos in Sardinia vicinisque insulis pro C Christi fide sub persecutione Trasamundi Vandalorum regis Ariani exulantes consuluit de vulgatissima illa temporibus controversis, quæ gratiam Dei cum humani arbitrii libertate committebat. Eam scribendi occasionem nactus sanctus Fulgentius Ruspensis episcopus (qui concilii illius Byzaceni, teste Ferrando vita ejus scriptore, lingua, manus, ingenium que fuisse dicitur) plurimum exaravit volumina: atque imprimis libros septem adversus Faustum (quos R. Pater Hieronymus Vignierius Oratorii presbyter habuit, sed pluribus in locis mutilos, ac fœdissime deformatos) libros tres de veritate prædestinationis & gratiæ, librum unum de incarnatione & gratia D. N. Jesu Christi, librum itidem unum de fide ad Petrum diaconum, ubi universam fidei orthodoxæ regulam præscripsit, &c. Neque vero ab eusdem stylo abhorret, quæ a nobis modo subjicietur, epistola synodica episcoporum illorum pro Christo in Sardiniam a Vandalis deportatorum, licet in ejus inscriptione duodecim dumtaxat antistitum nomina apparerent, atque in iis Fulgentii ipsius nomen desideretur. Existimo enim D post *Quod vobis Deus, & cæteri famuli Christi*, sive quid aliud simile, fuisse librariorum incuria prætermissum; præsertim cum in fine epistolæ, num. xii. hæc habeantur: adscripta: *Cæterum nostri ex nobis tribus libris vestro nomini dedicatis suffitentis disputatione respondit, quique adversus duos libros Fausti Galli* (imo Reitanni, sed in Gallia Narbonensi episcopatum Rejensem adepti) *septem libros edidit, quos cum recensueritis*, &c. quæ mox excudentur.

IN

IN CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

SUB JOANNE PATRIARCHA

Anno 518. habitum, & de conciliis contra Severianos latis & in collectionibus omissis

DISCUSSIO.

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 401.

IN hoc concilio, quod fere integrum legitur in actis concilii Constantinopolitani sub Menna, anno 536. celebrati, damnatum fuisse Severum Antiochiæ patriarcham, Eutychianum, nemo plane ignorat. Sicut & constat Synodi illius Patres scriptas de damnatione illa epistolas ad metropolitas Orientis misisse. Ea occasione concilia quædam per Orientem habita sunt, ut Hierosolymitanum & Tyrium, de quibus in Collectione Veneto Labbeana tom. V. col. 727. Omissum vero ibi supplendum est concilium incerti loci ab episcopis Syriæ secundæ habitum cujus synodica inter acta synodi Constantinopolitanæ sub Menna occurrit. Vide Collect. Veneto-Labbeanam tom. V. col. 1183. &c. Hanc enim epistolam synodi esse tum plura demonstrant, cum illud in primis, quod his verbis absolvatur. *Synodalis epistola nostrorum minimorum &c.* Porro Patres illi epistolæ suæ adjunxerunt capita accusationis, in sua illa synodo institutæ, adversus Petrum, quem Severus Apamientibus episcopum dederat. Hunc hominem a se damnatum damnandum pariter Joanni Archiepiscopo CPtano proponunt, damnationis ejusdem suæ documentis & testium depositionibus illi transmissis. Cum vero inter depositiones istas quædam occurrat Joannis presbyteri asserentis se *post paschæ undecimæ indictionem præterita*, audivisse Petrum blasphemas quasdam in voces prorumpentem, eo indicio collector conciliorum censuit accusationes istas transmissas Constantinopolim fuisse anno 533. indict. illa notato. Ex quo illud consequeretur, concilium hoc Patrum Syriæ Secundæ non ante annum illum convenisse. Verum collectorem errasse planum est, cum Patres illi synodicam suam, cui testium depositiones adversus Petrum Apamiensem adjunxerunt, ad Joannem CPtanum patriarchum direxerint, qui sane vir anno 520. decessit. Indictio igitur illa undecima annum designat 518. quo & synodus Constantinopolitana sub Joanne & altera a Patribus Syriæ Secundæ celebrata est. Cum tamen synodica illa & documenta damnationis Petri Constantinopolim pervenerint absoluto jam concilio anni 518. & Joannes qui tunc sacris præerat brevi post, anno scilicet 520. vitam absolverit, quo forte temporis spatio nullum aliud concilium Constantinopoli habitum est, in quo Petri damnatio confirmaretur; ideo Joannis successor Epiphanius in synodo quadam sua, nec forte alia, quam quæ occasione ordinationis suæ anno 520. convenit, sententiam in eundem Petrum dixit, quæ sententia legitur in synodo CPtana sub Menna hunc titulum referens: *Sententia Epiphanii patriarchæ & synodi congregatæ contra Severum & Petrum*. Diligenter hæc animadvertenda sunt, ne deinceps confundantur concilia duo Constantinopolitana in causa Severi, quæ ambo in actis synodi sub Menna commemorantur.

ACTA SYNODI TORNACENSIS

HABITÆ SUB S. ELEUTHERIO (a)

Episcopo Tornacensi, contra hæreticos varios, Eutychetis, Photini, Acephalorum, Arii, Sabelli posteros.

Habitat in Concilio Germanico, nuper vulgatis Augustæ a P. Mastzheim T. I. pag. 9. ex Sententia Synodalibus Tornaceni.

Circa annum Christi DXX. Hormisdæ Papæ VII. Justini Imperat. III. Theodorici Regis Austrasiæ IX.

„ BEatus Eleutherius jam Tornacensem Ecclesiam triginta annis, & uno rexerat, „ Blandinienem (b) vero novem; qui audiens Filios Ecclesiæ perturbatos, indoluit: „ Deinde auctoritate Romani Papæ decrevit, „ quatenus omnes Hæretici ab ipsa Civitate „ ejicerentur, vel Christum Dei Patris Filium „ unanimiter confiterentur.

„ Igitur a Præsule coacti diem competentem „ elegerunt; in qua *Synodum* suam Antistes „ Christi Eleutherius convocaret. Advenit dies, „ in quo Synodus convocata erat; advenerunt etiam Filii Catholici, Hæreticorum „ sectam confundentes: affuerunt nonnulli Hæreticorum illis contradicentes. Exurgens autem Sanctus Vir Dei Eleutherius, & manu faciens silentium ait: *Omnes Deum Patrem, & Filium ejus cum Spiritu Sancto confitentes, audite.*

SER-

(a) S. Eleutherius obiit 20. Februarii anno 532. juxta Annales Tornacenses: sedit annos 45. Pagius in Critica Baronii ad annum DXXXII. judicat eum hoc anno obiisse.

(b) Tornacenses Episcopi fuere etiam dicti *Nerviorum* Episcopi, quia Tornacum Nerviorum Metropolis est. Eo nomine Superior, Nerviorum Episcopus, subscripsit Sardicensi Concilio Anno CCCXLVII. *Blandiniensi* Ec-

SERMO DE TRINITATE.

1. CRedite in unum Deum Patrem Omnipotentem; (a) & in Filium ejus unicum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ex Deo Patre natus est Unigenitus, Immensus de immenso, immortalis de immortali, invisibilis de invisibili, sempiternus de sempiterno, per quem, & cum quo omnia, quæ continentur in Cælo, vel in terra, aut in mari, fecit Pater. Hortor igitur vos, dilectissimi: Credite, Jesum Christum Dominum nostrum propter salutem hominum, & sæculi liberationem de Cœlis descendisse, incarnatum, & hominem esse, passum sub Pilato Præside: propterea die tertia a mortuis resurrexisse, & iterum in Cœlos, unde descenderat, ascendisse.

2. Hæc decreta, Filii mei charissimi; tenere, & observare debetis: his vos devote oportet obtemperare, si gaudia vultis promereri cœlestia. His dogmatibus, & decretis antiquorum Patrum obedite, considerantes, & lucidissime intuentes, quid sit incarnatum esse, & Hominem factum Dei Verbum; Vos enim asserere non debetis, quod natura Dei immutata (b) sit, sed magis, quod copulaverit sibi anima rationali carnem animatam, Christusque Dei Filius irreprehensibiliter, ineffabiliter, substantialiter Homo factus sit, & Filius hominis etiam sit appellatus. Itaque Christus Jesus, qui ante omnia Sæcula ex æterno Patre natus est, etiam ex muliere id est, Beata Virgine Maria carnaliter procreatus est; non quod cœlestis (Divina) ipsius natura de Sancta Virgine sumpserit exordium, (c) nec propter se ipsam necesse habuit, nasci secundo, post illam gloriosam nativitatem, quam habuit ex Patre. Non enim est competens, sed magis stultum, affirmare, quod Jesus Christus Dominus noster, qui ante omnia sæcula est cœternus Patri, post generationem Patris alterius indiguerit, ut per illam, quam in Virgine assumpsit, esse inciperet.

Sancta autem Catholica universalis Ecclesia affirmet, & credat, quod propter salutem hominum, & peccatorum ablutionem, sibi naturam copulaverit humanam, & processerit ex utero Virginali, utero impolluto, sed ab Angelis dignissime cœlestibus conservato. Ideo asserunt illum Catholici Patres, & nos auctoritate majorum, carnaliter esse natum. Qui benignus, & misericors omnes volens ad semitam veritatis convertere, ex ipso Virginali, & incontaminato utero, ut supra dictum est, secum conjunxit carnem, & generationem sustinuit carnalem sum carnis suam faciens nativitatem. Deinde credite, ipsum crucifixum esse, [illegible] die a mortuis resurrexisse, non quia Dei Verbum in sua natura sub Pilato Præside [illegible] flagellis cæsus, deinde patibulo crucis a[illegible], aut quia pro nobis transfixiones lanceæ atque clavorum, & tanta vulnera sustinuerit [illegible] tamque incorporalis, & extra passionem est; sed quia corpus illud, quod proprium factum est ipsius, hæc pro nobis sustinuit. Hæc omnia idcirco dicitur pro omnibus hominibus ad peccatorum redemptionem passus esse: in eo etenim corpore, quod patiebatur, inerat Deus, qui nullo modo pati poterat.

Similiter mortem ipsius intelligere debetis: naturaliter enim incorruptibile est & immortale vivificans Dei Verbum; sed quoniam Gratia Dei proprium corpus ipsius juxta sententiam Doctoris gentium Pauli (d) *mortem gustavit*, ideo dicitur Deus pro nobis mortem esse passus: non quia mortem ipse expertus fuisset, quantum ad naturam ipsius pertinet. Idoneum siquidem non esset, sed ineptum, asserere hoc; sed quod, ut superius diximus, vera caro ipsius mortem gustaverit. Ita carne ipsius resurgente, iterum resurrectionem asserite, non quia in corruptionem cecidit, sed quod ejusdem corpus surrexit.

Itaque Dilectissimi, deprecor fraternitatem vestram, quatenus Deum verum, & Filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, devote veneremini: adorate benigno corde, laudate pura mente, confitemini lacrymosis suspiriis, non sicut hominem cum verbo glorificantes, ne inducatis quamdam speciem divisionis; sed unum, & eumdem honorate, quia non est corpus suum, cum quo assidet Patri, a Verbo alienum.

Nec etiam debetis contestari quasi assidentibus duobus (e) filiis, sed uno cum carne per unitatem.

Præterea Fides vestra credere debet, quod Christus Dominus noster, Mediator DEI & hominum factus est, & Reconciliator ad Pacem, Deo Patri pro nobis offerens se in odorem suavitatis. Ideo enim dicebat per Prophetam: *Sacrificium (f) & oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfecisti mihi.... In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam Deus*: Proprium enim corpus non pro se ipso obtulit, sed pro nobis, in odorem suavitatis.

Fratres mei, quis vestrum ultra dubitet, Agnum verum, & immaculatum pro salute humani generis immolatum, & ab impiis Judæis crucifixum? ipse est, qui nos per admirabilem virtutem, & ineffabilem potentiam Divinitatis suæ redemit, rebellesque, & superbos Judæos devicit, & claustra gehennæ expoliavit, educens de vinculis captivatos, emittens de tenebrarum locis carceratos, clamantes, & dicentes: O Triumphator bone Sæculi! O pie debellator diabolicæ fraudis! Te nostra clementissime Jesu in his tormentorum pœnis expectant lamenta: Te, misericors Christe, flebilium in his tormentorum caliginosis locis conclamabant suspiria! Ecce advenisti, quem ab antiquis temporibus expectavimus, libera nos, quem in terra positi olim devote coluimus.

Ipse est, qui post destructionem diaboli, & liberationem Sanctorum de tenebris clamantium, tertia die resurrexit, & ascendens in regnum cœleste, sedet ad dexteram Dei Patris

Ipse

[illegible] latior Tornacum, & Insulas sita, locus fuit; ubi aliquot annis sedit S. Eleutherius: non vero specialis a Tornacensi distinctus Episcopatus. S. Medardus Tornacensem, & Noviodunensem aliquandiu administravit Episcopatum: quia ideo hæ duæ Cathedræ unitæ, aut altera alteri subjecta fuerit. *Hæc Nota Andreæ Catulli in suo Tornaco Metropoli, & Cathedra Episcopali. Bruxellis anno 1652. impresso.*

(a) Ex Symbolo Apostolorum, & Niceno. (b) Error Eutychetis. (c) Photini error.
(d) *Hebræ.* 2. 9. (e) Nestorii error. (f) *Psalm.* XXXIX. 7. 8. 9.

Ipse est Filius Mariæ, quæ Virgo de Spiritu Sancto concepit, quæ in Virginitate illibata Deum, & hominem peperit, quæ etiam post partum Virgo, & Mater Salvatoris permansit: qui se, ut supra dictum est, hostiam immaculatam, hostiam Deo placentem obtulit.

Si quis autem dixerit, quia tam pro ipso, quam pro nobis, Sacrificium se Deo Patri obtulerit: non æternum effugiet supplicium, sed pœnas in interitu cum impiis dabit æternas.

De Spiritu quoque Sancto cum discipulis suis diceret: *Ille* (*a*) *me clarificabit*. Hoc filii sentientes unum Christum, & Filium, non velut alterius gloria egentem, confitemini gloriam a Spiritu Sancto consecutum, quia ejusdem Spiritus nec superior, nec melior ipso est. Licet vero in substantia sua Spiritus ejus sit, & intelligatur in persona proprietas secundum id, quod Spiritus ejus est, & Filius tamen ab illo non est alienus. Appellatus enim est Spiritus veritatis, & veritas Christus est. Igitur a Filio similiter, sicut a Patre, Spiritus Sanctus procedit. Spiritus enim sanctus miracula per manus Sanctorum Apostolorum faciens, Deum glorificabat Jesum Christum, postquam per gloriosam resurrectionem suam in Cœlum, unde pro liberatione animarum nostrarum descenderat, ascendit. Ideo a nobis & nonnullis catholicis viris Christus creditur Deus natura existens, per spiritum suum, virtutes, & gloriosa miracula gentibus per universum orbem dispersis demonstrans. Inde dicebat Dominus noster Jesus Christus, *Quia* (*b*) *de meo accipiet, & annunciabit vobis*: Sed nequaquam idem Spiritus Sanctus alterius participatione potens, aut sapiens dicitur, quia perfectus est per omnia, & in omnibus, & nullo prorsus indigens bono. Nam Paternæ virtutis, & sapientiæ Cœlestis, id est, Filii Spiritus Sanctus creditur, & idcirco ipsa re, & virtute subsistente virtus, & sapientia comprobatur.

Dilectissimi Fratres, hæc est Fides recta, & omnibus Catholicis Viris tenenda, quam nisi quisque firmiter, & recte crediderit, non poterit a consortio diaboli liberari.

Unum in substantia, Trinum in Personis, confitemini, ut ad Cœleste regnum pervenire, & æternis bonis perenniter gaudere mereamini, ubi gaudent Angeli, lætantur Apostoli, exultat Martyrum turba gloriosa, plaudit Confessorum, & Virginum caterva, quos Redemptor Mundi perenni laurea coronat, qui vivit, & regnat Deus Omnipotens, Invisibilis, Æternus, Incorruptibilis, cui est honor, laus, decus, imperium, potestas indeficiens, majestas immarcescibilis, gloria perpes, & virtus ineffabilis cum Patre, & Spiritu Sancto per infinita sæcula sæculorum Amen.

Si quis autem his Decretis contradixerit, a Patre, & Filio, & Spiritu Sancto anathema sit.

„ His dictis beatus Pontifex Eleutherius se-
„ dit, Catholici autem viri, qui ad Sanctam
„ Synodum convocati erant, vocem cum gau-
„ dio levantes, glorificabant Deum dicentes:
Trinitatem in Unitate veneramur, & colimus Unitatem in Substantia profitemur, & devote adoramus.

„ E contra confunduntur hæretici, deinde
„ a Sancta Synodo recedunt confusi. Synodo
„ autem ad propria revertente, Sanctus simi-
„ liter Eleutherius ad Aulam suam, quæ in
„ Oppidano loco continebatur, cum Catholi-
„ cis Viris, jam septuaginta & uno existens
„ anno, regressus est. (*c*)

CONCILIUM SARDINIENSE

EPISCOPORUM AFRICANORUM

In Sardinia exulum, anno, ut quidam asserunt, Christi DXXI. aut circiter.

SArdiniense ab Episcopis Africanis in Sardinia sub persecutione Thrasamundi Vandalorum regis exulantibus, anno circiter DXXI. in controversia de Gratia Dei, & Humano Arbitrio celebratum est Concilium. Extat Epistola Synodica responsoria ad Joannem Maxentium, ejusque Monachos Orientales, a Fulgentio Ruspensi, ut testatur Ferrandus diaconus in ejus vita cap. 20. scripta; ad quam dissertationem historicam, & dogmaticam habet Card. de Aguirre Concil. Hisp. tom. 2. Ea vero est hujusmodi.

EPISTOLA SYNODICA
EPISCOPORUM AFRICANORUM

In Sardinia exulum, anno, ut quidam asserunt. Christi DXXI. aut circiter.

De gratia Dei, & humano arbitrio.

Dei gratia plurimum amplectendis sanctis fratribus, Joanni presbytero & archimandritæ, & Venerio diacono, & fidelibus viris, quorum in vestra epistola subscriptio continetur, Datianus, Fortunatus, Boethus, Victor, Scholasticus, Orontius, Vindicianus, Victor, Januarius, Victorianus, Photinus, Quod vult Deus, famuli Christi in domino salutem.

I QUantum membra ecclesiastici corporis per Christi gratiam in unitate fidei compages

(*a*) *Joannis XVI.* 14. (*b*) *Ibidem.*
(*c*) Acta Sanctorum Antverp. ad diem 20. Februarii pag. 101.
Summa Statutorum Synodalium Ecclesiæ Tornacensis, impressa Insulis Anno 1720. Part. II. Pag. I. II. III. ex antiquissimo Codice MS. Bibliothecæ Cœnobii S. Martini Tornaci

ges retinet caritatis: tantum necesse est, ut pro invicem sollicita sint membra: ut repulso cujuslibet pravi dogmatis verbo, non solum servandæ, verumetiam reparandæ sanitati jugis atque indefessa tam sermonis quam orationis impendamus instantia. Sic enim fit, ut dum sollicitudo fraternæ puritatis invigilat, ipse Spiritus sanctus per quem caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, diligentibus dominum, & in domino proximum, omnia cooperentur in bonum. Quia sicut ipsam dilectionem dono gratiæ spiritualis accipimus, ita dum pro fratribus sollicitiamus, non solum [1] divinam inesse nobis gratiam demonstramus, verumetiam, quanto magis a nobis puritas caritatis impenditur, tanto magis gratia nobis divinæ retributionis augetur.

II. Accepimus itaque vestræ caritatis epistolam, quæ nostrum ex parte relevavit, ex parte vero mœstificavit exilium. Gaudemus enim, quia rectam tenetis de gratia Dei sententiam, cujus [2] lumine illuminatur, & juvamine gubernatur liberum humanæ mentis arbitrium. Sed quadam sumus nebula mœroris affecti, quia significastis quosdam fratres in quæstione de gratia Dei, & humano arbitrio non rectum tenere fidei catholicæ tramitem: sed adversus Dei gratiam elevare velle humani arbitrii libertatem.

III. Ubi primum, dilectissimi, debetis agnoscere, immo vos non ambigimus, agnovisse, ad hoc divinitus ista permiti, ut hinc divinæ gratiæ virtus documento possit judicii manifestioris intelligi. Quandoquidem ipsa gratia nullatenus agnoscitur nisi detur: quæ quamdiu est in homine, tamdiu non necesse est ut ei aut sermone repugnet, aut opere. Nam sermone repugnat gratiæ Dei, qui sensum gerit fidei Christianæ contrarium: repugnat autem opere, qui in moribus suis Christianæ vitæ non tenet institutum. Hoc quippe in homine agit gratia divinitus data, ut animus dono fidei caritatisque [3] præcepto, & sermonem bonum proferat, & studio bonæ operationis insistat. Quod fidelibus divinitus dari beatus & ostendit & postulat apostolus dicens: *Ipse autem dominus noster Jesus Christus, & Deus Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere bono & sermone.* 2. Thess. 2.

IV. A Deo itaque nobis est omnis gratia boni sermonis & operis, a quo nobis etiam ipsius cogitationis bonæ manifestum est sufficientiam tribui: ut dicat homo non in se, sed in domino gloriari. Divinæ quippe gratiæ bonam cogitationem hominis beatus assignabat apostolus, quando dicebat: *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* 2. Cor. 3. Proinde, & liquidem gratiam necdum habentes, non se intelligunt non habere: illi tamen qui gratiam divinitus acceperunt, eo magis debent in ipsius gratiæ assertione firmari, quo eam vident non omnibus tribui. Necesse est autem, ut ab eis, quibus non tribuitur, ignoretur, & ab eis agnoscatur, quibus divina largitate donatur. Testatur enim apostolus, dona Spiritus sancti ejusdem Spiritus sancti acceptione cognosci. Ideo ait: *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia est enim illi: & non potest intelligere, quia spiritaliter dijudicantur. Spiritualis autem judicat omnia, & ipse a nemine judicatur.* 1. Cor. 2. Per tandum ergo Spiritum gratiam accipimus, quo accepto fit in nobis ut quod accepimus, noverimus.

V. Proinde scienda est, dilectissimi, & recto tenore veræ fidei profitenda, tam humani arbitrii egena paupertas, quam divinæ gratiæ indeficiens largitas. *Quid enim habes, ait apostolus, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* 1. Cor. 4. Ante largitatem quippe gratiæ est in homine quidem liberum arbitrium, sed non bonum, quia non illuminatum. Proinde, nisi gratia detur, bonum ipsum arbitrium non habetur. Sic namque est liberum hominis arbitrium absque dono gratiæ, sicut est oculus sine luce. Nam & oculus ad videndum factus est; sed nisi lumen acceperit, non videbit. Illa autem est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: illuminat autem hominem, seipsam dando per gratiam. Sicut ergo corporis oculus semper indiget lumen accipere, ut ipsum possit aspicere: sic & libero arbitrio hominis nulla potest gratiæ suffragari cognitio, nisi detur ipsius gratiæ spiritualis infusio.

VI. Proinde ut de iis quæ vestris literis indidistis, quid habeat catholici dogmatis veritas intimemus, singula breviter dehinc curavimus, sequentes donum ejusdem gratiæ, quod sanctorum patrum cordibus & linguis [4] ipsa est dignata infundere.

VII. Dixistis itaque, quod vobis dicentibus, quod Esau & Jacob necdum natis, Jacob per misericordiam gratuitam eligitur: Esau autem originale peccato decentus justo judicio Dei est odio habitus. Illi e contrario dicunt, in Esau figuram esse populi Judæorum, ex futuris malis operibus condemnandi; in Jacob vero figuram esse populi gentium, ex futuris operibus bonis salvandi. Hæc duo, quæ singula proponitis, bonum est ut catholica contentione jungatis. Sic enim & ab illis Dei gratia competenter agnoscitur, & a vobis propheticum mysterium non negatur.

VIII. In illis namque duobus fratribus digne accipitur duorum significatio populorum: præsertim cum ipsi Rebeccæ dominum consulenti duo prænuntientur populi, ab ejus utero separandi. Verumtamen agnoscenda est in illa discretione & gratuita bonitas, & justa severitas. Nam quia *omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum*, & gratia discernuntur, quicumque salvantur: profecto non sunt electa, neque dilecta in Jacob humana opera, sed dona divina. Jacob 1. 19.

1 al. *divina bellicosis tuesse nobis gratiam*. Hard.
2 al. *munere*. Hard.
3 Forte, *præcepto*. Hardinus.
4 al. *ipso de si dicendum dignata est infundere*. Hard.

IX. Rursus quia iniquitas nostra justitiam Dei commendat, proculdubio in Esau humana iniquitatis est damnata nequitia. In eo quippe gratuitum in Jacob dominus ostendit beneficium misericordiæ suæ, in quo eum non pro meritis futuræ cujusquam bonæ operationis elegit, cui seipsum, & fidem, & bona opera donaturum esse præscivit. Inde est quod semini Abrahæ, cujus in Jacob figura præcessit, beatus apostolus dicit: *Gratia salvi facti estis per fidem*. Ut ostenderet fidem non aliquibus bonis meritis dari, sed ipsius fidei dono omne bonum meritum inchoari, ipsamque donum Dei esse, sequutus adjunxit, *& non ex vobis, sed donum Dei est*. Ac ne quisquam sibi quorumlibet bonorum operum audeat meritum vendicare, & pro quibuscumque operibus fidem se æstimet accepisse, subjecit, *non ex operibus ne quis glorietur*.

Ephes. 1.

X. Ut autem ostenderet non solum fidem, sed etiam bona opera divinitus tribui, continuo subdidit: *Ipsius enim factura sumus creati in Christo Jesu, in operibus bonis*, quæ non solum a Deo donata, sed ab ipso præparata testatur, dicens, *quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus*.

XI. Gratia itaque Jacob salvus factus est per fidem, gratia consequutus est bonorum operum facultatem. Quocirca quia certum est Esau fuisse vas iræ, Jacob autem vas misericordiæ; certissime tenendum est, quod & ille ut damnaretur, iram juste meruit: non enim injustus dominus, qui iram infert: & iste ut salvaretur, gratis donum misericordiæ prævenientis accepit. Jacob itaque justificatus gratis per gratiam Dei factus est vas misericordiæ per indebitam gratiam, & per ipsam misericorditer est præparatus ad gloriam: Esau vero per iram justam juste est præparatus ad pœnam. *Iniquitas autem nostra justitiam Dei commendat*. Deus ergo in Jacob misericordiam gratuitæ bonitatis, in Esau vero judicium justæ severitatis ostendit, qui sacramento quidem circumcisionis octavo die secundum tenorem divinæ constitutionis accepto, reatu peccati originalis caruit, sed per nequitiam cordis in hominis terreni vetustate permansit; illius ibi judicio derelictus, qui gratis salvat, justeque [a] damnat. In cujus persona significati sunt non illi tantum, qui fidem negant; sed & illi qui usque in finem vitæ suæ intra ecclesiam positi, in malis operibus perseverant. De quibus apostolus ait, *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*.

Rom. 9.

Ibidem.

Galat. 5

XII. Nam sicut ille circumcisus periit, quia dilexit tenebras magis quam lucem: sic omnis qui non deposuit veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, condemnabitur in judicio, quia non condigne usus est baptismatis sacramento. Ad eumdem quippe veterem hominem pertinent, non solum illi, qui ignorant dominum, sed etiam illi de quibus dicit apostolus, *Confitentur se nosse dominum, factis autem negant*.

Tit. 1.

XIII. De parvulis vero indubitanter tenenda catholicæ regula veritatis. Quia parvulus qui baptizatur, [a] gratuita Dei bonitate salvatur: qui vero sine baptismate moritur, propter peccatum originale damnatur. Nec aliquo dicendus est Dei beneficio futurum impietati præreptus, qui absque justificationis gratia mortuus, est impiorum consortio deputatus: a qua impietate sive parvulus, sive majoris ætatis, solo quisque remedio eripitur, si Christi sanguine redimatur.

XVI. De gratia vero non digne sentit, quisquis eam putat omnibus hominibus dari: cum non solum non omnium sit fides, sed adhuc nonnullæ gentes inveniantur, ad quas fidei prædicatio non pervenit. Beatus autem apostolus dicit, *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?* Non itaque gratia omnibus datur, quandoquidem ipsius gratiæ participes esse non possunt, qui fideles non sunt, nec possunt credere, ad quos invenitur ipse fidei auditus minime pervenisse.

Rom. 10.

XV. Ipsa vero gratia quibuscumque datur, non æqualiter datur, sed *secundum mensuram donationis Christi*, & unicuique sicut dominus divisit mensuram fidei, qui non hominum personas accipit, *sed omnia operatur unus, atque idem Spiritus, dividens propria singulis, prout vult*.

Ephes. 4. 7.

1. Cor. 12.

XVI. Quod autem vos dicitis, sola Dei misericordia salvari hominem, illi autem dicunt, nisi quis propria voluntate cucurrerit, & elaboraverit, salvus esse non poterit, digne utrumque tenetur, si rectus ordo servetur divinæ misericordiæ, & voluntatis humanæ, ut illa præveniat, hæc sequatur: sola Dei misericordia initium salutis conferat: cui deinde voluntas hominis cooperatrix suæ salutis existat, ut misericordia Dei præveniens voluntatis humanæ dirigat cursum, & humana voluntas obediens, eadem misericordia subsequente, secundum intentionem currat ad bravium. Per hoc humana voluntas in eo quod currit utiliter, laborat, & ex Dei misericordia sibi esse donum cursus, ac laboris agnoscat: nec sit ingrata misericordiæ, per quam salutis accipit initium, ut per ipsam perveniat ad plenum sempiternæ salutis effectum, quia tunc erit bona, si Dei præveniatur dono, & tunc permanebit bona, si ejus non destituatur auxilio. Errat autem quisquis putat sic a domino tribui, velut si quis accepto idoneo pignore, pecuniam det: cum dominus utique & pignus Spiritus sancti ipse, quibus vult conferat, & pecuniam suam nummulariis expetendam, sicut ipse loquitur in evangelio, servorum suorum curæ, officioque distribuat.

Matth. 25

XVII. Illa vero apostoli sententia, qua dicitur, *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*: melius quidem ex persona confirmantis accipitur: quam si quis non vult ex persona confirmantis accipere, illud sine contentione attendat, quod subsequenter dicitur: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Et cum in utroque vase faciendo figuli cognoverit potestatem in vase honoris indebitam gratiam Dei miserantis intelligat, & in vase contumeliæ debitum judicium Dei obdurantis, id est, deserentis agnoscat.

Rom. 9

Ibidem

XVIII Deus autem obdurare dicitur, non quia

a al. *condemnat* Hard.

a al. *gratuita creditur Dei bonitate salvari*. Hard

quia ad iniquitatem compellit, sed cum ab iniquitate non eripit : quod quia justus est, juste facit. Deo ergo miserante, sine suis meritis homo salvatur, obdurante autem, juste recipit [1] quod meretur. Dominus quippe dono bonitatis salvat : judicio severitatis obdurat.

XIX. Illud etiam quod vos dicitis, *Dominus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate* : Illi autem dicunt, *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis* : Si utrumque, sicut oportet animus in fide tranquillus acceperit, nulla de gratia & libero arbitrio quæstio remanebit. Jubet enim Deus homini, ut velit, sed dominus in homine operatur & velle : jubet ut faciat, sed operatur & facere. Ideo utrumque beatus jungit apostolus, dicens : *Cum timore, & tremore salutem vestram operamini. Dominus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate*. Ut ergo cum timore, & tremore suam quisque operetur salutem, opus est volentis hominis, [2] sed hoc ipsum dominus operatur in suis, ac per hoc quoniam habet homo liberum arbitrium, audit præcepta, quæ faciat : sed ad implenda præcepta liberum arbitrium idoneum nullatenus efficitur, nisi divinitus adjuvetur. Ita fit, ut se operari debere homo cognoscat : dum præceptum accipit, & domino se sciat semper omne bonum debere, quo vult ac facit : quem teste apostolo cognoscat operari in homine, & velle : & perficere pro bona voluntate. Qui suis fidelibus hanc dignatus est gratiam promittere per prophetam, dicens : *Spiritum meum dabo in vobis, & faciam, ut in justificationibus meis ambuletis, & judicia mea observetis, & faciatis*. Cum ergo dominus in homine operari cœperit velle, tunc homo ad dominum convertitur, & eodem in se operante, unde ipsi placeat, operatur. De domino enim dicit apostolus : *Aptet vos in omni bono, ut faciatis voluntatem ejus, faciens in vobis, quod placeat coram se*. Ad vitam quoque in tantum potest homo manum porrigere, in quantum habuerit dominum *protectionem suam super manum dexteram suam*.

XX. Nimis autem absurdum, illos putare vasa misericordiæ, qui vel sæcularem habent, vel ecclesiasticam dignitatem ; vasa vero contumeliæ, clericos & monachos, ac laicos æstimare : cum utique apostolus vasa misericordiæ illa dicat, quæ præparavit dominus in gloriam, non præsentem utique, sed futuram, quibus dicit : *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*. Ideo paulo superius eis ait ; *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram*. Vasa quippe misericordiæ sunt, quibus dicitur, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum*. Vasa vero contumeliæ sunt, quibus dicitur, *Ite maledicti in ignem æternum qui præparatus est diabolo, & angelis ejus*. Vasa itaque misericordiæ non ecclesiastica, vel sæcularis dignitas, sed in ecclesia spiritali caritas facit. Quapropter in quacumque professione tenuerit homo fidem, quæ per caritatem operatur, erit vas in honorem sanctificatum, & utile domino, ad omne opus bonum paratum.

XXI. Contra prædestinationem vero sanctorum magnæ pervicaciæ est aliquem vel parare, vel habere commistum, cum apostolicæ prædicationi nullus audeat refragari, qua non tolum dicitur de domino. *Quos autem præsciit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii ejus*, & alio loco : *prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum* : verum etiam ipsum caput nostrum, ipsum primogenitum in multis fratribus, beatus Paulus prædestinatum confidenter prædicat dicens : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis*. Quisquis ergo prædestinatum Christum, & sanctos ejus negat, apostolicam fidem perversus oppugnat.

XXII. Omnes autem prædestinati ipsi sunt, quos vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Qui propterea omnes dicuntur, quia in utroque sexu, ex omni hominum genere, gradu, ætate & conditione salvantur. Semper quippe voluntas Dei omnipotentis impletur, quia potestas ejus nullatenus vincitur. Ipse est enim qui omnia quæcumque voluit fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, & cujus voluntati nemo resistit. Verum namque est, quod de se testatus est filius, [3] quia in vivificandis nullum initium humanæ voluntatis expectat, sed ipsam voluntatem bonam faciendo vivificat. Hoc in majoribus. Parvulos autem, in quibus necdum potest bona voluntas fieri, solius gratiæ facit operatione salvari.

XXIII. Liberum vero arbitrium, quod fuit in primo homine sanum ante peccatum nunc in filii Dei propria quidem infirmitate concutitur, sed majore divini muneris gratia sublevatur.

XXIV. Quæstionem vero animarum, aut tacitam debemus relinquere, aut sine contentione tractare, quia sive ex propagine veniant, sive novæ singulis corporibus fiant, quod sanctarum scripturarum auctoritas non manifeste pronuntiat, cum cautela debet inquiri : maxime quod sine fidei detrimento potest a fidelibus ignorari.

XXV. Illud præcipue observandum est & tenendum, parvulorum animas nexu peccati originalis obstrictas, omnibusque necessarium esse sancti baptismatis sacramentum, quo dimittitur peccati originalis vinculum, & amissa in primo homine per secundum hominem recipitur adoptio filiorum.

XXVI. Vos itaque, dilectissimi fratres, per gratiam Dei estote stabiles, & immobiles ; ac tenentes veram fidem, exhibete fratribus aliter sentientibus caritatem, nec de aliquo desperetis : quia qui hodie veritatem in aliquo non agnoscit, potest cras Deo revelante cognoscere. *Deo enim subest, cum volet, posse*. Oremus ergo pro eis, ut dominus operetur in eis. Exhibeamus eis bonam voluntatem, de qua nos possumus habere mercedem : scientes quoniam in conspectu Dei quisquis de numero prædestinatorum fuerit, non peribit, & in omnibus voluntas omnipotentis implebitur, ut per gratiam salvi fiant, & agnitionem veritatis domino illuminante, percipiant.

1 al. *impius quod meretur*. Hard.
2 al. *hoc ipsum velle & operari operatur*. Hard.
3 al. add. *quia quos vult vivificat*, ex Joan. 5. 21. Hard.

XXVII. Præ omnibus studium gerite libros S. Augustini, quos ad Prosperum & Hilarium scripsit, memoratis fratribus legendos ingerere. Quorum mentionem beatæ memoriæ Hormisda sedis apostolicæ gloriosus antistes in epistola, quam consulenti se sancto tratri, consacerdotique nostro Possessori rescripsit cum magno præconio catholicæ laudis insecuit. Cujus hæc verba sunt: *De monitis tamen sincere & gratia Dei, quid Romana, hoc est catholica sequatur & teneat ecclesia, luet in quarto libro beati Augustini, & maxime ad Prosperum & Hilarium abunde possit agnosci, tamen & in scriniis ecclesiæ expressa capitula continentur.*

XXVIII. Hæc itaque, dilectissimi fratres, interrogantibus vobis, breviter communi voluimus respondere rescripto. Ceterum unus ex nobis, in quantum dominus fecit suis recti gratiam ministrat donare sermonis, illis omnibus, quæ memoratos fratres adversus gratiam & prædestinationem intimastis, vel sentire, vel dicere, tribus libris vestro nomine dedicatis sufficienti disputatione respondit, quæque adversus duos libros Fausti Galli septem libros edidit: quos cum recensueritis, agnoscetis protinus, quemadmodum memorati Fausti commenta veritati contraria catholicæ fidei penitus inimica discussio prodidit, ratio manifesta convincit, auctoritas divina compressit, & præcedentium patrum consona prorsus attestatio confutavit.

XXIX. Speramus autem in domino quoniam gratiæ suæ ita subsidium largietur, ut & bene sentientibus tribuat augmentum & aliter quam oportet credentibus donet agnoscendæ veritatis intuitum. Ipse enim facit gratiæ suæ participes, quos prædestinavit ad vitam: ut in omnibus bonis suis humanæ arbitrium voluntatis gratiæ Dei subjiciant, & ab ipso sibi cognoscant descendere omne datum optimum, & omne donum perfectum: sciant etiam ab ipso expectandum semper auxilium, qui prædestinatos suos & gratiam, & perseverantiam donat: ut gratiam pro gratia, donum vitæ perennis accipiant.

ANNO CHRISTI

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA JOANNIS PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali.

ANNO CHRISTI

Joannes natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit annos duos, menses novem, dies septemdecim. Fuit autem a consulatu Maximi usque ad consulatum Olybrii, temporibus Theodorici regis & Justini Augusti Christiani. Hic vocatus est a rege Theodorico Ravennam, quem ipse rex rogans misit in Constantinopolim cum legatione ad Justinum imperatorem orthodoxum. Eodem quippe tempore imperator vir religiosissimus, summo amore religionis Christianæ, voluit hæreticos extricare. Nam summo fervore religionis Christianitatis hoc consilio usus est, ut ecclesias Arianorum catholicas consecraret. Pro hac causa rex Theodoricus hæreticus hoc audiens, exarsit in iram, & totam Italiam voluit gladio extinguere. Eodem tempore Joannes papa ægrotus egressus cum fletu ambulavit pergens ad urbem Constantinopolim, & senatores (a) cum eo scilicet Theodorus, Importunus & Agapetus (b) exconsules, & alius Agapetus patricius, accipientes hoc in mandatis legationum ab ipso rege, ut redderentur ecclesiæ hæreticis in partibus, Græciarum orientis. Quod si non, omnem Italiam gladio perderet. Qui cum ambulassent cum Joanne papa, occurrerunt beato Joanni papæ, a milario (c) duodecimo, omnis civitas cum cereis & crucibus in honorem beatorum apostolorum Petri & Pauli, quia veteres Græcorum hoc testificabantur, dicentes, a tempore Constantini & a beato Silvestro sedis apostolicæ episcopo, usque ad Justini tempora, non meruisse partes Græciarum vicarium B. Petri apostoli suscepisse cum gaudio & gloria.

Tunc Justinus Augustus dans honorem Deo, humiliavit se pronus in terram, & adoravit beatissimum Joannem papam. Eodem tempore beatus Joannes papa cum senatoribus supra scriptis, cum grandi fletu rogaverunt Justinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu ejus. Qui Joannes papa & senatores viri religiosi omnia meruerunt, & liberata est Italia a Theodorico rege hæretico. Justinus autem imperator gaudio repletus est, quia meruit temporibus suis vicarium beati Petri apostoli videre in regno suo, de cujus manibus cum gloria coronatus est Justinus Augustus. Eodem autem tempore cum hi supra scripti, id est, papa Joannes cum senatoribus, Theodoro, Importuno, Agapeto exconsulibus (Agapeto patricio defuncto Thessalonicæ) positi Constantinopoli essent, Theodoricus rex hæreticus tenuit duos senatores præclaros & exconsules Symmachum & Boetium, & occidit interficiens gladio. Eodem tempore revertens papa Joannes venerabilis, & senatores cum

Dominus ex patre Maximiano cos. 499

Graciarum

Fausto vocato Præsentem omnium dignitatis splendore.

& patricios gladio interfecit Boetium & Symmachum: quorum etiam corpora abscondi præcepit.

1 Fulgentius in libris de veritate prædestin. & gratiæ. *Hard.*
2 Idem in libris contra Faustum; sed hi non extant. *Hard.*
3 al. *sciente se esse tribus.* Hard.
(a) *senatores exconsules* (b) *exconsul* (c) XV.

cum gloria, dum omnis obtinuisset a Justino Augusto, rex Theodoricus hæreticus cum grandi dolo & odio suscepit eos scilicet Joannem papam & senatores, quos etiam gladio voluit occidere, sed metuebat indignationem Justini Augusti. Tamen in custodia omnes afflictos (a) maceravit, ita ut beatissimus Joannes episcopus primæ sedis, in custodia afflictus, deficiens moreretur. Qui defunctus est Ravennæ (b) * XII. Kalendas Junii.

Post hoc factum, nutu omnipotentis Dei, 98. die postquam defunctus est Joannes beatissimus papa in custodia, Theodoricus rex hæreticus subito interiit, * & mortuus est. Hic papa Joannes fecit cœmeterium beatorum martyrum Nerei & Achillei, via Ardeatina. Item renovavit cœmeterium sanctorum Felicis & Adaucti. Item renovavit cœmeterium Priscillæ. Eodem tempore positum est ornamentum super confessionem beati (c) apostoli de gemmis prasinis & hyacinthinis. Item hujus temporibus Justinus imperator obtulit patenam auream cum gemmis, pensantem libras viginti. Calicem aureum cum gemmis, pensantem libras quinque. Scyphos argenteos quinque. Pallia auro texta quindecim, quæ ipse Joannes detulit ad beatos apostolos Petrum & Paulum, & ad sanctam Mariam, & ad sanctum Laurentium. Hic ordinavit episcopos per diversa loca 15. Cujus corpus translatum est de Ravenna, & * sepultum est in basilica beati Petri sub die (d) IX. Kalendas Junias, Olybrio consule. Et * cessavit episcopatus dies * quinquaginta octo.

xv.

divinitate percussus

z.

Notæ Severini Binii.

Quo tempore pontifex factus.

a *Joannes.*) Cum septem dierum spatio sedes apostolica pastore vacasset, totius cleri consensu subrogatus est in locum Hormisdæ Joannes Etruscus Constantii ex presbytero filius, Idibus Augusti, an. Christi nati 523. qui est Justini sexus imperii, & Theod. 31. regni Italici. Hujus temporibus magna Æthiopum copia ad ecclesiam accessit. hæ Manichæis plurimi per Justinum imperatorem & Cabadem Persarum regem interfecti fuerunt. Euphemia Augusta de catholica fide optime merita ex hac vita migravit. Justinus imperator anno imperii sui sexto, Arianis ex oriente expulsis, ecclesias eorum ubique catholica religione consecrari mandavit. Quæ cum Ariani orientales Theodorico regi Italiæ suæ prædia patrono significassent, ab eoque missis legationibus plurimis subsidium & patrocinium expetivissent, apud Justinum imperatorem pro eorumdem libertate agere cœpit. Verum cum ex literis utrinque datis & acceptis intelligeret, se minime id quod optabat consecutum, impulit Joannem pontificem ad munus legationis suscipiendum, mutuæque pacis & concordiæ conservandæ sequestrum agendum, comminatus, nisi deferens provinciam fuerit, se in occidente adversus ordinem illa fautorum, quæ in oriente adversus suos Arianos latius Justini Augusti decreta fuissent. Hic missis pontifex commotus, invitus & præter consuetudinem sacrosanctorum legationem subiit. Eidem in itinere posito considerant quæ sanctus Gregorius libro tertio dialogorum capite secundo narrat his verbis. *Gothorum tempore, cum Joannes vir beatissimus hujus Romanæ ecclesiæ pontifex ad Justinum fautorem principem perge-rent, in Constantinopolim advenit, cui occurrere fidelis, ut id-circo ad suspendum equum vestri detulisset. Quod ille gaudens ut nobilis ambiens, equum, quem pro magna munificentiæ ejus erga sedem conferri, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia proficiscens, cum alius equum benignissime invenisset, deberet illo quem detulit propter suum conjugem transmittere. Pollicitusque est ut dum usque ad certum locum prædictus vir equo eodem subvectus perdu-ctus esset: qui mox ut aliam reperit, illum quem accepe-rat remisit. Cumque eum prædictus nobilis vir cujus-ea nunc sedere valuisset, altera non voluit; post sessionem tamen pontifex mutuum fuere recusante. Capta namque immanique fraude & fraudem atque insidiantis hostis corpo-ris morte, quasi despiciendo prodere, quia post membra pontifex mutuum fuere non posset. Quod vir ejus prudentior intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum pro-tinus remisit, magnis precibus petens, ut eumdem ipse pos-sideret, quem jure sui sodaliti dedicasset. De eodem er-tem aliud, inquit idem sanctus Gregorius, mirabile a nostris fratribus narrari solet, quod in Constantinopoli-tana urbe, ad portam, quæ vocatur Aurea, venerat, po-pulorum turbis sibi occurrentibus in suspicio omnium, regnum cæco lumen reddidit, & manus superposita oculo-rum tenebras fugavit. Hic præcursantibus miraculis vo-luit eum Deus honorifice recipi. Quomodo autem a Constantinopolitanis exceptus fuerit, refert Anastasius: quid vero ibidem in causa Arianorum egerit, infra di-cemus, verbis: *Eodem tempore beatissimus*, &c.

Cæcus illuminatur.

b *Eodem tempore.*) Justinum imperatorem pontificis alterumque legatorum precibus permotum, quod hic refert Anastasius, Arianis jura sua reliquisse, iisque ablata ecclesias restituisse, falsum est. Patetur enim ipse pontifex Joannes epistola 2. ad episcopos Italiæ, se cum in causa Theodorici regis Constantinopoli esset, fraude & hortatu Justini imperatoris ecclesias Arianis obtinere vicissim reconciliasse, & divinis cultui consecrasse. *Restituit vero Arianorum*, inquit, *abstinuerunt, catholicas vero divinis precibus & operibus absque ullo mora consecrare, quia & nos quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro Theodorici regis causa & negotio, suadente atque hortante, Arianosque exterminante, piissimo atque christianissimo Justino orthodoxo imperatore, quasdamque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, catholicas eas (domino opem ferente) consecravimus.* At ne vel levis saltem de impostura suspicio in adversariorum rationem mentem irrepere possit, quasi epistola hæc spuria, & supposititia, utique tantæ veritatis testem ejusdem sæculi scriptorem Gregorium Turonensem, eadem ipsa diversis verbis testantem, cum in libro de gloria martyrum cap. 40. ait, nullam aliam ob causam Joannem pontificem detrusum in carcerem, constumque ibi in angustia vitæ perfunctum, quam quod Arianorum ecclesias in catholicas consecrasset. Verba illius hæc sunt: *Hic (scilicet Joannes papa) cum ad episcopatum venisset, summo studio hæreticos (Arianos) convertere, ecclesias eorum in catholicas dedicavit; quod cum Theodoricus rex comperisset, furore succensus, quia esset sedis Ariana deditus, jussit gladiatores per Italiam dirigi, qui universum, quotquot invenissent, catholicorum populum jugularent. Hæc audiens beatus Joannes, ad regem, ut hæ sinerent, deferiaturus accessit; a quo cum dolo susceptus, alligatis eum, & positum in carcerem, dixerunt: Ego te faciam, ne audeas contra sedem nostram amplius insurgere. Postea vero sanctus Dei in carcere, tanti ærumnis est angustiis, ut non post multum temporis spiritum exhalaret; obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam: Dominus autem ulciscendæ statim ultionem super improbum regem irrogavit; nam subito a Deo percussus, plagis magnis extinctus interiit, suspiciens prædicavit perpetuum gehenna flammamque incendium.* Hæc Gregorius Turonensis prædicto loco. Anastasius hic pontificem reversum a legatione Constantinopolitana, jussu regis carceribus mancipatum & in vinculis detentum esse aperte scribit. Mirum est, qua auctoritate referat ad instantiam papæ Arianis in oriente ecclesias suas restitutas fuisse, & hoc beneficium a Justino imperatore obtinuisse, non sane rex Arianus resumptum in carcerem detrusisset, ibique cum morti coegisset, sed potius eidem tamquam liberatori suorum genium ipse Theodoricus occurrisset, publicos honores decrevisset, & si non triumphus, saltem aliqua ovatione comitante universo Gothorum exercitu illum in urbem introduxisset. Vide Baronium anno 526. num. 8. 9. & 10.

Quid Joannes papa in oriente abierit.

Joannes papa cur in carcere necatus.

Joannes papa a Theodorico Arianorum patrono in oriente ablegatur.

Quid hæc papa apud Corinthum egerit.

c *Eodem tempore cum hi superscripti, id est, papa, &c.*) Cum Theodoricus audisset Joannem pontificem pro ecclesiis Arianorum restituendis nihil egisse, sed potius ablatas Arianis ecclesias divino cultui dedicasse, in illum sensatorem gladium Romæ convertit. Hæc dum auctor historiæ Miscellæ, lib. 15. & Gregor. Turon. prædicto loco testantur.

Theodoricus Romæ ex hæreticis necatur.

d *Symmachum.*) Symmachus socer fuit Boetii, viri consularis, omnium scientiarum & præsertim rationes logicarum peritissimus. Ad hunc Boetius scripsit librum de trinitate, suorumque scriptorum arbitrum appellat. Priscianus grammaticus Constantinopoli docens, librum suum de pandectibus & mensuris eidem inscripsit, cujus initium sic: *Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, ac omni natalis munere profusum, amet mansuetudo hæc fulgentem, fidelis autem optimorum civium disciplinarumque florentem, justissimique propria sagacitas novitas ella probantem, fama quidem antea nostri absentem venerabilem facitas omne autem præjudicium ornatus supergressa laudis prædicatione effendit, &c. Ennodius*

Symmachus qui.

Priscianus grammaticus hoc tempore vixit.

(a) *tormentis* (b) *addit in capitulis XV. Kal. Junias martyr* (c) *addit Petri* (d) *&c.*

medium dum necaret urbis cives clarissimos, quosque imitandos proponit, de Festo & Symmacho ait. *Pellor & Symmachos omnium disciplinarum maxima & constantissima sapientia de urbe sacratissima non recedunt. In ecclesiis ad altaria curiæ principatus: quos vidisse credimus est*, &c. In hoc magnum antiquæ probitatis decus & ornamentum truculentus tyrannus violentas manus injecit, venerandamque canitiem sanguine cruentavit: ac licet gladio mocari, non tamen extingui potuit: cujus sectis capitis vel sola memoria sub prægrandis piscis capitis aspectu phantasia repræsentata, eumdem crudelissimum barbarum tanto tremore concussit, & talem timorem incussit, teste Procopio, ut necem attulerit corpori, anima in ignem inextinguibilem condemnata. Vide Baronium anno 526. & Possevinum in apparatu sacro.

Procopius ex visione apparentis ei capitis Symmachi confirmatus omnis.

Severinus Boetius cum & cum occisus.

e *Boetium*.) Severinus Boetius secundum consul Symmachi filium Rusticianam nomine uxorem habuit, ex qua duos suscepit filios consulares, quos optimis moribus imbui curavit. Philosophus, theologus, & mathematicus insignis fuit, scriptis philosophicis & theologicis clarissimus. Hunc Theodoricus, ideo quod senatum de crimine læsæ majestatis calumniis accusatum defendisset, Ticinum relegavit, ibique tandem, post multas carceris angustias, eumdem capitis supplicio affecit, & glorioso martyrio condecoravit. De scriptis illius vide Baron. anno 526. Possevin. in apparatu sacro.

f *Sepultum* 12. *Kalendas Januar.*) Sexto Kalendas Julias legi debet. Nam VI. Kalendas Junias mortuus est, sexto autem Kalendas Julias Romam translatus, sepultus fuit in basilica Vaticana.

Quid autem Romæ tempore pontificatus possint.

g *Cessavit episcopatus dies* 58.) Hoc toto 50. dierum interstitio sedis vacantis altercatum est Romæ de electione pontificis: & licet vota eligentium in alium conspirassent, accidit tamen jussu Theodorici regis Ariani, ut quem ille designarat Felicem IV. eligere debuerint. Sicut ergo Constantinus imperator Arianus relegato Liberio, illi subrogavit Felicem secundum; ita Theodoricus princeps Arianus ejusdem nominis Felicem IV. Hac occasione factum est, ut quando post hæc tempora etiam orientales imperatores non alium a clero Romano pontificem eligi permiserint, quam talem quem ipsi suo assensu confirmarent: ob quod sanctus Gregorius plurimis in locis gravissime ingemiscit.

Hæc cum [illegible]

EPISTOLA I. JOANNIS PAPÆ I.

AD ZACHARIAM ARCHIEPISCOPUM.

De non accusandis episcopis.

Joannes urbis Romæ episcopus, Zachariæ archiepiscopo salutem.

EXigit dilectio tua, frater carissime, præcepta * apostolicis sedis, in quo patrum decreta consentiunt, quod nec tibi, nec ulli recte viventium & credentium sacerdotum, negare fas esse credimus. Et licet tibi pro merito * & honore sacerdotii, quo plurimum polles, vivendi & docendi ecclesiasticæ regulæ * nota sint omnia, tamen quia Romanæ ecclesiæ normam atque auctoritatem magnopere postulasti, scriptis tuis breviter respondere curavimus *. De occultis * enim cordis alieni temere judicare iniquum est, & eum, cujus non videntur opera nisi bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. Oves ergo, quæ pastori suo commissæ fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent, & nullatenus accusare possunt: quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam tecte reprehendenda videantur. Ideo illa dicimus, quia in scriptis vestris repetimus, quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprovincialem *, nec ad generalem posse convocari, nec in aliquo diudicari, antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati omnium redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ eis sublatæ sunt, cum omni privilegio suo restitui, & postmodum non sub * angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, & ab omnibus quisque suæ provinciæ episcopis audiatur.

Zachar. epist. 2.

Leo epist. 2.

non debet [illegible]

Quæ [illegible] ad [illegible] Oves [illegible]

Et in decr. Ivo lib. 4.

angusta

Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest expoliatus vel expulsus: quia non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus. Unde & antiquitus decretum est: Omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem * contestatam, * perceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, universa in statu quo fuerant, recipiat, & quæ * possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis, & regum edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel ejectis episcopis præsentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, unde abscesserunt, * potestatem funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quaecumque injustas causas, res ecclesiæ vel propriias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum * vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in evangelio scriptum est. *Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum*. Et in legibus sæculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam, illi, cujus res direpta est, in undecuplum, quæ sublata sunt restituat. Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus, Amen.*

In decr. Ivo lib. 4.

constituatur

perceptor, legendum ar. Liber non vero, ut habet c. last. præceptor. possedit

Red. Integranda

dominorum

convocationem, &c.

In decr. Ivo lib. 4.

Lev. 19.

In legibus sæculi

Deut. 27.

Talia ego non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Tu vero, frater carissime, hæc vide ne transgrediaris, & reliquos episcopos tam tuæ curæ commissos, quam & alios firmiter tenere doceto, quia transgredi apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero * accusatoribus, vel de inimici dono prodeuntibus, seu qui cum inimicis morantur, non credatur: nec irati nocere cupiant, ne læsi se velint ulciscì. Hi quoque rejiciendi sunt, non approbandi. Hæc, carissime, tene, & prohibita semper cave. Illud adimplere studе, quod bene ad Jesum filium Sirach dictum est: *Usque ad mortem certa pro veritate, & semper dominus Deus tuus pugnabit pro te*. Hujus ergo rei gratia vobis & nobis sancta commissa est ecclesia, ut pro omnibus * laboribus & cunctis opem ferre non negligamus; quoniam *dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet*. Ideoque tanta urgente necessitate, summopere vestra apostolicaque auctoritate, & reliquos episcopos oportet reprimere infestos, relevare oppressos, ut absque gravi (domino auxiliante) difficultate ipsi gratanter omni tempore sacrificare * mereamur illæsi. Ad vos * quoque me reverti cogit propositi operis amica conditio, qui melioribus hactenus * operam volui navare sermonibus, dum talem rationem exigit toxicata necessitas. Mandati cœlestis habitatio nos aut miscet, aut separat. Nec interest.

Verba eiusdem concil. Vel. Symmacho. Rub. 4.

Laborum

Lev. 11.

mereantur

Eodem in syn. pro eodem Symmacho operam volui narrare

est; quæ intervalla nos segregent, si una in superna mansionis clave retinentur. Nec vobis tales nocere valebunt, si invicem adiutorium ferre non distuleritis. Inauditum autem genus sacrilegii est, quod mentitæ religionis honorem præfixi æmuli colorat. Dehonestat enim venerandi reverentiam nominis, qui adjutorem se in his quæ in Deum jactat commissa pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in solatio adesse sublimi, juxta apostolum: *Tu qui es, qui judicas alienum servum?* Quid auribus imperitis illudunt, & graviorem vindictæ speciem faciunt esse quam culpæ? Si odium habent, excessibus emendent. Cur ergo liberius condemnant scelera, quam vitant? Sui profecto impugnator est omnis qui patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est enim in quo inimicorum tela, domino opem ferente, superare non valeatis, si juxta veritatis vocem, *talem, qualem dominus præcepit, habueritis dilectionem adiutorem.* Data xv. Kalendas Novembris, [a] Maximo & Olybrio viris clarissimis consulibus.

superna mansione
honorem
sublimi Rom. 14.
emendent.
Joan. 15.
Anno domini 523. 526.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Maximo*, &c.) Hæc consularis nota mendosa est, ut patebit ex iis quæ infra dicemus. Puto hanc referendam esse ad consulatum Maximi sine collega, qui incidit in annum domini 523.

II. AD EPISCOPOS ITALIÆ.

De Theodorico rege, atque de fide catholica adversus Arianos defendenda, deque ecclesiis eorum sacro ritu consecrandis, & divino cultui reconciliandis.

Joannes episcopus omnibus per provincias Italiæ constitutis episcopis in domino salutem.

Sæpissime multo jam experimento didici, sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis crescere & dilatari augmentis, & fides recta, quæ non solum sine, sed omnes domini sacerdotes consolatur & roborat, vestris in mentibus & operibus per sacerdotale agnoscitur opus & dilatatur.

Quapropter (fratres) hortor vos & moneo, contra Arianam perfidiam, quæ olim non semel, sed sæpe damnata est, & modo in quibusdam revivicit, armari gladio Spiritus sancti, ut eam ita (adminiculante divina gratia) opprimere & extirpare valeamus, ut nec radix ejus in posterum inveniatur. [b] Ecclesias vero Arianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro regis Theodorici causa & negotiis, suadente atque hortante, Arianosque extirpante piissimo atque Christianissimo Justino orthodoxo imperatore, quæcumque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, catholicas eas domino opem ferente consecravimus. Et quamquam prædictus Theodericus rex, eorum peste tactus intrinsecus, & obvolutus extrinsecus, nos & omnem regionem nostram perdere, & gladio & igne consumere minetur, nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro dominico elaborare studete, & (juxta veritatis vocem) *nolite timere*

§. Leo epist. 70.
Gregor. Turonensis eadem fere habet c. 40. libri de gloria martyrum.
vestrum
Matth. 10.

A *eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus mittere in gehennam.* Et egregius gentium apostolus inquit. *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex vobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, & non derelinquimur: dejicimur, & non perimus: semper* sed *B mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est. Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitavit Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multas gratiarum actiones, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, C renovatur de die in diem. Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ videntur enim, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ex Deo ædificationem habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, D eo quod nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Deum: & ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Scientes ergo timorem domini, hominibus suadeamus, Deo autem manifesti sumus, spero autem E & conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Sive enim mente excedimus Deo: sive sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi urget nos: æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem jam novimus secundum carnem: & si novimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus*

Cor. 4.
multas in gratiarum actione.
abundet.
Hebr. 1.

vimus. Si quis ergo in Christo nova creatura, A vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo: reconciliamini Deo. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma justitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. De cetero (fratres) gaudete, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, ut Deus pacis & dilectionis sit semper vobiscum. Amen. [c] Data 3. Idus Junii, [d] Maximo [e] & Olybrio viris clarissimis consulibus.

Notæ Severini Binii.

a *Epistola.*) Hanc et solam Joannes non fecit, sed ab urbe ejectus, sed ex variis aliis [illegible] post hæc temporis [illegible] famosus [illegible] Hortatur episcopos Italiæ, ut [illegible] catholicam contra Arianos defendant, ecclesiasque [illegible] saturatas sacro ritu catholicas reddant.

b *Ravenna.* seu *Arimini.*) Ex hoc loco Anastasius [illegible] Joannem [illegible] Ravenna [illegible] Joannes verbo [illegible] Ravenna [illegible] Maximus habet [illegible] Romæ [illegible] anno Domini 526 [illegible] Olybrio [illegible] Ut hinc [illegible] Maximus [illegible] Ravenna [illegible] Maximus [illegible] neque 3 Idus [illegible] Maximus [illegible] datam esse [illegible] Non [illegible] Maximus [illegible] Olybrio [illegible] collega anno Domini [illegible] Maximus [illegible] collega

c *Data 3. Idus Junii.*) Hæc [illegible] Maximus [illegible] Romæ [illegible] Ravenna [illegible] Maximus [illegible] Romæ [illegible] Ravenna [illegible] Maximus [illegible] Romæ [illegible] Ravenna

EPISTOLA II. REMIGII EJUSDEM

AD FALCONEM EPISCOPUM TUNGRENSEM.

Arguit illum, quod in Mosomagensi ecclesia jurisdictionem sibi adversus Rhemensis ecclesiæ jura usurparit.

Domino vere sancto, & in Christo beatissimo fratri, Falconi episcopo, Remigius episcopus.

QUantum comperi, rebus gestis probavi, prius curæ beatitudini tuæ fuit, ut mihi inferres injuriam, quam salutationem deferres. O conveniens principium quod dedisti, ut laederes episcopum ante me, quam episcopum te viderem! Nimium cito pennis tenerulis evolasti, levitate animi, non maturitatis consilio. In ipso siquidem episcopatus exordio jus ingredi tentas alienum, qui adhuc tuum verecunde debueras introire. Fas ergo fuit, ut illicitis ordinationibus tuis a te credideris occupandam loci Mosomagensis ecclesiam, quam metropolitani urbis Rhemorum sub ope Christi sua semper ordinatione rexerunt? Adhuc arbitror tua nescis, & jam aliena pervadis. In qua igitur cum Levitas feceris, presbyteros consecraris, archidiaconos institueris, primicerium scholæ clarissimæ, militiæque lectorum, non queror quod me consilio inter ista non videris, utinam te vidisses. Si enim canones tua sanctitas ignorabat, satis præproperum fuit, ut transgredereris antequam disceres. At vero ecclesiarum statuta si noveras, tanto gravius tantoque periculosius insipientia tua priscorum magnificorumque pontificum decreta calcavit. Cave qui aliena præsumis, ne quod habere videris, amittas. Cum factæ ordinationis jura non constent, quo potissimum consilio sacerdotalis officii tyrocinia defensabis, si temerariæ transgressionis admissum pertinacia vel impotentia miscueris? Majoris discriminis erit antiquam sanctionem fuisse violatam, quam laus sit loco stare contra canones quos creasti. Sed quid de eorum loquar ordinibus, quos a beatitudine tua non licuit promoveri? Plus illud est, quod si juxta majorum statuta severitatemque discutimus, non minus, quam status illorum, vester veniet episcopatus in dubium. Dominus in evangelio dicit ad Petrum: *Simon Joannis diligis me?* & Petrus: *Etiam domine, tu scis quia amo te*. Cui bis terque a domino sub hac responsione præcipitur: *Pasce oves meas*. Joan. 21. Ego quia oves Christi pascere, omnimodis imperitus, alimoniæ cœlestis ubertate non possum; qui es sacris eruditionibus eruditus, eas quas mihi Christo jubente traditæ sunt, ut pascas admoneo, ut invadas inhibeo. Age semper ut te digna comitentur. Ecclesiæ, quam divina dispensatione meruisti præsidendam, deservi, & pro salute gregis dominici solicitus pastor invigila. Utinam mediocritati meæ ista suppeterent, quæ in nomine domini habere vos cupio. Sed quia desunt meæ, vel credita mihi sunt obsequia salvatoris, salvari mercenario non requiro. Joannes in Apocalypsi septem quippe angelis suis comprehendit, & unicuique scribit ecclesiæ. Facta igitur merita quæ præpositis: quæ probata corrigenda, castigat. Cum ergo sub vocabulo angeli tradatur actionis forma pontificum, doleo super tua præsumptionis audacia, ut jura permutes vetera novus, cauta temerarius, divina terrenus. Audiant nos, audiant quos elegeris sacerdotes. Sacerdotes tui ipsi nos audiant. Creatoris confido sententiam non pro te, sed in te, a judicantibus proferendam. Quis enim pro sensus sui probitate non improbet eum, contra ecclesiæ regulam prorupisse, qui debuerat ecclesiæ regulam custodire? Mandas, ut audio, colonorum tributa portari, & præcipis ut reditus deferantur agrorum. Datur intelligi, quod ecclesiæ rem, non ecclesiam concupisti, quando solicitus exquisitor exposcis, quæ ego, ad quem jure veniebat, remisi potius quam quæsivi. Nolo te latear, Levitas atque presbyteros, contra ordinem quos fecisti, ab ordine jam remotos. Perpendi enim quod a me non decebat admitti, quos a te non licuerat ordinari. Heu quantum me a cultus tui proposito repulisti, dum mavis perperam agere, quam fœdera fraterna servare! Optaveram namque ut clericus permansisses, quia factus fueras vi sacerdos. Sed si mentem tuam cura ista non tangit, ego tamen pro sinceritate profiteor, quod animum non minus angit a te inexcusabiliter erratum, quam me fuisse contemptum.

ANNO CHRISTI 524.

CONCILIUM ILERDENSE

OCTO EPISCOPORUM.

Habitum anno XV. Theodorici regis. VIII. Idus Augusti, tempore Joannis Papæ, anno domini DXXIV.

Contuli cum Cod. MS. Luc. n. 124. Rom.

TITULI CANONUM.

I. *De his qui altario ministrant, ut a sanguine hominis abstineant.*

II. *De his qui abortum faciunt, vel natos suos extinguunt.*

III. *De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, & quæ monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis quas laici fecerint.*

IV. *De incestis, ut quamdiu in scelere sunt, inter catechumenos habeantur.*

V. *De his qui altario serviunt, si sabato carnis fragilitate corruerint.*

VI. *De eo qui viduæ pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerit.*

VII. *De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.*

VIII. *Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat.*

IX. *De his qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.*

X. *De his qui jubente episcopo, * amissa culpa, ab ecclesia exire contemnunt.*

XI. *De clericis qui in mutuam cædem prorumpunt.*

XII. *De his qui contra canones ordinati sunt, ut deponantur.*

XIII. *De catholicis qui filios suos baptismati hæreticorum dederunt.*

XIV. *De catholicis, ut cum rebatizatis non conversentur.*

XV. *Ut clerici cum extraneis mulieribus non habitent.*

XVI. *Si episcopus moritur, quid de rebus ecclesiæ observetur.*

EXCERPTA,

Seu Veteres titulos hujus Concilii ex Veteri Codice Lucensi 490.

Ex Synodo Hilerdense.

I. *Qui altario ministrant ab humano sanguine abstineant, quod si ejus acciderit duobus annis pœniteant.*

II. *Qui infantes necant, & abortum faciunt VII. annis pœniteant.*

III. *Monachus ab quæ conscientia Abbatis ne quam ambulet: & quod Episcopus probaverit in clericatum officio cum voluntate Abbatis ordinet. Episcopus de Altario monasterii quod ponitur, non habeat. Diœcesanam Ecclesiam monasteria non teneant.*

IV. *In conflictibus vindictibus nullus Christianorum cum eis conversetur.*

V. *Si quis adulterium in adulteris deprehenditur, si digne pœnitentiam egerit, recipiatur; si vero non, in finem communionem accipiat.*

VI. *Pœnitentia Viduæ, vel Virgini reconciliatis factis si perierit, sepelientur.*

VII. *In hac pœnitentia qui se sacramento obligaverit, ut non pacificet, animum pœniteat.*

VIII. *Clericus furtum, aut diœcesanam si de ecclesia traxerit, pœnitentiam agat.*

IX. *Qui rebaptizati fuerint XII. annis peniteant culpa (b).*

X. *Qui de Ecclesia noluerit exire, tardius ad gratiam Domini sui veniat.*

XI. *Clerici qui cædendo interfecerint, ab Episcopo emendentur.*

XII. *Qui contra canones ad honorem venerint, deponantur.*

XIII. *Catholicus si filium suum in hæresi baptizaverit, excomunicetur.*

XIV. *Cum rebaptizatis catholici non edant.*

XV. *Nullus Clericorum extraneam mulierem in domo habeat.*

XVI. *Nullus defuncti Episcopi domum subvertat; sed Episcopus, qui eum sepelierit, instituat custodes, qui usque venientem Episcopum omnia conservent.*

(a) SYNODUS HABITA [b] IN CONVENTU Ilerdensi * anno quindecimo * Theuduredi * regis, sub die octavo * mensis Augusti.

* in basilica S. Eulaliæ
* Theoderic.
* Domini nostri Theudi.
* idus

CANONES.

I.

De his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant, & Christi * sanguinem tradunt, vel vata sacro officio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine, etiam hostili abstineant. Quod si in hoc inciderint, duobus annis, tam officio, quam communione priventur: ita ut his duobus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus, & eleemosynis, pro viribus, quas dominus donaverit, expientur, & ita demum officio, vel communioni reddantur; ea tamen ratione servata, ne ulterius ad officia potiora promoveantur. Quod si intra præfinitum tempus negligentiores circa salutem suam (b) extiterint, protelandi ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis.

II.

Hi vero qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerint, vel in uteris matrum potionibus aliquibus * collitierint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum curricula, communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ, fletibus, & humilitati instistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non licet; attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis interfint. Ipsis veneficis in exitu tantum, si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleverint, communio tribuatur.

III.

De monachis vero id observari placuit, quod synodus Agathensis, * vel Aurelianensis noscitur decrevisse: hoc tantummodo adjiciendum, ut pro ecclesiæ utilitate, quos episcopus probaverit in clericatus officio, cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus efferuntur, in nullo diœcesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrare denderat, nequaquam sub mona-

* D. De clericis qui altarium & sanguinem
* Canones Concilii Agathensis, qui quidem cum pro utilitate

* In Mf. nulla mentio Aurelianensis. *Harduinus.*
(a) *Incipit synodus habita in civitate Hilerdensi Theudiredi regi sub die VIII. id. Augusti.*
(b) *extiterint.*

nasterii specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituatur, eam a diœcesana lege audeat segregare.

IV.

De his qui se incesta pollutione commaculant, placuit ut quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum, sicut apostolus jussit, oportet.

V.

Hi qui altario Dei deserviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente digne pœnituerint, ita mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato, velut canes ad vomitum, reversi * fuerint, (a) non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

VI.

Qui pœnitent: viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab (b) eo sequestrari noluerit, pariter a communione & a Christianorum consortio segregetur. Si vero illa quæ vim pertulit, ad sanctam religionem redierit; in illo solo, quoadusque publice pœniteat, data sententia perseveret.

VII.

Qui sacramento se obligaverit, * ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat pro perjurio, uno anno * a communione corporis & sanguinis domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis abluat, ad caritatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

VIII.

Nullus clericorum servum, aut discipulum suum, ad ecclesiam confugientem, extrahere audeat, vel flagellare præsumat: quod si fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, segregetur.

IX.

De his qui in prævaricatione * (c) rebaptizati, sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicænæ synodi statuta serventur, quæ de prævaricatoribus censita esse noscuntur, id est, ut septem annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & postea moderatione & clementia episcopi, fidelibus * in oblatione & eucharistia communicent.

X.

Qui jubente sacerdote, pro quacumque culpa, ab ecclesia extra contempserit, pro noxa * contumaciæ, tardius recipiatur ad veniam.

XI.

Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

XII.

Qui contra decreta canonum, indiscrete clericos usque nunc ordinaverint, eis dominus, vel sancta ecclesiastica caritas ignoscat: amodo vero, si in tali ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare audeant, observetur; vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur: hi vero qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore promoveantur.

XIII.

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

XIV.

Cum rebaptizatis fideles religiosi, nec in cibo, participent.

XV.

Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus præceperint * ecclesiasticis evitandam, id nunc tamen * nobis visum est, ut qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseverat, officii sui dignitate privetur. Quod si se, Deo juvante, correxerit, sancto ministerio restauretur.

XVI.

Licet de re hujusmodi, quam constituere salubri ordinatione decrevimus, prisca auctoritas canonum nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione præceperit, ut cujuscumque ecclesiæ pontifice defuncto, non passim pro libitu suo de earum rerum direptione, quas obiens derelinquit, quisquam irruat, domum-

(a) edit. & velut juri in volutabris canis emersi vacuerint non &c.
(b) ab eo.
(c) [illegible]

que subvertat, sed sacerdos qui exequiarum tempore adest, omnia, quæ ad utilitatem & conservationem pertinent, debeat diligenti circumspectione munire: tamen quia hæc ipsa sanctio (quod pejus est) a multis clericis cognoscitur violari, (ita ut occumbente sacerdote, expectorato affectu, totaque disciplinæ severitate posthabita, immaniter, quæ in domo pontificali reperiuntur, * invadunt & abradunt) * ideo nunc hæc, hujus * placiti vel constituti inter nos censura, placuit custodiri, ut defuncto antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cujuslibet ordinis, officii, gradusve sit, quidquam de domo auferre præsumat, vel de utilitate, quæ instrumenti domus esse noscitur, id est, mobili, & immobili rei ecclesiasticæ, conetur invadere, nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, auferens, atque abscondens: sed is cui domus commissa est, subjunctis sibi, * cum consilio cleri, uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conservare, vel his, qui in domo inveniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes, * suscepta ea, prout decessor suus ordinavit, vel huic Deus imperavit, * uti cum his debeat, quos cognoverit disciplinæ & caritati decessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet ordinis (ut superius dictum est) clericus, quacumque occasione, de domo ecclesiæ, vel de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii, proiixiori anathemate condemnetur: & vix quoque peregrina ei communio animæ ' concedatur. Quia durum est, ut hi, quos constat in servitio domini cum primæ sedis antistite desudasse, * illorum qui suarum rerum incubatores, vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

* invadant & adrodant

* placiti vel constituti

* cum consilio

* suscepta ea

* uti cum his debeat

* an his qui incubatores

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Sergius, in Christi nomine episcopus, has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus nostris, Deo inspirante complacuit, relegi & subscripsi.

Justus, in Christi nomine episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

(a) * Casonius, in Christi nomine, episcopus, his constitutionibus interfui & subscripsi.

* Castonius, al. Carolus,

Joannes, in Christi nomine episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

* Paternus, in Christi nomine episcopus (b) ecclesiæ catholicæ Barcinonensis acquievi, & subscripsi. * Petrus

Maurelio, in Christi nomine ecclesiæ Dertosanæ episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Taurus, in Christi nomine ecclesiæ Agarensis episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Februarius, in Christi nomine episcopus ecclesiæ Ilerdensis his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Gratus, in Christi nomine presbyter, directus a domino meo * Stafilio episcopo, his constitutionibus interfui & subscripsi. * Stephano, *forte* Stephano Gerundensi

FRAGMENTA EX CONCIL. ILERDENSI.

Ex cap. 3.

Quod non oporteat a septuagesima usque in octavas paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ, & ab adventu domini usque post epiphaniam, nuptias celebrare: quod si factum fuerit, separentur. ,, quæst. 4. Non oportet. Burch. lib. 7. c. 4. Ivo part. 6. cap. 242.

EX CONCILIO ILERDENSI,

Cap. 7.

Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat. Burch. lib. 2. cap. 217.

EX CONCILIO ILERDENSI,

Cap. 10.

Si quis presbyter a plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur ab officio presbyter, usque ad dignam satisfactionem; ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna enim satisfactio est, si eis a quibus reus creditur, post rectam securitatem, de imposito crimine innocens esse manifestatur. Quod ita nobis a majoribus constitutum esse docetur. Sed sive secundum canones, sive ad arbitrium episcopi, sibi collegas septem conjungat, & juret in sacro coram posito evangelio, quod eum sanctas trinitas, & Christus Filius Dei, qui illud fecit, & docuit quod evangelium continet, & sancti quatuor evangelistæ, qui illud scripserunt, sic adjuvent, quod ille prænominatam actionem ita non perpetrasit, sicut ei de illis oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exerceat ministerium. Quam satisfactionem nonnulli præcedentium patrum sanctum Leonem papam in basilica sancti Petri, coram reverendissimo * Cæsare Carolo, ac clero, & plebe, ita fecisse commemorant; atque ita mox venerandum principem, contra ejusdem sancti papæ adversarios, dignæ ultionis vindictam exercere

,, q. 4. Presbyter. Burch. lib. 2. cap. 184. Ivo p. cap. 219.

* aliud a præcedenti necesse est fuisse hoc Ilerdense concilium posterius Leone III papa & Carolo Magno imperatore: quod mirum est non advertisse Guridam Birium allegatque.

EX

---

r Hic libri quidam editi addunt *anima* male. Non est ea vox in MSS. neque in vetustis editionibus. *Hard.*

(a) *Casonius.* (b) Deest nomen sedis hujus & ceterarum omnium

A

EX CONCILIO ILERDENSI,

Cap. 10.

Burch. lib. 19. cap. 170.

De his ergo visum est nobis conscribi, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur hæc distantia esse debet, ut hi qui deprehensi vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta, a gradu proprio deponantur: quia est scandalum populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahuntur homines a sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli peccantibus secisse leguntur: & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Qui autem de prædictis viris, per occultam confessionem, mala a se absconte commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, & eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes, cum lacrymis purgare certaverint, his etiam, gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, *qui omnes vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*

1. Tim. 2.
2. Tim. 1.

EX CONCILIO ILERDENSI,

Cap. 20.

Burch. l. 9. cap. 17. Deut. 17. Matth. 18. 2. Cor. 13.

Ut omnis controversia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem, *sub duobus vel tribus testibus terminetur*, testis est dominus cum dixit: *Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*

EX CONCILIO ILERDENSI,

Cap. 20.

Dist. 55. Si quis in infir. Ivo p. 6. cap. 34.

Si quis in infirmitate positus clericus in medicorum incisione claudus efficitur, promoveri eum ad sacros ordines non denegamus.

EX CONCILIO ILERDENSI.

De consecr. dist. 4. Omnis presbyter. Burch. lib. 4. cap. 13. Ivo p. 2. cap. 208.

Omnis presbyter qui fontem lapideum habere nequiverit, vas conveniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lavandum, & ad pallas altaris, propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

Hæc duo decreta adducit Surius ex vetusto codice manuscripto.

Episcopi, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in finem non communicet.

Quod non oportet Christianos eunte ad nuptias plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet.

B

C

D

E

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ilerdense.*) Ilerda, Ilergetum urbs in Hispania Tarraconensi, de qua in commentariis Cæsaris de bello civili frequens fit mentio. Abluitur fluvio Sicore: ejus meminere Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Plinius lib. 3. Antoninus, & alii. Unum vero tantum Ilerdense concilium ab Ivone, Burchardo, Gratiano, atque aliis collectoribus canonum citatur; sed illud mutilum ex eo videtur, quod Burchardus lib. 7. cap. 17. vigesimum hujus capitulum adducit, quod hic nusquam comparet, cum sedecim tantum habeantur. Adverte scribendum, Ilerda, non Illerda; Horatius: *Aut fugit Ofidam, aut mittit Ilerdam. Hæc. Garsias.* Adde. De tempore hujus concilii a Garsia recedo, propterea quod acta hujus & sequentis Valentini expresse habeant annum 15. Theodorici, quo in Hispania regnavit: quique cum pontificatu Joannis papæ, & anno domini 524. coincidit.

Ilerda urbs Hispaniæ quæ & quare.

Quo tempore celebrata.

b *In conventu Ilerdense.*) A Plinio municipium non conventus dicitur. Conventus sunt septem, Tarraconensis, Carthaginensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Bracarensis. Municipia tredecim, Saguntum, Bœtulum, Illurco, Blandæ, Emporiæ, Dertosani, Bigarguani, Bellitani, Calagurris, Ilerda, Osca, Tarracona, Bilbilis. *Garsias.*

Quis conventus Hispaniæ.

c *Vix quoque peregrina communio concedatur.*) Communio corporis & sanguinis Christi non uno eodemque modo omnibus fidelibus tradebatur, unde diversis quoque nominibus appellatur. *Sacerdotalis communio* dicitur, quam sacerdos sumit, in concilio II. Arelatensi can. 10. & *ecclesiastica* in conc. Aurelianensi IV. can. 10. *laica* de qua frequens mentio est, præsertim in Elibertano conc. cap. 76. & Sardicensi can. 1. Quid vero sit clericum laicam communionem accipere, explicat canon apostolorum decimiquintus, his verbis: *Fœmqua id est ubi communicet*, & Toletanum concilium I. cap. 4. *Inter laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet.* Item Cornelius papa epistola ad Fabium Antiochenum, & Eusebius lib. 6. historiæ ecclesiasticæ cap. 35. Nicephorus lib. 6. cap. 3. Sanctus Cyprianus lib. 1. epist. 4 de Martiale & Basilide. Nam hoc certum est, quod orabant & communicabant laici extra cancellos per ministerium archidiaconi, ut constat ex concilio Toletano IV. cap. 16. Et Brac. I. capite 13 sic dicitur: *Item placuit, ut intra constitutum altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis, nisi vel ministerium, nisi tantum clericis, sicut antiquis canonibus statutum est.* Episcopi vero, & sacerdotes, & clerici orabant, & communicabant intra cancellos, per ministerium episcopi, vel sacerdotis, ut patet ex synodo Nicæna can. 14. & Laodicensi cap. 19. & sexta synodo in Trullo can. 68. Quod D. Ambrosius factum in pœnitentia Theodosii similiter affirmat. Ordinem standi in templo invenies in constitutionum apostolorum lib. 2. cap. 57. Dicitur etiam *peregrina communio* in concilio Agathensi canone 2. & Gratiano capite Clerici. 13. quæst. 2. & distinct. 32. cap. Contumaces: ubi glossa: *Peregrina, quæ aliter dicitur laica.* Ibi Archidiaconus, & Turrecremata, & Dominicus, non satis assequuntur quid sit peregrina communio: sed existimo laicam, & peregrinam communionem idem esse, nullumque discrimen inter utramque versari. Nam duo tantum ordines communicandi erant, clericorum & laicorum: peregrinus autem superveniens, aut inter clericos aut inter laicos habebat locum, ex concilio Carthaginensi III. cap. episcopi, vel presbyteri. Aliter sentit Lindanus vir doctissimus in Panoplia, lib. 4. cap. 58. *Garsias.*

Communio quinque modis appellatur.

Locus ecclesiasticæ communionis.

* errat Garsias eique exscripsit Binius.

d *Subscriptionem episcoporum.*) Subscribunt in concilio Sergius, qui erat metropolitanus Tarraconensis, ut dicitur in canonibus Barcinonensibus, & colligitur ex verbis subscriptionis. Cum fratribus [illegible] Justus erat Urgellitanus, Cæsonius seu Cæsorius [illegible] Joannes Cæsaraugustanus, Mauselio [illegible] successit Andreas Iacensis, Stafilius [illegible] procuratorem subscribit, Paternus [illegible] Barcinonensis. *Garsias.*

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI.

ad an. Christi 546. num. 10. & 11.

Duo Concilia alterum Ilerdæ, alterum Valentiæ in Hispaniis anno tantum Christi 546. celebrata. Codex enim MS. conciliorum Hispaniæ Lucensis, qui alios omnes bibliotheca Regis catholici antiquitate superat, id disertè testatur de Ilerdensi, ut nos docet Garsias Loaisa in præfatione sua loquens de Codd. MSS. quibus fuit usus in editione conciliorum Hispaniæ; ubi enim varii MSS. codices habent, *anno quindecimo Theodoredi regis, sub die octavo mensis Augusti*, vel *Theodoriti regis*, in Lucensi legitur: *Anno quinto decimo Theudis regis*, qui

qui cum regnare cœperit in Hispania an. 511. post diem quartum mensis Decembris, mense Augusto anni 546. Regni decimum quintum numerabat. Ad hoc Gaspar Escolanus in Historia civitatis & Regni Valentinensis lingua Hispanica scripta lib. 2. cap. 6. notavit omnes antiquos codices MSS. uno excepto Vigilano seu Alvedensi æra MXIV. seu Christi 976. enarrato habere utrumque concilium Æra DLXXXIV. qui Christi est 546. congregatum fuisse; & Vigilanum, qui habet Æram DLXXXVII. errorem exscriptoris prodere, & ex aliis corrigendum esse. Loco vero *Theudendi*, vel *Theodoriti* legendum esse *Theudis*, duratio utriusque Regis demonstrat: cum Theodericus Æra DLXIV. anno sc. Christi 526. obierit, & Theudis Æra DLXXXIV. seu anno Christi 546. annum regni decimum quintum numerarit. Imperiti itaque exscriptores loco *Theudis* posuere *Theudendi*, & alii, *Theodoriti*. Quare Em. Card. de Aguirre tom. 2. concil. Hisp. pag. 281. & seqq. ac Nicolaus Antonius tom. 1. bibl. Hisp. veteris pag. 208. utrumque concilium accurate utque ad annum 546. distinxere, quemadmodum etiam Hieronymus Pujades in Hist. Catalaunata lingua Hispana scripta lib. 6. cap. 46. dum de Ilerdensi concilio verba facit.

Librariorum errores auxere, qui de utroque concilio egere, & numeros rectè ab eisdem descriptos corrupere. Vasæus enim ait, *anno 525. Theodoriti pontificatus 15.* congregatum esse concilium Ilerdense. Binius vero & Labbeus ann. Christi 524. quo supponunt Theodericum annum regni XV. numerasse, & denique Onuphrius in Chron. Ilerdensi anno Christi 507. & Valentinum anno Christi 508. affigit: & quia in codicum mendosum inciderat, concilium Ilerdense *Theodensi* vocat, nec aliis ex illis annum Æræ Hispanicæ DLXXXIV. qui tamen solus temporis character certo distinctum dirimere potest, memoravit, quia Æram mendosè a librariis descriptam fortè autumarunt. Onuphrius annum Christi 507. & sequentem elegit, quia putavit in actis utriusque concilii annum XV. Theodorici regis pontificii a regno ejus Italico anno 493. inchoato, fuisse certum fit, Theodericum annos regni sui Hispanici ab anno 511. retrotulisse. Binius denique & Labbeus annum illum XV. Theodorici ab anno Christi 510. deducunt, & ex hujusmodi numerorum depravationibus ac Theodorici nomine, annum Æræ corrigendum esse, aut abiciendum intuiere. Quæ depravationes, falsique interpretationes, tot impostorum doctorum virorum ingenia torquere potuerunt, in prima quæ fiet conciliorum editione annus Æræ DLXXXIV. cum nomine regis Theudis in textu exprimendus erit; cum nonnisi annus Æræ in antiquis manuscriptis comparet, & ex eo nominis regis correctio certa & indubitata reddatur.

CONCILIUM VALENTINUM

HISPANIÆ SEX EPISCOPORUM

Habitum anno XV. Theodorici regis, tempore Joannis Papæ I. anno domini DXXIV. *

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut evangelium post apostolum legatur.*
II. *Ut defuncto episcopo, de rebus ipsius vel ecclesiæ, nullus quidquam* * *præsumat.*
III. *Ut propinqui morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent, sine metropolitani, & comprovincialium conscientia.*
IV. *De exequiis morientis episcopi, & qualiter humetur.*
V. *De viaticis, & inobedientibus clericis.*
VI. *Ut clericum alienum nullus ordinet, nec fit clericus, qui non ipponderit locum, ubi sit delegatus.*

TITULI VETERES,

Seu excerpta ejusdem concilii ex cod. 490. Ms.

Ex synodo Vallense Carthaginis Spaniæ

I. *Evangelia post Apostolum legantur.*
II. *Post mortem episcopi nullus rapiat (res ejus) sed episcopus qui eum sepelierit curam habeat.*
III. *Heredes episcopi post mortem ipsius in cella ecclesiæ non usurpent aliquid sine metropolitani conscientia.*
IV. *Episcopum in discrimine mortis positum alius episcopus antequam moriatur visitet, ut si mortuus fuerit, nullam injuriam ejus corpus patiatur.*
V. *Superbus presbyter, diaconus episcopo suo excommunicetur.*
VI. *Clericum alienum alter non ordinet.*
VII. *Clericus non sit, si non expoenderis locum ubi sit clericus.*

CAPITULA.

I.

Anno decimoquinto Theodorici regis, sub die 2. Nonas Decembris, in nomine domini nostri Jesu Christi, Valentiæ in concilio congregati, cum de ecclesiastica regula * tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cetera, hæc censuimus observandum: ut sacrosancta evangelia ante munerum illationem, b * vel missam catechumenorum, in ordine lectionum, c post apostolum legantur: quatenus salutaria præcepta domini nostri Jesu Christi, vel sermonem sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui ex diverso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus.

II.

Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo, jubente domino, accersito, clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcumque sunt in domo ecclesiæ, vel episcopi, in libris, in speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum auctoritate * cohibiti fuerint; omnis, quæ pervaserint, metropolitani, vel omnium com-

* ecclesiastica regula

* in missa Catechumenorum Ambrosii.

* prohibiti

* Anno Christi 546. habitum hoc Concilium, sicut & Ilerdense, ut dixit Pagius proxime allatus.

comprovincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum * reddere integra cogantur: ut nihil antistiti, vel dispensatori futuro necessariorum, sub hac justa constitutione, depereat. Quod ut confidentius, justitia manente, servetur, secundum Regensis synodi constituta, episcopo a corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus; qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat; ne quid ante ordinationem futuri pontificis * inbiantium clericorum subversioni, vel direptioni jam liceat. Ita ut * de repertis omnibus inspectior censitio, descriptioque fidelissima (si fieri potest) intra octavas defuncti, sub diligentia præsentis episcopi, peragatur. Dehine ad metropolitani notitiam habita * ordinatio, vel descriptio deferatur: ut ejus electione talis persona ordinandæ domus ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit) metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem: ut, sub hac salubri constitutione, clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiant episcopi decedentes, & in vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex, non sine dolore, succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso possit & ipse gaudere, & aliis ministrare.

III.

Simili quoque modo, parentibus, & propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuncietur, ut sine metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti * occupare pertentent: ne forte * in hæreditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia, vel permixta usurpent: sed aut usque ad ordinationem futuri expectent antistitis, aut certe, si longum fuerit, ad metropolitani (ut dictum est) ordinationem recurrant. Si quis autem * immemor divini timoris contra hæc * sancita synodica clericus quisquam vel laicus venire improba mente tentaverit, & communione & consortio privetur ecclesiæ: quia durum est, ut ad illam conveniat, quam expoliare non metuit: Nisi forte spiritu meliori * correctus, dum a præsumptione cessaverit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque reperit quod sibi jure debetur, ei, absque aliqua animadversione, a metropolitano, vel cui injuxerit, aut res, aut ratio non negetur. Hoc etiam omnes canone constringendi, * qui in præteritum res ecclesiæ, vel episcopi usurpantes diripuerint.

IV.

Illud etiam provido consilio decretum est, ut quia sæpe sanctorum antistitum, per absentiam commendatoris episcopi, exequiæ differuntur; ita ut veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omnino subjaceant; episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat: ut aut de * revelatione consacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo, post oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissime, & superius constituta * canonica non differat adimplere. Si autem, ut fieri solet, antistes obitu repentino discesserit, & conlimitanei sacerdotes de longinquo minime adesse potuerint, uno die tantum cum nocte exanimatum corpusculum sacerdotis maneat; non sine fratrum ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione servatum, a presbyteris cum omni diligentia, in * loculo conditum seorsum, non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora, invitato undecumque pontifice, * ab ipso, ut condecet, solenniter tumuletur, & injuriæ tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus observetur.

V.

Hoc etiam placuit, ut vagus, atque instabilis clericus, sive etiam in diaconii ministerio, vel presbyteri officio constitutus, si episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit, * a communione, & honore privetur.

VI.

Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum, sine consensu episcopi sui, audeat ordinare. Sed nec illum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non sponderit: ut per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM

Celsinus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Justinus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Re-

Reparatus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Setabius, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Benagius in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Ampellius, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Sallustius archidiaconus, vicarius domini mei Marcellini episcopi, subscripsi.

FRAGMENTA QUÆ CITANTUR

EX CONCILIO VALENTINO,

sive id Hispanum, sive Gallicum sit,

Cap. 4.

Burch. lib. 3. cap. 140. Corc. Agathens. c. 1.

Clerici, etiam vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas retinere persiterint, aut id quod ipsi donaverint ecclesiis, vel monasteriis, credederint abstrendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

Cap. 4.

Burch. lib. 3. c. 141. * Statuta eccl. ant. c. 86.

Qui oblationes defunctorum, aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur *.

Cap. 16.

Burch. lib. 3. cap. 18. * Eadem c. 84.

Ut episcopus nullum prohibeat * ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad missam catechumenorum.

Cap. 50.

Burch. lib. 3. cap. 50. * Eadem c. 50.

Irrita erit episcoporum donatio *, vel venditio, vel communicatio, (a) absque eorum collaudatione, & subscriptione. (b)

Cap. 101. In MS. II.

Burch. lib. 9. cap. 5. * Eadem statuta c. 101.

Sponsus & sponsa cum benedicendi * sunt a sacerdote, a parentibus, vel a paranymphis in ecclesia sacerdoti offerantur: & cum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

Canon additus ex MS. Burchardi cod. lib. 4. cap. 76.

Ex Concil. apud Valentias cap. VI.

Presbyteri qui diœcesanas ecclesias regunt non a quibuslibet episcopis, sed a suo, nec per juniorem clericum, sed per seipsos, aut per illum, qui ejusdem ordinis sit ante paschæ solemnitatem chrisma petant.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Valentia urbe Hispaniæ.

a *Valentinum.*) Civitatis Valentiæ in Hispania meminit Ptolemæus libro 2. cap. 5. & Plinius 3. cap. 3. *Valentia*, inquit, *colonia tria passuum a mari Mediterraneo remota.* De ea Pomponius Mela libro 2. cap. 6. & itinerarium Antonini. Fuit hoc concilium celebratum sub Symmacho papa: ejus mentio habetur in VII. concilio Toletano cap. 3. Tres sunt in Hispania Valentiæ: prima in ora maris Mediterranei, celebre & nobile oppidum, in quo actum est hoc concilium; sedes hodie archiepiscopalis: altera Valentia de don Ivan, in diœcesi Palentina: tertia Valentia de Alcantara, in diœcesi Cauriensi; neque hæc obscura oppida. *Hæc Garsias.* Cujus sententiam non probo; primum in hoc, quod hanc synodum sub pontificatu Joannis celebratam sub Symmacho habitam fuisse scribat, cum tamen manifeste constet annum decimumquintum Theodorici in Hispania regnantis cum pontificatu Joannis papæ I. & cum anno Christi natali 524. coincidere. Secundo non probo ejusdem sententiam in hoc, quod hanc synodum, sicut etiam Ilerdensem supra collocatam, habitam esse scribat æra 584. Quod si verum esset, non sub Symmachi, sed pontificatu Vigilii, anno domini 546. celebrata foret. Quam meo judicio actis synodalibus repugnent, seriorem sententiam secutus, volui utramque hanc synodum Hispanicam sub pontificatu Joannis collocari, quo cum 15. Theodorici coincidit. Valentia tres. Garsiæ sententia de tempore duorum conciliorum improbatur.

b *In missa catechumenorum.*) Catechumeni ante oblationem corporis & sanguinis Christi extra templum ejiciebantur, dicto evangelio. Idque constat ex Dionysio Areopagita, libro de cœlesti hierarchia capite 3. tertia partis, & ex concilio Laodic. can. 19. & Clemente libro 8. constit. apostolic. cap. 11. Tertulliano de præscript. adversus hæreticos, S. Athanasio in apolog. 2. contra Arianos, Cyrillo Alexandrino lib. 12. in Joannem cap. 50. & ex aliis. Catechumenus, & audiens appellabatur: quia ut fide imbueretur, humiliter sacramenta religionis & domini præcepta ex ore sacerdotis audiebat. Augustinus lib. de fide & operibus cap. 6. *Garsias.* Cap. 1. Catechumeni dicto evangelio templo ejiciebantur.

c *Post apostolum legatur.*) Qua ratione, in munerum illatione, epistola ante evangelium legatur, annotat Rupertus libro 1. capite 32. & Innocentius cap. 29. Alcuinus de celebratione missæ; Simon Thessalonicensis in libro de mysteriis missæ capite 22. Walfrid. de rebus ecclesiasticis cap. 22. *Antiquitus*, inquit, *in ordine epistola evangelio, ejus inferior dignitate, ut ex minoribus animus audientium ad majora sentienda proficiat, & gradatim ab imis ad summa conscendat.* Garsias. Cap. 1. Cur epistola ante evangelium legatur.

d *Mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus.*) Sepulturam & exequias mortuorum maxima observantia coluerunt antiqui patres, quasi argumentum evidensque præsagium resurrectionis corporum, & in honorem organi quo Spiritus Sanctus ad officia pietatis est usus, dum illud corpus defunctum vitam ageret. Unde concilium Bracar. I. cap. 16. his qui sibi inferunt mortem commemorationem in oblatione negat, & officium psalmorum in funere: idem de catechumenis capite 17. Neque uno eodemque modo funeris ritus & cæremoniæ apud Christianos fuerunt, sed pro diversitate status, dignitatis, & ordinis, alius præsulis, alius laici Christiani justa solvendi modus, diversæque ceremoniæ: & sicuti in vita, ita in morte diserepans cultus & religio corporibus tributa. Fuit interdictum Christianis intra templa sepeliri, ut de imperatoribus Constantinopolitanis (quorum corpora extra ecclesiam pendebant) refert Chrysostomus, homil. 66. ad populum Antiochenum, præsertim de Constantino magno, cujus corpus pro foribus piscatoris, ut janitor, excubias agebat: & de Theodosio juniore, & Arcadio tradit Nicephorus lib. 14. cap. 38. Et miraculum insigne de hac re refert sanctus Gregorius magnus libro 4. dialog. cap. 53. Verum hoc quod imperatoribus fuit negatum, sacerdotibus fuit indultum, ex Evagrio libro 4. capite 30. De hac re multa ab antiquis & neotericis scriptoribus adversus hæreticos traduntur, qui in vivos & mortuos catholicos Christianos bellum inhumane gerunt. Sed pro decreto describam locum divi Augustini lib. 1. de civitate Dei cap. 15. *Non sunt contemnenda*, inquit, *& abiciendo corpora defunctorum; maxime justorum atque fidelium, quibus tamquam organis, ac vasis, ad omnia bona opera, sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid ejusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius, atque conjunctius, quam qualibet indumenta gestamus.* Et infra; *Unde & antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepulturæ provisæ, ipsique, dum viverent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandaverunt.* Hæc & alia Augustinus, præsertim in libro de cura pro mortuis agenda. *Garsias.* Cap. 4. Cum mortuorum fidelium corpora honorifice sepeliantur. Modus sepeliendi diversus fuit. Testimonium S. August. de sepultura.

AD-

(a) Burchardi Cod. MS. addit: *rei ecclesiastica*

(b) MS. addit *clericorum.*

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 422.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

MUltorum jam scriptorum animadversione constat, concilii hujus epocham, qualis in editis legitur, mendosam esse, corrigendam e MSS. codicibus, in quibus æra Hispanica DXXXIV. cum anno Christi 546. concurrente adnotatur. Epochæ huic unicam tantummodo conjecturam meam oppono. Inter episcopos qui concilio subscribunt primus omnium occurrit Celsinus. Eiusdem vero nominis Valentinus episcopus subscribit concilio III. Toletano anno 590. celebrato. Si unus idemque est concilii utriusque, Celsinus, fieri vix potest, ut duo hæc concilia tanto temporis interstitio invicem separentur.

ANNO CHRISTI 524

CONCILIUM ARELATENSE IV.

ANNO CHRISTI 524

CONSTITUTIO SANCTORUM EPISCOPORUM

Qui in civitate Arelatensi ad dedicationem basilicæ Sanctæ Mariæ convenerunt, VIII. Idus Junias, [a] Opilione V. C. consule, id est [b] anno Christi DXXIV. Joannis Papæ secundo Theodorici Italiæ regis XXXII.

TITULI CANONUM.

I. *Ut diaconus ante vigintiquinque annos, & sacerdos ante triginta non ordinetur.*
II. *Ut laicus ante annum conversionis non ordinetur.*
III. *Ut pœnitentes & digami non ordinentur.*
IV. *Ut qui clericum alienum susceperit, communione privetur.*

VETERES TITULI

Vel sententiæ hujus Conc. ex vetusto Cod. Lucen. 490.

Ex Concilio Arelatensi.

Ante XXV. annos ætatis non ordinetur Diaconus.
Episcopus, Presbyter, Diaconus non ordinetur, nisi anno uno conversi fuerint.

PRÆFATIO.

CUm in voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate sacerdotes domini convenissent, congruum eis & rationabile visum est, ut primum de observandis canonibus attentissima solicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiastica regula servaretur, salubri consilio definirent.

CANONES.

I.

Et quia in ordinandis clericis antiquorum patrum statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscuntur, ne forte quorumcumque importunis & inordinatis precibus sacerdotes domini fatigentur, & ea quæ toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum, antequam vigintiquinque annos impleat, ordinare præsumat. Episcopatus vel presbyterii honorem, nullus laicus ante [c] præmissam conversionem, vel ante triginta ætatis annos accipiat.

II.

Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui patres ordinaverint observanda, tamen quia crescente ecclesiarum numero, necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine præjudicio dumtaxat [d] canonum convenit antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conversio.

III.

Nullus pœnitentem, nullus digamum, vel internuptarum maritum, in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc jam prope omnium canonum statuta contineant; tamen ne cui sacerdotum supplicantum, sicut jam dictum est, importunitas vel suggestio iniqua subripiat, necesse fuit, ut nunc severiorem

Distinct. Nullus alienum.

a Ex editione Sirmondi, qui quartum appellavit, cum in MS. tertium appelletur. *Hard.*
b 7. Dist. nec. 21. *Præterea placuit*, ex Concilio Arelat. IV. non tertio, ut per errorem legit Harduinus.
c MS. collectio Canonum in bibliotheca Patrum Soc. Jesu ex Concilio Arelatensi III. cap. III. *Nuper sententiam &c.* Et ita Gratianus. *Harduinus.*
d

rem regulam sibi velint domini sacerdotes imponere. Et ideo quicumque ab hac die, contra ea, quæ superius sunt comprehensa, clericum ordinare præsumpserit, ab hac die, qua hoc ei potuerit approbari, anno integro missas facere non præsumat. Quam rem si quis observare noluerit, & contra consensum fratrum faciens, missas celebrare præsumserit, ab omnium fratrum caritate se noverit alienum: quia dignum est, ut severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit.

IV.

Et si forte aliquis clericorum, regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit evagatus, quicumque eum susceperit, & non solum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumpserit, ecclesiæ communione privetur.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Cæsarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum meorum, vel meam, relegi & subscripsi. Not. [1] sub die VIII. Idus Junias, Opilione viro clarissimo consule.

Contumeliosus episcopus consensi & subscripsi.

Philagrius episcopus consensi & subscripsi.

Prætextatus episcopus consensi & subscripsi.

Maximus episcopus consensi & subscripsi.

Iulianus episcopus consensi & subscripsi.

Florentius episcopus consensi & subscripsi.

Item Florentius episcopus consensi & subscripsi.

Cyprianus episcopus consensi & subscripsi.

Montanus episcopus consensi & subscripsi.

Cælestinus episcopus consensi & subscripsi.

Porcianus episcopus consensi & subscripsi.

Eucherius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Cataphronius presbyter, directus a domnis meis Agrœcio & Severo episcopus, consensi & subscripsi.

Desiderius presbyter directus a domno meo Ioanne episcopus consensi & subscripsi.

Leontius presbyter, directus a domno meo Constantio episcopo, subscripsi.

Ego [*] Emeterius, directus a domno meo Gallicano episcopo, consensi & subscripsi.

[*] Mss. Emeterius. Hard.

EX GRATIANI DECRETO,

Ac certis aliis in quibus ponuntur certa decreta sub titulo Arelatensis concilii.

Ex concilio tertio Arelatensi secundum Gratianum.

Præterea placuit, ut deinceps non ordinentur diaconi conjugati, nisi prius conversionis proposito confessi fuerint castitatem.

Et nota quod sententialiter hoc capitulum est in quarto isto concilio, capitulo secundo, ubi dicit: Sed nec reliqui, &c. Et in capite secundo concilii Arelatensis secundi.

Secundum decretum Ivonis ex concilio tertio Arelatensi cap. 3. sed non invenitur.

Energumeni non solum assumendi non sunt ad clerum, sed inventi, ab officio removendi. Hoc cap. habetur in concilio Arausic. 16. can.

Ex concilio tertio Arelatensi secundum Gratianum.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina objecisse convicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint. 3. q. 8. Eos qui pass.

Nota quod hoc decreti capitulum legitur in primo concilio sententialiter, & verbis mutatis, can. 14.

Ex Arelatensi concilio juxta Gratianum, non tamen ponit quoto.

Monasteria, vel monachorum disciplina, ad eum pertineat episcopum, in cujus sunt territorio constituta. 18. q. 2. Monasteria, vel monachorum,

Ex Arelatensi concilio cap. 6. ut supra.

Qui non bene custodierit sacrificium, & mus vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat. De consecr. dist. 2. Qui non bene & in decr. Ivo. lib. 1

Ex Arelatensi concilio cap. 7. ut supra.

Sciendum est omnibus, quod Deo sacrarum fæminarum corpora, per votum propriæ sponsionis, & verba sacerdotis, Deo consecrata templa esse, scripturarum testimoniis comprobantur. Et ideo violatores earum, sacrilegi ac juxta apostolum filii perditionis esse noscuntur. 27. quæst. 1. Sciendum est omnibus. Et in decr. Ivo. lib. 1. Cw. 1

Ex Arelatensi concilio, juxta alios decretorum libros ex Gandavo habitos, & vetustos in monasterio sancti Bavonis.

Ut ordinatus quisque in illis permaneat, ubi ordinatus est, locis.

De his qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

Nota quod hoc capitulum legitur sententialiter certis verbis mutatis in primo concilio Arelatensi can. 21.

Ex ubi supra, titulo de vita clericorum.

Providendum necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* 1. Cw. 7.

D.P. 28. Præterea placuit, ut deinceps

Ex

[1] Collectio Ms. Canonum ante laudata: *Ex Concil. Arelat. III. cap. IV. Si forte aliquis.* Hard.

Ex ubi supra, titulo ut episcopi provideant quid presbyteri dominicis suis faciant.

Ut episcopi provideant, quem honorem presbyteri pro suis ecclesiis facere debeant.

Ex ubi supra, titulo de his qui vanitates in excubiis funeralibus exercuerint.

Laici qui excubias funeris observant, cum timore & terrore & reverentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec joca, nec saltationes facere, quæ pagani, docente diabolo, adinvenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum a religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolvi, & omni pietate & affectu caritatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerit resonare pro amissione cari fratris? Patres siquidem veteris & novi testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco de illis, qui a sæculo decesserant, exultasse. Nam & Jacob patriarcham tota flevit Ægyptus septuaginta diebus. Et Joseph & fratres ejus, cum patrem deferrent, in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exequias ad aream * Azael, quæ sita est trans Jordanem, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies. Tantus autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, quod *sepelierunt eum* sive curaverunt *viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum*. Et ideo talis inepta lætitia & pestifera cantica, ex auctoritate interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, Kyrie eleison cantet: si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, in crastino a presbytero taliter coerceatur, ut alii timeant.

Ex concilio Arelatensi IV. aut V.

Viduæ, si priusquam continentiam profitentur, nubere elegerunt, illis nubant quos propria voluntate velint habere maritos. Similiter hæc conditio & de virginibus habeatur. Nec extra voluntatem parentum cogantur accipere maritum.

Ex concilio Arelatensi IV. aut V. cap. 6.

Nullum sine dote fiat conjugium. Juxta possibilitatem fiat dos, ne publicis nuptiis quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat.

DECRETA ALIA

ex Burchardo aliisque

Lib. 7. cap. IV.

Ex concil. Arelat. cap. VII.

Ne laicus fiat episcopus ante XXX. annos & anni conversionem.

Episcopatus vero vel presbyterii honorem nullus laicus ante unius anni conversionem, vel ante XXX. annos accipiat.

Bur. L. I. cap. 27. Ex concil. Arelat. cap. V.

Ut episcopus non consecretur sine tribus episcopis.

Nullus episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus sine tribus episcopis comprovincialibus præsumat ordinare episcopum; nam ut alii conprovinciales episcopi admoneant ut se suo responso consensisse significent. Quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio, majori numero metropolitanus in electione consentiat.

Lib. II. cap. 98. Ex concil. Arelat. cap. IV.

Ne presbyteri causa legationis per diversa mittantur loca cura animarum relicta.

Statutum est ut presbyteri, sicut hactenus factum est, indiscrete per diversa non mittantur loca, nec ab episcopis, nec ab aliis prælatis, nec etiam a laicis, ne forte propter eorum absentiam & animarum pericula, & ecclesiarum in quibus constituti sunt, negligantur officia.

Lib. III. cap. 30. Ex concil. Arelat. cap. I.

Ut populi qui convenerant ad missam antequam finiatur non discedant.

Item cum ad celebrandam missam in Dei nomine convenit populus, non ante discedat, quam missæ solemnitas compleatur, & ubi episcopus defuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

Lib. IV. cap. 89. Ex concil. Arelat. cap. IV.

De illis qui de hæresi ad fidem devenire desiderant.

Si ad ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum de symbolo & si vident eum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei imponatur tantum ut accipiat spiritum sanctum.

Burch. Ex concil. Arelat. cap. XVI. lib. IX.

De connubiis.

Nulli liceat uno tempore duas uxores habere, sed neque unquam concubinam.

Lib. X. cap. 22. Ex concil. Arelat. cap. XI.

Ut vaticinatores cæsi de civitatibus eiciantur.

Ivo p. 11. cap. 49. Ut vaticinatores, qui se futura scire dicunt, cæsi de civitatibus eiciantur.

ibid. cap. 33. Ex concil. Arelat. cap. V.

De illis, qui quando luna obscuratur, clamores suos & maleficia exercuerunt.

Idem Ibid. cap. 18. Quicumque exercuerint hæc quando luna obscuratur, ut cum clamoribus suis ac maleficiis & sacrilegorum usu se posse defendere credant; & quicumque divinos præcantatores filacteria etiam diabolica vel characteres diabolicos vel herbas vel succinos suis vel sibi impendere tentaverint, vel quintam feriam in honorem Jovis, vel Kalendas Januarias secundum paganicam consuetudinem honorare præsumpserint, monachus quinque annos, clericus quatuor, laicus duos annos pœniteat.

lib. 17. cap. 62. Ex concil. Arelat. cap. VI.

De mulieribus, quæ partus suos occulte interficiunt.

Ivo p. 8. cap. 331. Mulieres quædam, ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes ne scelus, quod occulte perpetraverunt, manifestum fieret, infantes quos pepererunt occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt, quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, * Hiberitani, atque Herdensis concilii testes sunt. His itaque vix in finem dandam esse communionem decreverunt, sed humanius tractantes post decennem pœnitentiam tales placuit ad communionem recipi.

* Hiberitani

Fere simile reperias, sed aliis verbis, in capitulis Martini Bracarensis. Vide etiam Reginonem l. I. cap. 68.

Ex concil. Arelat. cap. X.

De eadem re.

Si quis infantem oppresserit tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua; si clericus fecerit quatuor annos, unum ex his in pane & aqua.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Concilium Arelatense IV.*) Hactenus tertium numerabatur; nobis est quartum, quia tertii titulum supra dedimus novo concilio, quod a Ravennio episcopo celebratum est in causa insulæ Lirinensis.

2 *Opilione V. C. consule.*) Qui primi hoc concilium in lucem dederunt, cum Opilionis consulis nomen in ejus subscriptionibus deprehendissent, non intelligentes Opilionem illum designari, qui cum * Rustico consul fuit anno Christi 524. de altero suspicati sunt Opilione, qui ante annos LXXI. consulatum gesserat cum Vincomalo. Itaque in conciliti fronte annotarunt, Leonis papæ tempore habitum fuisse, Opilione & Vincomalo consulibus, an. Christi CCCCLIII. Qua de re admonitus olim a nobis æternæ memoriæ cardinalis Baronius, & concilium hoc Arelatense, & cetera, quibus Cæsarius idem præfuit, id est, Carpentoratense, Arausicanum II. & Vasense II. ab iis sedibus, in quibus male constituta fuerant, ad suas deinceps revocanda docuit.

* corr. Justino Aug.

3 *Præmissam conversionem.*) Ivo & vulgati, addita vocula legunt, *anni conversionem*, sed hanc veteres libri non habent, & supervacaneam hoc loco esse qui sequitur canon ostendit. Can. 1.

4 *Canonum conventis antiquorum.*) Lugdunensis, *conflati*, Pithœanus & Arelatensis, *canonum constititi antiquorum*.

5 *Sub die VIII. Idus Julias, Opilione V. C. consule.*) Sic fere omnes. Addit Rhemensis, atque idipsum repetit in tribus sequentibus conciliis, facta fuisse tempore Liberii præfecti: quod verum est. Præfecturam enim per eos annos pro Theodorico Italiæ rege, ac deinceps pro Athalarico, egit Arelate, & in vicinis provinciis locis, quæ Italiæ regibus hoc tempore parebant. Can. 2.

6 *Montanus episcopus.*) Hujus nomen & subscriptio adjecta sunt ex codice Lugdunensi & Arelatensi: in reliquis non erant.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium Arelatense.*) In hoc concilio de ecclesiastica disciplina, in ordinandis ministris ecclesiæ servanda, plura decreta sancita fuerunt: alias quasdam hujus concilii constitutiones collegerunt alii, quos prudens lector consulere poterit. Hac synodo subscriptione episcoporum approbata est illa epistola Fausti Rejensis, quam dedit ad Lucidum quemdam magni nominis presbyterum, prædestinatianum hæresim sectantem, ut hominem in errorem lapsum ad catholicam fidem revocaret. * Ut ita sentiam, movent me subscriptiones episcoporum, quia iidem magna ex parte Epaonensi concilio paulo ante hæc tempora sub pontificatu Symmachi celebrato interfuisse & subscripsisse inveniuntur. Libellum ejus Pelagianis erroribus plenissimum, quem de gratia & libero arbitrio inscripsit, & toti orbi vulgavit, quemque Cæsarius Arelatensis, Avitus Viennensis episcopi, Joannes presbyter Antiochenus contrario scripto refutarunt; quem denique Gelasius pontifex merito inter apocrypha detulit, hunc, inquam, libellum, facer episcoporum conventus nequaquam approbavit. In fine hujus commentarii & libelli ipse Faustus vel alius quis dolose addiderat hæc verba. *In quo quidem opusculo post Arelatensis concilii subscriptionem novis erroribus deprehensis adjecit aliqua synodus Lugdunensis exegit*, ut scilicet aliquo fuco venditari posset, quasi scriptum de gratia & libero arbitrio commentarium duæ synodi recepissent & approbassent. Fraude hac animadversa, supra recensita verba prudenter meritoque nunc inde sublata, & ante illud Fausti opus collocata, ut sua quæque tempori & auctoribus redderentur, neve Faustus simpliciores insuste decipere posset. Quid actum in hoc concilio. An epistola Fausti Reiensis hic approbata fuerit. * Extrac Binius. Libellus Fausti de gratia & libero arbitrio.

b *Anno Christi 524.*) Sub consulatu Opilionis & Justini imperatoris. Agentibus consulatum Opilione & Vincomalo anno domini 453. hoc concilium celebratum fuisse collector Venetæ editionis existimavit, ideoque illud sub Leonis pontificatu collocavit; sed male; nam ex eo quod Arelatensis episcopus Cæsarius huic concilio præsedisse & subscripsisse reperitur, verius esse putamus, ut dum in codice legitur celebratum Arelatense concilium sub consulatu Opilionis, id intelligamus de illo Opilione, qui in fastis anno domini 524 una cum Justino imperatore consulatum gessit: quoque collector male cautus sibique nimis sapiens visus Vincomalum addiderit Opilioni, qui in actis hujus concilii, prætermisso orientali consule, sine collega positus fuerat. Ut ita sentiam, admonuerunt me imprimis tempora Cæsarii Arelatensis episcopi, quem sub Symmacho ejusque successoribus pontificibus Hormisda, Joanne, Felice, Bonifacio, Joanne secundo, Agapeto, Silverio, & Vigilio usque ad annum domini 554. supervixisse, litera ad eum scripta & reddita manifeste indicant. Confirmatus sum in hac sententia, tum quod omnes ferme episcopi huic Arelatensi concilio interfuisse legantur, qui Arausicano concilio secundo subscripsisse reperiuntur, de cujus certo tempore infra sub Felice IV. pluribus agam: tum etiam, quod illustrissimus cardinalis Baronius, monitu Reverendi Patris Jacobi Sirmondi Arverni e Societate Jesu, mutata priori sententia, hanc tamquam veriorem, in appendice ad annum domini 453. superaddita, amplexus fuerit. Quo tempore celebratum

CON-

CONCILIUM JUNCENSE

PROVINCIALE EPISCOPORUM PROVINCIÆ BYZACENÆ

Sub Liberato primate, anno primo Hilderici catholici Vandalorum regis æra Christianæ DXXIV. Mense Decembri habitum in causa Vincentii Girbitani episcopi provinciæ Tripolitanæ, qui plebes Tamallumensis ecclesiæ invaserat, cui synodo S. Fulgentius Ruspensis episcopus interfuit.

Epistola Liberati primatis Byzaceni, & universi concilii Juncensis ad Bonifacium episcopum Carthaginensem.

Domino sancto, ac beatissimo, nimiumque suspiciendo merito venerabili fratri, ac consacerdati Bonifacio Liberatus cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in Juncensi concilio adfuimus in domino æternam salutem.

VEneranter excepi tuæ sanctitatis epistolam: quæ mihi eo gratior facta est, quo vestræ præferebat indicium sospitatis: quam necesse habui sancto concilio allegare. Ea vero quæ merito Maximianensium tua sanctitas scribere dignata est, advertimus: ideoque cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in sancta synodo Juncensi adfuimus, salutans venerationis obsequio, nosque omnes tuæ sanctitati commendans insinuo famulis tuis divina misericordia instigante in omnibus pacem esse firmatam. Quæso autem ut quæ sanctis fratribus, & coepiscopis nostris Pontiano, & Restituto sanctitati tuæ mandavimus adleganda, & clementer audire, & sapienter ordinare tua beatitudo dignetur. Novimus enim sapientiam tibi divinitus infusam qua præcipue hoc studeas, ut nullus permittatur ecclesiasticorum canonum aliquatenus convellere firmitatem; teque cunctis formam præbere virtutum, ut terminos paternis definitionibus constitutos non negligat servare posteritas: & *subscriptio*: Orantem pro nobis beatitudinem tuam summa tueatur divinitas, quod optamus.

Hæc epistola inserta est concilio Carthaginensi quod Bonifacius episcopus sequentis anni principio habuit, ubi & legatorum mandata, & Bonifacii ad hanc epistolam responsum continetur.

Ferrandus autem diaconus Breviario canonum cap. 26. Inseruit.

Satutum concilii Juncensis.

Ut in plebe aliena nullus sibi episcopus audeat vindicare.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Idem Ferrandus diaconus cap. 29. vitæ S. Fulgentii, tum de hoc Juncensi concilio, tum de aliis ad ista tempora spectantibus, hæc habet:

In omni denique concilio Byzacæno de rebus majoribus ipse primus consulebatur: in monasterio proprio de rebus etiam minimis abbatem Felicem suppliciter consulebat.

In concilio quoque Vincensi (sic enim imperitia librariorum legitur vulgo pro Juncensi) *judicio sacerdotum omnium qui convenerant episcopo cuidam nomine Quodvultdeo, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus & præiatus ipso die & tempore tacuit; nec auctoritatem concilii excusando minuere voluit. Sed ubi post concilium dolere sensit episcopum, timens propter suum honorem generare fratri scandalum, melius que judicans per caritatem se fieri minorem quam sine caritate majorem.*

*Sufetani postea concilii * gloriosum respiciens adesse conventum, precem supplicem coram omnibus fudit, ut sibi rursum se volente Quodvultdeus episcopus præferretur, ut nomine suo posterius recitato lætus deinceps viveret consacerdotis animo reconciliato. Mirati sunt episcopi humilitatem talia postulantis, nec contristare voluerunt offerentem Deo sacrificium humilitatis ad custodiendam societatem spiritus in vinculo caritatis. Ubi sunt nunc illi quibus eminendi super ceteros dominatur affectus; qui se etiam suis prioribus anteponunt indebita sibi privilegia vindicantes. Ecce beatus Fulgentius nec primatum quem meruit, defendere voluit, quia sine caritate prior esse alicui minime concupiscit.*

* Concilii Sufetani tempus nobis incertum.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

JUncense in Africa concilium in annum 524. Labbeus retulit. Verum ad annum præcedentem 523. reiiciendum suadet epistola Bonifacii Carthaginensis episcopi inscripta *Liberato & cæteris qui in concilio Juncensi adfuerunt*. Signatur enim illa die XVII. Kal. Januarii *anno primo*, nempe Childerici regis, ut ego interpetror, ac denunciat sequentis anni Pascha die *VII. Idus Aprilis* celebrandum esse. Charakter iste paschalis indicat annum 524. Anno ergo superiori scripta est epistola ad Juncense concilium.

Ex Supplem. Manst. T. I. pag. 40.

SY-

ANNO CHRISTI 525.

SYNODUS CARTHAGINENSIS

BONIFACII * EPISCOPI HABITA

Anno Christi DXXV.

Nunc primum ex vetustissimo codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ in lucem prolata studio Lucæ Holstenii, qui exscribendam curavit, & jussu eminentissimi S. R. E. Principis Francisci Cardinalis Barberini ad nos Roma per R. P. Petrum Possinum cum pluribus aliis missa.

DE BONIFACIO CARTHAGINENSI EPISCOPO, EJUSQUE SYNODO.

Sub Hilderico rege, veterum aliquot scriptorum testimonia.

Ferrandus diaconus in vita S. Fulgentii cap. XXVIII.

MOrs Trasamundi regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnum incipientis, ecclesiæ catholicæ per Africam constitutæ libertatem restituens, Carthaginensi plebi pastorem donavit antistitem, cunctisque in locis ordinationes sacrificium fieri clementissima auctoritate mandavit. Beatus itaque Fulgentius reversus Carthaginem, invenit flentes virtutum patrem, quos reliquerat dolentes virtutum ecclesiam matrem.

Mox Resonabat divina laus ex omnibus linguis. Ad sancti quippe Aniani basilicam sequens populus, & præcedens confessorum beatorum triumphum nobilem celebrabat. Vix ergo appropinquante vespere, sanctæ memoriæ Bonifacio episcopo repræsentati, benedixerunt omnes & laudaverunt communiter Deum. *Videatur cap. XXIX. ejusdem, ubi iterum eius meminit.*

Appendix Chronici Tironis Prosperi, apud Canisium tom. 1. ant. lect.

POst Trasamundum regnavit Hilderix filius Huneric annos VIII, dies VIII, qui in exordio regni sui Bonifacium episcopum ad Carthaginem in ecclesia sancti Agilei remari præcepit, & omnibus catholicis libertatem restituit.

Victor Tunnunensis in chronico ad an. Chr. DXXIII.

Maximo V. Conf. Trasamundus Vandalorum rex Carthagine moritur.

HildericC, qui ex Valentiniani imperatoris filia, a Genserico captivata, & Ugnerico juncta, natus est, regnavit annos septem, menses septem. Hic ergo sacramento ab decessore suo Trasimundo obstrictus, ne catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret, aut privilegia restitueret, triduum regnare, ne sacramenti terminus præiret, præcepit & sacerdotes catholicos ab exilio redire & ecclesias aperire, & Bonifacium cum dogmatibus divinis satis strenuum, ad postulationem totius urbis, Carthaginensis ecclesiæ episcopum consecravit.

Vita S. Babolini abbatis Vosiensis ad an. Chr. DCXLVII. tom. 1. script. rer. Franc. veterum opera Andreæ Chesnii editorum.

COntulit idem præfatus Andobeus sancto Babolino privilegium suæ auctoritatis, ut tam ipse quam successores liberi & securi ab omni molestia sine ram ecclesiasticorum quam laicorum ibidem manere possent. Si quis vero contra partium statuta eum ecclesiæ causatur, legat canones a sancto Bonifacio Carthaginensi episcopo & aliis episcopis factos, nec non ejusdem sacerdotis epistolas ad Liberatum episcopum missas, & inveniet, quod monasteria, in quibus regulariter vivitur, libera esse debent ab omni infestatione episcoporum & clericorum.

Privilegium libertatis monasterio S. Dionysii concessum a Landerico episc. Parisiensi an. Chr. DCLVIII. tom. 1. concil. Gallicanorum.

QUamquam sancta Carthaginensis synodus, facta a beatæ memoriæ domino Bonifacio ejusque coepiscopis, non prohibeat monachos sub privilegio proprio residere.

* *Privilegium libertatis monasterio Corbejensi concessum a Berinerido episcopo Ambianensi anno Christi DCLXIV. ibidem.*

LIcet sancta Carthaginensis synodus a bonæ memoriæ Bonifacio ejusque coepiscopis facta, vel ipsius sacerdotis epistola ad Liberium (lege Liberatum) porrecta non prohibeant monachos sub privilegio proprio residere.

Acta concilii Carthaginensis sub Reparato episcopo anno Christi DXXXV.

FElix episcopus ecclesiæ Zictarensis provinciæ Numidiæ dixit: Quæ de abbatis Petri monasterio apud Carthaginem temporibus sanctæ memoriæ episcopi Bonifacii in universali concilio nobis etiam præsentibus acta sunt, inconvulsa permaneant.

SYNODUS CARTHAGINENSIS SUB BONIFACIO EPISCOPO.

ANno secundo gloriosissimi regis Hilderici nonis Februariis Carthagine in secretario basilicæ sancti martyris Agilei, cum Bonifacius episcopus ecclesiæ Carthaginensis cum coepiscopis suis diversarum provinciarum Africanarum, quorum nomina subscriptiones ostendunt, consedisset, adstantibus diaconis, Bonifacius episcopus dixit: Dies mihi omni festivitate jucundior plus de sacerdotum præsentia quam de sole resplendet. Benedico domino, qui sinceritatem vestram meis literis fecit tam faciliter obedire, meis quoque conspectibus tam decentius apparere, atque ad istius ecclesiæ venerabilem sedem, juxta priscam consuetudinem, pro fide & utilitate ecclesiæ convenire. Nunc profectu separatæ libertatis innovata quodammodo videtur crevisse lætitia: nunc divinæ misericordiæ manifestata potentia. Vellem cunctos adesse collegas, totiusque Africani concilii sicut spiritualiter, ita corporaliter, interesse pontifi-

1 In privilegio Eumonis Episcopi Senonensis, pro Monasterio S. Petri apud Senonas an. 657. apud Mabillonium in sæculo 3. Benedict. part. 2. pag. 613. hoc Concilium indicari videtur, & tribui S. Augustino, his verbis: *Et sancta Carthaginiensis synodus domni Augustini epistola jubeat Abbates, Monachosque eorum libertatis privilegium, ut nec ullo episcopalis vinculo ab episcopis astringere &c.* De hoc Concilio silent Ferrandus & Cresconius. *Harduinus.*

lifices. Verumtamen quia manu caritatis in præsentibus tenemus absentes, omnes simul judicamus esse præsentes. Absit enim, ut deesse aliquis æstimetur, ubi ipse Christus sacerdotum princeps non deesse cognoscitur: qui duobus aut tribus in nomine suo congregatis propterea medium se fore promisit, ne in numero multitudinis statuenda putaretur inquisitio veritatis, * Gaudes quidem, beatissime pater, & veraciter gaudes, quia diversarum provinciarum concilia, sicut mos antiquus habuit, in conspectu vestræ beatitudinis unum facta concilium vides. Sed audemus dicere, plus gaudemus quibus restitutum caput & utilitatem contulit & decorem. Diu tribulationum nebulis obsuratam lucem suam licet nunquam perdiderit, palam tamen prodere timuit ecclesiasticam disciplinam, nec transgredientium cohibere permittebatur excessus. Benedictus dominus, qui beatitudinem tuam tandem aliquando in hac venerabili sede consecravit antistitem. Habent nunc quem diligant boni, revereantur mali; cui subditi atque subdicnci discant cedere pertinaces. Dominus enim, qui erexit cornu salutis nobis in domo David, ipse te ad hanc gratiam prædestinavit, elegit, adsumpsit. Imple, quæsumus, diligenter ministerii tui partes, ut ecclesiæ Africanæ generalis utilitas, sanctorumque canonum viror iterum reflorescat: & quod beatissimæ memoriæ Aurelius hujus urbis antistes instituit, tua nunc beatitudo restituat. Te enim dominus ei constituit successorem honoris, libertatis, & pacis. Jube proinde, quod loquente in corde paternitatis tuæ sancto Spiritu peragendum cognoveris, proponatur. *Bonifacius episcopus dixit.* Olim cupio moris omnibus intermissis de communi utilitate tractari: sed legitimæ disputationis ordo flagitat, ut consacerdotum mecum confidentium ante causam personæ firmentur. Epistola ergo, quam beatissimo sancto fratri & consacerdoti meo seni Missori, primati provinciæ Numidiæ, pro dirigendis legatis transmisimus, ab officio recitetur. *Redemptionis notarius recitavit.*

* Hic desunt aliqua. *Hard.*

Beatissimo & honorabili sancto fratri & consacerdoti seni Missori Bonifacius.

*Post gravissimæ tribulationis jugem pene molestiam, quam communiter universa provinciæ Africanæ toleravit ecclesia, renovatæ libertatis oportebat quietissimam custodire lætitiam, ne domesticis dissensionibus pax ex parte reddita turbaretur. Sed quoniam sive per apertas oppugnationes, sive per latentes insidias semper tamen nititur inimicus murum caritatis evellere, nolens inter domini sacerdotes ordinem qui servandus est, reservari, multa sibi quosdam fratres usurpare potius, quam vindicare velle, sentimus. Quibus ita indiscreta præsumi videtur æqualitas, ut priores se apud alios haberi volentes, reverentiam congruam suis dedignentur exhibere prioribus. Occurrendum est, beatissime frater, tam superbissimæ præsumptioni, viribusque omnibus insistendum, donec ad humilitatis viam, si redire sponte neglexerint, compellantur. Nisi enim fuerit Christo adjuvante provisum, profecto hæc licentia evadet in aliquod magnum malum. De fraterna igitur congregatione fratres consacerdotesque nostros Firmum Tipasiensem, Marianum Tulliensem, & Felicem Zallarensem Kalend. Februar. dic dignare dirigere: quorum sapientia spiritalis in omnigeni disceptatione vigilanti nobis tum examinatio perpendat, quanta sint quæ in nostræ mediocritatis contumeliam sunt; dum putatur leve esse, si huic ecclesiæ privilegia olim debita plenegentur. Sanctitatis quippe vestræ propterea concupitam minime postulavimus meveri præsentiam; quia habita ratione temporis & ætatis, fatigationem tanti itineris * difficilius posse suscipi. Tempus sane dominicæ passionis, in qua vide, qui sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter nostra peccata, III. Kalendas Aprilis die, anniversaria solennitate celebrandum, secundum priscam consuetudinem noscimus. Præstet verum omnium dominus, ut magnificatis voluntatibus pravis cum fraterna concordia tantæ pietatis mysterium celebremus. Decedentium vero ac succedentium sibi episcoporum matriculam memores antiquæ consuetudinis nobis dirigi jubemus: ut de multis provinciis ad nos venientes, præcipue ii, qui se prioribus suis anteponere non dubitant, qualiter unusquisque eorum sedere debeat, sciamus. Et subscriptio: Opto te frater in domino bene valere, & mei memorem esse semper. Data VI. Idus Januarias anno secundo.*

Bonifacius episcopus dixit. Tenor hujus epistolæ ecclesiasticis inhæreat monumentis. Sua deo deinceps, utrum fratres venerabiles consacerdotesque mei qui ex Numidiæ partibus advenerunt, senis secum Missoris scripta detulerunt, dignentur edicere. Florentianus episcopus ecclesiæ Vicopacensis, unus ex legatis concilii Numidiæ, dixit: Tanta est benevolentiæ tuæ & tam dulcis hilaritas, tamque gravis auctoritas, ut domnum primatem nostrum nisi se nedutis imbecillitas retardaret, ipse tuis aspectibus meruisset suam præsentiam exhibere. Verumtamen quia salutari consilio omnibus consulens, hanc ei facultatem donare dignatus es, ut legationem tantummodo instructam dirigeret, cum epistolari colloquio, parvitatem nostram cognoscitur transmisisse. Quare poscimus, ut epistolæ seriem coram cunctis fratribus jubeas suscipi recitandam.

Bonifacius episcopus dixit: Recitetur epistola beatissimi senis Missoris, quæ præsentium fratrum manibus relegenda nobis offertur.

Redemptionis notarius recitavit.

*Domino beatissimo & venerabili sancto fratri & consacerdoti Bonifacio * Messor senex primæ sedis Numidiæ.*

* Qui supra Missor. Hard.

Quod tui pontificatus statutum mihimet detulit epistolaris adsertio fortioris lætitiæ muneribus cumulatus immensam altioris gratiæ laudare non desistit bonitatem, sperans mei cordis interiora talibus semper vegetare colloquiis: repedantibus quoque calamis reverentiæ vestræ persolvens omnigenæ resalutationis officia, Deum ac dominum nostrum precibus exoramus assiduis, ut tui honoris censor eam dignitatem multo melius utique faciat indiciis clarioribus promicare. Proinde tuæ sanctitatis dicta cum relegerem, primitus congratulari merui, ut ante factus sum, nuncio sospitatis; dehinc nimiis dolorum mœroribus fauciatus sum, quod fratres quosdam condidici, si tamen fratres debeant, aut rebelles potius appellari, calcatis canonum statutis, aliquanta in vestri nominis contumeliam ontulisse; & velint sui se, quod nunquam accidit, præponere prioribus

Qui-

Quidem in hoc admodum tua mansuetudinis patientiam collaudamus, quod incorruptæ caritatis gratiam tenens, ista te passus es tolerare. Nam cum noverim multa sanctæ Carthaginensi ecclesiæ privilegia fuisse concessa, cur, prout qualitas exigebat, culpam incurrentes tuo de recenti minime arbitrio vindicasti? Sed quoniam clementialis pietas temetipsum cunctis benignum ostendit, ideo superborum horrendus error invaluit, tamen ne hæc mala male, dum ne reciduntur, increscant, & sit in postmodum ingens luctamen certaminis, dum cœperit evincere temeritas adstruentes; de vitiis contumaciam competit judicari. Ob quam causam sanctos fratres consacerdotesque nostros, Firmum Tipasensem, Marianum Tullienseni, & Felicem Zactarensem a nobis dirigi præsumpsisti. Et quoniam fratrem Marianum illuc antea profectum fuisse comperimus, idcirco meliore provisione ejus loco sanctum fratrem coepiscopumque nostrum Florentianum direximus, ut numerus non minueretur dilectorum; qui cum denominatis fratribus Firmo & Felice in vestræ sanctitatis adjutorio consistentes, quidquid pro disciplinis dominicæ domus contuleris peragendum, studio impiere sagaciori festinent. Nam & venerabilem fratrem consacerdotemque nostrum Januarium, ordinatorem tuum, ibidem esse non ambigo: quem affatibus literariis adhortatus sum, ut, mea totiusque concilii vice perfunctus, cum his fratribus, quos transmittere non desiti, pro justa partis utilitatibus impiger esse non abnuat mediator. Age ergo nunc nostri decus honoris, ut ecclesiastici ordines erigantur, qui variis oppressionibus longa intercapedine temporum jacuerunt; & illos quos beatitudo vestra consuexerit antiquiores regulæ lineas velle coliquis mentibus diffugere, monitis salutaribus increpatos in rectam viam studeas retorquere. Limites namque quos patres nostri sancti Spiritus infusione repleti pro communi negotio non sine laboris instantia confixerunt, nilis nemo audeat novitatibus submovere. Si vero quisquam insaniæ stimulatus habenis bos aratare maluerit, nullatenus admittatur: & aut admonitus redeat; aut confusus tagacem sentiat disciplinam. Tuis itaque privilegiis vindica quod debetur; & redde ceteris quod te debere non nescis. Speramus enim in domino, a quo cuncta quæ videntur adversa possunt pacatius explanari, quia molimine antiqui hostis infracto ecclesiam suam concordiæ sagenis conclusam faciet pacificis vinculis colligari: ut triumphalis lætitiæ motibus congaudentes, nostrum collaudemus per omnia redemptorem. Matriculam vero hujus concilii; ne priscorum obliteretur auctoritas, demandavi. Superest ut fides circa nos reservetur archivis, atque subsequentium conciliorum superimpositione deposita nobis debita prioratus reverentia non negetur: quo universa possint, quæ a patribus dudum canonibus indita sunt, firma stabilitate servari. Et subscriptio: *Ora pro nobis beatissime sancte frater.*

Bonifacius episcopus dixit: lecta epistola gestis præsentibus adhærebit. Collaudetur dominus in operibus suis, a quo ita sancto fratri & consacerdoti meo Missori primæ sedis concilii Numidiæ revelata veritas, inspirata caritas, quasi singula verba dictavit, ut antiquam reverentiam sanctæ hujus ecclesiæ detulisset. Vere modo apparuit quantum possit in ecclesiasticis negotiis ætas omnis exacta. Sic oportuit, sic decebat scribere, eum, qui ad tanti concilii regimen meruit pervenire. Sed jam quid etiam proconsularibus vel Tripolitanis fratribus atque coepiscopis nostris scriptum fuit relegatur.

Redemptiolus notarius recitavit.

Dilectissimis fratribus & consacerdotibus Peregrino Curubitano, Venerio Carpitano, Juniano Simmenensi, Marciano Culusitano, Cresconio Binnensi, & ceteris per tractum Proconsularis provinciæ constitutis Bonifacius episcopus

HOnor hujus ecclesiæ, quem volumus apud omnes incolumem permanere, sicut semper vobis quoque præstitit ornamentum, sic adversus aliquorum temerarias assumptiones vestrum flagitat ministerium. Date operam, dilectissimi fratres, ut nonodecimo Kal. Februar. die matris vestræ secretario præsentati generali festinetis adesse tractatui, quicquid emendare volumus pia nobiscum sollicitudine diligentius audituri: ut Spiritu sancto cooperante nihil amplius relinquatur, quod superbia sibi permittatur arrogare, vel nos necesse sit sustinere. Et subscriptio: *Opto fratres domino vivatis, nostri minime immemores. Data* III. *Kal. Januarii anno* II. Similis Tripolitanis episcopis.

Et post recitationem, Januarius episcopus ecclesiæ Masculitanæ legatus concilii Numidiæ dixit: Admonitionem tuæ sanctitatis lecta pagina publicavit, qua de re satis congruit rationi quæ concordat, ut condiscamus, si hi qui commoniti sunt obedientiam præbuerunt. *Universi episcopi concilii Proconsularis, qui præsentes fuerunt, sed etiam & Vicentius Gerbitanus & Gallus Tacapitanus provinciæ Tripolitanæ dixerunt:* Ad testimonium obedientiæ nostræ sufficit, quantum arbitramur, nostra præsentia.

Bonifacius episcopus dixit: Gaudeo & congratulor, sicut dixit apostolus, in omnibus vobis, quorum corda possidens caritas generali fecit interesse conventui. Nam & sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Secundum episcopum ecclesiæ Minensis concilii Cæsariensis in communi collatione nobiscum residere conspicimus: ut quamvis dura belli necessitas alios evocare prohibuerit, auctoritatem tamen sui concilii solus obtineat. Fratrem vero coepiscopumque nostrum Optatum Sitifensem hic nobiscum fuisse, nullus est qui ignoret: quem etsi reddidit præceptio regalis absentem, confidimus tamen, quia definitionibus nostris, cum cognoverit, præbebit assensum. Valde autem miror, & adhuc incerta mecum suspicione perpendo, cur frater consacerdosque noster Liberatus, quem scriptis semel & secundo destinatis ad hunc diem, quatuor aut ut multum quinque comitantibus fratribus suaseramus occurrere, vel distulerit, vel omnino venire noluerit. De quo qualis debeat ab hoc glorioso cœtu æstimatio nunc haberi, prosecutione universorum desideramus audire. *Episcopi dixerunt:* Serva beatissime pater patientiam, quam reservaverunt semper hujus sedis antistites: expectetur adhuc, sicut prisca consuetudo demonstrat, memorati fratris adventus: qui si etiam crastino minime cognoscitur suam adhibere præsentiam, de tanto inobedientiæ vitio erit cum tua beatitudine postmodum pertractandum.

Felix episcopus ecclesiæ Zactarensis, legatus concilii Numidiæ dixit: Innumeras Deo domino gratiarum referimus actiones, quod concessa exoptati temporis libertate te beatissime papa Bonifaci, post discrimina exitialia, quibus perstri-

strictim episcopalis honor subjacebat arctatus, promotionibus summis pertribuit huic sanctæ sedi Carthaginensis ecclesiæ sacerdotem; cujus exercitationis instantia pontificalem numerum qui perierat renovaret, & quicquid in ecclesiastici ordinis ministerio collapsum fuerat repararet: In hoc namque divini muneris beneficio exultat cœlum, & totus triumphat orbis; quia per te Christus sibi consecravit antistites, & ministros instituit. Universalis igitur concilii synodo habens juris antiqui licentiam, me cum ceteris adesse censuisti, præcipue sacerdotum. Parui junior majoris imperio; debitam monitus exhibui servitutem: & retractatis circa me tuæ honorificentiæ privilegiis, viator præcucurri festinus, donec aulam divini nominis, in qua insulatus sacerdos præsides, & primus palmatus irradias, religiosa mente ingrediens, beatitudinis tuæ fuissem conspectibus * præstolatus. Quamobrem extremus ego ipse in tanto subsistens gremio sanctitatis, precor tuæ patientiæ bonitatem, ut legum institutio paternarum, quam noviter constat esse * sanctam, inculcetur mentibus singulorum: ut & doctor servet quod antea didicit; & minus instructus discat scire quod noscit. Tunc etenim tyronum proles spiritualibus doctrinis imbuta percrescet, dum veteroso tramitis forma sub tanti cætus examine luciflua demonstrata ratione claruerit. Tuæ igitur beatitudinis innocuam expecto caritatem, & Africanarum provinciarum concilia qualiter sint paternis institutionibus ordinata, his gestis apertius demonstretur; & in propatulo qui post te sit alteris primus, non differas sanctis interlocutionibus publicare: ut superbientis odiosa temeritas evicta dictis veracibus compescatur; juniores majoribus deferenda obsequia præstent; & intra sui ordinis metas disciplinæ fræno se cognoscant esse constrictos: ne ruinæ fœditatibus canones obscurentur, dum minime quæ in eis præcepta sunt * reservantur.

* Forte præstatus Hard.

* forte sanctiorem.

* Forte, observantur. Hard.

Bonifacius episcopus dixit: Prosecutionem fratris coepiscopi mei Felicis legati concilii Numidiæ diligenter adverti: Justa eum postulare omnis mecum sine dubio fraternitas sentit. Ordo ergo provinciarum requisitus ex canonibus recitetur.

Agilejus diaconus recitavit.

* Tom. III. p. 116.

* al. Maii.

* *Gloriosissimo imperatore Honorio Augusto* XII. *cons. Kalend.* * *Majas Carthagine in secretario basilicæ Fausti. Cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, astantibus diaconis, placuit omnibus episcopis, quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, inter alia quæ gesta sunt, Ne diutius universi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo concilio judices ternos de singulis provinciis eligi. Electi sunt de provincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de provincia Numidia, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de provincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Jucundus & Æmilianus: de Mauritania Sitifensi, Severianus, Asbaticus, Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus est missus; Qui omnes cum sancto sene Aurelio universa cognoscant: a quo petiit universum concilium, ut cunctis sive gestis quæ consessu jam sunt, sive epistolis ipse subscribat.* Et post recitationem Bonifacius episcopus dixit. Ex paternis definitionibus evidenti veritate colligimus, proconsulatem provinciam Numidiæ, Numidiam vero Byzacenæ vel ceteris antelatam. Quisquis ergo perturbare statutum ordinem quandoquemque tentaverit, honoris sui judicabitur pati jacturam. Sed quatenus nisi corde mundato difficilius veritas invenitur, fide autem corda mundantur; fidem primitus, quam fideliter prædicamus, fidelissima confessione pandamus. Hæc est autem vera & catholica fides, quam Nicæno concilio a trecentis octodecim convenientibus episcopis, sancto spiritu revelante conscriptam per universum mundum, quacumque diffunditur, universa suscipit ecclesia. Hæc si placet huic sancto cœtui, recitetur. Episcopi dixerunt: *Placet, placet.* Agilejus diaconus ex codice canonum recitavit: *Exemplum concilii Nicæni, de græco in latinum translati, quod transmisit Atticus episcopus ecclesiæ Constantinopolitanæ per Innocentium presbyterum.*

Codex Can. Eccl. Afric. cap. 123

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium creatorem, & in unum dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est de substantia patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non creatum, unius substantiæ cum patre, quod Græci dicunt homousion, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cœlo sunt, sive quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est; homo factus, passus est, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos etiam, qui dicunt, erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat; & quia ex nullis extantibus factus, vel ex alia substantia: dicentes mutabilem & convertibilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Cumque recitaret, Bonifacius episcopus dixit: Fides Nicæno concilio lecta actis indatur. Superest ut hanc nos sequi subscriptionibus propriis ostendamus. *Januarius episcopus Masculitanus dixit:* Quamvis universos de salute sua cogitantes fides, quæ nunc publice recitata personuit, minime lateat; tamen quia propter nuper ordinatos etiam quæ sunt nota salubriter intimantur, singulorum subscriptionibus eam roborari vestra beatitudo præcepit: non ut firmitatem modo, quam provisione salvatoris ante multos annos accepit, accipiat; sed ut in eorum cordibus inhæreat, quorum manibus quasi quoddam testimonii genus perenniter observanda susceperit. *Ab universis episcopis dictum est:* Hæc est fides quam discimus, & docemus: cui quisquis reluctaverit, aut subscribere devitaverit, ipse se catholicum negat. Unde jam pro benevolentia animi tui ampliorem fiduciam gerentes, beneficium nobis alterum præstari deposcimus. Ecclesiasticas definitiones, quas instructioni nuper promotorum necessarias tua judicat providentia, in communem notitiam debere perferri suggerimus. Satis enim consequens est, ut qui rectæ credulitatis regulam sumpsimus, disciplinæ quoque ecclesiasticæ instituta noscamus; ne a recta credulitate observatio inordinata discordet: cum oporteat fidem moribus decorari; ne sit quispiam religionis integerrimus prædicator, nisi mandatorum fuerit diligentissimus observator.

Bonifacius episcopus dixit. Ad profectum pertinet scientiæ semper quærere augmenta doctrinæ: merito quoniam sanctissimæ voluntati respon-

respondere celeriter decet, proferantur ex scrinio hujus ecclesiæ antiquorum patrum venerabilia constituta: recitetur quid vetustas observandum posteris dereliquerit: audiant qui custodiunt, quod se custodisse gratulentur; audiant qui transgrediuntur, quod de reliquo custodire dignentur.

Agilejus diaconus ex libro canonum recitavit.

Niceno concilio inter alia ad locum. Ut clerici de civitate ad civitatem non transeant.

Concilio Grati episcopi inter alia ad locum: Contra superbos & contumaces.

Elpidiphorus episcopus Cuculitanus provinciæ Numidiæ dixit: Statuat sanctitas vestra, ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur; qui minores majoribus irrogaverint injuriae, ut metum habeant disciplinæ.

Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem mandat; sed diaboli, qui superbiæ inventor & princeps est. Unde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, qui arguetur; si presbyter, a sex; si episcopus, a duodecim ex sacerdotibus audiatur. Universi dixerunt: Contundi debet contumacia, & superbia in omnibus frangi; causæ vero pro personis ab statuto numero audiantur.

Item recitavit: Ex libro canonum temporibus sancti Aurelii concilio tertio, inter alia ad locum.

Ut ante XXV. annos ætatis nec clerici ordinentur, nec virgines consecrentur.

Eodem concilio. *Ut ordinatis episcopis & clericis prius conciliorum placita inculcentur.*

Ubi supra. *Ut per dies solemnissimos paschæ sacramentum catechumenis non immutetur.*

Ubi supra. *Ut cadaveribus eucharistia non detur.*

Ubi supra. *Ut mortui non baptizentur.*

Ubi supra. *Ut episcopi & clerici, si apud judices publicos non provocati causas egerint, in criminali, honorem; in civili, rem quam vicerint, amittant.*

Ubi supra. *Ut gentilibus & hæreticis filia episcoporum & clericorum non nubant.*

Ubi supra. *Ut episcopi & clerici nisi catholicis res suas non dimittant.*

Ubi supra. *Ut episcopi & clerici non sint conductores privatorum, nec turpi lucro victum quæsant.*

Ubi supra. *Ut nullus ordinetur, nisi suos omnes fecerit Christianos catholicos.*

Ubi supra. *Ut nullus ordinetur, nisi probatus episcopi examine, vel plebis testimonio.*

Ubi supra. *Ut nemo in precibus Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet; sed ad Patrem semper dirigatur intentio: & ipsæ preces cum prudentioribus disputentur.*

Ubi supra. *Ut nullus recipiat nisi quod commendaverit.*

Ubi supra. *Ut nihil in sacramentis offeratur, nisi panis & vinum aquæ mixtum: primitiæ vero, vel mel & lac propriam precem habeant, nec amplius offeratur quam de vivis & frumentis.*

Ubi supra. *Ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps vel summus sacerdos.*

Ubi supra. *Ut sacramenta, excepta quinta feria paschæ, nisi a jejunis non celebrentur.*

Ubi supra. *Ut ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizentur.*

Ubi supra. *Ut presbyter inconsulto episcopo virgines non consignet, & numquam chrisma conficiat.*

Ubi supra. *Ut clerici sine causa in aliena civitate non immorentur.*

Ubi supra. *Ut nihil in ecclesia præter canonem legatur; & die solemni martyrum passiones.*

Ubi supra. *Ut si quis episcopus rebellis forte fuerit, nec conventus concilio voluerit interesse, & diœcesis amittat, & propria.*

Ubi supra. *Ut nullus clericum alienum usurpet.*

Ubi supra. *Ut diœcesis quæ episcopos accepit, diœcesis sibi alias non vindicet.*

Concilio sexto. Ubi supra. *Ut res ecclesiæ nemo vendat.* Codex Can. 36

Ubi supra. *Ne relicta principali cathedra ad diœcesim se conferat, vel diu in propriis demoretur.* Codex Can. 71

Ubi supra. *Ut parvuli, quotiens non inveniuntur testes, qui eos baptizatos certissime sciant, absque ullo scrupulo baptizentur.* Codex Can. 72

Ubi supra. *Ut interventores cathedras in eisdem plebibus non sedeant.*

Ubi supra. *Ut intra annum episcopum provideant, aut alius interventor detur.* Cod. Can. 81

Ubi supra. *Ut rebaptizati non ordinentur.*

Ubi supra. *Ut si hæredes extraneos, vel hæreticos aut paganos consanguineos ecclesiæ præmiserit, post mortem anathema sit; & ejus nomen inter episcopos non recitetur, etiamsi intestatus decesserit: quia factus episcopus rem propriam debuit ordinare.* Cod. Can. 72.

Ubi supra. *Ut nulla memoria martyrum acceptetur, nisi ubi corpus, aut reliquiæ, aut origo alicujus habitationis fideliter traditur.* Cod. Can. 85

Concilio septimo. *Ut quæ in Hipponensi concilio, vel Carthagine statuta sunt, etiam hoc concilio confirmentur.* Cod. Can. 86

Ubi supra. *Ut nullus episcoporum se prioribus anteponat.* Ibidem.

Concilio decimo. *Ut episcopi ad transmarina pergere non facile debeant.*

Concilio undecimo. *Ut preces altaris, quæ probatæ fuerint in concilio, ipsæ ab omnibus episcopis dicantur.*

Ubi supra. *Ut quicumque ab imperatore recognitionem judicii publici, & non episcopalem petierit, honore privetur.*

Ubi supra. *Qui in Africa non communicat, si ausus fuerit in transmarinis, damnetur.*

Concilio sextodecimo. *Ad transmarina qui putaverit appellandum a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Cod. Can. 105.

Concilio vigesimo. *Ut nullus ad transmarina audeat appellare.*

Quibus recitatis episcopi dixerunt: Quid generali definitione patres nostri constituerint, diligenter advertimus, huic etiam sanctæ sedi quid speciali honorificentia detulerint, intimari palam omnibus poscimus: ut reverentiam tantæ urbis antistiti jure debitam utrum cuncti voluntaria devotione persolvant, an negantes compelli deceat ad solvendum, necessaria inquisitione tractemus. Nam profecto licet gratis paternitas tua fratres suos diligere dignetur, studiisque humilitatis delectetur se communem suis filiis exhibere; nobis tamen convenit, quod antiquitas constituit, multo amplius & instantius exhibere.

Bonifacius episcopus dixit. Deus occultorum cognitor & mentium testis, quantum circa singulos affabilitet cupiam vivere, solus agnoscit. Sed quoniam privilegia propter hujus ecclesiæ digni

dignitatem custodiendam, me necesse est custodita pacis caritate a consacerdotibus meis exigere; recitetur ex volumine canonum, quid ecclesia Carthaginensis, quæ est omnium in Africanis regionibus prima, meruit.

Ex Niceno concilio, inter alia ad locum, Confirmationem eorum quæ fiunt dandam unusquisque suæ provinciæ metropolitano.

De præcipuis hominibus, qui majores ecclesias gubernantibus episcopi constituti sunt. Antiqui mores obtineant, qui apud Ægyptum sunt, ut Alexandriæ episcopus omnium habeat potestatem; quia & urbis Romæ episcopis hoc solitum est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris provinciis privilegia servent ecclesiæ.

Item recitavit: *Concilio sexto sancti Aurelii inter alia ad locum.*

Ab universis episcopis dictum est; ut si quæ literæ dictandæ in concilio placuerint, venerandus episcopus, qui huic sedi præsidet, omnium nomine dictare & subscribere dignetur.

Item recitavit: *Inter alia ad locum, concilio nono.*

Placuit etiam petitum omnium episcoporum, ut epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua subscribat.

Item recitavit: *Ex concilio decimonono inter alia ad locum.*

Placuit ut primates diversarum provinciarum nomina episcoporum sive decedentium, sive in eorum locum succedentium, ad ecclesiam Carthaginensem mittant.

Item recitavit: *Concilio tertio inter alia ad locum.*

Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Contigit nonnunquam, ut postulentur ab ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a quilibet ecclesia postuletur. Sed forte in hodiernum non reluctati sunt; & ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati; quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere. Justum est ergo ut quemlibet consacerdotum convenimus cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus. Sin vero indevotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis fratres, sollicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit. Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesiæ ordinaret episcopos. Epigonus episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem; minus enim præsumis frater, cum te bonum & clementem omnibus reddis: habens enim hoc in arbitrio satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quod licet huic sedi, vindicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Unde tibi non potestatem damus; sed tua adsignamus ut liceat voluntati, & semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & unde voles. Postumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, numquid debet illi unus ipse presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi possint constitui: Unus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter si episcopatui necessarium quis habuerit presbyterum, & unum, ut dixisti, frater habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alios abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesiæ alteri subveneris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

B Concilio Hipponensi. *Cæcilianus & Theodorus episcopi inter alia dixerunt: Hoc etiam rogamus sinceritatem vestram, ne ultra aliquis error oriatur in civitate Sitifensi, deinceps de sede Carthaginensis ecclesiæ statutis diversarum provinciarum primæ sedis episcopos literis convenisi, ut sciant qua die sanctum pascha debeant celebrare: qui possint etiam & fratres nostri in Mauritania Cæsariensi positi ex nobis similiter instrui; ut ab omnibus uno tenore dies paschæ celebretur. Legatione fungimur, salva sanctitate vestra ore omnium loquimur, ne in aliqua culpa cum Numidis inveniamur. Aurelius episcopus dixit: * Sicut suggesit sanctitas vestra glorioso huic cœtui placet, ab omnibus confirmetur. Universi episcopi dixerunt:*

C *Omnibus placet, ut a sede Carthaginensi de die sancto paschæ diversarum provinciarum primæ sedis episcopi literis informentur.*

Item in eodem concilio. *Cæcilianus & Honoratus episcopi dixerunt: Carthaginensem ecclesiam cognoscimus favente divinitate habere primæ sedis episcopum omnium provinciarum Africanarum. Hoc desideramus, ut in provincia nostra consequatur se ordo, ut primæ sedis episcopum habeamus. Specialiter de concilio electum, de quo necesse est eligatur. Unde profitemur in conscientiam ecclesiæ Carthaginensis perferre, quandocumque voluerimus habere primæ sedis episcopum. Ita ut cum primæ sedis episcopus de corpore recesserit,*

D *qui in ejus locum succedat, ad ecclesiam Carthaginis mittat, & eum instituat, ut fiat primæ sedis episcopus. Et si qua de eadem ecclesia Carthaginensi nuncianda sunt ad provinciam Mauritaniam, causa regula & disciplinæ, hoc profitemur episcopum Sitifensem debere conveniri, per quem omnes episcopi in Mauritania constituti possint informari. Aurelius episcopus dixit: Ut ecclesia Carthaginensis de constituendis primæ sedis episcopis consultetur, impedimento nulli esse posse mecum pariter cognoscit sanctitas vestra. Nunc igitur ut Mauritania habeat primæ sedis episcopum, si placet, a nobis omnibus confirmetur. Epigonus episcopus dixit: Numidia consulatur, ut accipiat & prosecutionem*

E *legationis Maurorum: quod ipsum si placuerit habeat. Megalius episcopus dixit: Ad compendium venit illa provisio, ut & voluntatibus satisfiat, & se provincia teneant, responsuris tamen primæ sedis episcopis cunctarum provinciarum ad ecclesiam Carthaginensem, in quocumque usus emergerit. Cæcilianus & Honoratus episcopi dixerunt: Sanctitas tua prosecuta est, ut omnium præsentium fratrum responsio teneatur. Illud oramus ut quod favente Deo inchoatum est, hoc ad finem deducas præcipias: ceterarum provinciarum desideramus episcopos huic rei adsensum commodare. Ab universis episcopis dictum est: Placet, placet: quod petierunt justum est. Concedatur ut singulæ pro-*

vinciæ habeant primæ sedis episcopos. Bona suggestio omnibus placet, sub eo tamen, ut in quocumque usus exegerit, respondeatur ecclesiæ Carthaginensi a primæ sedis episcopis, salva reverentia ejusdem ecclesiæ. Quandocumque autem habere voluerit quæcumque provincia primæ sedis episcopos, instruat primatus ecclesiam Carthaginensem, & sic quod desiderat faciat.

Et cum recitaret. episcopi dixerunt. Ineffabiles gratias agimus Deo, qui paternos sensus dono gratiæ spiritualis illuminans, hanc in animo beatitudinis tuæ sollicitudinem generavit, ut pro rudibus informandis universas patrum definitiones in notitiam nostram pervenire jussisses. Magna hæc & vere multo tempore utilis futura provisio, quam subscriptione singulorum confirmari cupientes, manu propria nos consensisse profitemur.

Bonifacius episcopus dixit: Quoniam diei pars major exempta conspicitur, reliqua, si placet, in crastinum differantur: ut refectis corporibus ad discutiendas ceteras quæstiones vigor animi reparetur. Nunc interim quicquid pro ecclesiarum generali utilitate recitatum est, & memoriæ singulorum diligenti inculcatione penitus mandatum, ad perennem firmitatem propria, sicut ipsi quoque postulastis, subscriptione firmemus.

Episcopi dixerunt: Fiat, fiat.

SUBSCRIPTIONES.

Bonifacius episcopus plebis Carthaginensis his placitis in concilio definitis, a cunctis nobis custodiendis subscripsi.

Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

Januarius episcopus plebis Vegeselitanæ provinciæ Numidiæ his placitis in concilio definitis, a cunctis nobis custodiendis pro me & pro sancto Januario Masculitanæ memoratæ provinciæ, eo quod merito senectutis subscribere non potuit, subscripsi.

Florentianus episcopus plebis Vicopacatensis legatus provinciæ Numidiæ.

Firmus episcopus plebis Tipasensis legatus provinciæ Numidiæ.

Marianus episcopus Municipii Tullensis legatus provinciæ Numidiæ.

Felix episcopus ecclesiæ Zactarensis legatus provinciæ Numidiæ.

Vincentius episcopus plebis Gervitanæ legatus provinciæ Tripolitanæ.

Secundinus episcopus plebis Minensis provinciæ Mauritaniæ.

Peregrinus episcopus plebis Curubitanæ, provinciæ Proconsularis.

Venerius episcopus plebis Carpitanæ, provinciæ consularis.

Junianus episcopus plebis Siminensis.

Mustulus episcopus plebis Uzalensis.

Palmatius episcopus plebis Hipponensis.

Faustinianus episcopus Uticensis.

Florentius episcopus plebis Lamsortensis.

Pontius episcopus plebis Lamsuensis.

Columbus episcopus plebis Naraccatensis.

Gajus episcopus plebis Tacapitanæ, legatus provinciæ Tripolitanæ.

Marcianus episcopus plebis Culusitanæ.

Cresconius episcopus Bineensis.

Victor episcopus plebis Laodensis

Numidius episcopus plebis Maxulitanæ.

Joannes episcopus plebis Neapolitanæ.

Patronianus episcopus plebis Senemsalensis

Servus Dei episcopus plebis Missuensis.

Segetius episcopus plebis Mullitanæ.

Æmilianus episcopus plebis Araditanæ.

Fortunatus episcopus plebis Puppitanæ.

Avus episcopus plebis Horreensis.

Victorinus episcopus plebis Nagargaritanæ.

Restitutus episcopus plebis Timedensium regiorum.

Vitulus episcopus plebis Larensis.

Felicissimus episcopus plebis *Sedelensis, qui Utinensis.

Reparatus episcopus plebis Tabursicuburensis

Reparatus episcopus plebis Abitiensis.

Saturus episcopus plebis Abtungnensis.

Sementius episcopus plebis Uzipparensis.

Restitutus episcopus plebis Vallitanæ.

Crescionius episcopus plebis Simingitanæ.

Simeon episcopus plebis Furnitanæ.

Paschasius episcopus plebis Membressitanæ.

Constantius episcopus plebis Cerbalitanæ.

Sabinianus episcopus plebis Gummenartarum.

Restitutus episcopus plebis Sebargensis.

Restitutus episcopus plebis Viltensis.

Placidus episcopus plebis Mizigitanæ.

Crescens episcopus plebis Clipiensis.

Gaudiosus episcopus plebis Pupianensis.

Porphyrius episcopus plebis * Eullensis.

Servus Dei episcopus plebis Honoriopoli.

Quod vult Deus episcopus plebis Bullamensis.

Felix episcopus plebis Vicoturrensis.

Octavianus episcopus plebis Tuzudrumes.

Florentinus episcopus plebis Tisilensis.

Redemptus episcopus plebis Gisipensis.

Restitutus episcopus plebis Cilibiensis.

Ruffinus episcopus plebis Tatiæmontanæ.

Optatus episcopus plebis Tonnonensis.

Donatus episcopus plebis Gerbitanæ.

* Pro, Bulensis. Hard.

Concilii sub sancto Bonifacio episcopo Carthaginensis ecclesiæ celebrati acta pridiei finiunt.

INCIPIT DIES SECUNDA.

ANno secundo gloriosissimi regis Hilderici, [1] die nona Idus Februarias Carthagine in secretario basilicæ sancti martyris Agilei, cum Bonifacius episcopus ecclesiæ Carthaginensis cum coepiscopis suis divertarum provinciarum Africanarum, quorum nomina subscriptiones ostendunt, consedisset, adstantibus diaconis Bonifacius episcopus dixit: [2] Post hesterni diei disputationem, quæ nos pene usque ad vesperum detinuit occupatos, quia jam nihil arbitror superesse quod de generali ecclesiarum utilitate tractemus, si quæ sunt specialiter discutienda, singulorum suggestio manifestet; ne vel privata commoditas videatur omissa. *Gaudiosus diaconus regionis quintæ dixit:* Petrus abbas cum aliquantis senioribus monasterii sui pro foribus observans rogat se tua beatitudinis & sanctissimi cœtus præsentari judicio. *Bonifacius episcopus dixit:* Ingrediantur.

Qui-

1 Scriptum fuisse videtur, VIII. *Idus*, lectum vero præposterè, VIIII. *Idus*: ridiculè. Nam sunt Idus octo tantum. *Harduinus.*

2 Post Nonas scilicet, ut dicitur Actione prima. *Harduinus.*

Quibus ingressis Bonifacius episcopus dixit: Quæ vos causa ad concilium compulit convenire? *Petrus abbas cum præsentibus monachis fratribus suis dixit*: Offerimus libellum, cujus series recitata vim doloris nostri melius proloquitur.

Bonifacius episcopus dixit: Susceptum quod ingeritur percurratur: & cum tradidisset; *Redemptiolus notarius recitavit*.

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione ejus.

Rogamus, beatissime & apostolica dignitate prædite, Christi venerande pontifex, Bonifaci episcope, & omnes sancti sacerdotes, qui nunc adesse videmini, ut suggestionem nostram intente adverti præcipias. Diu ad strepitus publicos interrupta quiete pervenire noluimus. Diu infra monasterii latebras solis fletibus occupari voluimus, & amica pœnitentibus studuimus servare silentia. Vicit modo verecundiam dolor, ac privata necessitas generale propositum conturbavit. Ex quo enim desiderii paginam voluntaria devotione conscribentes huic venerabili sedi libertatem monasterii nostri commisimus vindicandam, nova subito sanctissimi sacerdotes adversum nos exsurrexit tempestas invidiæ. Sanctus quippe Liberatus episcopus primæ sedis provinciæ Byzacenæ congregationibus sacerdotum sæpe collectis, in perniciem nostram multa, & multipliciter machinatur: dum in nobis quasi quamdam materiem suæ assumptionis inveniens, post audientiæ præfixum diem, post pacificæ disputationis facultatem datam atque concessam, monasterium nostrum gravi excommunicatione percutere voluisset. Absit enim ut percussisse dicamus; scientes nos sub vestro velamine constitutos nullis posse jaculis quosumlibet consiliorum penetrabiles deferi. Succurrite igitur tandem aliquando, & a nostris cervicibus jugum quod neque nobis, neque patribus nostris quisquam superponere aliquando tentavit, excutite. Nihil contra fidem, neque contra bonos admisimus mores. Quia si discutiatur ratio, licet liberis quocumque voluerint pertinere: si consideretur auctoritas, nulla adversum nos antiquorum patrum definitio profertur: si quærantur exempla, multos ante fecisse irreprehensibiliter docemus quidquid modo fecisse culpamur. Ceterum quod a proprio subdiacono monasterium sicut audivimus, dicunt esse fundatum; quid præjudicat olim mortui persona viventibus? quando etiamsi conditionem clericatus alicui debuit, conditio cum persona defecit. An fortasse dominus fuit? aut sic congregationi fratrum præfuit, ut aliquid sibi proprium vindicaret? quem cœnobialis regulæ * non ignorari dispensationem tantummodo dicimus habuisse. Neque ideo nos eum quia subdiaconus, sed propterea quia monachus fuit, abbatem habuimus. Unde etsi forsitan alicui episcopo aliquando subdiaconus, nobis tamen monachus fuit, nec nos hæredes honoris ecclesiastici, quem eum habuisse nescimus, sed sanctissimæ professionis extitimus. Proinde lacrymabiliter obsecramus, nihil novum fiat in nobis, quia nihil novum factum docetur a nobis. Illuc ne opprimeretur confugimus, ubi solent etiam clerici, si se opprimi viderint, appellare. Cur per dies singulos inauditis minis ab spiritali intentione deponimur? Cur ecclesiæ simplex prohibetur accessus? Cur etiam in ecclesiis positi imprudenter jubemur foras a sacerdotibus pelli? Cur etiam hospitalitas quam semper exhibuimus, denegatur? Timent salutare qui diligunt. mutus Dei servus viator occurrit: benedictionem nobis transeuntibus nemo audet accipere. Satisfiat tandem aliquando pietati. Nos de conscientia nostra securitatem plenissimam gerimus. Vos sciatis, qualem de tribulationibus nostris rationem Deo nostro reddatis: aut nos qualiter priori securitate confirmata, nostræ libertati restituatis. Quam consecuti, Deo & vestræ beatitudini uberes referamus gratias. *Et subscripserunt*.

Ego Petrus abbas hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Octavianus diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Felix diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Fortunatus presbyter hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Renatus hunc libellum nostrum subscripsi. Et ceteri.

Quo recitato Bonifacius episcopus dixit: Recitatum libellum acta suscipient. Proinde cognovit sinceritas vestra, fratrem confacerdotemque nostrum Liberatum de levissimis rebus grave jurgium suscitare, captaque unius injustissime querelæ occasione, privilegia hujus sanctæ ecclesiæ moliri subtrahere: dum procaci contentione turbans ordinem caritatis, putat publicis contentionibus studendum. Nec invidiæ flammam timens accendere adversum servos Dei, quibus nihil est commune cum sæculo, congregationes pontificum, sicut pariter audivimus, frequenter adducens, & quotidianis minis Christi famulos inquietans; ut mutata vice quos nec generalis ecclesiarum gravatio molestavit, pax ecclesiastica videatur affligere. Relegantur itaque singula, quæ in hoc negotio per alternas epistolas acta sunt: quo facilius universa fraternitas revelante intrinsecus domino quid pacifice definire oporteat, cum auctoritate, & veritate disponat. *Januarius episcopus ecclesiæ Vegezelitanæ provinciæ Numidiæ dixit*. Dolemus satis audientes quia reverentiam sanctæ huic sedi debitam frater confacerdosque noster Liberatus audet in aliquo denegare. Miramur quæ sic tanta pernicies repente surrexerit, quæ compelleret monasteriorum turbari silentia. Poscimus igitur ut secundum beatitudinis tuæ præceptum cuncta nobis legi censeas. Quibus diligenter consideratis, causa tanti jurgii penitus abscindatur: & hoc omnes tuæ gloriæ exhibeamus, quod antiquitas prædecessoribus tuis detulisse evidenter ostenditur. *Episcopi, dixerunt*: Hæc etiam nostra postulatio. Fiat omnibus notum quicquid in hac causa dignoscitur gestum, ne remanere aliquid permittatur incertum. *Bonifacius episcopus dixit*: Fiat quod hæc congregatio sacerdotum justissime flagitat. Proferantur ex archivo hujus ecclesiæ scripta quæ direximus, & rescripta quæ sumpsimus, vel quæcumque ad præsentis negotii pertinent firmitatem. *Redemptiolus notarius ex volumine chartarum recitavit*.

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione ejus.

Rogamus, domine beatissime & apostolica dignitate prædite, Christi venerande pontifex

* Lege, non ignorari. Mard.

tifex Bonifaci, nobis aurem placidam inclinare digneris. Quoniam vos & in tribulationibus adjutores, & in solicitudinibus nostris consolatores nobis Deus præposuit, ut non solum vestro suffragio in tentationibus adjuvemur, verum etiam vestro consilio in quibusque dubiis confirmemur. Propterea tui apostolatus orationibus nos commendantes poscimus, ut nostrum monasterium facias tuæ beatitudinis regimini subjacere. In absentia enim sacerdotis Carthaginensis ecclesiæ de proximo Bonifacium Gratianensem sanctum episcopum primæ sedis provinciæ Byzacenæ petiimus, ut quamdiu huic sanctæ ecclesiæ Carthaginensi rectorem dominum concessisset, nobis qui divina ministeria celebrarent, ordinaret. Quod & factum est: ita tamen, ut defuncto primate, non successor plebis illius aliquam in nobis haberet licentiam, sicut est moris in subditis. Sed neque plebi nos vicinæ aliquando subjecimus, aut episcopis vicinis, aut interventori ecclesiæ, quæ proxima est nobis; Expectantes ut diximus, sanctæ hujus ecclesiæ Carthaginensis libertatem. Nunc autem quoniam divina misericordia dignum te nobis donavit episcopum, supplices exoramus, ut vota, vel subscriptiones nostras suscipi jubeas, atque congregationem nostram, sicut credimus & speramus, fovere, & consolari digneris. ut tantæ sedis, quæ primatum totius Africanæ ecclesiæ tenere cognoscitur, defensione muniti creatori nostro domino laudes debitas referamus. Hunc enim libellum, sive a me, sive ab omni congregatione subscriptum, reverentiæ tuæ offerimus, petentes ut eum a nobis suscipere jubeas, & chartis ecclesiæ sociare, acturi Deo, & apostolatui tuo uberes gratias. *Et subscripserunt*. Ego Petrus abbas huic libello nostro in omnibus quæ superius continentur relegi, consensi, & subscripsi. Ego Fortunatus presbyter monasterii huic libello nostro in omnibus quæ superius continentur relegi, consensi, & subscripsi, & fratribus subscribendum tradidi. Ego Victor senior monasterii subscripsi. Ego Vincentius senior monasterii subscripsi. Ego Gentius senior monasterii subscripsi.

Et item recitavit.

Domino sancto, ac beatissimo, nimiumque suspiciendo, merito venerabili fratri, ac consacerdoti Bonifacio, Liberatus cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in Juncensi concilio adfuimus, in domino æternam salutem.

VEneranter excepi tuæ sanctitatis epistolam, &c. *Ut supra pag. 633.*

Accepta Idibus Decembris anno primo.

POst recitationem hujus epistolæ memorati episcopi verbo quæ mandata sunt dixerunt; Id est de Safisense plebe, Umbrianense, & Villaminorense: & ut Vincentius episcopus Girvitanus provinciæ Tripolitanæ plebes, quas Tamallumensibus invasisse videtur, admoneatur ut restituat; & ut in proœmio epistolarum aliquid honorificentiæ addatur, & de monasterio Petri abbatis. Ad quæ omnia sic rescriptum est.

Dilectissimis, & desiderabilibus sanctis fratribus, & consacerdotibus, seni Liberato, & ceteris qui in concilio Juncensi adfuistis, Bonifacius.

ADvenientibus fratribus, consacerdotibusque nostris [1] Ponticano & Restituto, optatam gratulationem suscepi, dum relecta pagina fraternitatis vestræ de pace, & concordia eorum, de quibus ante hac scripsisse cognoscimur, lætari promerui. Proinde iisdem fratribus repedantibus necesse habui officiositatis meæ paginam dare portandam, salutans plurimum, & me cum effectu sanctitatis vestræ orationibus commendans. Creatorem nostrum, & dominum deprecor, ut hæc legentes addatis precibus, ut diebus nostris, sublatis his, quæ communes animos offendere possunt, quieta nobis omnia præstentur. Illud autem, dilectissimi & desiderabiles sancti fratres, quod sinceritas vestra per memoratos coepiscopos nostros verbo mandare dignata est, fateor valde mihi difficillimum. Neque enim poterimus statuta mutare, quæ per tot sacerdotes instinctu divino servata noscuntur. Si enim admiserimus, ea quæ antea constituta sunt in retractionem vocari, nihil in divinis, humanisque actibus, nihil in sacris, publicisque rebus obtinere ullam poterit firmitatem: dum post annorum spatia tanquam in emendationem patrum velut instructior nostra videatur mutare posteritas. Sed potius exoremus, ut manentibus his, quæ cum omni affectu a prioribus nostris custodita sunt, vel ex consuetudine descendunt, pius dominus, quæ pacis sunt, votis nostris & precibus concedere jubeat sanctorum canonum statuta servantes. Et quia constitutum est, ut ab hac sancta Carthaginensi sede diversis provinciis Africanis petentibus paschæ dies intimetur, intimamus resurrectionis dominicæ sacramentum VII. Iduum Aprilium die adfuturum fore. Quam festivitatem ut cum quiete domus Dei celebrare mereamur, assiduis precibus fraternitas tota, & omnis anima Christiana de domini clementia expetere non prætermittat. *Et subscriptio*: Opto te, frater, in domino bene valere, & mei memorem esse. Data die XVII. Kal. Januarias [1] anno primo.

Item recitavit. Quæ autem per memoratos episcopos remandata sunt, sequentia monstrant. Ad ea quæ sanctum concilium Byzacenæ provinciæ per fratres nostros verbo mandavit, decuit respondere, id est de Safisense plebe, Umbrianense, & Villaminorense, quia sunt documenta quid in tempore fuerit gestum, atque reservatis his, quæ canonum judicia continent, tempore quo oportet necesse est ostendentur.

De locis autem, de quibus frater noster Vincentius Girvitanus provinciæ Tripolitanæ impetitur, dum ad petitum eorum, qui adversus eum agunt, nobis a memorato concilio fuerit scriptum, necesse est ut illa ordinentur, quæ patrum nostrorum constitutio terminavit. De proœmio autem mutando, illa nos facere profitemur, quæ a nobis directis literis intimata sunt. De monasterio autem Petri abbatis juste

[1] Supra Ponticano Harr.

[1] Scilicet Hilderici regis, qui annus ponitur Christi 673; Vide Initium hujus sessionis: Anno secundo &c. Non est igitur annus primus Bonifacii, ut visum est Celario in Annal. Franc. tom. 3. pag. 143. & 152. *Harduinus*

justè nos fecisse, ut a * nobis ordinatio fieret, ipsa res, quæ prolata est in medium, præsentibus sanctis fratribus nostris diversarum provinciarum ostendit: ut etiam fratres nostri, qui directi sunt audierunt, & proprio ore sensum fratrum nostrorum instruere possunt.

Item recitavit.

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione.

ROgamus, beatissime & apostolica dignitate præditi Christi venerande pontifex Bonifaci episcope, ut suggestionem nostram intente advertere jubeas. Perlatum est ad nos quod S Liberatus episcopus primæ sedis provinciæ Byzacenæ, beatitudinis vestræ de nomine nostro querelam movisse videatur: & satis mirati sumus ejus sanctitatis prudentiam de nobis, qui contemptis facultatibus nostris, ut a conditione liberi efficeremur, Deo nostro servire decrevimus, mentionem facere juberet, diceretque, quod conditione Byzacenæ provinciæ teneamur obstricti, cum constet nos de diversis locis Africanis, vel de transmarinis ad hunc nostrum locum, in quo esse videmur, congregatos fuisse, & numquam alicui obnoxios * fecisse. Et cum in libertate vocati sumus, sicut apostolus dicit, cur de nobis, qui ad Deum fletibus & orationibus exclamamus, causatio fuerit facta ignoramus. Monasterium enim, in quo domino protegente esse videmur, sumptu parentum nostrorum, vel aliorum religiosorum fundatum esse firmamus, a sancto Reparato episcopo Puppianensi provinciæ Proconsularis dedicatum esse non silemus. Et quousque proprium episcopum concedente domino hæc sancta ecclesia Carthaginensis haberet sustinuimus: a quo non solum nos, verum etiam & omnes in Africa constituti fomenta quotidie accipimus. Ad quam salva libertate arbitrii nostri, quam semper Deo protegente habemus defendendam, confugium fecimus, desiderium nostrum propriis subscriptionibus roboravimus: ideoque humiles supplicamus, ut inanes querelas beatitudo vestra repellere dignetur; & currente justitia, in qua vestra semper deget beatitudo, a jugo nos clericorum, quod neque nobis, neque patribus nostris quisquam superponere aliquando tentavit, eruere digneris. Num docemus monasterium de Præcisu quod in medio plebium Leptiminensis ecclesiæ ponitur, prætermisso eodem episcopo vicino, Vico Ateriensis ecclesiæ episcopi consolationem habere, qui in longinquo positus est. Et Baccense monasterium, quod Maximianensi ecclesiæ vicinum est, ad consolationem primatis Byzacenæ provinciæ se conferre. Nam & de Adrumetino monasterio nullo modo silere possumus, qui prætermisso ejusdem civitatis episcopo de transmarinis partibus sibi semper presbyteros ordinaverunt, id est Valentinum, Epiphanium, Victorianum, & Paulum. Et cum sibi diversa monasteria, ut ostenderent libertatem suam, unicuique prout visum est, a diversis episcopis consolationem quæsierint; quomodo nobis denegari poterit, qui de hac sede sancta Carthaginensis ecclesiæ, quæ prima totius Africanæ ecclesiæ habere videtur, auxilium quæsivimus? Ob hoc obsecramus, iterumque supplices poscimus, ut desiderium nostrum nullius suggestione permittatur: ut possimus auxilio hujus sanctæ ecclesiæ muniti in congregatione qua sumus cum quiete manere. Extant enim venerabilium sanctorum patrum dicta, libertatem monasteriorum defendentium; quæ si vestra jusserit recensere beatitudo, præ manibus habentur. Ex quorum lectione cognoscant hi, qui de nomine nostro apud beatitudinem vestram talem videntur facere invidiam, quæ congregationibus monachorum fuerint a domino concessa. Acturi domino, & vestræ sanctitati maximas gratias. *Et subscripserunt.*

Ego Petrus abbas hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Fortunatus presbyter hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Octavianus diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Felix diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Renatus hunc libellum nostrum subscripsi. Et ceteri.

Sancti Augustini de moribus clericorum in secundo libro ad locum. Vobis dico, qui forte nescitis, nam vestrum plurimi sciunt, presbyterum Leporium, quamvis sæculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum, tamen jam Deo servientem, cunctis quæ habebat relictis inopem suscepi. Non quia nihil habuit, sed quia jam fecerat, quod ista lectio persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus ubi fecit. Unitas Christi, & ecclesia una est; ubicumque fit opus bonum, pertinet & ad nos, si congaudeamus. Hortus est unus, ubi nostis, ibi monasterium constituit; quia & ipsi Deo serviunt. Ille hortus ad ecclesiam non pertinet, sed nec ad ipsum. Et ad quem dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed quod verum est usque ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, ut sumpticulos, quibus sustentabantur apud se haberet, & se ut videatur impenderet. Sed ne propter hoc locus daretur hominibus suspiciones suas rodentibus, & ventrem non implentibus, hoc placuit & mihi & ipsi, ut sic se illi transigant, quasi iste jam de sæculo exierit. Numquid enim cum obierit ipse illis dispensaturus est aliquid? Melius est ut videat illos bene versantes regente Deo in disciplina Christi sic viventes, ut de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessitatibus occupetur.

Item in libro 11. de moribus clericorum. Locus etiam ubi monasterium constitutum est a memorato honorabili filio meo Eleusinio ipsi presbytero, Barnabæ donatus est antequam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia nomine ipsius donatus erat locus, mutavit instrumenta, ut nomine monasterii possideatur.

Et alia exemplaria auctoritatis sancti Bonifacii episcopi primatis provinciæ Byzacenæ.

Dilectissimis, atque in Christi gratia nominandis filiabus meis universis Dei ancillis, Bavagaliensis Bonifacius primæ sedis episcopus in domino salutem.

VEstra sanctimoniæ libellum recipiens dum intente percurrerem, attentius auscultavi quid in se contineret. Quapropter reciprocum præmittens salutationis obsequium, insinuo semper servorum Dei vel ancillarum monasteria liberum habere arbitrium a conditione omnium clericorum. Quorum priscorum patrum sequentes ritum, etiam

* f. nobis

* Vel, fecisse. Hard.

Forte perturbari vel, turbari. Hard.

Tom. 10. item div. 10.

Ibidem

iam vestrum monasterium hoc habere, & in vobis manere usque in ævum. Unde per hanc vos auctoritatem duximus commonendas, ut licentiam habeatis unde volueritis spiritalem sumere cibum, liberam in omnibus facultatem habentes. Si quis autem contra hoc salubre venire voluerit præceptum, rigorem illico sentiat ecclesiasticum. Ergo ut superius connexuimus, hanc vobis attribuimus licentiam, ut quem velitis vobis corrogetis presbyrum, qui vobis in monasterio peragat sacrosancta, & illa quæ ad normam pertinent unitatis celebranda usque in perpetuum. Etsi quis presbyterorum ibidem in monasterio divina celebraverit mysteria, ipsius primatis altario domini nomen recenseatur, ut jurgiorum semina in omnibus careant. Et subscriptio. *Deus vos in timore suo conservet quod oramus. Data sub die Kal. Maii* XXI. *gloriosissimi regis Trasamundi.*

Anno Christi 517.

Item recitavit.

Exemplar epistolæ generalis quæ ad episcopos invitandos in causa insulæ Lerinensis missa est.

Quoties membrum aliquod quodlibet infirmitatis genere laborat, fieri non potest quin ejusdem corporis etiam cetera membra condoleant. Et ideo causa quæ inter sanctum episcopum Theodorum, & Valerianum, vel Maximum item episcopos, atque abbatem Faustum, nec non & reliquos fratres insulæ Lerinensis acciderat, absque dubio omnes nos qui in Christo unum sumus, differre non possumus, nisi id agamus qualiter curetur, & abstergatur. Ad hoc itaque remediandum scandalum orationibus vestris III. *Kalendas Januarias audientiæ dies est constitutus. Rogamus ergo ut sanctitas vestra se usque Arelate fatigare dignetur; quatenus tantum malum, quod dilatione plus crescit, beatitudinis vestræ præsentia terminetur. Talis enim causa quæ tam grande scandalum genuerit, sicut atrocitate sui multos involvit ita plures qui in Christo medeantur, exposcit.*

Ad eos qui in ipsa insula sunt: *Beatitudinem vero vestram præcipue adesse convenit, quos insula ipsa velut sinu quodam genitricis fovens ad eam gratiam, quæ nunc in vobis est, domino instigante produxit.* Ad sanctum Rusticum. *Ac præcipue beatitudo vestra ut adsit primum deprecamur; quia major infirmitas necessario medicos peritissimos inquirit.*

Incipit institutio sanctorum episcoporum Ravennii, Rustici, Nestorii, Flori, Constantii, Asclepii, Maximi, Justi, Salonii, Ingenui, * Enautii, Zotici, Chrysanthi, in causa insulæ Lerinensis. *Idem.* * Vel. Quan. in. Hard.

Cum Arelate in secretario Ecclesiæ convenissemus, præmissa prece ad dominum, nullo extrinsecus arbitro interveniente resedimus, de remedio scandali quod in monasterio in insula Lerinense obortum fuerat, pertractantes. Placuit ergo nobis, sancto ut credimus Spiritu gubernante, ut omnibus quæ in querelam venerant sollicite ventilatis atque discussis, sanctus & beatissimus frater Theodorus episcopus primum exoretur a nobis, ut scandalum quod & ipse, sicut & nos, graviter dolebat exortum, differendo in tempora manere diutius non pateretur; sed potius ad recipienda satisfactionum remedia festinaret: & sanctum presbyterum Faustum abbatem supradicti monasterii, indulta, si qua illa esset, culpæ venia in pristina pace toto caritatis affectu reciperet, & ad insulam ac congregationem ipsi Deo dispensante commissam cum sua gratia, & caritate remitteret. Nec quidquam deinceps ex his quæ sibi fratrem Faustum arguebat fecisse aut verbis repeteret, aut animo retineret: quin potius collationem ut pote antiquus abbas, & episcopus ei, ut piam & necessariam perpetuo exhiberet; solatia secutura, quæ verbis dignabatur promittere, rebus ipsis, prout usus exegerit, plenissime exhiberet. Hoc tamen tantummodo sibi vindicaturus, quod decessor suus sanctæ memoriæ Leontius episcopus vindicaverat, idest ut clerici, & altaris ministri a nullo nisi ab ipso, vel cui ipso injunxerit, ordinentur: chrisma non nisi ab ipso, speretur. Neophyti si fuerint ab ipso confirmentur: peregrini clerici absque ipsius præcepto in communionem, vel ad ministerium non admittantur. Monasterii vero omnis laica multitudo ad curam abbatis pertineat; neque ex ea sibi episcopus quidquam vindicet, aut aliquem ex illa clericum, nisi abbate petente præsumat. Hoc enim & rationis, & religionis plenum est, ut clerici ad ordinationem episcopi debita subjectione respiciant; laica vero omnis monasterii congregatio ad solam, ac liberam abbatis proprii, quem sibi ipsa elegerit, ordinationem dispositionemque pertineat; regula, quæ a fundatore ipsius monasterii dudum constituta est, in omnibus custodita.

Cetera in manuscripto desiderantur. Decretum autem hujus concilii extat in alto codice Langobardico vetustissimo bibliotheca Vaticana numero 5845.

In concilio sub sancto Bonifacio episcopo apud Carthaginem.

Erunt igitur omnia omnino monasteria, sicut semper fuerunt, a conditione clericorum modis omnibus libera, sibi tantum, & Deo placentia.

ANNO CHRISTI 526.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ IV.

Ex Libro Pontificali.

* Samnita

* an. 3. m. 2. d. 13. a 24. Julii an. 523.

* Mavortii

* obiit temporibus Athalarici regis sub die 22. Octobris qui sepultus est apud beatum Petrum

Theodegis obitus quatis

Athalaricus Theodorico subrogatus.

Justinianus quando imperium adeptus.

* Felix natione * Samnius, ex patre Castorio, [b] sedit annos 4 menses 2. dies 13. * Fuit autem temporibus Theodorici regis & (a) Justiniani Augusti, a consulatu * Maburti usque ad consulatum Lampadii & Orestis, a die IV. Iduum Juliarum usque in diem IV. Idus Octobris. Hic fecit basilicam sanctorum Cosmæ & Damiani in urbe Roma, in loco qui apellatur Via sacra, juxta templum urbis Romæ. Hujus temporibus consumpta est incendio basilica sancti martyris Saturnini, via Salaria, quam a solo refecit. Qui etiam ordinatus est cum quiete, & vixit usque ad tempora, Athalarici. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Februarium & Martium: presbyteros 55. diaconos 4 episcopos per diversa loca 29. * Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli, IV. Idus Octobris. Et [c] cessavit episcopatus dies 3.

Notæ Severini Binii.

a *Felix.*) Theodoricus interfector Joannis, usurpato sibi jure temere eligendi & nominandi sedis apostolicæ episcopum: postquam hac de re quinquaginta & octo dierum interregno disceptatum esset, Felicem virum in Romano clero probatissimum nominavit: ne qua occasione sua voluntati resisti posset. Accidit ea nominatio, nominatique a toto clero facta approbatio, vigesima quarta Julii, an. domini 526. Justini imperatoris anno imperii nono, Theodorici regis 34. anno regni Italiæ. Sed absque dilatione Deus auctorem tanti sceleris Theodoricum sævum, barbarum, durumque tyrannum repentina vindicta cœlitus immissa prostravit, & post accelerátum dirum exitium ad inferos perpetuo relegavit. Accidit, inquit Procopius de bello Gothorum lib. 1. cum commari illi ministri apposuissent miræ magnitudinis piscis caput decoctum, Symmachi super occisi caput illi visum fuerit præsitis & extantibus inferiore in labro dentibus & torve intuentibus oculis furibunde sibi & acerbe comminari, qua visione territus in morbum incidere, & non longo post mortuus fuerit. Refert S. Gregorius lib. 4. dial. cap. 30. quod quidam solitarius viderit eum inter Joannem papam & Symmachum patricium, quos occiderat, discinctum & discalceatum, & vinctis manibus dejectum in Vulcani ollam jactari. Successit illi in regno Italiæ Athalaricus ex filia nepos, qui exacto a Romanis fidelitatis juramento, precibus episcoporum regnum suum stabiliri per literas expetivit. Hujus tempore S. Ephrem Antiochenæ ecclesiæ factus est episcopus. Justinus morbo senioque gravatus, cum summa æquitate & religione imperium usque ad nonum annum administrasset, consulens futuris reipublicæ commodis, cum consensu totius senatus Justinianum ex sorore nepotem imperii successorem delegit. Principio imperii Agapetus diaconus S. R. ecclesiæ scripto eum admonuit, quomodo se in administratione imperii gerere deberet. Inita cum Athalarico aliisque nationibus pace & concordia fidem catholicam edictis & sanctionibus confirmavit. De rebus ecclesiasticis leges quas promulgavit, ipsius saltem nomine Constantinopolitani episcopi ediderunt, ut major earum esset observantia: vel si quas ille sanxit, fecit illud non quod sibi mannus episcopi assumeret: sed potius ut hæreticos canonum contemptores auctoritate imperatoria coercerent. Cum ex hoc fœdere Goth. arrogantiores facti, jura ecclesiarum invadierent, & clericos passim ad laicalia tribunalia traherent, Felix pontifex una cum Romano clero de his apud ipsum regem vehementer expostulavit: qui ubi eos benigne audisset, humaniterque tractasset, ex ipsorum sententia sanctionem edidit, qua adeo nefaria & inconcessa, temereque præsumpta, fieri omnino prohibuit. Ipsa constitutio extat apud Cassiod. lib. 8. cap. 24.

Dionysius Exiguus, qui primus a nativitate Christi annos numerare cœpit, canonesque Græcorum male translatos elegantiori latinitate donavit, a secundo anno Felicis, qui est Christi 527. cyclum paschalem exposuit, eum ad 95. annorum curricula perduxit. Fragmentum illius cycli recitat Marianus Scotus in chronicis sub consulatu Mavortii anno quarto * pontificatus Felicis, qui est Christi 529. Justinianus imperator codicem de nomine suo Justinianeum appellatum, absolutum confirmavit & vulgavit. Usus est hac in re opera imprimis Triboniani hominis ethnici autique cupidissimi, apud quem justitia venalis erat. Ne miteris ergo si impios imperatores Zenonem & Anastasium sententia pontificis, concilii Constantinopolitani & Justini e catalogo imperatorum abrasos, penitusque damnatos, insigni pietatis titulo in codice nominatos reperias.

Dionysii cyclus paschalis.

* Erat Bilalus.

Quo tempore codex Justiniani compilatus, & a quo.

b *Sedit annos* 4.) Annis 4. mensibus 2. & diebus 18. fedisse, colligitur ex principio & fine pontificatus.

Quamdiu Felix sederit.

c *Cessavit episcopatus dies tres.*) Ab obitu Felicis usque ad electionem Bonifacii secundi tres dies intercesserunt, quod alicubi legitur sedes vacasse uno mense & quindecim diebus; intelligendum est de tempore illo, quando post schisma sublatum Bonifacius cognitus est ab omnibus legitimus pontifex.

Interregnum sedis.

EPISTOLA I. * FELICIS PAPÆ IV.

* Hæc & sequens epistola 20 Sedes visio laborant.

AD OMNES EPISCOPOS.

I. *Quod missarum celebratio alibi, quam in Deo dicatis locis, non debeat fieri nisi magna compulerit necessitas.*

II. *De ecclesiarum sacrationis dubitatione quid sit agendum.*

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas provincias constitutis, Felix episcopus in domino salutem.

Magno munere * misericordia Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo apostolorum successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari agnoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam (fratres) hortamur, monemus & flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, * nec a capite dissideatis, sed fidem & ordinem, quem apostoli & apostolici viri statuerunt, absque ulla hæsitatione teneatis. Nam si colum-

* S. Leo ep. 54.

* Idem ep. 83.

(a) Justini. MS. Luc. 490.

næ alicujus magnæ domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia, quæ per vos regitur, tabescit & labitur. Hæc (fratres) quæ dico valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant cavenda. Ipsa enim per se veritas ait: *Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo salietur?* Ideo (carissimi) vos moneo, quia debitor sum vobis, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, nimis sum gavisus: & e contra quando mala, nimis conturbatus. Ego vero, * quamvis a vobis per longa terrarum atque maris intervalla disiunctus sim, sum tamen omnino vobis corde conjunctus. Idque de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Unde gratias referimus illi grano sinapi, qui ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, usquequaque diffusis, ut in eis volatilia cœli * nidificent: gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in unitate conspersit: atque parvo lapidi, qui abscissus est de monte sine manibus, & occupavit universam faciem orbis terræ, qui ad hoc se usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus perficeretur ecclesiæ, atque ita ad totius compagis pertineret commodum membrorum partialis ista distinctio. Unde nos quoque a vobis non longe sumus: quia in illo, qui ubique est, unum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua fecit, ut in omni orbe terrarum unus esset grex, & unum ovile sub se uno pastore, semper memores quid nos egregius prædicator admoneat dicens: *Solicitis servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Sanctitatis vestræ scripta, quæ ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad * caput, ut inde acciperetis responsa, unde omnis ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepi, & brevitas vobis respondere curavi.

Matth. 5

* S. Greg. ep. 16. lib. 11

Matth. 13

* nidificent

Dan. 2

Joan. 10.

Ephes. 4.

* caput

I.

De ecclesiarum enim consecratione, & de Missarum celebrationibus, non alicubi quam in sacratis domino locis, absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus quibus sunt nota novi ac veteris testamenti præcepta. Tabernaculum vero Moses domino præcipiente fecisse, & sacrasse, cum mensa & altari ejus, & ceteris vasis utensilibus ad divinum cultum explendum legimus: & non solum divinis præceptis ac precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei unctione, domino jubente, perlinisse novimus. Qualiter autem hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alii, quam sacerdotes sacra unctione deliburi, dominoque cum vestibus sanctis sacrati, & Levitæ tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant, in ipsis institutionibus, quæ (domino jubente) per Moysen conscriptæ sunt, in lege domini reperitur. Qualiter ergo David regum piissimus amplificaverit cultum Dei, & templum domini ædificare voluit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, & ipse collegerat expensas, Salomonque filius ejus idipsum, quod ipse facere optaverat, jubente & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua, ad divinum cultum peragendum, consecravit, in libro Regum inter cetera legitur ita: *Ædificans* (inquit Salomon domino) *ædificavi in habitaculum tuum.* * *fortissimum solium tuum in sempiternum. Convertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel.* Omnis *enim ecclesia Israel stabat, & ait: Benedictus dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, & in manibus ejus perfecit, dicens; A die, qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi; sed elegi David, ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini domini Dei Israel. & ait dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. Verumtamen tu non ædificabis domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmavit dominus sermonem suum, quem locutus est, stetisque pro David patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus. Et ædificavi domum nomini domini Dei Israel. Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus domini est, quod pepigit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cœlum, & ait; Domine Deus Israel, non est similis tui in cœlo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti servo tuo David patri meo quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti, ut hæc dies probat. Nunc igitur domine Deus Israel, conserva David famulo tuo patri meo quæ locutus es, ei, dicens; Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen, si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es David servo tuo patri meo. Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi? Sed respice ad orationem servi tui, & ad preces ejus, domine Deus meus. Audi domine hymnum & orationem, quam servus tuus orat coram te hodie: ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte & die, super domum de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus; ut exaudias deprecationem servi tui, & populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, & exaudias in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, & habuerit aliquod juramentum, quo teneatur adstrictus, & venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, & facies, & judicabis servos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum, & retribuens ei secundum justitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum & non pluerit propter peccatum eorum.*

Matth. 5

Matth. 13

Dan. 2

Joan. 10.

Ephes. 4.

Num. 7.

3. Reg. 8 per locum fortissimum hæc just

rum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata servorum tuorum, & populi tui Israel, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluviam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut aurugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cunctaque devotatio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel; si quis agnoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus, (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum) ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique) cum venerit ergo, & oraverit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus Israel: & probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam quacumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, & contra domum, quam ædificavi nomini tuo, & exaudies in cœlo orationem eorum & preces eorum, & facies judicium eorum. Quod si peccaverint tibi, (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, & conversi deprecati fuerint te in captivitate sua, dicentes: Peccavimus, inique egimus, impie gessimus, & reversi fuerint ad te in universo corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerant, & oraverit te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & civitatis, quam elegisti, & templi, quod ædificavi nomini tuo; exaudies in cœlo, in firmamento solii tui, orationem eorum & preces eorum, & facies judicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccavit tibi. & omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ, ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui & populi tui Israel, & exaudies eos in universis pro quibus invocaverint te. Tu enim separasti eos in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus est per Mosen servum suum, quando eduxisti patres nostros de * terra Ægypti, domine Deus. Factum est autem, cum complesset Salomon orans dominum omnem orationem & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris domini. Utrumque enim genu in terra fixerat, & manus expanderat ad cœlum. Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel, voce magna dicens:

* Ægypto

A Benedictus dominus, qui dedit requiem populo suo Israel juxta omnia quæ locutus est; non cecidit ne unus quidem sermo * in omnibus quæ locutus est per Mosen servum suum. Sit dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens, neque projiciens, sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, & custodiamus mandata ejus, & ceremonias, & judicia, quæcumque mandavit patribus nostris, & sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram domino, appropinquantes domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo, & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia dominus ipse est Deus, & non est ultra absque eo. Sit B quoque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, & custodiamus mandata ejus sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia, & dedicaverunt templum domini rex & filii Israel. In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum domini. Fecit autem ibi holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum; quia altare æneum quod erat coram domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti coram domino Deo nostro septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octava dimisit populos. C Judæi ergo loca, in quibus domino sacrificabant, divinis * habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis, quam in Deo dicatis locis munera domino offerebant. Si enim Judæi, qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant: multo magis, quibus veritas patefacta est, (a) templa domino ædificare, & (prout melius possumus) ornare, eaque divinis precibus, & sanctis unctionibus suis cum altaribus & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus, devote & solen- D niter sacrare, & non in aliis locis quam in domino sacratis ab episcopis, & non a chorepiscopis, qui sæpe prohibiti sunt, nisi (ut prædictum est) summa exigente necessitate, missas celebrare, nec sacrificia offerre domino debemus. Et hoc si summa necessitas agere compulerit, non in domibus, quia in sacris canonibus sacrificia in domibus * offerri prohibita sunt: sed in tabernaculis, divinis precibus a pontificibus dicatis, & in mensis domino sacratis, & in sacra unctione a pontificibus delibutis, pro summa (ut præfixum est) necessitate, & non pro libitu cujusquam & pigritia agatur. * Satius ergo est, * missam non cantare, aut non audire, * quam in illis locis, E ubi fieri non oportet: nisi (ut sæpe dictum est) pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas non habet legem. Unde scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus*: Et in Exodo legitur; *Vos vidistis, quia de cœlo locutus sum vobis; Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis; altare de terra facietis mihi, & offeretis super*

* in omnibus bonis.

* supplicationibus consecrabant,

Joan. 8.

De consecrat. dist. 2. Sicut non alii quam.

* Laodic. can. 58.

* Satius est. Concil. Par. lib. 1 cap. 147 & Capitul. vit. 144.

* S. Gregor. ep. 18 lib. 11.

Deut. 12.

Exod. 20.

(a) Burch. addit lib. 3. cap. 54. & gratia, & virtus per Jesum data est. Manss.

super illud holocausta & pacifica vestra; oves vestras & boves in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Et sicut non alii, quam sacrati domino sacerdotes, debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre: sic nec in aliis, quam in præfatis domino sacratis locis, missas cantare aut sacrificia offerre licebit. Si autem, ut legitur in concilio Laodicensi * capite 26. quod (a) hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis, quam in domibus exorcizare non possunt: multo * magis majoris gradus ministeria, nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, officia agi vel sacrificia offerri licet. Quod autem (ut paulo superius prælibatum est) oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio capite 58 (b) prohibitum habetur, ita: *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis & presbyteris.* Solennitates vero dedicationum ecclesiarum & sacerdotum, per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso domino exempla dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans formam, cum reliquis populis eamdem festivitatem celebraturus venit, sicut scriptum est: *Facti sunt encænia in Hierosolymis, & hiems erat; & ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.* Quod autem octo dierum sint encænia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi, * reperies.

De con. sec. dist. 1. Sicut non alii.

* ex re fiore Diocesi. E rigui.

* minus

De con. sec. dist. 1. Sicut non alii.

De consecr. dist. 1. Solennitates dedicationum.

Joan. 10.

3. Reg. 8.

* reperietis.

II.

De ecclesiarum vero consecratione * quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem: quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum. His, fratres, testimoniis scripturarum apostolica auctoritate confirmatis, consultis vestris breviter respondisse sufficiat. Vobis tamen prævidendum est, & omnibus prædicandum, ut illicita non agantur, & domini præcepta conserventur, & fideliter peragantur. *Rogamus autem vos, fratres*, ut dicta apostolici replicemus, *corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper, quod bonum est, sectamini in invicem, & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere; omnia autem probate, quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu domini nostri Jesu Christi servetur.* Data Kalendis Martii, Lampadio & Orestie viris clarissimis consulibus.

* S. Leo epist. 92. cap. 11.

1. Thess. 5.

Anno Christi 520.

II. EXHORTATORIA

AD SABINAM.

Laudat in ea studium cultumque in ecclesiam, quodque stirpis honores vanamque pompam religioni postpabeat.

SIngulare membrum ecclesiæ, * tuæ religionis amplitudinem existere, & a nobis reverentissime coli, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis, multo nobiliorem ecclesiæ devotionem impendis, & magis læta Christi agnitione præceptis ejus obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore jactaris. * Summa virtus est, vicissim gloriam carnis: & * magna est Christi gratia, nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, vitæ hujus, quæcumque sunt, spatia æternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te præstitit, reddat sibi per sæcula clariorem.

* Quæ sequuntur descripta sunt ex epist. 13. Innocentii quæ est ad Juvianam. Tom. III. p. 25.

* Summa virtutis magnæ gratiæ

Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum, quod cœpisti, * semper implere non differas; quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere & scrutari, ut rationabiliter & sapienter disponas & judices ea quæ tibi commissa sunt, dicente domino per prophetam: *Erudimini, qui judicatis terram. Time ergo dominum, & mandata ejus serva, & dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit ea terram, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor domini, gloria & gloriatio, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia; quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor domini; & cum fidelibus in vulva creatus est, & cum electis fœminis geditur, & cum justis & fidelibus agnoscitur. Timor domini, scientiæ religiositas. Religiositas custodiet, & justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit. Timenti dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere dominum, & plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, & receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ, timor domini, replens pacem & salutis fructum; & vidit, & dinumeravit eam, utraque autem sunt dona Dei. Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartietur, & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientiæ est timere dominum, & rami illius longævi. In thesauris sapientiæ, intellectus & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus, sapientia. Timor domini expellit peccatum; nam qui sine timore est, non poterit justificari. Iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscon-*

* S. Gregor. epist. ad S. Augustinum eiusque comites in Angliam missos apud Bedam lib. 1. cap. 13.

Prov. 1.

Eccles. 2.

Ibidem.

(a) Burch. inserit f.

(b) Cap. LIX

scondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ, significatio disciplinæ; execratio autem peccatoris, cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiam, serva justitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina, timor domini; & hoc, quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Consumax non sis, & incredibilis timori domini, & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & revelet Deus abscondita tua. Pro fide & justitia, ac pro salute animæ certa semper, & pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim: *Fili, conserva tempus, & devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina* * *in verbis veritatis, & firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua; & ne subjicias te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis; nec coneris contra ictum fluminis. Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua; & inutilis & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi. Non sit tibi manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* His fulta scripturarum auctoritatibus semper sta recta, & a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei acquiras, & bonorum hominum amicitia fruaris: tantoque tua * voluntas facilius ab amore hujus sæculi exeat, * quanto & impellitur, dum vocatur. Nam nos & præsentes vos videre cupimus, & absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Unde & optamus, ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mereamur. [a] Data XII. Kalendas Novembris, * Lampadio & Oreste viris clariss. Coss.

Eccli. 9.

* verbo veritatis,

* mens

* Greg. ep. 70. lib. IX & 79. lib. VII.

ann. 530. exeunte Octobri sedebat Romæ Bonifacius, non Felix,

NOTA SEVERINI BINII.

a *Data* XII. *Kalend. Novembris.*) Hæc chronologia monstrua mendosa est *. Nam hoc mense Bonifacius jam pontifex creatus erat, ut patet supra.

* sed & tota epist. falsa

III. AD * CÆSARIUM ARELATENSEM.

De laicis ad sacerdotium ante probationem non promovendis.

Dilectissimo fratri Cæsario Felix.

LEgi quod inter fraternitatem vestram est constitutum, non licere ex laica conversatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoveri: de qua re etiam ad nos pervenit opinio, aliquos post ordinationem ad vitæ sæcularis mores fuisse transgressos. Et licet tali nefanda præsumptio, plus tamen est periculosa neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere, & hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis mali auctor operis approbatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret eruere: quia quæ illicite inchoata sunt, si damnentur in posterum, suos fructus generare non possunt. Nam quod gradibus erditur, si sine perfectione doctrinæ ad iuum perveniat constitutum, errat per examinationem, quia non recipit firmitatem: nec honorem quis per timorem potest servare, qui in ejus gloriam semel labore pervenit. Et laus inanis cui tribuitur lædit, ad elationem nutriens magis, quam provocans ad operam veræ virtutis. Vas electionis ad suum vernaculum Timotheum scribit dicens: *Nemini cito manus imposueris, nec communicaveris peccatis alienis.* Quid sibi vult: ne citius imponas manus? Quia dignitas quæ datur, ideo datur, ut duret immobilis. Debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Unde magister, qui elementorum ignorat initia? Unde gubernator, qui inter nautas sua servitia non monstravit? Ignorat quænam ratio magistris debetur qui ad obedientiam sua corda non flexit, unde quemadmodum in domo Dei conversari debeat, posteris sit exemplum. Sit in omnibus clericis, & in his maxime, qui sunt ad sacerdotia deligendi, apostolicæ monitionis eloquium, qui ait: *Oportet & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.* Quapropter communi consensu, sub observatione venerabilium canonum, ordinandum eligite sacerdotem: ut & de nostra simus salute soliciti, & illorum utilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Nonas Februarias [1] post consulatum Mavortii viri clarissimi *.

1 Tim. 5.

1 Tim. 3.

* Anno Christi 528.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Post consulatum Mavortii.*) Vulgati P.C.M. SEU BOE. II V. C. Quæ falsa subscriptio suspensos dudum habuit viros doctos, cum Felicis III. temporibus, cui hæc epistola propter Boetii consulatum tribuebatur, Cæsarii, qui episcopus nondum erat, congruere nomen non posse intelligerent, & contra cum Felice IV. cui congrueret Cæsarii episcopatus, Boetii consulatum minime convenire. Nunc vero, restituta ex codice Arelatensi vera lectione, discussa sunt ambages, & reddita auctori suo epistola, id est, Felici IV. cujus annus secundus in eum incidit, qui fuit post consulatum Mavortii, id est in annum Christi 528. quo Cæsarius annum agebat in episcopatu suo 25. *

* imo 29 cum ad eum jam ab ann. 499. scripserit Symmachus pape.

AD

AD EPISTOLAS FELICIS IV.

APPENDIX.

Pr Supplem. Mansi T. I. pag. 407.

Agnellus Ravennatensis, novi sæculi scriptor, in suo Pontificali Ravennatensium episcoporum vulgato a Cl. Bacchinio, & recuso ac ad Ms. Cod. recensito a Muratorio Rer. Ital. tom. II. par. I. ad vitam S. Ecclesii Ravennatensis episcopi Constitutum quoddam Felicis Papæ servavit, datum occasione dissidii cujusdam in Ecclesiam, & clericos ditionis suæ. Ea illud.

* IV Mur.

*Felix * episcopus urbis Romæ.*

* constitutum Mur.

LAudanda est Decessorum nostrorum solicitudo de pace & quiete ecclesiastica, * quia pastor qui advigilans continere debet contentiones, aut damnat, aut corrigit. Oportet in hunc ipsum tramitem nobis ambulantibus similis cum eis conspici; quia quorum per Dei misericordiam locum gerimus, ipsorum sequi nos decet exempla. Ex invidia sacerdotibus ecclesiæ Ravennatis talia contigerunt, quæ * omnium Catholicorum animos contristasse noscuntur, altercationes, seditiones, pravitates; quæ omnem disciplinam ecclesiasticam disrumpere niterentur. Ista nos iterum ..... verum Dei timorem ante oculos habentes, ut nec illicitis audaciam demus excessibus, & non abiiciamus... per constitutum nostrum ordinare, quod justum est secundum Salomonem dicentem; *non dures * transitum aquæ*. Ergo recensentes capitulis a Fratre nostro * Ecclesio, & a presbyteris, & diaconibus, & clericis * & Notariis ecclesiæ Ravennatis nobis oblatis, præsentibus fratre & consacerdote nostro Ecclesio, & ejus clericis inferius designatis, quod rationi vidimus convenire, censemus eos clericatus officium debere suscipere, quorum vitam & conversationem sacrorum canonum non possit impugnare auctoritas. Clericos vero secundum sanctorum Patrum regulas volentes duntaxat & denunciatos; quantum ad presbyteros & diaconos pertinet, statutis jubemus temporibus solenniter promoveri. De vero Ravennatum & Classicanorum ecclesia, antiqua consuetudo servetur. Clerici vero vel Monachi ad indebitum obtinendum ordinem, vel locum, Potentium patrocinia non requirant, per quæ, aut non faciendo ingratus, aut faciendo injustus videatur episcopus. Quarta patrimonii Ravennatensis ecclesiæ, hoc est tria millia solidorum, solitis erogationibus clericis omnibus, vel quibus erogari est solitum, compleatur. Si quid tamen ex pensionibus vel hæreditatibus crescere, Domino nostro volente contigerit, eodem Domino mediante, etiam quartæ portioni adiiciantur *; Sic tamen ut brevibus ordinatis, quod singulis distribuitur latere non possit.... secundum merita, secundum loca, quia omnia Deus secundum justitiam & mensuram constituit.... ita ut unusquisque extra necessitatem infirmitatis aut causam idoneam altaris omnia in suo officio vigilanter observet. Redditus * vero prædiorum sive accessiones propter rei familiaris expensas, vel exenia, quæ diversis offeruntur, & convivia, quæ eis exhibere, vel pro loci sui, vel merito, vel pro advenientium susceptione, necesse est, episcopo constituimus debere proficere. Nullam conjurationem, nullum conventiculum, quod vel apud laicos esse non potest impunitum in ecclesia Dei, ullus facere tentet ex clero. Nam sicut nos optamus ne superna misericordia patiatur admitti, sic, si quis tentaverit, sentiat auctoritatem canonum, & ecclesiasticam disciplinam secundum Apostolum dicentem: *excedentes in conspectu omnium corrige, ut reliqui timorem habeant*. Mereantur boni laudem, qui in operibus Dei vigilant, sentiant affectum proprii sacerdotis, qui per obedientiam suam videntur ornare propositum, glorientur de sui amore pontificis, qui in suis officiis ab operibus Deo placitis, cum ejus obsequiis non desistunt; sicut divina loquuntur eloquia; *dignus est operarius mercede sua*. Ad patrimonium vero ecclesiæ ex eorum episcopi judicio..... ex clero personæ electæ cum solatiis, quæ pro notitia deputaverit episcopus sub idonea fidejussione mittantur, quorum fides fuerit, & industria comprobata, ut & alimonia pauperum fraudem non patiatur, & quantitas patrimonii ecclesiæ latere non possit, & unusquisque clericus sub timore Dei, & proprii sacerdotis de his quæ sibi commissa fuerint exponat fideliter rationes. Illud vero quod omnino, ac religioso debet execrari proposito, nos nec oportebat loqui, nec verbis exponere. Pervenit ad nos aliquos de clero spectaculo interesse, quæ res ita crudelis est, ut animas Catholicorum pro sui execratione conturbet, ut quos in domo Dei divina eloquia recitantes audivit, eosdem contra mandata in spectaculis aspiciat convenire. In his disciplina confunditur, divina præcepta calcantur. Unde oportet episcopum, & de hac parte solicitudinem gerere, ut si non faciunt, non faciant in futuro, & si faciunt, juxta disciplinam ecclesiasticam corrigantur. Si qui vero de clero prædia urbana, vel rustica ad ecclesiam pertinentia detinet, eisdem libellis sub justa pensionis æstimatione factis statuimus collocanda, hac ratione * quod in quo modis suis solent accipere, ipsi retineant, quod superest ecclesiasticis inferant compendiis profuturum. Circa prædia urbana, vel rustica cæteraque mobilia pro animæ suæ mercede a fidelibus nominatim divertis Basilicis derelicta, vetus consuetudo servetur. Notarii vero juxta ordinem matriculæ, Primicerii, secundicerii, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, suo periculo in conspectu presbyterorum, & diaconorum documenta ecclesiastica, sub fidelium brevium descriptione suscipiant, ut quotiens exegerit causa, fideliter proferantur, contradant, atque recipiant. Omnia tamen cum jussione & ordinatione episcopi sui eosdem jubemus efficere. Ideo enim universa describenda sunt ecclesiastica documenta, ne ullo modo, aut suscepta pereant, aut tempore, quo sunt necessaria utilitatibus ecclesiasticis, exhiberi non possint. Qui tamen Notarii in officio suo

* dator Mur.
* decest Mur.
* Clero. Mur.
* Excepta Mur.
* officiat. Mur.
* ut exinde Mur.

tuo observantes, strenui, consequantur sine imminutione commoda sibi, vel prioribus suis antiquitus deputata. Ipsi etiam, sicut exigit ratio, & antiquitas ordinavit libellos, & securitates totius patrimonii ecclesiastici, quorum interest subscriptos episcopi manu, contradant. Quibus vero cum sæcularis conversationis hominibus, nullam necessitatem rei familiaris tolerantibus ecclesiastici juris prædia, vel urbana, vel rustica data sunt, episcopi sollicitudine per eos, quibus jusserit, clericos ad dominium revocet ecclesiæ, nec deinceps, præter causam superius comprehensam, dare præsumat. Mastalo vero Archidiaconus ecclesiæ Ravennatis commoda ejusdem * loco juxta antiquam consuetudinem deputata, sine imminutione perci- B piat, sicut eos, qui ante eum fuerunt, claruerit consequutos. Monasteria vero virorum sive ancillarum Dei ab episcopo ordinentur, ut omnibus ratio, justitia, pax, & disciplina servetur. A nobis hæc loci nostri exigit ratio non non tacere, * fratri nostro Ecclesio ea imminet custodire, quia pacem generat cum canonibus servata justitia. De justitia caritas procedit, per quam Deum videmus, & per cujus gratiam hæc possumus præcepta servare. In nullo ergo esse convenit negligentes, sed vigilantes ad omnia, ut talentum, quod nobis est creditum, cum boni operis augumento, * ipsi omnium bonorum datori reddamus. Recognovimus. Corlius.

* ruceri Mur.

augmento Mur.

Felix Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Urbis Romæ huic constituto inter partes subscripsi.

Nomina presbyterorum, diaconorum, vel clericorum Ravennatensis ecclesiæ, qui Romam venerunt cum episcopo.

Patritius presbyter.
Stephanus presbyter.
Conitaminus presbyter.
Servandus presbyter.

* Ilo Presbyter. Mur.

Exuperantius presbyter.
Clemens diaconus.
Ursus diaconus.
Felicissimus diaconus.
Vigilius diaconus.
Neon diaconus.
Johannes diaconus.
Stephanus diaconus.
Gerontius subdiaconus.
Honorius subdiaconus.
Petrus subdiaconus.
Vitalis subdiaconus.
Julianus Acolytus.
Faustinus Acolytus.
Romanus Acolytus.
Severinus Acolytus.

* Andreas Acolytus. Mur.

Petrus lector.
Marcus lector.
Asterius lector.
Petrus alter lector.
Andreas lector.
Marinus defensor.
Majoranus notarius defensor.
Hermolaus primicerius defensor.
Honorius cantor.
Tranquillus cantor
Antonius cantor.
Melitus cantor.

A *Nomina Presbyterorum, Diaconorum qui Romam venerunt cum Victore presbytero & Mastalo diacono*

Laurentius presbyter
Rusticus presbyter.
Victor presbyter.
Thomas presbyter
Mastalus diaconus.
Magnus diaconus.
Paulus diaconus
Agnellus diaconus.
Maurus subdiaconus
Stephanus acolytus.
Vincemalus acolytus
Thomas lector.
Laurentius lector.
Florus lector.
Reparatus lector.
Luminosus lector.
Calunnius lector.
Ysaac lector.
Laurentius horrearius.
Petrus decanus.
Stephanus decanus.
Vindemius acolytus.
Colos acolytus.
Cassianus acolytus.
Laurentius acolytus.
Stephanus acolytus.

C

AD SEQUENTEM EPISTOLAM

ADMONITIO

ANtiquam illam canonum epitomen, quam in vetustissimo Lucensi codice nongentorum annorum nactus sum, evolventi, occurrit suuopsis epistolæ cujusdam Felicis ad *Siculiensem episcopum*, quo sub titulo canones VIII. collocantur. Cum vero in iis canonibus quædam agnoverim, quæ ad Arianorum resipiscentium receptionem in ecclesiam pertinent, alia vero quæ Pelagianorum vel Semipelagianorum hæresim jugulabant, ac tandem quædam in Ma- D nichæorum dogma de malo a Deo producto invecta; hæc omnia nonnisi cum Felice IV congruere posse censui. Primo enim hæresis Pelagiana cum Felice II. cohærere nequaquam potest, diu enim post decessum Felicis II. innotescere ac damnari cœpit. Eo igitur pontifice remoto, Felix III., & Felix IV. succederent. A Felice III. cur epitome hæc nostra removeatur id suadet, quod ejus tempore Manichæos ecclesiam turbasse nullibi legimus. Vicissim autem cum Felice IV. omnia congruunt Ariani qui Africam & Italiam infestabant, ut ex concilio Vasensi anno 529. idest sub Felice IV. celebrato cap. V. discimus. De Manichæis planum est ex anathematismis Prosperi ex Ma- E nichæo circa hæc tempora conversi, legendis apud Labbeum tom. V. pag. 800. Ven. edit. Denique Semipelagianorum dogma exagitat concilium Arausicanum II. anno eodem 529. habitum. His in antecessum animadversis, modo epitome illa promenda, quam profero ut est in codice cum numeralibus notis singulis canonibus adscriptis; quæ sane notæ cum numerorum seriem minime quidem continuatam, sed ordinem interruptum servent, aperto satis indicio demonstrant, e majori aliquo excerpto ea quæ ibi dantur decerpta fuisse.

EX

A

EX EPISTOLA FELICIS

Ad Siciliensis Episcopos.

XVII. Arianos in catholica fide venientes per manos impositionis recipiamus.

XVIII. Omni dominico die communicare bonum est, si se abstinent a peccato.

XXIV. Sine invitatione Dei nullus ad salutem venit.

XXVII. Malum non esse a Deo factum.

XXX. Bonæ sunt nuptiæ.

XXXI. Melior est continentia.

NOTÆ

In excerpta superioris epistolæ Felicis.

Arianos &c. Ita Siricius Papa ad Himerium cap. 1. *Omni dominico die &c.* De communione diebus festis quæ pro consuetudine mores accipi diebus illis obtinuerat, vide concilium Emeritense anno 666. cap. 14.

Sine invitatione Dei. Vide concilium Arausicanum II. cap. 19.

Malum non esse a Deo factum. Vide anathematismos a Prospero Manichæo signatos cap. 1. & 2.

Bonæ sunt nuptiæ, melior est continentia. Vide Augustinum toto lib. de bono conjugali. (a)

PROSPERI EX MANICHÆO

Conversi pristinos Manichæorum errores detestantis anathematismi, & fidei catholicæ professio.

B

C

Capitula sancti Augustini, quæ debeant publica voce relegere, & manu propria subscribere, in quibus suspicio est quod Manichæi sint.

I.

QUi credit duas esse naturas ingenitas diversis principiis existentes, unam bonam, quod est Deus, alteram malam, quam non creavit Deus *, sibi invicem adversantes, anathema sit.

* In codice Graecofaro habentem principes suos, & malo tus quæ non creavit Deus, anath. sit.

II.

Qui credit duas naturas bellum inter se gessisse: & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuisse permixtam & ab eis teneri colligatam, oppressam, inquinatam, per quod & credi facit Dei naturam esse mutabilem & coinquinabilem, anathema sit.

III.

Qui credit patrem Dei ligatam & inquinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, * fructuumque generibus, & per escas Manichæorum electorum solvi atque purgari; ut credatur pars Dei polluta teneri in cucumeribus, in melonibus, & radiculis, & porris, & quibuscumque vilissimis * herbulis, & ei subveniri, cum ab electis Manichæorum ista eduntur, anathema sit.

* fructumque

* herbis

IV.

Qui credit hominem primum * non a Deo factum, sed a principibus tenebrarum genitum, ut pars Dei, quæ in eorum membris captiva tenebatur, copiosius & abundantius in eo teneretur, anathema sit.

* qui est appellatus Adam.

V.

Qui credit eo modo creatum hominem, quod masculi & fœminæ principes tenebrarum concubuissent, & fœtus suos majori principi tenebrarum dedissent, & ille omnes comedisset, & cum sua conjuge concubuisset, atque ita ex illa Arlantem quem blasphemant patrem Adæ generasset, ligans in illo magnam partem Dei, quæ ligata fuerat in omnibus fœtibus principum tenebrarum, quos ei manducandos dederunt anathema sit.

VI.

Qui credit principes tenebrarum ligatos esse in cœlo velut sphæra, habentes in se colligatam in angustiis atque angoribus vitalem substantiam, hoc est partem Dei, & modo liberari de membris eorum, cum beatus pater, qui lucidas naves habet diversoria & habitacula, id est, Solem & Lunam, virtutes suas transfigurat in fœminas pulchras, quas opponit concupiscendas masculis principum tenebrarum; & in masculos pulchros, quos opponit concupiscendos fœminis principum tenebrarum, ut per ipsam concupiscentiam solvatur ex eis vitalis substantia, id est, pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur, anathema sit.

VII.

Qui credit partem Dei, quæ de admixtione gentis tenebrarum non potuerit liberari atque purgari, damnari eam, & in æternum ** affigi horribili globo, in quo globo includitur gens tenebrarum, anathema sit.

* commixtione

** affici

VIII.

Quid credit legem quæ data est per Moysem, non esse a bono & vero Deo datam, * & Spiritu Dei boni & veri locutos prophetas qui fuerunt in populo Israel, & in canone scripturarum divinarum habentur apud catholicam ecclesiam, anathema sit.

* nec

IX.

Qui credit non habuisse veram carnem Filium Dei Jesum Christum, neque ex semine David natum esse de virgine Maria, neque verum corpus habuisse, nec veram carne mortem fuisse perpessum, & a mortuis resurrexisse, sed tantummodo spiritum fuisse *, sic autem in carne apparere voluisse, ut & caro putaretur quæ non erat; atque hoc modo contradicit evangelio, domino ipso dicente: *Videte manus meas & pedes meos: palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.* Qui ergo sic confitetur Christum Deum verum, ut integrum etiam hominem neget, anathema sit.

* sine carne

Luc. 24

X.

Quicumque adventum Spiritus Paracleti, quem dominus in evangelio promittit esse venturum in apostolos, post ascensionem domini, in die pen-

(a) Hoc ipsum excerptum epistolæ Felicis ad Siciliensis in Veronensi Codice 50. auctoris Ballerini fratres animadvertunt sententiam sub hoc titulo allatam contulisse se cum libro *de ecclesiasticis dogmatibus* ejusdem in Append. tom. VIII. S. Augustini atque ex numeris ac rebus ipsis comperisse, nihil aliud hisce quam eundem de dogmatibus librum designari. Nomen vero Felicis ideo præfixum censent quod in Codice, unde hæc breviatio desumpta, statim post Felicis III. epistolam ad Siciliensem succederent. Vide Ballerin. Oper. S. Leonis tom. III. pag. CCLXI. *Manſ.*

pentecostes, non statim credit impletum; sed post multos annos in Mane vel in Adimanto discipulo ejus venisse credit anathema sit.

XI.

* Qui sequuntur articuli non leguntur in c. Gervasiano excepto 18 & 19, quomodonon nec in appendice penultima ad Tom. X. operum omnium S. Augustini.

* Quicumque carnem hanc quam gestamus, id est, corpora humana, resurrecturam negat, anathema sit.

XII.

Qui animas humanas transfundi iterum in aliis corporibus, vel animalibus credit, anathema sit.

XIII.

Quicumque solem & lunam naves esse cælestes dicit, ad animas vel Dei substantiam transferendam, & honorem eis, vel luci isti visibili aliquid divinitatis adscribit, & non sicut reliquam creaturam ad ministerium humanum a domino cœli ac terræ conditam, anathema sit.

XIV.

Qui credit omnem carnem quadrupedum, serpentium, volatilium, & natatilium, vel omnium quæ in mundo sunt, non a Deo vero creatam, sed a principibus tenebrarum, anathema sit.

XV.

Qui symbolum vel orationem Manichæorum non detestans, sed venerans, aut recordari, aut ore proferre voluerit, anathema sit.

XVI.

Qui credit animas humanas ex substantia Dei esse, & corpora humana a principe tenebrarum vel facta vel fieri, anathema sit.

XVII.

Qui credit diabolum non esse a Deo factum angelum bonum, & propria voluntate per superbiam lapsum factum esse diabolum, eumdemque asserit non esse inter reliquos angelos a Deo creatum, sed semper coæternum Deo fuisse, anathema sit.

XVIII.

Qui credit Manem, sive Manichæum, qui suprascripta omnia, quæ anathemate & damnatione sunt digna, prædicavit, Spiritum sanctum habuisse Paracletum, cum ea omnia docere non potuit Spiritus veritatis, sed spiritus falsitatis, anathema sit.

XIX.

Anathema etiam ipsi Mani, vel Manichæo, qui omnes supradictas impietates, & alias sacrilegas & damnabiles fabulas docuit, & conscripsit, & credendas miseris persuadere conatus est, intendens spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum & mendaciloquorum.

XX.

Anathema Adimanto, & omnibus discipulis ac sectatoribus ejus: & sicut jam dictum est, qui in eum Spiritum Paracletum venisse credit, anathema sit.

XXI.

Omnibus etiam supradictæ perversitatis auctoribus, & doctrinæ, vel legi eorum, vel omnibus secretis, & catholicæ fidei contrariis, orationibus ac sacrilegiis eorum, & cunctis scripturis eorum, quæ citra canonem habentur ecclesiæ, quas fides recta non suscipit, anathema sit.

Abjuratio & professio Prosperi.

In Christi nomine, ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema dicens omnibus, suprascriptis erroribus, manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus, fide plenissima doctrinis eorum & traditionibus anathema dixi, & dico; & me quæcumque ecclesia catholica confitetur credere, & sequi in omnibus sub testificatione divina polliceor atque promitto. Not. sub die XIII. Kalendas Decembris, Olybrio Juniore viro clarissimo consule. * * Anno Christi 526.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

In codice ecclesiæ Lugdunensis, qui hæc capitula nobis suppeditavit, subjiciuntur concilio Carpentoractensi: sed consulum ordo exigit, ut antecedant. Olybrius enim anno Christi DXXVI. consulatum gessit. Mavortius anno sequenti. His porro similitima sunt, nisi quod pauciora, quæ apud S. Augustinum tomo X. in appendice leguntur sub hoc titulo: *Commonitorium B. Augustini ad ecclesiam sub qua cautela Manichæi, si conversi fuerint, suscipi debeant.* * apud eum destinatum.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

In veteri codice, qui est in bibliotheca collegii Cervasiani Parisiis, dicitusque fuisse liber prioratus S. Salvii episcopi & martyris ad Valentianas in marchia Francia scriptus tempore Hugonis prioris, post librum S. Augustini de hæresibus ad Quodvultdeum episcopum proxime sequuntur nonnulla, quæ lucem concilient præcedenti opusculo.

Item Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ.

JAm anathemavi Manichæum & doctrinam ejus & spiritum qui per eum tam execrabiles blasphemias locutus est, quia spiritus seductor erat, non veritatis sed nefandi erroris, & nunc anathemo supradictum Manichæum & spiritum erroris ipsius. Ego Felix qui Manichæo credideram nunc anathemo eum & doctrinam ipsius & spiritum seductorem qui in illo fuit, qui dixit Deum Patrem suum genti tenebrarum miscuisse naturam, & eam turpiter liberare, ut virtutes suas transfiguret in fœminas contra masculina dæmonia, ita ut postea reliquias ipsius partis suæ configat in æternum labe tenebrarum. Has omnes & ceteras blasphemias Manichæi anathemo.

Ego conversus unus ex Manichæis scripsi, quia si discessero antequam gesta subscribantur sic suum habendus ac si Manichæum non anathematizaverim.

Felix conversus ex Manichæis dixi sub testificatione Dei me omnia vera confiteri, de quo scio esse Manichæos vel Manichæas in partes Cæsariensis Mariam & Lampadiam uxorem Mercurii argentarii, cum quibus etiam apud electum Eucharisum pariter oravimus, Cæsariam & Lucillam filiam suam, Candidum qui commoratur Thipasa, Victorinam, Hispanam, Simplicianum Antonini patrem, & Paulum & sororem suam qui fuit Hippone; quas etiam per Mariam & Lampadiam scivi esse Manichæas. Hoc tantum scio. Quod si aliud inventum fuerit me scire supra quam dixi, me reum ego ipse confiteor.

Commonitorium S. Augustini episcopi ad presbyterum Manichæum.

SIne causa tergiversaris, cum longe appareat qualis sit. Qui tecum locuti sunt fratres, indicaverunt mihi. Bene quia non times mortem, sed eam mortem debes timere quam tibi ipse

ipse facis talia de Deo blasphemando, & quod intelligis mortem istam visibilem quam omnes homines norunt separationem esse mentis a corpore non est magnum intelligere. Sed quod adjungis de vestro separationem esse boni a malo, si mens bonum est, & corpus malum, qui ea commiscuit non est bonus: dicitis quia Deus bonus ista commiscuit. Ergo aut malus est, aut malum timuit. Quid tu gloriaris quia non times hominem, cum Deum talem tibi fingas qui tenebras timuit, ut commisceret bonum & malum. Noli autem extolli animo sicut scripsisti, quia vos magnos facimus eo quod impedire volumus venena vestra, ne ad homines pestilentia serpat. Non enim apostolus quos canes appellat, magnos facit cum dicit, *Cavete canes*: aut illos magnos faciebat, quorum sermonem dicebat *serpere ut cancer*. Itaque denuncio tibi in nomine Christi, ut si paratus es solvere quæstionem, in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, ut non rediret nisi cum suis disputationem collata inveniret quid contra respondere posset, disputes cum fratribus. Si autem ad hoc non es paratus, discede hinc & noli pervertere vias domini & illaqueare, & venenis inficere animas infirmas, ne adjuvante dextera domini nostri quomodo non putaveris erubescas.

Commonitorium S. Augustini episcopi ecclesiæ catholicæ, quomodo sit agendum cum Manichæis qui convertuntur, & quos pœnitet hujus nefandæ erroris.

CUm anathematizaverint eamdem hæresim Manichæorum secundum formam infra scriptam; libellumque dederit unusquisque eorum confessionis & pœnitentiæ suæ, atque anathematis eorum petens * in ecclesia vel catechumeni, vel pœnitentis locum, si libellus ejus * episcopo placuerit, eumque susceperit, det ei epistolam cum die & consule, ut nullam de superiore tempore molestiam, vel de publicis legibus, vel de disciplina ecclesiastica patiatur. Et post ipsum diem si aliquibus indiciis Manichæus apparuerit, sentiat justitiæ severitatem, quæ talibus rebus adhibenda est, id est, ut ab ejus consortio, vel amicitia, vel quacumque societate Christiani se abstineant secundum apostolicam * disciplinam.

* mendose in editis appendicibus tom. II. operum S. Augustini legitur, *petere*.

* hæc vox penitus necessaria abest ab editis

* auctoritatem.

Commendentur autem qui epistolas ab episcopo acceperint religiosis catholicis vicinis vel cohabitatoribus suis, sive clericis, sive laicis, per quorum erga se curam frequentent audientiam sermonis Dei, & quorum testimonio possint innotescere. Nec facile admittantur ad baptismum si catechumeni sint, nec ad reconciliationem, si pœnitentiæ locum acceperunt, nisi periculo mortis urgente, vel si eos aliquanto tempore probatos esse cognoverint episcopi per eorum testimonium quibus fuerint commendati.

Forma ergo, secundum quam debent hanc hæresim qui corriguntur, anathematizare, ista est.

I.

Qui credit, duas esse naturas, &c. *quæ paulo ante sunt excusa nonnullis omissis ut ad oram articuli* XI. *strictim observavimus.*

*Item forma epistolæ *, quam dat episcopus conversis, ista est.*

* mendose habet appendix Tom. X hactenus vulgata *de quodam episcopo ipsius sectæ.* Indidem quoque gravissima substulimus menda, ut ex collatione colligas.

QUoniam te Manichæorum auditorem pœnitet fuisse, sicut ipse confessus es anathema dicens blasphemiis, & impiissimæ atque immundissimæ hæresi eorum, ex quo te non nisi fides catholica salvum fecit, habebis hanc epistolam adversus eos, qui tibi temporis præteriti errorem, quantum ad istam nefariam pertinet sectam, objiciendum putaverint, quæ scripta est die illo & consule illo.

Electis vero Manichæorum qui se converti dicunt ad catholicam fidem, etiamsi & ipsi secundum superiorem formam eamdem hæresim anathematizaverint, non facile dandæ sunt literæ: sed cum Dei servis esse debebunt, sive clericis, sive laicis in monasterio, vel in xenodochio, donec appareant penitus ipsa superstitione caruisse: & tunc vel baptizentur, si non fuerint baptizati, vel reconcilientur, si pœnitentiæ locum acceperint, ne acceptis cito literis loca, in quibus fuerant commendati, deserant.

Explicit commonitorium beati Augustini episcopi de hæresi Manichæorum sub execratione anathematis.

CON-

ANNO CHRISTI 527.

CONCILIUM CARPENTORACTENSE.

ANNO CHRISTI 527.

CONSTITUTIO SANCTORUM EPISCOPORUM

Concilii Carpentoractensis, sub die VIII. Idus Novembres Mavortio V. C. Consule, id est, [a] anno Christi DXXVII. Felicis IV. Papæ 2. Athalarici Italiæ regis 2. tempore Liberii Præfecti.

CANON UNICUS.

(a) De eo quod parochiis fuerit a Christianis collatum, quantum aut qualiter ab episcopo præsumatur.

Contuli cum Cod. Vat. 1819. Mansi.

LIcet omnia quæ ecclesiastica regula præcepit observari, in multis canonibus contineantur inserta, (b) nascuntur tamen causæ, pro quibus necesse habent sacerdotes domini, quod ad justitiam pertinet, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare. Et ideo quia Carpentoracte convenientes hujusmodi ad nos querela pervenit, quod ea quæ a quibuscumque fidelibus parochiis conferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, ut aut parum, aut prope nihil ecclesiis, quibus collata fuerant, relinquatur: hoc nobis justum & rationabile visum est, ut si ecclesia civitatis ejus, cui episcopus præest, ita est idonea, ut Christo propitio nihil indigeat; quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui ipsis parochiis deserviunt, vel [a] reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si vero episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis [b] vel sartis tectis rationabiliter sufficiat, reservetur: quod autem amplius fuerit, propter majores expensas episcopus ad se debeat revocare: ita tamen ut nihil de facultatula ipsa, vel de [a] ministerio, clerici loci ipsius licentiam habeant minuendi. (c) Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Vasensi octavo Idus Novembres debeat concilium congregari.

Et Cod. Legdun.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Cæsarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi (d) & subscripsi. Not. sub die VIII. Idus Novemb. Mavortio V. C. consule.

Contumeliosus consensi & subscripsi.
Eucherius peccator consensi & subscripsi.
Lupercianus peccator consensi & subscripsi.
Constantius peccator consensi & subscripsi.
Alethius peccator consensi & subscripsi.
[a] Julianus consensi & subscripsi.
[a] Prosper peccator consensi & subscripsi.
Vindemialis consensi & subscripsi.
Porcianus peccator consensi & subscripsi.
Heraclius peccator consensi & subscripsi.
Philagrius peccator consensi & subscripsi.
Uranius peccator consensi & subscripsi.
Cyprianus peccator consensi & subscripsi.
Gallicanus peccator consensi & subscripsi.
Principius peccator consensi & subscripsi.

EPISTOLA SYNODI CARPENTORACTENSIS AD AGROECIUM Episcopum Antipolitanum.

Suspenditur anni spatio a missarum celebratione episcopus qui ordinationem quamdam contra canones fecerat.

Domino sancto ac venerabili fratri, Agrœcio episcopo, Cæsarius episcopus, & ceteri episcopi in Carpentoractensi synodo congregati.

LIcet ad synodum aut per vos aut per personam vicariam debueritis adesse, ut ordinationis tuæ, quam fecisse diceris, in synodali conventu redderes rationem, ut si recte fecieras, absolutus cum caritate Deo propitio remeares; sin certe transgressorem te canonum esse constaret, præsenti denunciatione cognoscereris, ut Deo medio prolata sententia, aut percelleret reum, aut absolveret supplicantem: quia

[a] In MS. Paris. Collegii Soc. Jesu, altero e duobus vetustissimis, Græco more subscribit iste, *Joulianos*. Qui in Concilio Arausicano II. subscribit Græce pariter *Julianos Amartolos*. Ceteri Episcopi Latine ut hic sed non eodem ordine. *Hardouinus*.

(a) Cod. Vat. *Inscriptus capitali, constitutio Sanctorum Episcoporum Carpentoractii tempore Liberii Papæ; de id quod parochiis fuerit Christianis collatum quantum aut qualiter ab Episcopo præsumatur. Explicit capitulum Constitutio SS. Episcoporum in Civitate Carpentoractensium.* Licet &c. (b) *nascuntur.*

(c) Sequentia usque ad subscriptiones desunt.

(d) *Subscripsi sub die VII. Id Novembr.* nec aliud additur, sed statim succedunt nomina subscribentium. In his vero titulus *peccator* constanter deest. Post subscriptiones ponitur *Explicit*. Additur dein epistola, in qua verba illa *quam ut eorum*, sic leguntur ut in vetustis Codd. Sirmondus offendit.

quia licet sacerdotibus canones ignorare non liceat, tamen pene levior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses, quam ut [5] eorum quibus tua, vel vicarii tui manus subscripserat, canonum transgressor existeres. At nunc vero duplici reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta temere comprobaris. Quapropter hoc communi in Christo deliberatione sanximus, ut quia filium nostrum Protadium (a) statuta canonibus per vos inserta, & vos simili sententia constringunt, usque emenso [6] anno missas facere non præsumas; quia æquum est, ut quod apud antistites Deo medio statuitur, inviolabiliter Deo propitio conservetur. Quæ enim observationis reverentia a posteris exhibebitur, si ab iis primum lex, a quibus constituta est, violatur?

Cæsarius episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Constantinus episcopus subscripsi.
Porcianus episcopus subscripsi.
Gallicanus episcopus subscripsi.
Alethius episcopus subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Principius episcopus subscripsi.
[4] Contumeliosus episcopus subscripsi.
Julianus episcopus subscripsi.
Philagrius episcopus subscripsi.
* Eucherius episcopus subscripsi. * Mss. Euchlerius. Hard.
Prosper episcopus subscripsi.
* Uranius episcopus subscripsi. * Mss. Oranius. Hard.
Lupercianus episcopus subscripsi.
* Vindemialis episcopus subscripsi. * Mss. Vindimius. Hard.

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Anno Christi* DXXVII.) Hunc annum docuit Mavortii consulatus, quem in Cæsarii episcopi subscriptione nobis exhibuit unicus, sed longe optimus, codex ecclesiæ Lugdunensis, cui & diei quoque ac mensis notam debemus, quæ in reliquis exemplaribus mutila erat.

a *Reparationibus ecclesiarum.*) Lugdun. idem, & Anic. *basilicarum.*

3 *Vel sortis testis.*) Vulgati *architectis*, Lugdunensis *sarchitectis*, Rhemensis, *sarchitectis*: facilis fuit conjectura *sortis testis*.

4 *Vel de ministerio cleriei, &c. habeant.*) Ita disserte libri quatuor, quibus hoc loco usi sumus Lugdunensis, Anic. Rhemensis, & Bellovac. Nec tamen aliena lectio vulgata, quæ ad episcopum hunc referebat: *ut nihil ministerii clericorum loci ipsius, licentiam haberet minuendi.*

5 *Eorum quibus tua.*) Rhemensis & vulgati *eorum custodia*. Sed cum in Rhemensi eodem, atque in Bellovacensi, (Lugdunensis enim hanc epistolam non habet) *subscripserat* legeretur, pro *custodia* scriptum conjecimus, *quibus tua*. De canonibus quippe agi videtur concilii IV Arelatensis, quibus Agræcius per Cataphronium vicarium subscripserat.

6 *Anno missas facere non præsumat.*) Hunc penum statuerat canon III Arelatensis in eos qui contra statuta canonum quemquam ordinarent. Quare eo spectare Agræcii causam verisimile est, ut dixi.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium.*) Ex actis hujus concilii illud tantum reperitur hic sancitum esse decretum, quid non, & quantum ex bonis parochiali ecclesiæ ablatis episcopo sumere putat. Agræcium episcopum, ideo quod perperam ordinasset, vocatusque ad concilium contumaciter remansisset, auctoritate hujus concilii a missarum sacrarum celebratione suspensum fuisse, patet infra ex epistola synodali ad eum scripta. Baron. ann. 463. n. 13. Quo anno peracta, quove die hac synodus celebrata fuerit, non constat: eamdem vero circa hæc allegata tempora habitam fuisse, facile conjicere possumus ex eo quod ferme omnes iidem episcopi huic interfuisse, & subscripsisse reperiantur, qui subsequentibus duobus, Arausicano II. & Vasensi III. concilii subscripserunt. Placuit igitur hunc conventum hisce præfigere, quibuscum eorumdem episcoporum præsentiam & subscriptionem habere meruit. Tempus concilii.

b *Carpentoractense.*) Carpentoracte est urbe Galliæ Narbonensis, cujus meminit Plinius lib. 3. cap. 4.

c *Prosper, &c.*) Qui inter alios sanctos episcopos huic synodo interfuit. Prosper non Regensis, * sed Aurelianensis antistes fuit, ad quem extat Sidonii data epistola lib. 7. cap. 15. Hunc sanctitate celebrem fuisse, testantur publicæ ecclesiarum tabulæ, ex quibus ejus præconium annis singulis, quinto Kalend. Augusti in ecclesia decantatur. Julianum Carpentoractensem episcopum fuisse, patet ex concilio Epaonensi, cui ibidem subscriptus habetur. De reliquis episcopis celebrioribus hic subscriptis alibi infra agemus. * Errat Binius.

d *Epistola synodi ad Agræcium.*) Hac epistola significatur, ipsum Agræcium patrum sententia suspensum esse per annum a sacrarum missarum celebratione, ob ordinationem ab eo perperam factam, & quod ad dicendam causam ad synodum vocatus, neque ipse venerit, neque alium quemquam suo loco miserit. Hunc illum esse putamus cujus fit mentio in concilio Arelatensi III. & ad quem scriptæ extant literæ * Sidonii. Probabile est, quod apud Sidonium in titulo multarum epistolarum Græcus episcopus pro Agræcio episcopo mendose legitur. Vide Baron. anno 463. num. 13. Argumentum epistolæ. * Errat hic quoque Binius.

Adnotatio Chronologica.

Quamquam characteres chronologici concilii hujus nihil ambigui exhibere videntur, suspicio tamen mihi ingeritur, num forte in errorem scriptores induxerint. Versor enim ambiguus num vera sint, quæ tamen admittuntur ab omnibus, hoc scilicet concilium anno 527. Mavortii consulatu notato, tribuendum esse. Id enim deduco ex concilio Vasensi III. quod anno 529 Decii Junioris consulatu notato die non. Novembris celebratum est. Concilium namque hoc Vasense indictum est in Carpentoractensi concilio ad annum proxime sequentem his verbis, *Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vice Vasensi VIII. Id. Novemb. deberet consilium congregari.* Cum igitur Vasense convenerit anno 529.; anno proxime præcedenti nempe 528. Carpentoractense habitum fuisse oportet. Id etiam indicat dies quo concilium illud Carpentoractense celebratum fuit, nempe dies VIII id. Novembris, quæ nonnisi anno 528. in feriam secundam, qua iniri solebant concilia, incidit. Hæc si admiserimus, pro *Mavortio V. C. Cos.* legendum P. C. Mavortii V. C. Cos. Ex Supplem. Manii T. 1. pag. 41.

Decretum concilii quod.

CON-

(a) Intro statuam canonibus sententia (sic) vos inserta constringunt usque emisso anno Ms.

ANNO CHRISTI 529

[a] CONCILIUM [b] ARAUSICANUM II. (a)

ANNO CHRISTI 529

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

In dedicatione basilicæ a Liberio patricio constructæ celebratum, v. Nonas Julias, Decio juniore V. C. consule, id est [c] anno Christi DXXIX. [d] Felicis IV. Papæ 3. Athalarici Italiæ regis 3.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Quod per peccatum Adæ non solum corpus, sed anima etiam læsa fuerit.*
II. *Quod peccatum Adæ non ipsi solum nocuit, sed ad posteros quoque transiit.*
III. *Quod gratia Dei non ad invocationem detur, sed ipsa faciat ut invocetur.*
IV. *Quod Deus ut a peccato purgemur, voluntatem nostram non expectet, sed præparet.*
V. *Quod initium fidei non ex nobis, sed ex gratia Dei sit.*
VI. *Quod sine gratia Dei credentibus & petentibus misericordia non conferatur, cum gratia ipsa faciat ut credamus & petamus.*
VII. *Quod viribus naturæ bonum aliquid, quod ad salutem pertineat, cogitare aut eligere sine gratia non possimus.*
VIII. *Quod per liberum arbitrium ad gratiam baptismi pervenire nullus possit.*
IX. *De adjutorio Dei per quod bona operamur.*
X. *De adiutorio Dei omnibus semper implorando.*
XI. *De obligatione votorum.*
XII. *Qualis nos diligat Deus.*
XIII. *De reparatione liberi arbitrii.*
XVI. *Quod ut liberemur a miseria misericordia Dei obtinemur.*
XV. *Quod per gratiam Dei in melius mutetur fidelis.*
XVI. *Quod ex eo quod habemus non sit gloriandum, cum ex Deo sit.*
XVII. *De fortitudine Christiana.*
XVIII. *Nullis meritis gratiam præveniri.*
XIX. *Neminem nisi Deo misericordiæ salvari.*
XX. *Nihil boni hominem posse sine Deo.*
XXI. *De natura & gratia.*
XXII. *De his quæ hominum propria sunt.*
XXIII. *De voluntate Dei & hominis.*
XXIV. *De palmitibus vitis.*
XXV. *De dilectione qua diligimus Deum.*

[e] PRÆFATIO.

[e] Incipiunt constituta episcoporum in civitate Arausica de gratia & libero arbitrio, in m. s. Cl. Hardy, seu Patif. Concilii cum Cod. Varic. 1897 Manß.

CUm ad dedicationem basilicæ, quam illustrissimus [f] præfectus & patricius filius noster Liberius in Arausica civitate fidelissima devotione construxit, Deo propitiante, & ipso invitante convenissemus, & de rebus quæ ad ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos spiritalis fuisset oborta collatio; pervenit ad nos esse aliquos, cui de gratia & libero arbitrio per simplicitatem minus caute, & non secundum fidei catholicæ regulam, sentire velint. [d] Unde id nobis, secundum admonitionem & auctoritatem sedis apostolicæ, justum ac rationabile visum, ut pauca capitula [g] ab apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis patribus de sanctarum scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collecta sunt, ad docendos eos qui aliter quam oportet sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus: quibus lectis, qui hucusque non sicut oportebat de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei catholicæ conveniunt, animum suum inclinare non differat.

[g] Videntur ex pluribus Romæ transmissis selecta tantum 4 patribus Arausicanis octo sequentia capitula. Conciliis fuisse subjungam observationem nostram.

[e] CAPITULA.

I.

(†) Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus, adversatur scripturæ dicenti: *Anima quæ* (α) *peccaverit ipsa morietur*; &: *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis?* &; *a quo quis superatur ejus & servus additus.*

Vide August. lib. 1. de nupt. & concup. cap. 18.
Ezech. 18.
Rom. 6.
2. Petr. 2.

II.

[f] Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & ejus propagini, asserit nocuisse; aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines* (b) *mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

Rom.

III.

[a] In uno e tribus vetustissimis MSS. Collegii Parisiensis Soc. Jesu, titulus est: *Incipiunt Canones Arausicani sanctii Cæsarii de libero arbitrio, vel diversis conditionibus de re ipsa necessariis*, &c. Sirmondus primus edidit ex MSS. Lugdunensibus Fossatem. Tiliano, & aliis. *Harduinus*. Gesta hujus Synodi accurate explicat Lum. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. lib. 23.

(a) Cod. Varic. hunc titulum exhibet: *Incipiunt canones Arausici de libero arbitrio vel diversis conditionibus de re ipsa necessariis, per capitula absque capitulis requirendum*. Manß. (b) Deest *mori*.

(†) Caput hoc cum sequentibus usque ad VIII. fere totum reperi in vetustissimo Lucensi Cod. 490. ex quo varianies exhibeo quas a superioribus e Vaticano codice desumptis, infra Græcis elementis distinguo. (α) *peccat*.

III.

Si quis * (α) ad invocationem humanam gratiam Dei dicit posse conferri non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ prophetæ; vel apostolo idem dicenti: *Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his, qui me non* (β) *interrogabant.*

* invocationem humanam

IV.

Si quis ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut (γ) etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto (δ) per Salomonem (a) dicenti: *Præparatur voluntas a domino*; & (ε) apostolo salubriter prædicanti: *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.*

V.

ε Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, (ζ) ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui justificat impium, & ad generationem sacri baptismatis, pervenimus, non per gratiæ donum, id est per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem; (b) sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbabatur, beato Paulo docente: *Confidimus, quia qui cœpit in nobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri Jesu Christi*; & illud: *Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro eo patiamini*, &, *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Qui enim fidem qua in Deum credimus dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

VI.

Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, (c) * (η) vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus; non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur (θ) & aut humilitati aut obedientiæ humanæ subjungit gratiæ adjutorium, nec ut obedientes & humiles simus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit apostolo dicenti: *Quid habes quod non accepisti?* &. *Gratia Dei sum id quod sum.*

* vigilantibus

VII.

b Si quis per naturæ vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare ut expedit, aut eligere, sive (d) salutari, id est (e) evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo & credendo veritati, hærerico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in evangelio dicentis: *Sine me nihil potestis facere*: & illud apostoli; *Non quod idonei simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

VIII.

Si quis alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de prævaricatione primi hominis nati sunt, constat esse vitiatum, ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum; aut certe ita læsum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit: sicut & Petro dicit *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est*: & apostolus: *Nemo potest dicere dominum Jesum* (f) *nisi in Spiritu sancto.*

IX. *

i Divini est muneris, cum & recte cogitamus, & pedes nostros a falsitate & injustitia continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur.

X.

Adjutorium Dei etiam * renatis ac (g) sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare.

XI.

k Nemo quidquam domino recte voverit, nisi ab ipso acceperit (h) quod vove-

* Quæ se quuntur non tam canones quam sententiæ ex S. Augustino aliisque ejusdem fidei confirmationem collectæ a quibusdam viris videntur.

* sanctis

Prosp. contra Collat. cap. 34.

(a) & Angelo dicenti; deest vero. & apostolo salubriter prædicanti.
(b) & naturaliter.
(c) orantibus, vigilantibus.
(d) salvari.
(e) evangelizata. Mansi.
(f) Jesum Christum.
(g) sanctis.
(h) Deest quod voverit.
(i) inspiratione humana.
(k) Per Salomonem deest.
(α) interrogaverunt.
(β) jam.
(γ) ipsum credulitatis affectum, quo inspirat omnium, & ad regenerationem sacri &c.
(δ) Deest apostolo salubriter prædicanti.
(ε) Adjunxit orantibus.
(ζ) Huc usque Cod. Lucensis. Mansi.

Cor. 29 voveret, sicut legitur: *Quæ de manu tua accepimus damus tibi.*

XII.

l Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

XIII.

m Arbitrium * voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari: quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi. Unde veritas ipsa dicit: *Si vos Filius (a) liberavit, tunc vere liberi eritis.*

* libertatis

Joan. 8.

XIV.

n Nullus miser de (b) quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia prævenitur, sicut dicit Psalmista: (c) *Cito anticipet nos misericordia tua; domine* & illud: *Deus meus, misericordia ejus præveniet me.*

Psal. 78. Psal. 58.

XV.

o Ab eo quod formavit Deus mutatus est Adam, sed in pejus * per iniquitatem suam: ab eo quod operata est iniquitas mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi: hæc secundum Psalmistam: *Mutatio est (d) dexteræ excelsi.*

* propter

Psal. 76.

XVI.

p Nemo * ex eo quod videtur habere glorietur, tanquam non acceperit; aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus, vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur sonuit. Nam sicut apostolus dicit: *Si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Ascendens in altum captivavit captivitatem, dedit dona hominibus.* Inde habet quicumque habet. Quisquis autem se inde habere negat; aut vere non habet, aut id quod (e) videtur habere * aufertur ab eo.

* in eo

Galat. 2. Psal. 67. Ephes. 4.

aufertur

XVII.

q Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum Dei caritas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium quod est (f) in nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

XVIII.

Nullis meritis gratiam * prævenientibus, debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia quæ non debetur præcedit ut fiant.

* Dei Prosper. Sent. 197.

XIX.

r Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

Prosper. sen. 106.

XX.

s Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstat ut faciat homo.

XXI.

t Sicut eis qui volentes in lege justificari, & a gratia exciderunt, verissime dicit apostolus: *Si (g) in lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est*; * sic eis qui gratiam, quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur: Si per naturam justitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Jam hic enim erat lex, & non justificabat: (h) jam hic erat & natura, & non justificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleretur qui dixit: *Non veni legem solvere, sed adimplere*: & natura per Adam perdita per illum repararetur, qui dixit venisse se quærere & salvare quod perierat.

Prosper. Gal. 2. Matth. 5.

XXII.

v Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati non deficiamus in via.

XXIII.

x Suam voluntatem homines faciant, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem * (i) id faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati, quamvis volentes (k) agant, illius tamen voluntas est, a quo & præparatur & jubetur quod volunt.

XXIV.

y Ita sunt in vite palmites, ut vitis nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant: sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & & manere (l) in Christo, discipulis prodest * utcumque, non Christo. Nam præciso palmite, potest de viva radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, sine radice non potest vivere.

XXV.

z Prorsus donum Dei est diligere Deum.

Ipse

(a) liberaverit. (b) quantacumque. (c) citio anticipet.
(d) dextera, & deest est. (e) haec auferetur. (f) a nobis. (g) ex lege.
(h) deest tota hac periodus usque ad ideo. (i) ita faciunt. (k) agant sed ignari.
(l) in Christo, nam præciso palmite discipulis prodest utrumque non Christo.

Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus diligit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus. Diffundit enim caritatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filii, quem cum Patre amamus & Filio.

Ac sic secundum suprascriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare debemus & credere; quod per peccatum primi hominis inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est possit, nisi eum gratia misericordiæ divinæ prævenerit. Unde & Abel justo, & Noe, & Abrahæ & Isaac, & Jacob, & omni antiquorum patrum multitudini, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laude prædicat apostolus Paulus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam, etiam post adventum domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul & credimus largitate conferri: secundum illud quod sæpe jam dictum est, & quod prædicat Paulus apostolus: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini*: & illud: *Deus qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri Jesu Christi*: & illud: *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est*. Et quod de seipso ait apostolus; *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*. Non dixit quia eram, sed *ut essem*: & illud: *Quid habes quod non accepisti?* & illud: *Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*: & illud: *Nemo habet quidquam, nisi illi datum fuerit desuper* *. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quæ possunt ad probandam gratiam proferri: sed brevitatis studio prætermissa sunt, quia & revera cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt.

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, * quod [5] accepta per baptismum gratia omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem animæ pertinent possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.

Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

Hoc etiam salubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamur: sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adjutorio ea quæ sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quem dominus ad paradisi patriam revocavit, & Cornelii centurionis ad quem angelus domini missus est, & Zacchæi, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, [6] sed divinæ largitatis donum.

Et quia [7] definitionem antiquorum patrum, nostramque, quæ subscripta est, non solum religiosis, sed etiam laicis medicamentum esse & desideramus & cupimus; placuit ut eam etiam & illustres ac magnifici viri, qui nobiscum ad præfatam festivitatem convenerunt, propria manu subscriberent.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM ET ILLUSTRIUM VIRORUM. (a)

[a] Cæsarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi & subscripsi. Not. sub die v. Nonas Julias, [v] Decio juniore V. C. consule.

Julianus amartolus episcopus relegi & subscripsi.

Constantius in Christi nomine consensi & subscripsi.

[v] Cyprianus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

[b] Eucherius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

[1] Item Eucherius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Heraclius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Principius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Philagrius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Maximus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Prætextatus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Alethius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Lupercianus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Vindemialis in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

PE-

* Sequentia abfunt a H. (sed sunt & in ms. nostro Paris. Hard.)

* Ms Parisien. post acceptam baptismo gratiam. Hard.

[v] Ms. Paris. Decimo juniore Hard.

[5] Episcopus Telonensis, alius a Cypriano diacono, qui vitam Cæsarii Arelat. scripsit, & de hac Synodo filult. Harduinus.

[6] Subscriptiones hæ apparent in codice Vatic. Cæsarius, Julianus, Cyprianus, Heraclius, Philagrius, Prætextatus, Lupercianus, Constantius, Eucherius, Principius, Maximus, Alitius, Vindimialis.

(a) Subscriptiones hæ apparent in codice Vatic.

9 * PETRUS MARCELLINUS FELIX Liberius V. C. & illustris [4] præfectus prætorii Galliarum, atque patricius, consentiens subscripsi.

Syagrius vir illustris consensi & subscripsi.

Opilio vir illustris consensi & subscripsi.

Pantagathus vir illustris consensi & subscripsi.

Deodatus vir illustris consentiens subscripsi.

Cariatto vir illustris consentiens subscripsi.

Marcellus vir illustris consentiens subscripsi.

Namatius vir illustris consensi & subscripsi.

ADMONITIO AD LECTOREM

Jacobi Sirmondi, S. J.

De confirmatione synodi suprascriptæ.

Quæ sequitur * epistola Bonifacii papæ approbationem continet synodi Arausicanæ II. Ideo illam post synodum, ne ab ea longius divelleretur, nunc subjiciendam duxit, quam alioqui si temporum ordo spectetur post concilium etiam Vasense, ut subscriptiones declarant, suo loco attingere oportebat. In codice autem Fossatensi, unde a nobis illa excepta est, & in altero consimili, qui extat in bibliotheca S. Mariæ Laudunensis, epistola synodo ipsi propter reverentiam sedis apostolicæ præponitur, & epistola brevis de synodi ejusdem auctoritate prafixa est adnotatio his verbis: *In hoc loco continetur synodus Arausica, quam per auctoritatem sanctæ papæ Bonifacii confirmavit. Et ideo quicumque aliter de gratia & libero arbitrio crediderit, quam vel ipse auctoritas continet, vel in illa synodo constitutum est, contrarium se sedi apostolicæ & universæ per totum mundum ecclesiæ esse cognoscat.* Quæ Sirmondi verba in regia collectione subjuncta nos hic reponenda curavimus.

* antea excudebatur post primam ejusdem Bonifacii epistolam, quam ab ea longius divelleretur, nos ab ea recedamus longius.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

De eadem Bonifacii papæ auctoritate videndus omnino Cyprianus diaconus libro primo vitæ S. Cæsarii, nec omittenda quæ codicem ms. V. C. Claudii Hardy percurrenti occurrerunt ante Arausicanos canones eadem hæc prorsus verba reperiri: *In hoc loco continetur synodus Arausica, &c. Continentur etiam in hoc codice sacramenta quæcumque sunt sententiæ: & quamvis synodus Arausica prius sit facta quam auctoritas ista, tamen pro reverentia sedis apostolicæ hoc mihi jussum est, ut prius domini papæ auctoritas scriberetur.* Observavit quoque Lucas Holstenius in vetustissimo codice Palatino eamdem Bonifacii papæ epistolam huicce concilio subjici, atque inde R. P. Sirmondi judicium maxime commendari.

Notæ ejusdem Jac. Sirmondi, S. J.

1 *Anno Christi* DXXIX.) Non est dubium, quin is sit annus, quem Decii junioris consulatus designat, qui in Cæsarii subscriptione annotatur. Intererat autem concilium istud, quod Leonis olim papæ temporibus asserebatur, ad hæc potius tempora differri, propter multos doctrina & pietate præstantes viros, qui spatio interjecto favere in Gallia visi sunt Semipelagianis, quorum placita in hac demum synodo, quam sedis apostolicæ auctoritas comprobavit, penitus explosa ac rejecta sunt. Simplex ejus in codice Lugdunensi est inscriptio. *Constitutio episcoporum in civitate Arausicana, de gratia & libero arbitrio.*

Can. 10. 2 *Renatis ac sanctis.*) Ita & Fossatensis. In Lugdunensi vero, & Rhemensi, scriptum est: *renatis ac sanatis.*

Can. 13. 3 *Arbitrium voluntatis.*) Tilianus, Fossatensis, & alii, *arbitrium libertatis*, in Lugdunensi, *voluntatis.*

Can. 22. 4 *Sic eis qui per gratiam.*) Totum hoc membrum, usque ad *mortuus est*, aberat a vulgatis, extat autem in omnibus antiquis, ut in Lugdunensi, Rhemensi, Fossat. Filiano, Bellovac. & aliis.

Can. 25. 5 *Accepto per baptismum gratia.*) Lugdunensis, *sed accepto baptismi gratiam.*

* Forte, pro *donata* Hard. 6 *Sed divina largitatis donum.*) Lugdunensis, *sed gratia largitate* (*) *donata.* Rhemensis & Bellovac. *sed de divina largitatis dono.*

7 *Definitionem antiquorum patrum nostramque, quæ*) Lugdunensis, *definitionem nostram, quæ.*

8 *Item Eucherius.*) Hunc inseruimus ex codice Lugdunensi, Principium vero ex Lugdunensi & Rhemensi.

9 *Petrus Marcellinus Felix Liberius.*) Quatuor hæc unius Liberii sunt nomina, quæ male in vulgaris divellebantur. Restitutus est locus ex codice Lugdunensi & Rhemensi: sed Namatium, qui postremo loco subscribit, solus habuit Lugdunensis.

Notæ Severini Binii.*

a *Concilium.*) Hic sacer conventus episcoporum habitus est occasione scriptorum quorumdam Faustii Regensis, qui circa annum Christi 472. sancto * Prospero in Regensi episcopatu substitutus (extant enim epistolæ Sidonii ad eum velut episcopum Regensem his temporibus datæ) de gratia Dei, *quæ salvamur*, in quo sub speciosi titulo Pelagium damnans, vere pelagianizat: Hoc opus, cum magna aviditate legentium non tantum in Gallia, ut constat testimonio Sidonii lib. 9. epist. 9. neque etiam in Italia dumtaxat, sed & Constantinopoli, & in Africana ecclesia expeteretur atque divulgaretur, Cæsarius Arelatensis episcopus, non tantum libellum de gratia & libero arbitrio auctoritate Felicis IV. approbatum contra eum conscripsit, verumetiam hoc episcoporum concilium indixit, ut in eo communi omnium patrum consensu definiretur, quid circa hanc orthodoxæ fidei doctrinam credendum atque tenendum esse videretur. S. Augustini scripta contra Pelagium edita nemo iam in Gallia aperte impugnare audebat. Pelagio iam prope intaini nemo citra infamiam adhærescere conabatur, sed per fraudes & insidias latenter id cum Fausto Regensi episcopo quidam Gallicani presbyteri molliebantur. Hoc itaque episcoporum conventu pro fide catholica, scripturæque Augustini asserendis & defendendis, de gratia & libero arbitrio 25. canones constituti sunt, qui omnes fere ad unum sunt sententiæ & verba S. Augustini, ex ipsius scriptis diversis desumpta, ut infra in notis singulorum canonum ostendemus.

Cæsarius habuit concilium in Regensi.

b *Felicis IV. papæ tempore.*) Hanc synodum celebratam fuisse anno domini 529. sub pontificatu Felicis IV. evidenter ostendunt. primo ex fine actorum concilii, ubi dicitur Cæsarius hanc constitutionem relegisse & subscripsisse; idque quinto Nonas Julii Decio juniore viro clarissimo consule, quo procul dubio de illo consulatu Decii intelligenda sunt, quo Cæsarius Arelatensi ecclesiæ præsidebat. Et quamquam plures anni alicuius junioris Decii consulatu configurati reperiantur in fastis, hic tamen consulatus ille est, quem Cassiod. assignat anno domini 529. quando Felix IV. Romanæ, & Cæsarius Arelatensis ecclesiæ episcopatum administrabant. Vixisse autem Cæsarium sub pontificatu Felicis IV. indicat scripta ad eum epistola, quam supra ex codice Arelatensi acceptam, huic conciliorum editioni inseruimus. Secundo ex subscriptione Liberii patricii Galliarum præfecti patet hanc synodum celebratam esse illis temporibus, quibus idem Liberius patricius Galliarum præfecturam a Theodorico acceptam agebat. Quod cum acciderit sub finem Theodorici & initium Athalarici, ut ex epistolis eorumdem regum ad ipsum scriptis colligere licet, dubium nullum est, quin ætate concilii consulatu junioris Decii configurata, & subscriptione allegati patricii approbata, prædicto anno domini 529. sub pontificatu Felicis IV. habita fuerint. Quod plurimi viri doctissimi senserunt, hoc Arausicanum concilium II. tempore S. Leonis papæ celebratum, quo Arausicanum primum habitum esse liquido constat, accidit ex subscriptione S. Prosperi, & S. Eucherii episcoporum, quorum ille, ut infra dicemus, male creditus esse idem Prosper, qui S. Leonis papæ temporibus vixisse certo scitur. Quis vero fuerit ille Eucherius ibidem subscriptus, diximus in notis prædicti concilii Arausicani primi: ubi etiam annotavimus Cæsarium illum, cujus nomen ibidem subscriptum invenitur, plane alium fuisse ab hoc magni nominis Cæsario Arelatensis ecclesiæ episcopo: siquidem illo tempore Hilarius Arelatensem episcopatum administrarit, & non prius quam post tres alios intermedios episcopos defunctos Cæsarius Arelatensis episcopus creatus fuerit. Vide Baron. anno 463. Item in append. anni 529. tom. 10. Vasquius tom. 1. disp. 91. Num. 76. & seqq. aliter sentit.

Hanc synodum anno 529. celebratam fuisse probatur ex subscriptionibus. Prima ratio.

Secunda ratio.

Cur existimarint hoc concilium sub Leone celebratum esse.

Cæsarius quis.

c *Præfectus & patricius Liberius.*) Ex hoc loco constat, non quatuor præfectos prætorio, sed unum dumtaxat huic concilio interfuisse Liberium, quatuor nominibus in subscriptione recensitis cognominatum: cujus gratia reges Italiæ Theodericus & Athalaricus epistolas, quas recitat Cassiodorus, scripserunt. Unum autem eumdemque fuisse Liberium, de quo Theodericus scribit ad senatum, & ad quem Athalaricus epistolam dedit, docet ejusdem Liberii sepulcralis inscriptio, quæ Arimini posita, a Petro Pithœo accepta, extat apud Baron. anno 529. in appendice tom. 10. Unde patet deprava-

Liberius præfectus quis.

pravatum esse textum concilii hujus in subscriptionibus, ubi quatuor præfecti prætorio contra lectionem codicis Vaticani, huic concilio interfuisse & subscripsisse inveniuntur.

d *Unde nobis secundum auctoritatem & admonitionem sedis apostolicæ.*) Ex quo supra dixi de 24. capitulis a sede apostolica in Gallias transmissis, deque horum patrum constitutionibus, S. Augustini & Romanorum pontificum sententiis conformatis stabiliuntur, & firmantur.

e *Capitula.*) Quot sunt capitula hujus concilii, tot sententiæ catholicæ ecclesiæ hic sunt stabilitæ, a quibus absque prævaricationis piaculo nulli fideli recedere licet. Ex diversis locis sancti Augustini, quos infra annotavimus, ad verbum fere omnes desumptæ videntur. S. Prosper easdem a se excerptas retulit in librum cui titulus est, sententiarum. Canones viginti quatuor numero dumtaxat constituti sunt, quia totidem capitula (fortassis ea quæ continentur in epistola Cælestino attributa quam supra tom. III. concil. pag. 473. una cum annotationibus meis excusam invenies) de gratia & libero arbitrio pontifex Romanus in Gallias miserat. Unde illud summa diligentia observandum, quod sanctissimi atque doctissimi patres pugnaturi adversus hostes gratiæ Dei, nimium libero arbitrio tribuentes, nullo potentiore modo id fieri posse existimarint, quam si sacrosanctæ sedis apostolicæ auctoritati inniterentur, quæ plane illicitum esse putabant, vel nimium obniti S. Augustini de gratia & libero arbitrio sententiis, quas Cælestinus pontifex præallegata epistola sedis apostolicæ auctoritate confirmaverat. Nihil igitur præterea novitas sibi deinceps vendicet, nihilque humana præsumptio præsumat: sed potius approbatam antiquorum patrum definitionem amplectatur, & illi acquiescat.

Canones Concilii quot, & unde desumpti

f *Si quis soli Adæ*, &c.) Hoc capitulum desumptum esse videtur ex cap. 4. lib. 4. contra duas epistolas Pelagii.

Cap. 2.

g *Si quis fieri augmentum.*) Vide S. Augustinum lib. de prædestinatione sanctorum usque ad cap. 9.

Cap. 5.

h *Si quis per naturæ*, &c.) Eadem Augustinus lib. de gratia Christi cap. 26.

Cap. 7.

i *Divini est muneris.*) Sententia eadem est apud S. Prosperum 22. & ad vers. *Cogitavi vias meas.*

Cap. 9.

k *Nemo quidquam domino*, &c.) Idem sanctus Augustinus lib. 17. civit. cap. 4. sententia vero apud Prosperum est 54.

Cap. 12.

l *Tales nos amas Deus*, &c.) Sententia est apud Prosperum 56.

Cap. 12.

m *Arbitrium est voluntatis*, &c.) Ita S. Augustinus lib. 14. de civitate Dei cap. 12.

Cap. 13.

n *Nullus miser*, &c.) Sententia est 211.

Cap. 14.

o *Ab eo quod*, &c.) Sententia est 220

Cap. 15.

p *Nemo ex se*, &c.) De spiritu & litera cap. 28.

Cap. 16.

q *Fortitudinem Gentilium*, &c.) Vide sententiam 295.

Cap. 17.

r *Natura humana*, &c.) Vide S. Augustinum epistola 106.

Cap. 19.

s *Multa in homine*, &c.) Vide Aug. contra 2. epist. Pelag. lib. 2. cap. 8.

Cap. 20.

t *Sicut ori qui*, &c.) Augustinus de gratia & libero arbitrio cap. 13. eadem verba eamdemque sententiam habet.

Cap. 21.

u *Nemo habet de suo*, &c.) Hæc ex Augustini tractatu quinto in Joannem; eisque sententia apud Prosperum 325.

Cap. 22.

x *Suam voluntatem homines facient*, &c.) Extat apud S. Augustinum tract. 19. in Joannem. Eisque sententia apud Prosperum 336.

Cap. 23.

y *Ita sunt in vite palmites*, &c.) Ex August. super Joannem tract. 81.

Cap. 24.

z *Profuit Domini Dei est*, &c.) Augustinus tract. 102. in Joannem eadem iisdem prope verbis.

Cap. 25.

aa *Cæsarius*,) Hic est ille magni nominis Cæsarius Arelatensis episcopus, de quo hæc Gennadius cap. 86. *De gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia divinarum scripturarum & sanctorum patrum judicii munita, ubi docet nihil hominem de proprio aliquid bene agere posse, nisi eum divina gratia prævenerit. Quod opus etiam papa Felix per suam epistolam roboravit, & id latius promulgavit.* Hæc de Cæsario Gennadius. Vide quæ de eodem diximus supra in notis concilii Arausicani I. tempore Leonis, tom. 4. item in quadam admonitione ad lectorem sub Felice III. notas denique concilii Arelatensis tertii, ubi qui, quotve fuerint Cæsarii, quo tempore vixerint, prolixius explicavi. Quæ de re etiam consulere poteris Baron. an. 453. num. 43. & seqq. item anno 490. num. 30. Possevinum in apparatu sacro, verbo *Cæsarius*.

Cæsarius Arelatensis quis & qualis?

bb *Eucherius.*) Duos fuisse Eucherios Lugdunensis ecclesiæ episcopos, alterum seniorem, cujus meminit Claudianus, alterum juniorem, qui huic concilio Arausicano secundo interfuit & subscripsit, cujusque mentionem fecit Cyprianus in vita Cæsarii capite 22. apud Surium, dixi supra in notis concilii Arausicani primi. Plura vide apud Baron. an. 529. in appendice.

Eucherii qui & quot?

cc *Petrus Marcellinus Felix Liberius.*) Hæc, ut indicat codex Vaticanus, quatuor sunt nomina unius personæ, sicut Lucius Aurelius Avienus Symmachus & alia plura id genus. Probatur sententia ex iis quæ supra dixi verbo *Liberius Patricius*. Unde mendosa est & depravata lectio quæ subjungitur hæc: *Viri clarissimi & illustres præfecti prætorio consentientes subscripserunt.* Ex codice autem Vaticano emendari debet sic. *Petrus Marcellinus Felix Liberius vir clarissimus, & illustris præfectus prætorii Galliarum atque patricius, consentiens subscripsi.* Ita Baron. præallegato loco appendicis. Viri consulares distincti subscribentes hanc sententiam probabiliter satis confirmant.

Liberius quadrinominis.

Textus concilii depravatus emendatur.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Transmissa fuisse ab apostolica sede nonnunquam capitula ad fidem moresque spectantia, atque ex sancti Augustini præsertim doctrina selecta, cum alia multa edocent, tum synodi hujusce Arausicanæ præfatio: ex qua paulo ante pag. 711. Et adnotavimus non improbabili conjectura posse elici priores octo canones Arausicanos excerptos fuisse delibatosque ex ampliori quadam collectione quam in Galliam misisset Romanus pontifex. Quid vero si ea ipsa, quam ex codice ms. celeberrimæ Benedictinorum sancti Maximi apud Treviros abbatiæ descriptam cum aliis pluribus huc transmisit R. P. Alexander Wilthaimius e societate nostra vir eruditissimus mihique amicissimus? Tu lector accipe, expendesis ipse, ac judica.

Incipiunt capitula

Sancti Augustini in urbe Roma transmissa. (a)

Ex codice MS. S. Maximini Trevirensis.

I.

Si quis rectum in omnibus non credit a Deo creatum Adam, qui possit per liberum arbitrium in bonum proficere gratia creatoris adjutus, & ad malum (b) * exponente declinare, sed * naturæ * (c) expulsum dicit cum in prævaricationis facinus (d) devolutum, indubitanter a (e) catholica fide exorbitat, scripturæ divinæ resistens dicenti. *Fecit Deus ab initio hominem* (f) *rectum, ipsi autem quæsierunt cogitationes multas.* (g)

* ex pondere declinare suæ naturæ compulsum.
* Forte *naturæ impulsu.* Hard.
Eccles. 5.

II.

Si quis mortem corporis non ex prævaricatione, sed ex conditione naturæ asserat accidisse, ut sive peccasset, sive non peccasset, Adam moriturus esset, hic Pelagianus est contradicens prophetæ dicenti: *Dominus mortem fecit, non fecit, sed invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.*

Sapien. 2.

III.

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, &c. *Vide canonem* I. *concilii Arausicani* II.

IV.

Si quis soli Adæ &c. *Vide* II. *canonem Arausicanum.*

V.

Si quis ad invocationem, &c. *Vide canonem Arausic.* III.

VI.

(a) Horum capitulorum fragmentum nactus in vetustissimo Lucensi Cod. 490. variantes hic exhibeo. Titulum hunc habent præfixum. *Incipiunt capit. S. Augustini episcopi in di* (sic) *urbe Roma transmissa.*
(b) *exponente* (c) *& in* (d) *devotum* (e) *catholicam*
(f) *perfectum* (g) *& multas.* Reliquorum capitulorum variantes in canonibus Arausicanis dedi.

Manß

VI.

Si quis, ut a peccato purgemur &c. *Vide canonem Arausicanum* IV.

VII.

Si quis sicut augmentum &c. *Vide can. Arausicanum* V.

VIII.

Si quis accedentibus, volentibus, desideranibus, &c. *Vide can. Arausicanum* VI.

IX.

Si quis per naturæ vigorem &c. *Vide canonem Arausicanum* VII.

X.

Si quis aliquos, &c. *Vide canonem Arausicanum* VIII.

XI.

Si quis eos qui post gratiam sacri baptismi scelerate in ecclesia vivunt, apostatæ efficiuntur, & ita de hac vita transeunt, non per vocationem misericordiæ, sed per ipsos, hoc est, per liberum arbitrium credidisse & ad baptismum venisse dicit, quasi quod non conveniat gratiæ mediatoris, ut eos quos per donum misericordiæ vocavit, & suo nomine credentibus per mysterium baptismi peccata donavit, perire permittat, hic fallitur, & regis Salomonis confutatur exemplo, qui post prophetiæ gratiam contraxit offensam, sive servi illius, qui talentum defodit in terram. *Matth. 25. Luc. 19.*

XII.

Si quis eos, qui post perceptam baptismi gratiam iterum in peccatis damnabilibus implicantur, aut apostatæ effecti sic ab hac vita discedunt, asserit remissa per baptismum peccata rursus exsolvere, eisque mala præterita cum posterioribus imputari, quia scriptum est, si enim refugientes coinquinationes mundi per agnitionem domini nostri Jesu Christi iisdem rursus implicati superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Sic ignarus nimium fallitur, nesciens quid loquatur, nec ideo tales deteriora merentur supplicia, quia eis illa quæ per lavacrum regenerationis dimissa sunt replicentur, sed quia post perceptam scientiam veritatis ad ea prolapsi sunt, quæ æterna perditione multentur.

XIII.

Si quis negat diversa esse supplicia ignis æterni secundum qualitatem & merita peccatorum, inimicus evangelii comprobatur, dicente domino per comparationem quorumdam: *Amen dico* *Matth. 10.* A *vobis; tolerabilius erit terræ Sodomorum in die illa quam illi civitati.*

XIV.

Si quis eos quos Deus per propriam præscientiam ante constitutionem mundi prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, posse perire dicit, aut eos quos minime prædestinavit participes æternæ vitæ seu regni cælestis fieri posse asserit, a numero fidelium prorsus excluditur, non quod præscientia Dei liberum nostrum peccare cogat arbitrium, quamvis per ipsum liberum arbitrium nos peccatores esse præscierit, unde apostolus ait, *quos præscivit* *Rom. 8.* *& prædestinavit, conformes fieri imaginis filii sui*; de quibus & dominus: *Oves meæ vocem* *Joan. 10.* B *meam audiunt, & cognosco meas & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum & nemo eas rapiet de manu mea.* Inter præscientiam enim & prædestinationem hoc interest, quod non omnia quæ præsciuntur prædestinantur, omnia autem quæ prædestinantur præsciuntur.

XV.

Si quis confitetur quod animam tantum fecerit homini Deus, & satanas corpus plasmaverit, anathema illi.

XVI.

Si quis confitetur animas hominum de propria substantia Dei esse, quod absit, ut nec factas a Deo affirmet, anathema illi.

C XVII.

Si quis confitetur hominem in animo tantum in die judicii resurrecturum, & non cum corpore, qualem illum Deus fecit, anathema illi.

XVIII.

Si quis confitetur animas hominum rursus in hunc mundum, in homines, aut pecora, vel serpentes reverti, anathema illi.

XIX.

Ad imaginem Dei factus est homo illa imagine qua postea homo factus est Deus. In anima vero sexus diversitas non est. Si una in masculo aut fœmina anima est, quomodo vir dicitur imago esse Dei, fœmina imago viri? nisi quod Christus Deus creator hominis, D viri formam assumpturus postea virum ad imaginem suam præfiguravit, fœminam vero ex viro sumptam viri imaginem expressit, ambo tamen imago Dei, quia unus ex altero, dicente scriptura: *Creavit Deus hominem, ad imaginem Dei creavit illum* id est, Deus masculum, & fœminam creavit. *Explicit.* *Genes. 1.*

CONCILIUM VALENTINUM

AD RHODANUM IN GALLIA VIENNENSI

Circa hæc tempora celebratum, de gratia & libero arbitrio, cui S. Cæsarius præsens adesse non potuit.

NOn aliunde discere possumus, quæ in eo peracta sint, quam ex Cypriano diacono auctore vitæ S. Cæsarii Arelatensis episcopi libro primo Chronologiæ sive Bibliothecæ Lerinensis collectore Vincentio Barrali: *Susurris & mala interpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra prædicationem Dei hominis frustra suspicio. Ob hoc antistites Christi* E (Viennensis provinciæ episcopos intelligit) *ultra Isaram consistentes caritatis amore collecti in Valentina civitate conveniunt ubi etiam beatus Cæsarius infirmitatis causa solicitans, sicut disposuerat, properare non potuit; misit tamen præstantissimos viros de episcopis cum presbyteris & diaconis, inter quos etiam Cyprianus Tolonensis episcopus antistes magnus & clarus enituit, omnia*

nia quæ dicebat de divinis utique scripturis firmans & de antiquissimis patrum instructionibus nihil per se in divinis profectibus quemquam accipere posse nisi fuerit primitus Dei gratia præveniente vocatus. Sed dum suam justitiam quærebant statuere, justitiæ Dei non erant subjecti, *non reminiscentes dominum dixisse:* Sine me nihil potestis facere &c. Ego vos elegi, non vos me: nemo habet quicquam nisi datum illi fuerit desursum: *& apostolum:* Gratia Dei sum id quod sum: *& alium:* omne datum optimum de sursum est: *& prophetam:* gratiam & gloriam dabit dominus: & quod tunc vere liberum homo resumat arbitrium, cum fuerit Christi deliberatione redemptus: sub qua etiam absolutione valeat consequi perfectionis effectum. *Quorum intentionibus vir Dei Cæsarius dedit veram & evidentem ex traditione apostolica rationem, nam beatæ memoriæ* * *Bonifacius Romanæ ecclesiæ papa eadem collustatione comperta, calcata intentione jurgantium prosecutionem sancti Cæsarii apostolica authoritate firmavit.*

Joan. 15
Joan. 3.

Cor. 15
Psal. 84

* Hanc Bonifacii papæ epistolam postea exhibebimus.

Observatio P. Antonii Pagi.

ad ann. Christi 529. n. 8. & seqq.

Cum Arausicani synodi auctoritas Semipelagianorum audaciam infringere non potuisset, nonnullis episcopis damnatæ sententiæ adstipulantibus, Cæsarius Arelatensis episcopus Valentiam synodum indixit, ut frequentioribus suffragiis catholica doctrina approbaretur. Statuta in Arausicano conventu minoris forte apud nonnullos auctoritate valebant, quod inter templi consecrationem quasi aliud agentes synodum episcopi illi habuisse dicebantur. Synodo Valentinæ Cæsarius adversa valetudine præpeditus adesse non potuit, ejus tamen vices pro divina gratia defensione sustinuit Cyprianus episcopus Tolonensis, cujus synodi acta periere.

Baronius synodi Valentinæ non meminit, & Recentiores communiter eam in annum 429. conferunt. Verum cum Arausicana nonnisi die tertio Julii anni 429. habita fuerit, & Valentina celebrata postquam Arausicana decreta in quibusdam Galliarum partibus aliqui prave interpretati fuissent, apparet non parvum tempus fluxisse, antequam iterum Præsules Valentiæ pro eadem causa congregarentur. Ad hæc synodus Vasensis sub die Nonas Novembres hujus anni cœcta, cui sanctus Cæsarius Metropolita Arelatensis cum pluribus aliis episcopis Arausicanæ synodo subscriptis interfuit, capitula de Gratia in Arausicana synodo statuta non minus, quam Valentina confirmasset, si hanc Vasensis præcessisset. Denique non dubitandum, quin post habitam synodum Valentinam Cæsarius Armenium Abbatem Romam misserit, ut a Felice papa IV. eorum confirmationem obtineret, quæ in Arausicana, & Valentina definita fuissent: ex literis autem Bonifacii II. Felicis papæ IV successoris anno 530. die 21. mensis Septembris pontificis Romani consecrati intelligimus, Armenium mense tantum circiter Augusto illius anni Romam directum. Datæ sunt ea ad Cæsarium episcopum Arelatensem a Bonifacio, qui testatur eum ad se Armenium misisse, sum ad Pontificatum Romanum erectionis inscium. Quare ante mensem Augustum Armenius Romam non delegatus; nec ideo synodus Valentina ante ultimos pontificatus Felicis IV. menses indicta. Cumque Cyprianus in vita sancti Cæsarii de Valentina dumtaxat synodo verba faciat, quam Bonifacium papam ratam habuisse asserit, apparet Bonifacium II. iisdem literis utramque synodum confirmasse, licet neutram nominet.

CONCILIUM VASENSE III.

Vel ut alii H. R. P. Jac. Sirmondus S. J. duo tantum Vasensia concilia agnoscit, quorum hoc secundum est.

QUOD IN VASENSI VICO LIBERII

Præfecti prætorio atque patricii tempore celebratum est, Nonis Novembris, Decio juniore V. C. consule, id est, [a] anno Christi DXXIX. [b] Felicis IV. papæ 4. Athalarici Italiæ regis 4.

TITULI CANONUM.

I. *Ut presbyteri per parochias juniores lectores domi nutriant & erudiant.*

II. *Ut presbyteris per parochias predicare liceat, & ut his impeditis homiliæ patrum a diaconis recitentur.*

III. *Ut Kyrie eleison in ecclesiis, & Sanctus, Sanctus, Sanctus, in omnibus missis dicatur.*

IV. *Ut nomen papæ in ecclesiis recitetur.*

V. *Ut post Gloria, dicatur etiam; Sicut erat in principio.*

PREFATIO.

Cum secundum statuta canonum in Vasensi vico sanctorum pontificum fuisset concilium congregatum, juxta consuetudinem antiquorum patrum regulas relegentes, propitiante domino, nullum de præsentibus domini sacerdotibus aliquid contra decreta spiritalia, aut præterisse aut præsumpsisse cognovimus. De qua re uberes Deo gratias egimus, quia servis suis secundum pietatis suæ consuetudinem præstare dignatus est, ut pro solo perfectæ caritatis affectu, & tantum pro desiderio se videndi ad synodum convenirent. Et quamvis omnia quæ a sanctis sacerdotibus vel clericis observari debeant, & antiqui & novelli canones continere probentur, tamen ne congregatio sancta sine aliqua definitione discederet, vel parum aliquid, quod ad ædificationem ecclesiarum pertinere possit, inspirante domino, decreverunt.

CANONES.

I.

Hoc enim placuit, ut omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores lectores quantoscumque sine uxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant: & eos quomodo boni patres spiritaliter nutrientes, psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege domini erudire contendant: ut & sibi dignos successores provideant, & a domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam pervenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere volue-

luerit, potestas ei ducendi conjugium non negetur.

II.

Ivo. part. 6. cap. 107. Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem: ita ut si presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit prædicare, sanctorum patrum homiliæ a diaconibus recitentur. Si enim digni sunt diacones quod Christus in evangelio locutus est legere; quare indigni judicentur sanctorum patrum expositiones publice recitare.

III.

Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiæ provincias, dulcis & nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo & ad matutinum, & ad missas, & ad vesperam Deo propitio intromittatur. Et in omnibus missis, seu in matutinis, seu in quadragesimalibus, seu in illis quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, semper *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, eo ordine, quo modo ad missas publicas dicitur, dici debeat: quia tam sancta & tam dulcis & desiderabilis vox, etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

IV.

Ivo. part. 6. cap. 305. Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedis apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

V.

Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post *Gloria*, *Sicut erat in principio* dicitur, etiam & nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decernimus.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM

a Caserius in Christi nomine episcopus chartulam hanc definitionis nostræ relegi & subscripsi. Not. sub die Nonas Novembr. Decio juniore C V. consule.

Contumeliosus ita consensi in omnibus, ut cum sanctus papa Urbis suam oblatam dederit, recitemus ante altarium domini.

Constantius in Christi nomine episcopus relegi, consensi & subscripsi.

Cyprianus peccator consensi & subscripsi.
Maximus peccator consensi & subscripsi.
Porcianus peccator consensi & subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Eucherius peccator relegi & subscripsi.
Gallicanus peccator relegi & subscripsi.
Prosper peccator consensi & subscripsi.
Vindemialis peccator consensi & subscripsi.
Additur in quibusdam codicibus: Aquitanus episcopus subscripsi.

CONCILII VASENSIS CAPITULUM

Ex decreto Gratiani.

De sepulturis quomodo non est accipiendum pretium.

Præcipiendum est secundum canonum auctoritatem, ut de sepulturis & hominibus sepeliendis, nil muneris exigant: nisi forte, qui sepelitur, vivens jusserit, ecclesiæ, in cujus atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere: aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint. Et tamen nullatenus a presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur, sive ab illis qui locis & villis præsunt.

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Anno Christi* DXXIX.) Eodem anno quo Arausicanum. Verum Arausicana episcoporum collatio fortuita fuerat, cum ad basilicæ dedicationem convenissent. Vasensis vero synodus legitima, ac superiore anno denunciata in Carpentoractensi. Unde falluntur, qui ad alium annum synodum hanc referunt, aut qui alibi, quam hoc anno, Decium juniorem consulem quærunt, qui junior dictus est Decii alterius comparatione, qui ante annos quadraginta tertes consul in occidente fuerat, cum Longinus esset in oriente. Præter hos enim, Decius in fastis antiquis toto illo sæculo nullus memoratur.

2 *Caserius episcopus.*) Subscriptiones integræ sunt ex Lugdunensi, nisi quod Heraclius, quem septimo loco statuimus ex Rhemensi, penultimus est in Lugdunensi ante Vindemialem. Nam Aquitanus, qui postremo loco in vulgatis legitur, extatque etiam in Rhemensi ac Bellovacensi, non est in Lugdunensi, neque in Carbejensi.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium Vasense.*) Canones tertii & primi Vasensis concilii confusi sunt, ut diximus supra tom. 3. in notis concilii Vasensis primi sub Julio. Et quamquam ibidem duo capitula hinc desumpsimus primo Vasensi adscripsimus; placuit tamen eadem suis locis relicta hic vicissim adscribere, ne quam lector confusionem incurreret, vel quid præter auctoritatem antiquorum & doctiorum ablatum culpare valeat. Cur Vasense dictum fuerit, & quare Vasense tertium nomine, hoc quod habemus Vasense secundum appellari consuevit, ex notis duorum priorum sub Julio & Leone pontificibus positorum cognoscere poteris. Canones Vasensium conciliorum confusi.

b *Bellovac. etc.*) Hoc concilium, prout acta demonstrant, celebratum est, quando simul eodem tempore Decius junior in occidente consulatum agebat, & Caesius in Ancinensi ecclesia episcopali titulo ac honore fulgebat. Hoc nullo alio tempore, quam sub pontificatu Felicis IV. anno domini 530. antiquissimi patres, si verum est quod tempore Felicis aliorumque ejusdem successorum pontificum Caserius adhuc superviverit. Vide quæ hac de re notavimus supra ad concilium Arausicanum II. De canonibus hujus concilii nihil dicendum vel annotandum occurrit amplius, quod non supra in notis primi vel secundi Vasensis concilii, vel etiam alibi notatum fuerit. Quo tempore Vasense III. habitum fuerit.

CON-

Ex Labbei Append. Tom. IV.

CONVENTUS EPISCOPORUM ANDEGAVENSIS,

Anno Domini circiter DXXX.

Hujus notitiam debemus auctori vitæ S. Melanii Redonensis episcopi. Eodem fere, *inquit* tempore convenerunt simul vir * Dei Melanius, & electus Dei * Albinus, sanctusque * Victor, atque * Launus, & sanctus Marsus *, in Andegava civitate, intra basilicam sanctæ Dei genitricis Mariæ; ibique Melanius ex communi consensu aliorum, Missam celebravit in capite jejunii Quadragesimæ. Post cujus celebrationem, antequam recessissent ab invicem, dedit eis beatus pontifex eulogia in caritate cum Dei gratia & sua benedictione: *Narrat deinde ut Marsus diei jejunium caritatis præferens, & eulogiam in sinu abscondens, inobedientiæ suæ pœnas insigni miraculo dederit.*

* Redonensis
* Andegav.
* Cenomanensis.
* Constantiensis.
* Nannetensis.

ANNO CHRISTI 530.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA BONIFACII PAPÆ II.

Ex Libro Pontificali.

Dantur variantes ex MS. Codice Lucensi.

[a] Bonifacius natione Romanus, ex patre Sigisbuldo, [b] sedit annos 2. dies 26. Fuit autem temporibus Athalarici regis hæretici, & (a) Justiniani Augusti. Hic cum Dioscoro ordinatur sub contentione. Qui Dioscorus ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifacius vero in basilica Julii. Et fuit dissensio in clero & senatu dies 29. (b) Eodem tempore defunctus est Dioscorus pridie Idus Octobris. [c] Ipsis diebus Bonifacius zelo & dolo ductus, cum grandi amaritudine sub vinculo anathematis & chirographi reconciliavit clerum, quem chirographum ecclesiæ archivio reclusit, quasi [d] damnans Dioscorum, & congregavit clerum, cui tamen in episcopatu nullus subscripsit, dum plurima multitudo fuisset cum Dioscoro. Hic presbyteris & diaconibus & subdiaconibus & notariis scutellas de adeptis hæreditatibus obtulit, & alimoniis multis in periculo famis clero subvenit. [e] Hic congregavit synodum in basilica beati Petri apostoli, & fecit constitutum, (c) ut sibi successorem ordinaret. Quo constituto cum chirographis sacerdotum, & jurejurando, ante confessionem beati apostoli Petri in diaconem Vigilium constituit. [f] Eodem tempore facta iterum synodo, hoc censuerunt sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ sedis: & quia contra canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum respiciebat, ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius papa reum se confessus est majestatis, quod diaconum Vigilium sua subscriptione chirographi ante confessionem beati apostoli Petri constituisset, ac ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum & cleri & senatus incendio consumpsit. [g] Eodem tempore venit relatio ab Afris episcopis de constitutione, & ut cum consilio sedis apostolicæ omnia Carthaginensis episcopus faceret. Qui Bonifacius sepultus est in basilica beati Petri apostoli, sub die 17. mensis Octobris, (d) post consulatum Lampadii. Et [h] cessavit episcopatus menses 2. dies 15.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Bonifacius.*) Post interregnum triduanum in basilica Julii anno domini * 530. qui est quartus Justiniani, & secundus Athalarici regis Italiæ Bonifacius II. genere Gothus, creatus est pontifex, 15. die Octobris. Contra eum in schismate electus est in basilica Constantiniana Dioscorus ille, quem Hormisda pontifex una cum Germano & Joanne episcopis, aliisve presbyteris & diaconis ad Justinianum imperatorem Constantinopolim ablegavit, quique de simoniæ labe infamatus, injusta sententia condemnatus fuit. Causam schismatis dedisse videtur rex Athalaricus, qui dum forsitan exemplo antecessoris sui pontificem designaret ac præsentaret, ex clero alios sibi suffragantes, alios adversantes habuit. Accidit autem singulari Dei beneficio, ut schismatico cita morte prævento schisma extinctum fuerit.

Quando pontifex factus * 529. mortuus.

Initio pontificatus Bonifacii Belisarius dux militum imperialium cum exercitu suo a Persis in discrimen adductus est, cum quatuor annis feliciter contra eos pugnasset. Gentes maritimas, quarum subsidium contra Persas implorarat, ex idolotriis Christianas reddidit. Procopius de bello Pers. libro 1. Theodorico Francorum regi Theodebertus filius Theodorici, & Clodovei nepos successit. Ex Procop. & Gregor. Turonensi. Baron. anno 530. n. 49. De Bonifacio scribit Ado in martyrologio, quod ecclesiam S. Michaelis archangeli nomine constructam in summitate Circi dicaverit.

Causam schismatis quis dederit.

b *Sedit annos duos dies* 26.) Varius anno * uno & duobus diebus. Nam cum fateatur hic, ipsum 17. Octobris anno post consulatum Lampadii qui est Christi 531. defunctum esse, constetque ex iis, quæ supra initio harum annotationum dixi, ipsum 15. Octobris, anno domini 530. pontificem esse creatum, non nisi uno anno & duobus diebus pontificem fuisse oportuit.

Quamdiu sedem obtinuerit.

* Errat hic Binius.

c *Ipsis*

(a) *Justini.* (b) XXVIII. (c) *fecit constitutum cum chyrographis sacerdotum, & jurejurando ante confessionem Apostoli Petri in diaconum Vigilium constituit. Eodem tempore.* (d) *consulatu.*

Bonifacii acta contra Dioscorum.

c *Ipse diebus Bonifacius*, &c.) Post obitum Dioscori, Bonifacius nimio zelo commotus eumdem Dioscorum, tanquam simoniæ crimine pollutum, anathematis sententia condemnavit: & ad evitandum deinceps futuri schismatis periculum, convocata synodo, Vigilium diaconum successorem sibi designavit. Quæ cum post semotos affectus sacris canonibus adversari cognovisset, secundo congregato concilio, res a se perperam gestas plane irritavit, factumque erroneum pertæsa pœnitentia expiavit. Successores Bonifacii, Agapetus & Silverius, res in hac synodo gestas confirmarunt.

d *Damnatus Dioscorus*.) Ob causam pecuniarlam, Dioscorum velut simoniacum a Bonifacio condemnatum fuisse, aperte scribitur in epistola Justiniani imperatoris ad Joannem papam scripta, & ad Vigilium data; quæ sic ait. *Dioscorus, cum nihil in fidem peccasset, tamen solum propter ecclesiasticum ordinem, post mortem ab eodem ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur alibi in fidem peccantes episcopi, propter solum ecclesiasticum ordinem, & propter causam pecuniariam anathematis & post mortem subiiciuntur, quanto magis Theodorum*, &c. Dioscorum injusta sententia condemnatum, Agapetus absolvit, ut patet apud Anastasium in vita ejusdem Agapeti.

Qua occasione Bonifacius successorem sibi eligere voluerit.

e *Hic congregavit synodum*.) Cum Gothorum reges inde sibi usurpassent Romani pontificis electionem, ad ejusmodi præsumptam & vi usurpatam licentiam ex Gothorum manibus extorquendam, Bonifacius ecclesiæ consultum esse judicavit, ut nullo relicto sedis vacantis loco, successorem sibi eligeret. Quod licet speciem quamdam justitiæ præ se ferret, postea tamen ab omnibus est reprobatum.

f *Eodem tempore facta iterum synodo*.) Secundam synodum Romanam intelligit, qua acta prioris concilii rescidit & irritavit. Vide quæ dicemus infra in notis secundæ synodi Romanæ.

g *Eodem tempore venit relatio*.) Præerat his temporibus Carthaginensi ecclesiæ Reparatus episcopus, de quo infra suo loco plura dicemus.

Mendum Anastasii.

h *Cessante episcopatus menses 2. dies 15.*) Ex hoc mensium & dierum numero dicendum foret, Joannem successorem Bonifacii treatum esse pontificem ipsis Kalendis Januarii, secundo anno post consulatum Lampadii & Orestis, quem primo anno post dictorum consulatum Bonifacio subrogatum fuisse non tantum ipse sibi contrarius fatetur Anastasius, sed etiam inscriptio in titulo Eudoxiæ, quæ est in ecclesia S. Petri ad vincula, idem manifeste indicat. Vide Baron. an. 532. n. 8.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

Hanc falsam & adulterinam prædicant Baronius, Bell. aliique viri eruditi, nec diffitetur ipse Binius tum hic, tum in notis ad conc. Carth. vi. ubi impostorem, veteratorem & mendaciorum concinnatorem appellat Isidorum Mercatorem, seu quem alium sub ejus larva latentem: Et vero id luce meridiana clarius evincunt cum alia plura, tum verba Romanorum pontificum S. Leonis, Hormisdæ & Gregorii Magni. Non est credibile, inquit Bellarm. lib. 11. cap. 25. de Rom. Pont. Gregorium a Bonifacio illa verba sumpsisse, siquidem stylus omnino Gregorianus est: quo argumento exsufflantur omnes pseudo-Isidori merces. Facessant hæc, inquit Baronius ad 16 Octobris, non inititur vel fulcitur palea Dei ecclesia, quæ est columna & firmamentum veritatis, sed detegamus technam & aperiamus impostoram, &c. Eumdem vide ann. 419. n. 92. & seqq. 530. num. 5.

EPISTOLA I.

BONIFACII PAPÆ IV.

Vide observationem præcedentem.

AD EULALIUM ALEXANDRINUM episcopum.

De reconciliatione Carthaginensis ecclesiæ.

Bonifacius episcopus Eulalio coepiscopo salutem.

OLim ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus * auctoritatem universali ecclesiæ (auxiliante domino) subvenire, & quidquid nocivum est, auctoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc enim divinæ * dispositionis provisio gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam * minoribus potioribus, exhiberent, & potiores * minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diversitate contextio, & recte officiorum * generaretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterit ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia verò quæque creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non potest, cœlestium militiarum * exempla nos instruunt: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quia non æquale sunt, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt constet istam esse distinctionem, quis hominum abnuat, libenter illorum se dispositioni submittere? Hic * enim pax & caritas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordia, ac in alterna & Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque salubriter tunc completur officium, cum fuerit unus ad quem possit recurri, præpositus: vota * nostra caritatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit solicitudinis, gaudiorum * fructus reddatur extorris. Et ideo Carthaginiensem * ecclesiam ad communionem nostram redisse (domino propitiante) tradentibus significamus alloquiis, & mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, seriem in omnibus fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfecte gaudium perveniret, libelli Eulalii * fratris & consacerdotis nostri Carthaginensis episcopi, & Justiniani clementissimi principis orientis sacrarum exemplaria credidimus destinanda, indicantes nihilominus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis contendentibus precibus divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero quæ significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut & ipsi de affectu tantæ rei gratias nobiscum cœlestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Aurelius enim præfatæ Carthaginensis ecclesiæ olim episcopus, cum * collegis suis (instigante diabolo) superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacii atque Cælestini contra Romanam ecclesiam cœpit: sed videns te * modo * peccatis Aurelii Eulalius a Romanæ ecclesiæ communione segregatum, humilians recognovit * se, pacem & communionem Romanæ ecclesiæ petens, subscribendo una cum collegis suis, damnavit apostolica auctoritate omnes scripturas quæ adversus Romanæ ecclesiæ privilegia factæ quoquo ingenio fuerunt.

* S. Leo ep. 14

* Dist. 10. A hoc dispositionis.

* S. Gregor. ep. 52. l. 1.

* generetur

* exemplar not. Inf.

* Hinc

* Hormisdæ ep. 62. inf.

* Constantinopolitanam ferens apud Hormisdam.

* Epist. 1. CP. & Libell. habet Horm. ex quo vel maxime patet manifesta interpolatoris ridiculi.

* hæc falsissima

* more peccantis

* peccatis

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*.) Hæc epistola dicitur, a temporibus Bonifacii & Cælestini pontificum, Africanam ecclesiam, propter invisum ipsi modum prosequendæ appellationis ad sedem apostolicam interpositæ, opera Aurelii Carthaginensis episcopi schismate divisam esse ab ecclesia Romana, neque ulterius illi communicasse usque ad tempora Bonifacii papæ secundi, cum Eulalius Carthaginensis episcopus, pro incunda concordia, & recuperanda Romanæ ecclesiæ communione, præfato Bonifacio libellum supplicem obtulisset, & sic ad communionem redisset. Quæ omnia commentitia sunt & notorie falsa.

Argumentum epistolæ

Nam

Epistolam hanc communem esse probatur.

Nam manifestum est communionem Africanæ ecclesiæ a Bonifacio I. Cælestino, eorumque successoribus permultis, usque ad Bonifacium II. ne quidem ad unius diei spatium, aut horæ unius momentum intercissam fuisse. Aurelius, & qui cum eo vivebant, Cælestino communicarunt, ut patet ex fine epistolæ synodicæ illius, quam ex concilio Africano ad ipsum dederunt: ubi sic scribunt: *Dominum nostrum sanctitatem vestram eo longiore orantes pro nobis custodiat, domine frater.* Quæ sane mutua pacis, concordiæ & communionis catholicæ symbola, in formatis usurpari solita, ad pontificem, velut schismaticum non scripsissent, si a Romana ecclesia unione se præscidissent: maxime cum teste Augustino epistola 162. & 163. prædicta verba ad catholicos dumtaxat, non ad schismaticos scribi consueverint. De Augustino Aurelii collega scribit Cælestinus epistola ad episcopos Galliæ capite 2. *Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua meritis in nostra communione semper habuimus*, &c. Capreolum Augustini successorem, sacrosancto œcumenico concilio Ephesino, adeoque universæ ecclesiæ, per literas & legatos, ibidem honorifice acceptos, communicasse, videre est ex notis ejusdem concilii supra. Successores Africanæ ecclesiæ episcopos, per literas quæstionum diversarum solutionem petentes, Leo pontifex instruxit: Hilarius eosdem ad Romani concilii decisiones recepit. Symmachus Papa relegatos in Sardiniam a Trasamundo rege Ariano pavit atque vestivit. Dum tempore persecutionis episcopis ac sacerdotibus, propter edictum regis de aliis episcopis in locum defunctorum non subrogandis, destituerentur, Romana ecclesia iisdem ministros baptismi, aliorumque sacramentorum procuravit, ut constat ex Victore libro primo de persecutione Vandalica. Sanctus Eugenius Carthaginensis episcopus, in publico conventu cum Arianis assurus, ecclesiam Romanam, teste eodem Victore libro 2. de persecutione Vandalica, caput omnium Ecclesiarum publice profitetur. Quid? quod gentiles & Ariani, (ut videre est apud eumdem Victorem lib. 2. de persecutione Vandalica, & Gregor. Turon. de gloria mart. cap. 25.) Africanos catholicos, Romanos appellarint, non alia de causa, quam quod cum Romana ecclesia in fide & religione communicarent, ejusque pastorem Christi vicarium, pari cultu omnes in literis suis colerent & observarent.

Cum itaque ex his manifestum sit, Africanam ecclesiam non modo nunquam a Romana ecclesia unitate & communione descivisse, verum potius eamdem, etiam persecutionis tempore, velut matrem suæ aliorumque ecclesiarum agnovisse, quis falsitatis non arguat hanc epistolam, quæ Eulalius aliquis Carthaginensis episcopus pro integranda unione libellum obtulisse dicitur, quando omnes episcopi catholici regnante Gilimere rege Ariano exulabant? Quis mendacii non accuset eam, quæ, sedente Alexandriæ Timotheo ejus nominis tertio episcopo hæretico, fingitur ad Eulalium * Alexandrinum antistitem transmissa? Quis denique impostura & fraude plenissimam esse non dicat, qua scribitur Africanam ecclesiam ultra centum annos schismaticam fuisse, quæ ne quidem unius horæ spatio ab unitate ecclesiæ Romanæ se unquam præcidit? Oportebat tale commentum excogitare, ut Augustinos, Eugenios, Fulgentios, viros sanctitate celeberrimos, cum Aurelio, quem ipsi schismatis auctorem, Prosper vero Aquitanus, *Patrem & digna memoria nominandum antistitem, cælestis patriæ civem appellat*, cum agminibus quibusdam sanctorum martyrum ac confessorum, qui tempore persecutionis Vandalicæ pro fide catholica obierant, e matricula & sacra sanctorum tabula expungere possent. Nam si integro abhinc sæculo, nempe a Bonifacio usque ad hæc tempora, Africana ecclesia in schismate perseveravit, nihil est, ut interea aliquis legitima corona martyrii impertiri, vel aliquo confessionis præmio munerari potuerit: cum unanimi omnium patrum consensu certum sit, nullam posse esse schismaticorum coronam, utpote quæ non aliis, quam in stadio catholicæ ecclesiæ legitime certantibus, concedatur. Vide Baron. in notis martyr. die 16. Octobr. b. Item ea quæ notavimus supra in concilio Carthag. VI. verbo, *Concilium*.

* nullus hoc nomine Alexandrinus episcopus ut patet ex Nicephoro, atque. Quæ intestino e hac epistola conficta hierit.

EXEMPLAR * PRECUM EJUS,

* Hæc quoque a callido veteratore confictæ.

ET JUSTINIANI PRÆDICTI PRINCIPIS.

Hormisdæ ep. st. & in libello missio ad Ioannem Neapolitanum, hæc Item Ioannes ep. CP ad Hormisdam.

a PRima salus est, rectæ fidei * regulam custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare: & quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Et hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica

Matth. 16.

A extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam & apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices; sequentes in omnibus apostolicam sedem *, & prædicantes ejus omnia constituta, & per omnia spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & vera Christianæ religionis, & perfecta soliditas, promittens sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo

* Hæc eodem libello.

B a professione mea deviare tentavero, his quos damnavi complicem mea sententia me esse profiteor. Hanc autem professionem meam manu mea subscripsi, & Bonifacio * sancto & venerabili papæ urbis Romæ direxi, damnans & antecessores & successores meos, & omnes qui S. Romanæ & apostolicæ ecclesiæ privilegia cassare nituntur. Hinc enim supernæ misericordiæ documentum perdocetur *, quando & mundani principes causas fidei cum reipublicæ ordinatione conjungunt, & ecclesiarum præsules, quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores exequuntur. Talibus enim indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui compressis provida dis-

* Hormisdam habet libellus.

* Hormisdæ ep. 80. ad. 5. concilii CP. sub Menna.

C pensatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulsa tempestate reducerent, ut in futura post sæcula ad propositi sui exempla tendentes, sibi adscribendum indubitanter ostenderent, quidquid domino placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus dominum, fratres carissimi, nostris hoc diebus fuisse concessum, & totis orationum & curarum viribus annitamur, ut quæ Dei ope bene cœpta sunt, ipso adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua, quæ adhuc divisa sunt, membra festinent, & a potioribus minora non discrepent. Ad quod, cum me dilectio tua Christianæ studio caritatis hortatur, debet

D quod invitat, sequi, & quod amandum suadet, amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam, par etiam præmium de boni operis speramus affectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad cœlorum ardua per proclive tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur etiam testante psalmista: *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore*: quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminus. Ergo studium solicitudinis assumentes, quibus est una in communione societas & credulitas,

Psalm. 105.

E quemadmodum de unitate sedis apostolicæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ pariter exultamus in domino, ita de reliquorum quoque (sicut affectione admones) redintegratione lætemur, & curemus * præmium, ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione serventur. Nosti enim, frater carissime ac sanctissime quia ecclesiastica servant vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum tueatur insidiis, per quam etiam canonum custoditur * integritas. His in robore suo omni circumspectione servatis, remedia sperantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regu-

* forte primum & ita legitur in c. Just.

* auctoritas

regularum, & ipsius forma justitiæ, ut medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus non negetur, nec quisquam est ita ab humanitate discretus, quem non a rigore districtionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc, ceterasque querelas, aut errores alicujus * ævi valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in hujusmodi causis (sicut prædictum est) quid cavendum sit, & ita omnia prævidendum, ut a te non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam, ita tamen ut eos, qui vobis fuerint communione sociati, vel per vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarent, quibus etiam & * quam continentiam libellorum obtulerint, inferatur. Sic quoque * humilitatem debemus tenere in mente, ut * inde ordinis nostri dignitatem servemus in honore, quatenus in nobis, nec humilitas timida, nec ratio sit superba. Omnipotens * Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ * multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Amen. Datum VIII. Kalendas Octobris * Justiniano tertium * & Oreste viris clarissimis consulibus. *

* vel

* continentia libellorum quos obtulerint,

* Greg. ep. 36. l. IV. ad Eulogium

* tamen

* Idem ep. 127. l. VII.

* cum

* Hæc falsa consulum nota,

* Valentiano II & Oreste.

* Anno Christi 530. vel 533.

Nota Severini Binii.

Professio hæc fidei suspecta.

a *Prima salus.*) Hæc professio fidei Justini esse non potest, cum is quatuor annis ante tempus editæ ac datæ hujus professionis obierit. Justiniani esse nequit, tum quod ex epistola Hormisdæ pontificis ad Hispaniarum episcopos, & ex Joannis Constantinopolitani episcopi, aliisve pluribus mixta sit, adeoque tanto quidam malo confutus esse videatur: tum etiam, quod data habeatur sub consulatu Justiniani tertio, cum jam non amplius Bonifacius, sed Joannes Romanæ ecclesiæ præsideret. Hæc prudens collector epistolarum pontificiarum diligenter considerans, suspectam de obreptione fidei formulam explosit. Baron. anno 530. num. 5.

II. AD CÆSARIUM ARELATENSEM.

*Ejus rogatu confirmat * ea quæ in synodo Arausicana fuerant definita.*

* Vide quæ supra observata sunt pag. 826. de hac auctoritate Romani pontificis quam primus edidit Sirmondus.

Dilectissimo fratri Cæsario Bonifacius.

PEr filium nostrum Armenium presbyterum & abbatem literas tuæ fraternitatis accepimus, * quas ad nos ut apparet inscius adhuc sacerdotii mihi commissi, sub ea qua in Deo tenemur caritate direxeras: quibus credideras postulandum, ut id quod a beatæ recordationis decessore nostro papa Felice pro catholicæ fidei poposceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id voluntas superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares; petitioni tuæ, quam laudabili fieri solicitudine concepisti, catholicum non distulimus dare responsum. Indicas enim, quod aliqui episcopi Galliarum, cum cetera jam bona ex Dei acquieverint gratia provenire, fidem tantum, qua in Christo credimus, naturæ esse * velint, non gratiæ; & hominibus ex Adam, quod dici nefas est, in libero arbitrio remansisse non etiam nunc * in singulis misericordiæ divinæ largitate conferri: postulans ut pro ambiguitate tollenda, confessionem vestram, qua vos e diverso fidem rectam in Christo, totiusque bonæ voluntatis initium, juxta catholicam veritatem, per prævenientem Dei gratiam singulorum definitis sensibus inspirare, auctoritate sedis apostolicæ firmaremus. Atque

* dicant,

* abest hæc propositio a c. Palatino & aliis.

A ideo, cum de hac re multi patres, & præ ceteris beatæ recordationis Augustinus episcopus, sed & majores nostri apostolicæ sedis antistites, ita ratione probentur differuisse latissima, ut nulli alterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia, supersedendum duximus responsione multiplici; maxime cum secundum eas, quas ex apostolo, direxisti sententias, quibus dicit: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*; & alibi: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut eum credatis, verum etiam ut pro eo patiamini*; evidenter appareat fidem, qua in Christo credimus, sicut & omnia bona, singulis hominibus ex dono supernæ venire gratiæ, non ex humanæ potestate naturæ: Quod etiam fraternitatem tuam, habita collatione cum quibusdam sacerdotibus Galliarum, juxta fidem gaudemus sensisse catholicam: in his scilicet, in quibus uno, sicut indicasti, consensu definierunt fidem, qua in Christo credimus, gratia divinitatis præveniente conferri; adjicientes, etiam, nihil esse prorsus secundum Deum boni, quod sine Dei quis gratia aut velle, aut incipere, aut operari, aut perficere possit, dicente ipso salvatore nostro: *Sine me nihil potestis facere*. Certum est enim atque catholicum, quia in omnibus bonis, quorum caput est fides, nolentes nos adhuc misericordia divina præveniat, aut velimus; insit nobis cum volumus; sequatur etiam ut in * fide duremus, sicut David propheta dicit: *Deus meus misericordia ejus præveniet me*: & iterum: *Misericordia mea cum ipso est*: & alibi: *Misericordia ejus subsequetur me*. Similiter & B. Paulus dicit: *Aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Unde nimis eos qui contra sentiunt, admiramur, usque eo vetusti erroris adhuc reliquiis prægravari, ut ad Christum non credant Dei beneficio, sed naturæ veniri; & ipsius naturæ bonum, quod Adæ peccato noscitur depravatum, auctorem nostræ fidei dicant magis esse quam Christum, nec intelligant se dominicæ reclamare sententiæ dicenti: *Nemo venit ad me, nisi datum fuerit illi a Patre meo*. Sed & B. Paulo simul obsistere clamanti ad Hebræos: *Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum Christum*. Quæ cum ita sint, invenire non possumus quid ad credendum in Christo, sine Dei gratia, humanæ deputent voluntati, cum Christus auctor consummatorque sit fidei. Quapropter affectu congruo salutantes, supra scriptam confessionem vestram consentaneam catholicis patrum regulis approbamus. Illos autem qui præcedente * fide cetera, sicut indicas, volunt gratiæ deputare, sua professione constringimus, ut multo magis dono gratiæ etiam fidem cogantur adscribere, præter quam nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut beatus apostolus dicit: *Omne quod ex fide non est, peccatum est*. Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiæ deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur; aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiæ deputanda. Si enim nihil boni est sine fide; fides autem ipsa venire negetur ex gratia; nullum, quod absit, bonum erit gratiæ deputandum *. Ait enim Jacobus apostolus: *Omne donum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*. Sed & ipsi fatentur, ut dicis, dona

* fine, ex c. Pal.

Psal. 58.

Psal. 88.

Psal. 22.

Rom. 11.

Joan. 6.

Hebr. 12.

* fide seruato loco cetera, sicut indicas, bona voluntas

Rom. 14.

* addit cod. Pal. Etenim omne bonum deputandum constat esse divinum: licet scriptum est: Omne, &c. Jac. 1.

dona cætera donari per gratiam; ipsa autem A bona per fidem subsistere non ambigunt universa. Ipsa ergo necessario fides erit gratiæ deputanda, a qua bonum, quod gratiæ tribuunt, separare non possunt. His itaque breviter assignatis, contra reliquas Pelagiani erroris ineptias, quas illa videtur epistola continere, quam a quodam tibi mandasti sacerdote transmissam, respondendum non duximus: quia speramus de misericordia divina, quod ita per ministerium tuæ fraternitatis atque doctrinam, in omnium, quos dissentire mandasti, dignabitur cordibus operari, ut ex hoc omnem bonam voluntatem non ex se, sed ex divina credant gratia proficisci, cum se senserint id jam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare. B Scriptum est enim: *Præparatur voluntas a domino*, & alibi: *Scio quia non possum esse continens, nisi Deus dederit, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum*. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VIII. Kalendas Februarias, [3] Lampadio & Oreste viris clarissimis consulibus.

Prov. 18. Sapiens. 8. LXX.

Anno Chr. 530.

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

[1] *Cæsario Bonifacius.*) Tertium epistolæ hujus exemplum vidimus in codice Tiliano Engolismensi; meminiique ejusdem Cyprianus diaconus in vita sancti Cæsarii lib. 1. sub finem.

[2] *Quas ad nos subea*) Quædam hoc loco depravata erant in antiquis exemplaribus, ex quorum vestigiis hæc erui videbantur: *quas ad nos, ut apparet, in hujus aditu sacerdotii mihi commissi sub eo*, &c.

[3] *Lampadio & Oreste consulibus.*) Non potuit his consulibus Januario mense scribere Bonifacius, qui juxta Anastasium mense tantum Octobri eodem anno creatus est pontifex. Quare mendum irrepsit, & legendum fortasse, post consulatum Lampadii & Orestis, qui fuit annus Christi DXXXI.

Observatio P. Antonii Pagi ad ann. Christi 529. num. 11.

Hæc epistola tam in editione Sirmondi, quam Holstenii dicitur data *VIII. Kalendas Februarias, Lampadio & Oreste V. V. C. C. Coss.* anno sc. 530. sed cum Felix IV. die 18. mensis Septembris illius anni mortalitatem expleverit, suspicatus est Sirmondus mendum in notam Consularem irrepsisse, & legendum, *post Consulatum Lampadii & Orestis*, qua annus 531. insignitus fuit. At Bonifacius II. in his literis dicens, *Catholicum non dissimulavimus dare responsum*, eam emendationem evertit, & his verbis indicat clausulam illam additiam esse, flocciqne faciendam.

ANNO CHRISTI 531.

CONCILIUM ROMANUM I.

quo Bonifacius Vigilium diaconum

Sibi successorem delegit: & quod idem Bonifacius paulo post reprobavit.

[a] *Concilium Romanum I.*) Hujus concilii C Romæ ob prædictam causam congregati mentio habetur apud Anastasium in vita Bonifacii, his verbis: *Hic congregavit synodum in basilica B. Petri apostoli, & fecit constitutum, ut sibi successorem ordinaret. Quo constituto cum chirographis sacerdotum, & jurejurando, ante confessionem beati apostoli Petri, in diaconem Vigilium constituit*. In vita Agapeti apud eumdem Anastasium colligi videtur, quod sententia anathematis in mortuum Dioscorum pronunciata, de qua supra in notis ad vitam Anastasii plura dixi, hoc concilio lata ac promulgata fuerit, quamquam in vita Bonifacii ab Anastasio illud factum sic referatur, quasi ante convocationem synodi contigisset. Utut sit, illud certo constat, quod postquam suum ipsius factum, velut illegitimum, Bonifacius detestatus fuisset, Agapetus papa non minus damnationem Dioscori, quam etiam designationem successoris pontificis a Bonifacio factam condemnarit. Vide Baron. an. 531. n. 1.

CONCILIUM ROMANUM II.

quo auctore Bonifacio electio Vigilii

Vivente adhuc pontifice facta, velut illegitima & sacris canonibus contraria irritatur & rescinditur.

[a] *Concilium Romanum.*) Idem Anastasius D in vita Bonifacii hujus etiam concilii, ob assignatam in titulo causam Romæ convocati meminit hisce verbis: *Eodem tempore facta iterum synodus, hoc cassaverunt sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ sedis, & quia contra canones hoc fuerat factum: & quia culpa suum respiciebat, ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius papa reum se confessus est majestatis, quod diaconem Vigilium subscriptione chirographi confessionem beati Petri successorem constituisset; ac ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum, & cleri, & senatus, incendio consumpsit*. Hunc conatum merito reprobavit pontifex Bonifacius, cum non tantum universo clero, sed etiam Romano populo displiceret. Silverius papa in decreto anathematis in Vigilium, scribit ab eodem procuratum esse ut hæc contra canones decemerentur, ideo hæc illi exprobravit: *Quia contra jura canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacii papæ, ipso vivente, designari conabaris, nisi tibi amplissimus sena-*

Acta concilii.

senatus obviasset justitiæ: tuæ providentia pastorali ac pontificali auctoritate tua execranda doluerant auspicia detruncari: sed dum parvum vulnus in te neglectum est, insanabile accrevit apostema, &c. Hæc eadem ab Agapeto reprobata esse testatur Anastasius in vita ejusdem Agapeti infra, his verbis: *Hic in ortu episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo intorserat Bonifacius presbyteris & episcopis contra Dioscorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus, incendio consumsit, & absolvit totam ecclesiam ab invidia perfidorum*. Plura hæc de re diximus supra in notis ad vitam Bonifacii.

Ex nova Baluzii Collectione.

CONCILIUM LARISSENUM

Habitum circa annum DXXXI.

Hanc synodum fuisse celebratam pro ordinatione Stephani Episcopi Larissæi ipse docet in libello transmisso ad Bonifacium II. Pontificem Romanum qui lectus est in synodo Romana. Illic enim ita loquitur idem Stephanus: Et quia ordinationem secundum priscam consuetudinem non alibi sed in eadem civitate fieri oportebat, convenit sancta provinciæ synodus & totius civitatis possessores omneque corpus Ecclesiæ, & communi omnium testimonio nihil consuetudini detrahente, in Ecclesia sum ordinatus Episcopus. *Verum quia istud fuerat factum præter auctoritatem Episcopi Constantinopolitani, qui ordinationes Episcoporum orientalium sui juris esse contendebat, & multis exemplis adjuvabatur, Stephanum paulo post deposuit synodus Constantinopolitana de qua mox nunus acturi*.

Ex nova Baluzii Collectione.

CONCILIUM CPTANUM

Habitum circa annum DXXXI.

Post Concilium primum Constantinopolitanum, in quo facta sunt fundamenta patriarchatus Constantinopolitani, urbis illius Episcopum in se traxisse ordinationes Episcoporum orientalium, præcipue vero metropolitanorum, multa exempla ostendunt data ante tempora Concilii Chalcedonensis. Isto vero anno aut circiter, cum Proclus Episcopus Larissenus Thessaliæ metropolita excessisset e vivis ordinatusque in ejus loco secundum priscam consuetudinem fuisset Stephanus ab Episcopis provinciæ, regiæ urbis Archiepiscopus, ab æmulis ejus sollicitatus, eum evocavit Constantinopolim, & conventum faciens Episcoporum qui ibidem commorabantur, ut ait idem Stephanus in altero libello, unum studium habuit ut in sanctis Thessaliæ provinciæ Ecclesiis dominus atque judex esse videretur. *Itaque insuper habita appellatione Stephani ad sedem apostolicam, cum nihil de eo approbatum fuisset, id est, cum nulla testimonia eum convincerent de crimineibus quæ ei ingerebantur, (hæc enim erat occasio urendi hominem) nec ulla culpa esset canonicæ ultionis digna inventa, sententiam in eum protulerunt, & a sacerdotali eum officio suspenderunt. Post quæ, Stephanus iterum sedem apostolicam appellavit. Hæc continentur in synodo quæ habita est Romæ sub Bonifacio II. Papa*.

* Posterius quidem fuit Tolletano II. sed ne Romana ab invicem divelleremus, huic et loco inseruimus.

CONCILIUM * ROMANUM III.

QUO LECTI SUNT LIBELLI A STEPHANO LARISSÆ

Metropolitano transmissi, atque prolatæ e scrinio sedis apostolicæ complures epistolæ, quibus constat quamvis in toto mundo sedes apostolica ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, specialem tamen in ecclesias Illyrici gubernationem sibi vindicasse.

* *Ex Barberina bibliotheca integrum primus edidit Lucas Holstenius Vaticanæ basilicæ canonicus & bibliothecæ præfectus.*

* Leo Allatius plurima ex eo fragmenta publicavit pag. 1364. & 1371. Concordiæ ecclesiæ orientalis cum occidentali.

SESSIO PRIMA.

Anno Christi 531. die 9. Decembris.

Post consulatum Lampadii & Orestis * virorum clarissimorum die VII. Iduum Decembrium, in consistorio B. Andreæ apostoli; præsidente venerabili viro papa Bonifacio, una cum Sabino Canosinæ civitatis, Abundantio Demetriadæ civitatis, Caroso Centumcellensis civitatis, Felice Numentanæ civitatis episcopis: residentibus etiam Sanctulo, Mercurio, Vivulo, Petro, Eventio, Hilario, Urso, Petro, Bacauda, Gaudioso, Petro, Epiphanio, Benedicto, Servo Dei, Innocentio, Paulo, Andrea, Gaudioso, Petro, Philippo, Valentino, Januario, Dulcitio, Joanne, Redempto, Crescentione, Cælestino, Sebastiano, Libertino,

Cyriaco, Pullione, Barbaro, Laurentio, Vivulo, Seleuco, Bono, Florentio, Rustico & Laurentio presbyteris: adstantibus quoque Tribuno, Agapio, Donato & Palumbo diaconibus; Tribunus archidiaconus dixit: Theodosius vir venerabilis Thessaliæ provinciæ Echiniensis civitatis episcopus adstans præ foribus ingredi desiderat, quid præcipitis? Bonifacius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Ingrediatur. Bonifacius episcopus dixit: Audientiæ nostræ tibi copiam tribuimus, desiderata insinua. Theodosius Thessaliæ provinciæ Echiniensis civitatis episcopus per interpretem dixit: Stephanus sanctissimus ac beatissimus Larissæ civitatis episcopus, quæ civitas Metropolis est Thessaliæ, libellum per humilitatem meam ter venerandæ Beatitudini vestræ transmisisse cognoscitur offerendum; quem quia præ manibus teneo, deprecor susceptum sibi relegi. Beatitudo vestra constituat. Bonifacius episcopus dixit: fiat. Menas notarius recitavit:

Domino meo sancto ac per omnia beatissimo, & revera venerando patri patrum, universali Patriarchæ * Bonifacio Stephanus exiguus episcopus.

* Hæc verba edita habent ex mss.

NOn irrationabili usus fiducia adeo nec ignorans meam mediocritatem, sed cum anima contrita & spiritu humili, & cum multis lacrymis hanc meam vobis offero supplicationem, ideo acceptabilem esse coram te, beatissime pater, existimo: quoniam & antea & hi qui Deo cum lacrymis supplicabant, tanquam cum holocaustomatibus & arietibus atque tauris, sed cum decem millibus agnis pinguibus, confidentes orabant. *Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernet*. Ergo nec tu ipse, sanctissime pater, me multis circumdatum malis, & ad Deum solummodo atque vestram paternam consuetudine pietatem respicientem habebis despectui. Quoniam nullus ecclesiasticus ordo illam vestram, quæ a salvatore omnium & primo pastore vobis est conlata, potest præcellere potestatem: exiguum est vel humile, in quo providentia vestra respicit. Quantum vos apud Deum omnes præcellitis, tanto vos necesse est cogitare, quia hæc est probatio Deum amantium, ut post Deum pater & doctor sanctæ ecclesiæ Petrus vestræ & totius mundi testatur. Quia domino dicente tertio: *Amas me? pasce oves meas*; tradit prius vobis mandata ostendens, & per vos deinde omnibus per universum mundum sanctis ecclesiis condonavit. Denique per hoc quia venerabiles effecti ante vos, & quanti sanctam illam sedem habere meruerunt, corpore quidem in Romana gloriosa degentes civitate; spiritu autem ea quæ rite agebantur omnia ornantes & transgressi, & plurimi ex corpore ecclesiæ ab inimicorum calumniantium violentia sunt liberati a Deo & venerabili apostolica sede. Unde deprecor, *judicate humilem, & pauperem*, sicut scriptum est, *justificate*. Mihi enim in sæculari vita erat antea provincialis ordo militiæ, mediocriter sicut erat meam vitam humiliter transiebam. Sed quia Proclo beatæ memoriæ quiescente, qui factus fuerat Larissæ ecclesiæ episcopus, oportebat eidem præsulem ecclesiæ ordinari, decretum factum est communiter tam cleri quam populi metropolitani atque eorum, quorum adsensus erat actui necessarius: & secundum priscam consuetudinem tribus electis, Alexandro Sciatensi presbytero, &..... presbytero, ac me exiguo; meliori testimonio sortito electionis palmam promerui. Sed ego conscius mei, indignum me tanto negotio esse judicavi; totum autem Dei gratiæ atque clementiæ libenter assensi, ad latronem atque publicanum & alia hujusmodi plurima exempla respiciens, quos ab extremis malis, & ut dicendum est, ab ipso fundo malorum subito Deus eripuit, animabar; & quædam mihi data est spes boni propositi. Igitur ex omnibus in me electionem contulerunt, in decreto pariter subscribentes. Et quia ordinationem secundum priscam consuetudinem non alibi, sed in eadem civitate fieri oportebat, convenit sancta provinciæ synodus, & totius civitatis possessores, omneque corpus ecclesiæ, & communi omnium testimonio nihil consuetudini detrahente, in ecclesia sum ordinatus episcopus. Tantam enim alacritatem rei istius habebat, factumque amplectebatur Probianus Dei amator, Demetriadæ civitatis episcopus, ut etiam provocaret in ecclesia Dei laudem in meæ humilitatis exercere personam. Et ut nihil de me ipso dicente, ex his qui me voluerunt atque elegerunt, datur intelligi, secundum Deum ordinatio ista provenit. Quapropter deprecor, beatissime pater, ut mansuete hæc audire digneris, non enim laudem labiorum meorum diligens, sicut scriptum est, hæc suggero: quoniam qui in se gloriatur, apud Deum probatus esse non potest: sed ut vobis ista cognoscentibus calumnia quæ adversus me excitata est evidenter appareat. Quanta vero deinde dixerint & provinciales episcopi, & sanctæ clerus ecclesiæ ostendens se pro mea electione gaudere, superfluum judicavi vestris auribus. Quiescente igitur bonorum omnium inimico, & Deo mea non respiciente peccata, & nullam perturbationem sustinebat ecclesia, & erat caritas omnium celans delictum, sicut scriptum est. Sed nescio unde incitati Antonius timoratus presbyter atque dispensator, & Probianus defamator Demetriadæ civitatis episcopus: illum dico, beatissime, Probianum, qui alios festinantes meas laudes dicere repellens, ipse in ecclesia Deo titulos meæ laudis exercuit, pariter Demetrium Dei amatorem Sciatensis civitatis episcopum; & alios suæ portionis suadentes esse participes, nec subscriptiones quæ in decreto continentur erubescentes; nec Probianus suam laudem & totius ecclesiæ testimonium, sed nec illa quæ dixerunt vel egerunt, quomodo meam amplectentes fieri ordinationem, quomodo & ante ordinationem gratam meam sibi fuisse personam; quomodo & celebratam ordinationem libenter tulisse; ad regiam urbem subito profecti sunt, & quamdam componentes accusationem sanctissimo ejusdem civitatis archiepiscopo Epiphanio querelas deposuerunt; dicentes, meam ordinationem sanctis canonibus minime convenire; sperantes ut in meo loco alter subrogaretur episcopus. Ergo ista me incipiente dicere, angustia me utique detinet. Si enim dixero quæ in me exercuerunt, vel tempestatem quæ nunc vitæ meæ imminet, aut illa quæ minantur, quia sæviora existunt, ne quis me protervum aut audacem esse judicet aliqua dicentem de tanto ac talis ecclesiæ præsule. Si * vero ista tacuero ut mihi est, unde enim ha-

Psal. 50.

Joan. 21.

Psal. 81.

* Lege, ut mihi est Hard.

habeo auxilium? sed magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, & vestræ beatitudinis, & pietatis serenissimi imperatoris me committens judicio, tacere non potui. Cum ergo mea accusatio ad sanctissimum archiepiscopum Epiphanium pervenisset, (rursus ac sæpius veniam peto de his quæ dicturus sum, ista non proterviæ vel audaciæ, sed necessitatis esse judicetis sanctissimi patres,) commonitorium, sicut ipsi vocant, faciens ad nomen Andreæ viri religiosissimi; diaconis & notariis sanctæ suæ ecclesiæ, ad Thessaliam direxit provinciam; præcipiens me a sacro recedere ministerio, ut pote non secundum canones ordinatum; nulla accusationum probatione, nec canonica evocatione usus, alios episcopos ejusdem provinciæ & clerum sanctæ nostræ ecclesiæ a mea communione suspendit, & quod est novissimum, nec cibos aut quæ sunt necessaria de rebus ecclesiasticis me habere permisit: sed quæ in convictis solent fieri, hæc in me ante quam aliqua examinatio judicii proveniret, exercuisse dignoscitur. Etenim in his qui revera delinquunt plurimæ misericordiæ sunt ab ecclesiis constitutæ. Hæc ergo Andreas vir religiosus, quem suggessi superius, in me jussus est exercere. Utque ejus judicio, qui me a communione suspendit, responsurum meam præsentiam exhiberet, Eustathium Gomfiensis civitatis episcopum, atque Elpidium Thebanum, sed & Stephanum Laminensem, quasi magis meæ illicitæ ordinationis, pariter exhibere jussus est. Demetrium autem & Probianum viros religiosos, qui antea magna pars meæ fuerant electionis atque ordinationis habens apud se is qui me ad causam compellebat, in meam perniciem omnino fovebat. Me autem prædictus vir religiosus Andreas ibidem non invenit, quia ad Thessalonicensem magnam civitatem fueram paulo ante profectus: clero autem, & quantos alios potuit reperire congregatis, commonitorium eis relegit, & epistolam ad eos directam. Erant autem ad clerum tales literæ factæ ab eodem sanctissimo viro: gestaque confecit apud defensorem civitatis, quorum exempla exiguis meis libellis subdere non omisi. Factus est autem brevis de sacris vasis atque rebus ecclesiasticis: & aliqui ab ecclesiasticorum solicitudine ab Antonio viro religioso, qui connivebat ubique viro religioso Andreæ, sunt remoti: qui prædictus Andreas ad Thessalonicensem magnam civitatem veniens, mihi, & Elpidio, atque Stephano prædictis Dei amatoribus episcopis, quæ jussa atque interminata sunt, ostendit. Ego vero nec accusatorum nec aliquorum conatus metuens, sed ad Deum solummodo, & ad leges sanctæ ecclesiæ, & ad principatum sanctarum ecclesiarum traditum vobis respiciens, mox inter acta dixi; ut si oporteret me ad aliquem accusantem respondere, aut de mea ordinatione aliquid judicare dignatur, causam me dicere necesse est; sed alibi, apud quem sacrorum canonum lex custoditur, & usque hactenus consuetudo servatur, memoriam faciens vestri sancti capitis, & apostolicæ sedis; dicens, vos esse dominos hujus examinationis; supplicans nihil in me debere novi fieri, aut quod potest bene composita disturbare. Nam qui locus mihi remedii remansisset ad vos beatissimos judicii dominos, si hæc non dixissem? Sed nec hoc solum dixi, sed aliqua causæ profutura documenta ostendi. Significant autem ista gesta quæ facta sunt quæ meis exiguis libellis adjunxi, & decretum in me factum & titulos laudis. Ego quidem arbitrabar hanc fidem flagitationis causæ meæ esse potuisse, si vobis, quibus a Deo datum est judicare, nominatis incompetens se persona subtraheret; *non est enim Deus perturbationis, sed pacis*. Nec hæc quidem vel alia ad quietem meam sufficere potuerunt: sed invitus ad regiam urbem sum deductus. Et nisi quidam timentes Deum, & repositam promissionem visitatione carcerum prospicientes atque expectantes, meam præsentiam adesse promitterent, vinctus utique fueram homo nullum nocens, sicut arbitror, nisi cur eligentibus me consenti, & spei Dei me committens ordinari promerui: & quia fiducialiter dixi, quod si oporteret examinationem aliquam fieri, ab eo fieri deberet, qui est hujus examinationis dominus constitutus: & alia quæ in me facta sunt, atque exerceri non dubito. Compellor autem, & nec aliquod tempus respirationis habeo; nec quis pro me cogitet in tantis cladibus, potero reperire. Deteriora vero ab his qui minantur me sustinere confiteor, damnationem, exilium, & quantæ criminum sunt vicissitudines immerenter expecto. Quapropter unicum nunc a vobis, & vestræ apostolicæ sedi confidens, remedium postulo: *Spes enim*, ut divinum dicit eloquium, *non confundetur*. Quod si quis esset qui præsideret, quem sancti canones in hoc negotio judicem esse decernerent, oportebat, sicut existimo, eum prius de accusatorum vita judicare, & cognoscere; quia accusatores esse non possunt illius, qui quamvis humilis, episcopatus honorem promeruit. Sed quia propter fiduciam vestri, sicut dixi, offendi, hæc sunt pro meis partibus præmissa, & in quibus malis superius nominavi, sum constitutus; ideoque supplico vobis, si qua est Dei misericordia, si qua pietas, si qua dilectio transite, & hic ipsum in sancto Spiritu, secundum beatum apostolum, auxilium mihi ferentes, vestri & vestrorum decessorum illius beatæ sedis recordantes, quia nullum unquam ab aliquo injuste noceri passi sunt. Siquidem cito succurratis oppresso, confido me a malis meis ea celeritate salvari: si autem, quod absit, mea peccata vestram moraverint pietatem, saltem si aliquid ab insidiantibus velociter fuerit actum, & sic sanctis canonibus adesse vos convenit, & exequi in his quæ prætermissa sunt. Hoc enim opus vestrum est, beatissime, die ac nocte sanctorum patrum, & venerabilis atque apostolicæ vestræ sedis leges atque constituta in omnibus quidem ecclesiis, præcipue autem in vestra Illyricana provincia custodire. *Et alia manu*. Stephanus exiguus episcopus sanctæ Larissæ ecclesiæ huic libello a me facto manu propria subscripsi, & domino meo sanctissimo ac per omnia beatissimo, etiam venerandissimo patri patrum & universali patriarchæ Bonifacio destinavi.

Abundantius Demetriadæ civitatis episcopus surgens e consessu dixit: Prætermittere non potui audiens nomen Probiani. Is de quo agitur Probianus ipse est, qui meam ecclesiam invasit, & me veniente ad beatitudinem vestram cum literis episcopi, captans absentiam meam per temeritatem locum meum usurpavit; & secundum sanctos canones non debet episcopus nominari: adversus quem rogo beatitudinem vestram, ut sedis apostolicæ mihi

disciplina subveniat. Bonifacius episcopus dixit: Et libelli oblati recitatio, & prosecutio fratris & coepiscopi nostri Abundantii gestis indatur; & si qua sunt alia desideramus agnoscere. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ per interpretem dixit: Et alium libellum idem sanctissimus Stephanus metropolitanus episcopus ad beatitudinem vestram per meum direxit obsequium; quem peto ut vestris sensibus relegi centeatis. Bonifacius episcopus dixit: Libellus quem offert, susceptus a notariis recitetur. Cumque susceptus fuisset, Menas notarius recitavit.

Domino meo sancto ac beatissimo & revera venerando patri patrum & archiepiscopo atque patriarchæ Bonifacio data supplicatio a Stephano exiguo.

QUæ antea in spe erant, & metuere ac tremere, & sanctam apostolicam vestram sedem invocare faciebant, hæc cum apprehendissent atque constringerent meam miseram vitam, amplius magis vestram beatitudinem appellare compellunt. *Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutaris*. Libera me ab inimicis meis, & a persequentibus eripe me: etenim circumspersa est aqua mihi usque ad animam, venerabilis pater, & abyssus novissima circumdedit me: ascendat ex corruptione vita mea, sicut scriptum est. Si enim miserationes Dei non prævenerint, ego quidem opus factus sum, quale ipsi voluerunt, inimicorum meorum. Ploro autem atque lugeo, quia dum etiam ecclesiasticus ordo periclitatur. Quoniam enim secundum multam misericordiam Dei, qui hominibus peccata minime reputat, in civitate Larissa, quæ est provinciæ Thessaliæ, electus sum atque ordinatus episcopus; ex his quidam qui me elegerunt, & sæpius scriptis suis suam electionem firmaverunt, ut dignus sacerdotio judicarer, videntes mei studii esse, antiquam consuetudinem in nostris sanctis ecclesiis revocare, separantes me apud beatissimum præsulem sanctæ regiæ urbis ecclesiæ accusaverunt. Ille autem accusationem suscipiens, nihil ante discutiens de his quæ oportet requiri de episcopo accusato, continuo me ab omni ecclesiastico ministerio separavit; aliquem de religiosis clericis sanctæ suæ ecclesiæ cum literis, quas commonitorium nominant, ad provinciam Thessaliam dirigens. Et cum ista nec civilitati nec mundanis legibus conveniant, nec ordo canonum hoc fieri evidenter admittat, ut ante examinationem judicii vindicta procedat; olim quam maxime divina prædicante scriptura. *Audition inanem ne admittas*: sed tamen cum venisset in Thessalonicam vir religiosissimus, qui præceptum deferebat, & aliqua mecum per contentionem exercere voluisset, continuo ei dixi: apostolicam sedem, id est, vestram beatitudinem, causas nostræ provinciæ & audire convenit & finire. Sed regiæ Urbis sanctissimus archiepiscopus non quiescens, etiam me contra canones exhiberi præcepit. Et cum venissem conventum faciens episcoporum qui ibidem commorabantur, hoc denuo allegare non distuli, sancti ac beati capitis vestri sedem apostolicam implorans, & consuetudinem quæ usque hactenus in nostra tenuit provincia, non debere convelli: & supplicabam, ne auctoritas sedis apostolicæ, quæ ut a domino nostro Jesu Christo & a sacris canonibus data est, ita & per antiquam consuetudinem servata est, in aliquo violaretur. Sed nec a sua voluit intentione recedere: sed assumens audientiam unum studium habuit, ut in sanctis Thessaliæ provinciæ ecclesiis dominus atque judex esse videatur. Ego igitur fluctuantem tempestatem respiciens, ad sanctam tutissimum vestrum portum confugi, & petitionem faciens, hæc ipsa suggerens ad vestram beatitudinem destinavi; supplicans, ut in me pietatem Dei & sanctæ ecclesiæ, quæ periclitantibus semper succurrit, ostendas. Sentientes autem, ut arbitror, meæ vitæ insidiatores, quia non despicitis quæ acta sunt, sed exequimini, sicut sanctitatis vestræ mos est, & ordinem sanctarum ecclesiarum vindicatis, omni conatu usi sunt, ut antequam aliqua ordinatio vestra proveniat, suam perficiant voluntatem. Cum igitur nihil adprobatum de me fuisset, nec ulla culpa esset canonicæ ultionis digna inventa, sententiam protulerunt, & condemnantes me a sacerdotali officio suspenderunt: cum me constet non demissum fuisse pro meis plenius partibus allegare; sed & petenti aliqua meæ causæ profutura ostendere, non esse permissum. Quapropter supplicabam, ut non ante sententia diceretur, quam quæ acta sunt ad vos beatissimos referatur; ut inde vestra causæ discussio servaretur. Quod dictum magis eos adversum me amplius incitavit; putantes de sacrarum ecclesiarum regiæ urbis jure aliquid minui, quod ego apostolicam vestram sedem visus sum nominasse. Etenim dixi, quia auctoritas sedis apostolicæ, quæ a Deo & salvatore nostro summo apostolorum data est, omnibus sanctarum ecclesiarum privilegiis antecellit: in cujus confessione omnes mundi requiescunt ecclesiæ. Sententia igitur lecta justam denuo vestram audientiam imploravi, apud quam nulla cujuslibet disceptatio vestram potest disturbare justitiam: sed timor Dei qui inest in vobis, ipse unicuique sua facit per vos jura restitui. Arbitror autem, venerabiles, quia despicientes illi quæ olim in me gesserunt, rursus & in secundis eadem erunt acturi: & suspicor quia non usque ad hoc acquiescant; sed etiam circa corpus meæ miseriæ suas exerant inimicitias; ut me obeunte nullus possit accusator existere. Nam cum relicta fuisset sententia, mox in custodiam Dei amatoribus sacræ ecclesiæ defensoribus datus sum. Sed aliqui Deum timentes, & meam miserantes miseriam, quod essem undique destitutus, in sua fide susceperunt, multam pro me quantitatem pecuniæ promittentes, quia non recederem, sed observaturum esse in regia civitate: hunc habentes magnopere tractatum omnes qui adversum me ista concinnaverunt, ut non possim ad vestigia vestræ beatitudinis convolare, & pro Dei mandato aliquam misericordiam a vobis percipere. Deprecor igitur vos, miseremini homini humili & externato animo, adjuvate me per gratiam quæ vobis a domino est conlata. Si enim & alia peccata dimittere potestatem a verbo Dei percepistis, divina dicente scriptura, quia quod in terra solveritis, hoc & in cœlis esse solutum; quanto magis habebitis potestatem in his quæ adversum me acta atque decreta sunt? *Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu es adjutor*: quia ego ab omni humana spe derelictus esse cognoscor. *Et alia manu*. Stephanus exiguus huic supplicationi meæ subscripsi.

Boni-

Bonifacius episcopus dixit: Quæ lecta sunt ecclesiasticis indantur annalibus. Et adjecit: Quoniam diei pars major exempta est, futura sessione, si qua alia superesse credis, intimare non differas.

SESSIO SECUNDA.

POst consulatum Lampadii & Orestis vv. cc. sub die v. Iduum Decembrium in consistorio beati Andreæ apostoli, præsidente venerabili viro papa Bonifacio, una cum Sabino Canosiæ civitatis, Abundantio Demetriadæ civitatis, Carolo Centumcellensis civitatis, Felice Numentanæ civitatis episcopis; residentibus etiam Sanctulo, Mercurio, Vivulo, Petro, Eventio, Albino, Urso, Petro, Epiphanio, Benedicto, Servo Dei, Gaudioso, Petro, Valentino, Renato, Florentio, Hilario, Paulo, Bacauda, Innocentio, Andrea, Gaudioso, Philippo, Crescentione, Libertino, Januario, Sebastiano, Cyriaco, Vivulo, Dulcitio, Joanne, Pullione, Andrea, Bono, Laurentio, Seleuco, Rustico, Cælestino, Barbaro, Laurentio, & Redempto presbyteris: adstantibus quoque Tribuno, Agapito, Donato & Probo diaconibus; Tribunus archidiaconus dixit: Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ, sicut præterita sessione constituistis, observat: quid jubetis? Bonifacius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit; Veniat. Cum ingressus fuisset, Bonifacius episcopus dixit. Ingressus quid desiderat prosequatur. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ per interpretem dixit: Elpidius Stephanus, & Timotheus venerabiles episcopi fratres mei Thessaliæ provinciæ, per me offerendas sacræ beatitudini vestræ preces destinasse noscuntur; eas quoque me offerente vobis recitari præcipite. Bonifacius episcopus dixit: Hæc etiam chartula notarii recitatione pandatur. Cumque suscepta fuisset, Menas notarius recitavit:

Domino nostro sancto & beatissimo, & revera venerando patri patrum & archiepiscopo, Bonifacio patriarchæ, Elpidius, Stephanus & Timotheus exigui episcopi.

NEcessitates quæ nos constringebant olim vestra cognovit beatitudo; & parvum componentes libellum, sanctissime pater, dudum mala quæ pertulimus, & sæviora quæ expectamus declarantes significamus; & quia voluntati atque minis eorum qui adversus nos ista moliuntur servientes unum habent studium, ut Stephanus Dei amator episcopali privetur officio. Sed adhuc eo loquente alter nuncius deteriora significans venit. Factis enim prioribus, audientes sanctissimus regiæ Urbis ecclesiæ præsul, & quæ cum eo fuerat sancta synodus, in pristina voluntate persistentes, eripuerunt a nobis Stephanum Dei amatorem pastorem * nostrorum & sanctæ Larissæ ecclesiæ, quæ est metropolitana civitas provinciæ Thessaliæ; condemnationis sententiam componentes sicut eis complacuit, adiecerunt: non licere eum ad Thessaliam proficisci provinciam. Sed prædictus Dei amator vir sæpius inter acta contestatus est sanctissimum regiæ Urbis præsulem, & synodum quæ cum eo convenerat, quia non licet eos istam audientiam adsumere, & quam maxime aliquid decernere; sed apostolicæ sedis id convenire beatitudini. Illi autem contemnentes ejus contestationem, & quam maxime inde amplius incitati, immisericordem sententiam protulerunt. Illum quidem sic putaverunt a sancta nostra ecclesia removendum; jus autem in nostra provincia sibi facere præparabant: ut exemplo isto nemo audeat de sanctarum ecclesiarum nostrarum jure quidquam dicere, nec memoriam facere antiquitatis vel eorum quæ usque hactenus tenuerunt. Quia studii eorum est, ut sub ordinationem & jus sanctæ regiæ civitatis ecclesiæ nos miseros efficiant. Pro quibus omnibus lugentes die ac nocte omnium salvatori Jesu Christo Deo nostro lacrymas fundimus, & miseram nostram prætendimus canitiem, supplicantes ne nos in manibus eorum tradi patiamini. Pro his enim & vestram appellamus beatitudinem & apostolicam sedem; & per eam ter beatum Petrum, atque sanctæ ecclesiæ primum pastorem Christum dominum nostrum audire & adorare credimus: speramus ut miserorum hominum petitionem, quam cum anima tribulatione atque doloribus plena porreximus, minime despiciatis: sed ista congrua emendatione corrigentes, rebus istis succurrentes, remedium dare dignemini: quia *defecit spiritus noster*, sicut in psalmis dictum est ab eo, qui in angustia animi supplicabat: quatenus Dei amator vir, qui sedis apostolicæ jus custodire contendens tanta visus est pericula sustinere, apostolica auctoritate suo restituatur officio: prospicientes in futurum, ut consuetudo sanctarum ecclesiarum nostræ provinciæ nullatenus convellatur. Quia si non Dei misericordia & vestra juvamina nos prævenerint, tertius aut quartus nuncius similia deportans veniet quia non usque ad Stephanum Dei amatorem eorum conquiescit intentio: sed & aliis plurimis ista facient, & non ante quiescent, quam ut ad affectum desideria sua perducant. *Et alia manu*. Elpidius exiguus episcopus sanctæ Thebanæ ecclesiæ supplicans per Joannem presbyterum meum, quia præ dolore manus meæ subscribere non potui, me jubente subscripsit. Timotheus exiguus episcopus sanctæ Dicæsariensis ecclesiæ supplicans subscripsi. Patricius exiguus presbyter sanctæ Dei Laminensis ecclesiæ ad regiam urbem veniens, pro persona Stephani sancti episcopi mei ipso jubente supplicans subscripsi.

Bonifacius episcopus dixit: Quæ lecta sunt transcribantur. Et adjecit: Si quid est aliud, suggeratur. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus Thessaliæ provinciæ per interpretem dixit: Ex relectione libellorum vestra cognovit beatitudo quæ acta sunt contra sanctos canones, & ordinationem decessorum vestrorum. Nam constat venerandos sedis vestræ pontifices, quamvis in toto mundo sedes apostolica ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, & solam ecclesiasticis causis undique appellare necesse sit; specialiter tamen gubernationi suæ Illyrici ecclesias vindicasse. Et nota sunt vobis omnium præcedentium scripta pontificum; veruntamen quarundam epistolarum exemplaria profero, quarum fidem fieri ex vestro nunc scrinio postulo.

Bonifacius episcopus dixit: Prolatæ epistolæ recitentur, & scriptorum fides in sedis apostolicæ requiratur scrinio. Cumque suscepta fuissent

* al. nostrum

sent exemplaria literarum, Menas notarius recitavit.

Dilectissimis fratribus Acholio, Eurydico, Severo, Uranio, Philippo, & Joanni Damasus.

DEcurtis literis dilectionis vestræ, fratres carissimi, satis sum contristatus, eo tempore quo Deo præstante hæretici iverant abjectis, nescios quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam ecclesiasticæ disciplinæ alienum a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad sacerdotium vocare voluisse. Qui igitur is fuerit ardor animi, quam fœda præsumptio, scire non possumus. Hinc apparet inquietos homines, cum multa præsumunt, quid agere debeant ignorare. Non legerant apostolum scribentem: *Vir autem si comam nutriat, ignominia est illi*. Nesciebant philosophorum habitum non convenire incessui Christiano. Non audierant monentem apostolum, ne per philosophiam & inanem seductionem, quam diu crediderant, spoliarentur sanæ fidei indumento. Quanta igitur hæc festinatio fuerit nescio, ut cum Christianus hic habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur. Sed quid aliud facere debuit improbitas hominum levissimorum, quam ut expulsi ecclesia, intra parietes alienos ambientem, quantum intelligi datur, inquietum hominem ordinarent? Sed hæc inimici intelliguntur esse commenta, qui hæreticis subministrat materiam detrahendi. Impletum est quod evangelicus sermo dixerat: *Omnis*, inquit, *plantatio quam non plantaverit pater meus cœlestis, eradicabitur*. Hoc est quod sæpe dilectionem vestram commonui; ne fieret aliquid inconsiderate. Nescit sinceritas vestra, quod in sæcularibus bellis ibi major cura militum excubat, ubi hostis insistit? Si ergo nobis episcopalibus armis semper est resistendum, debemus solicite agere, ne quod Deus prohibeat, gregem Christi lupis rapacibus relinquamus. Philosophia sapientiæ sæcularis amica, est inimica fidei, venenum quoddam spei, belsum gravissimum caritatis. Qui ergo consensus templo Dei & idolis? quæ participatio Christo & Belial? Sed fortasse dicturi sunt aliqui; Christianus erat. Huic homini qui in habitu idoli incedit, nunquam adscribendum nomen est Christiani: quia fieri non potest, ut qui hinc placere gentibus desiderat ullum nobiscum consortium integræ fidei possit habere. Non immerito autem qui ex Ægypto venerant, notati ab omnibus discesserunt, errorem suum condemnantes, ut amputatis ejus postea capillis qui non recte fuerat ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non possit. Recte igitur factum est, ut id quod male cœptum erat, auctoritate publica destrueretur. De cetero commoneo sanctitatem vestram, ut quia cognovi dispositum esse Constantinopoli concilium fieri debere, sincerita vestra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem: ut Deo propitio cum integra pax catholicorum sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps dissensiones in ecclesia oriantur: ut præstante Deo quod iamdudum optavimus, cum catholicis sacerdotibus possit pax perpetua perdurare. Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi qui amiserint sacerdotem sine dolore animi esse non possunt; & illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Acholio Damasus. II.

AD meritum filii mei Rustici addi aliquid amplius non potest, domine frater honorabilis. Hic enim cum habeat prærogativam officii sui, quod silentiarius sit filii nostri Gratiani Augusti; huc accedit quod gratiam Dei Romæ consecutus est; ita ut vellet munitus ad illas partes missus venire. Hunc ergo in omnibus honorificentiæ tuæ commodo quasi proprium pignus suscipere digneris: ut Deo propitio in peregrinatione constitutus intelligat se a consacerdotibus Dei & diligi & honorari. Ad literas sanctitatis tuæ plene rescripsit, non mihi placuisse, quod nescio quem maximum ex Ægypto venientes comatum vel maxime, cujus habitus, juxta apostolum, ignominiosus esset, Constantinopoli episcopum ordinare voluissent. Rectius igitur fecerit sanctitas tua, si dederit operam, ut de cetero catholicus constituatur; cum quo nobis Dei propitio possit pax perpetua perdurare.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Anysio Syricius. III.

ETiam dudum, frater carissime, per Candidianum episcopum, qui nos præcessit ad dominum, hujusmodi literas dederamus, ut nulla licentia esset sine consensu tuo in Illyrico episcopos ordinare præsumere: quæ utrum ad te pervenerint, scire non potui. Multa enim gesta sunt illic per contentionem ab episcopis in ordinationibus faciendis, quod tua melius caritas novit: & ideo solicite agere te oportet, ne ut factum est certatim in una ecclesia, dum ordinare præsumunt indignos, veluti tres episcopos fecisse videantur. Ad omnem enim hujusmodi audaciam comprimendam vigilare debet instantia tua, Spiritu in te sancto fervente: ut vel ipse si potes, vel quos judicaveris episcopos, idoneos, cum literis dirigas dato consensu, qui possit in ejus locum qui defunctus vel depositus fuerit, catholicum episcopum, & vita & moribus probatum secundum Nicænæ synodi statuta vel ecclesiæ Romanæ clericum de clero meritum, ordinata est.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Anysio, Innocentius. IV.

CUm Deus noster Christus sanctæ memoriæ virum Anastasium episcopum, licet celeriter, ad se vocare dignatus sit; computans ejus merita tanta esse ac talia, ut jam excederent conversationis humanæ consortium, sæculumque illud, præ vitæ puritate & abundantia doctrinæ, qua populum Dei toto ecclesiasticæ auctori-

ctoritatis rigore regebat: ne ejus ecclesia aliquantulum sine rectoris gubernaculo remaneret, statim pro sua misericordia consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo cum pace, quam Deus ecclesiæ suæ rediens ad cœlum donare dignatus est, ordinatum me in ejus locum, frater carissime, par fuit recognoscere: primitiasque meas non nisi viro optimo, atque in Deo semper fideliter laboranti, celeriter nunciare. Cui etiam anteriores tanti ac tales viri prædecessores mei episcopi, id est, sanctæ memoriæ Damasus, Syricius, atque supra memoratus vir ita detulerunt, ut omnia quæ in illis partibus gererentur sanctitati tuæ, quæ plena justitiæ est, traderent cognoscenda: meam quoque parvitatem hoc tenere judicium, eamdemque habere voluntatem te decet recognoscere. Neque enim fas erat, ut aut ego contra tantorum bonorum virorum judicium venire tentarem, quorum in locum successisse dignoscor; aut tuo merito, cui præclari viri tantam gratiam auctoritatis hujusce contulisse videntur, aliquid derogari videretur. Præ me itaque fero, ut hoc ipsum etiam meæ parvitati reservatum recognoscam, ut pari judicio similique forma, & bonis adæque & tuæ caritati id tribuam, quod mereris.

Item recitata est.

V. Dilectissimo fratri Rufo, Innocentius.

LEtissimo & gloriosissimo Moysi ita in Israel liberando regendoque Dominus cuncta commisit, ut consilium soceri Jother sequendum ei manifesta sub relatione mandaret: videlicet, ut constitueret viros gradu dignitatis judiciariæ suppares, qui causarum multitudines pro loco sibi credito inter populos definirent, ipso maxime vel etiam divinis consolationibus vacaturo. Nec aliter apostolorum forma promulgata est, quam ut ipsi principes evangelii constituti, ceterarum rerum causas necessitudinesque suis discipulis curandas obeundasque mandarent. Ita denique tota miseratione mirabilis Paulus Tito quæ curet apud Cretam, Timotheo quæ per Asiam disponat, commisit; ut sacrarum epistolarum lectione cognoscimus. Divinitus ergo hæc procurrens gratia ita longis intervallis disterminatis a me ecclesiis discat consulendum; ut prudentiæ gravitatique tuæ committendam curam causasque, si quæ exoriantur, per Achajæ, Thessaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, & Cretæ, Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Mœsiæ, Dardaniæ & Prævali ecclesias Christo Domino annuente censeam. Vere enim ejus sacratissimis monitis lectissimæ sinceritatis tuæ providentiæ ac virtuti hanc injungimus solicitudinem: non primitus hæc ita statuentes, sed præcessores nostros apostolicos imitati qui beatissimis Acholio & Anysio injungi pro eorum meritis ista voluerunt. Justissimum est enim ita bene meritos honoribus decorari, ut arrogantes necessarium videtur obtundi. Placet ergo in bonis præmium, & in minus bonis censio, sic enim & ille corrigitur, & ille nobilitatur. Arripe itaque, dilectissime frater, nostra vice per suprascriptas ecclesias, salvo earum primatu, curam: & inter ipsos primates primus, quidquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam quidquid illud est finietur; aut tuo consilio ad nos usque perveniendum esse mandamus. Licitum autem, & Apostolicæ sedis favore permissum tuæ fraternitati cognosce; ut cum aliqua ecclesiastica ratio vel in tua vel in memoratis provinciis agitanda cognoscendaque fuerit, quos velis episcoporum socios quibuscumque de ecclesiis assumas tecum: quorum & fide & moderatione quidquid necessitas causave flagitaverit, optimus dirigas arbiter; & præcipuus, quippe a nobis lectus, definjas intercessor. Omnem sane instructionem chartarum in causa archivorum cum presbytero Senecione, viro admodum maturo, fieri jussimus. Itaque & ex priore nostra epistola, & ex his chartulis bene recensens quid agere debeas recognosce. Nam voluntatem hanc nostram per unamquamque provinciam * satis, ut decebat, literis manifestavimus. Data xv. Kalend. Jul. Honorio IX. & Theodosio V. Augustis Coss.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Rufo, Bonifacius. VI.

BEatus apostolus Petrus, cui arx sacerdotii dominica voce concessa est, in immensam gratulationis extollitur; quoties pervidet, concessi sibi honoris a Domino intemeratæ se pacis filios habere custodes. Quid enim gaudio debeat majore pensare, quam quod agnoscit acceptæ potestatis inlæsa jura servari? Vere namque immobile requirit a diversis destinata super negotiis quibusque consultatio fundamentum, quæ ejus consulit sedis arcanum, quam constat dignatione petræ spiritualis elatam. Frequentia igitur, ut scrinii nostri monumenta declarant, ad caritatem tuam ex ejus fonte scripta manarunt: quibus solicitudinem ecclesiarum per Macedoniam & Achajam sitarum fraternitati tuæ, quam scimus ecclesiasticam disciplinam canonum notione servare, certum est esse commissam. Nec immerito id ducimus factum. Hanc enim gratiam dilectioni tuæ Apostolica sedes officio diligentis impertit. Unde sit ut sanctitatem tuam gnaram faciamus hujusce negotii, quod ex ea provincia auribus nostris ingeritur destinatum, cujus prudentiæ tuæ dudum cura mandata est. Corinthii enim olim beati Pauli prædicatione laudati, quorum preces subdendas magis credidimus esse quam narrandas Perigenem, sicut jamdudum a sancta synodo super ejus nomine pagina directa testatur, sanctum & instituti optimi qualitate pollentem, civitatis suæ non tam accipere, quam retinere desiderant sacerdotem. Cujus ordinationis seriem si integro ordine exponendam putavero, fiet necesse est ejus laudis augmentum; & hinc nimirum proficiet, si faciamus vel ordinati recto tramite mentionem. Quis enim dubitet ejus meritis deputari? quis renuit judicii fuisse divini, ideo hunc a Patrensibus in tempore non esse susceptum, & diu super præmissa ecclesia magna deliberatione suspensum, ut hujus ovilis pastor fieret, in cujus caulis suam a cunabulis transegisset ætatem? *Judicia Dei abyssus multa*; quod congruc aptamus exemplum: & nemo crederet, quod in ordinatoris aliquando locum subrogari posset, quia fuerat ab aliis ordinatus. Non ambigo cœlestis tunc istud fuisse sententiæ, qua vel consensu qui illic auctoritatem sedis Apostolicæ præsentabant, eum in nostrorum numerum recipimus: & in eos necesse est vigorem censuræ.

Fund. 18.

Act. 6.

Tit. 1.
1. Tim. 1.

* Forte, dat. Anno Christi 411.

Isai. 49.

...ræ qui contra nostrum factum post hæc ne- A
...scientibus nostris incitare dicuntur populos, si
persistiterint, exclamamus. Quod quidem & dile-
ctionem tuam in eos ex nostra præceptione fa-
cere volumus; ut eorum licentiam, quibus ni-
hil tale commisimus, refrænemus.

Item recitata est.

VII. Dilectissimo fratri Rufo, Bonifacius.

CRedebamus post epistolas nostras pro ec-
clesiastica disciplinæ observatione transmis-
sas, omnibus autem præsumptionibus præclu-
dendum, cum ad consultationem dilectionis tuæ
præbuissemus debitum pro causarum æstimatio-
ne responsum: constituentes ea debere serva- B
ri, quæ ecclesiastica exigit disciplina. Sed quan-
tum nunc tuæ sanctitatis nobis relatio patefecit;
apud plerosque valuisse quod scripsimus, apud
quosdam autem admonitionem nostram ineffi-
cacem cognovimus fuisse. Nec hoc fraternitati
tuæ possumus imputare, cum te anxium pro
commissa tibi ecclesiarum solicitudine & rebus
& literis sentiamus. Vigilantiæ tuæ laudamus
industriam; qui ne videaris tibi commissa ne-
glegere, id non prætermittis literis indicare,
quod sedis Apostolicæ debeat censura corrige-
re: hunc te Dei nostri habere professus timo-
rem, quem prudentissimo inesse convenit sa-
cerdoti; qui tunc tibi esse poterit gloriosus,
si ea quæ curæ tuæ commissa sunt, prodesse C
ecclesiis sacrimus experti. Intuetur enim te,
ac epistolis tuis ipse fideliter es locutus, bea-
tissimus Petrus apostolus oculis suis, qualiter
summi rectoris utaris officio. Nec potest tibi
esse non proximus, qui pastor dominicarum
ovium est perpetuus constitutus; aut aliquam
ubivis positam ecclesiam non curare, in quo
universalis ecclesiæ positum legimus fundamen-
tum. Te ergo, frater carissime, omnis cura
respectat earum ecclesiarum, quas tibi vice
sedis Apostolicæ a nobis creditas recognosces:
ut & prava corrigas, & dissipata componas;
& si quæ inter episcopos eveniant causæ, sub
divini judicii timore * distinguas: ut creditis
tibi a sede Apostolica gubernaculis contra om- D
nes fluctus nascentium procellarum juste &
prudenter utaris. In notitiam singulorum, ad
quos ante jam scripsimus quem deberent tra-
mitem custodire, nostras te epistolas pertulisse
dixisti: quibus debitum se commodare comen-
sum plurimi sacerdotum sacrarum traditionum
memores sunt professi. Quos fraterna caritate
complexi tales esse cognoscimus, coepiscopum
nostrum Adelfium, vel fratrem Perigenem;
cui beati semo concilii jamdudum adsipulator
accessit. Ad episcopatus speculam jam vocabat
Dei inquam sententia; cujus beneficia sæpe
credimus esse contraria; & in adversum verti-
mus, quæ post recognoscimus profuisse. Tristis
absque dubio coepiscopus noster Perigenes fuit,
cum cum nemo susciperet ordinatum. Nonne
huic hoc expediens erat, ut hunc civitate sua
Patrenses populi unitæ voce contradictionis ar-
cerent? Sed quanto inclinatus fuit, cum eum
ordinatum nemo suscepit, tanto sublimior nunc
est, cum a suis petitur, qui ab externis fue-
rat refutatus. Evidens enim Dei manifestum-
que judicium, qui eum id temporis voluit
præsidiolari, quo intereretur huic ecclesiæ præsi-
dere, in qua & natus adseritur & renatus.
Frater carissime, quoniam prudentiæ tuæ in-

Forte, distingas.

junctorum vel delegatorum pondus incumbit,
petitionis supplicum vel diligentiæ tuæ electæ jam-
dudum vel vicinitatis ratione perspectat. Quam
quidem petitionem non absque admiratione per-
legimus, propterea quod tuis epistolis privare-
tur. Omnibus eo quem res exigunt ordine ce-
lebratis, aliqua ad nos scripta transmittas. No-
lumus enim coepiscopo Perigeni nostram pagi-
nam destinare, priusquam tuas accipiamus epi-
stolas, cujus ordinationi videntur omnia dele-
gata. Accelerabis id agere propter desiderium
postulantium. Melius enim nosse dignaris, eos
in hanc precem sola ut arbitror erga religio-
nem devotione servere: maxime cum irrepre-
hensibiliter eum asserant per annos innumeros
in presbyterii honore durasse; & non indebito
saltu, sed ad summum gradatim venisse fasti-
gium. Cui ad plenitudinem confirmationis epi-
scopatus sui hoc solum residet, quod nostros
in honore suo necdum suscepit afflatus. Intel-
ligere autem tuam non ambigo caritatem hoc
non absque admiratione, quod & huic vide-
mur nostram paginam non misisse, & suppli-
cibus præbuisse responsum. Actum a nobis est,
ut & Apostolicæ sedis auctoritas, & dilectio-
nis tuæ honorificentia servaretur. Data XIII. Anno Christi
Kal. Octobr. Monaxio V. C. Cons. 419.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Rufo, Bonifacius. VIII.

RETro majoribus tuis super provinciis Apo-
stolicæ sedis injunctum diligenter a tua
caritate debet impleri. Causæ etenim ecclesia-
rum per eas provincias positarum pervigili sunt
circumspectione curandæ. Ita quippe vice sua
beatus apostolus Petrus ecclesiæ Thessalonicen-
si cuncta commisit; ut intelligat se solicitudi-
nem manere multorum: quam minorem facere
nova, quæ vires habere non possunt, tenta-
menta non debent. Non est enim eorum ce-
dendum studiis, quos novitas rerum, & indebi-
tæ desiderium dignitatis accedit: sed elaboran-
dum est, & Deo nostro favorem præstante
certandum, ut quisquis contra licitum nititur,
sibi per omnia recognoscat occursum. Quapro-
pter, frater carissime, fretus jamdudum a te
auctoritate suscepta, contra inimicas turmas ido-
neus Dei nostri miles armare. Nihil hic ti-
mebis dubii, nihil incerti formidabis eventus.
Habes beatum apostolum Petrum, qui ante te
pro sua possit vi repugnare. Nolo perturbatio-
ne maris conciti terrearis. Fidem quippe,
quam in arcano tui pectoris portas, omnibus
rebus certum est esse majorem. In nullo te
turbo, in nullo penitus procella vexabit. Non
patitur ille sedis tuæ perire privilegium te la-
borante piscator. Omnis tumor fluctuum, omnis
procella cessabit, eo favente nisibus tuis, cui
soli mare pervium fuit. Aderit nimirum, & E
violatores canonum atque ecclesiastici juris ini-
micos Deo auctore compescet, qui talium men-
tium semper vota frustratur. In ceteros etiam
contumaces ejus concessæ potestatis exerce. Nul-
lum etenim locum vides a nobis otiosum reli-
dum. Ad Thessalos comminationis & corre-
ptionis plenas literas misimus. Ad synodum
quæ dicitur illicite congreganda de causa fratris
nostri & coepiscopi Perigenis, cujus scripsimus
statum nulla posse penitus ratione turbari, ta-
lia scripta direximus, quibus universi fratres
intelligant primo convenire te citra tuam con-
scien-

scientiam minime debuisse; deinde, de nostro non esse judicio retractandum. Nunquam etenim licuit de eo rursus quod semel statutum est ab apostolica sede, tractari. In qua pagina nostra ut condecuit, honorem debitum tuæ servavimus sanctitati, sicut ejus caritas tua lectione cognoscet. * Perrevii autem coepiscopi nostri negotium, cujus nobis libellus ab eodem destinatus fecit indicium, cui consacerdotes sui molesti nimis esse dicuntur, ita ut eum ecclesia sua crederent esse pellendum, diligenter audire tuam volumus caritatem: conventis supradictis coepiscopis nostris, quorum se vim sustinere deplorat. Tunc demum, ut intelligant si quid a se factum est contra consuetudinem prius esse cassandum, omnibus vestigatis ad nos tua caritas referre maturet, quatenus probatum a tua fraternitate judicium sententia nostra valeat roborari. Sane in epistola Thessalis fratribus destinata id a nobis scriptum volumus recognoscas, Pausianum, Cyriacum atque Calliopum a nostra communione penitus summovendos: ita ut remedium solum interventionis tuæ gratiam se habere cognoscant. Maximum autem, quem male tua caritas retulit ordinatum, in totum sacerdotii censemus honore privandum. Tuæ caritatis est Severum apostolicæ sedis notarium, animis acceptissimum nostris, de nostro proprio latere destinatum, peractis omnibus tota celeritate dimittere, ut gestarum ordinem rerum eodem festinus revertente noscamus. Datæ v. Idus Martias, Honorio XIIII. & Theodosio x. Augustis Cos. *

Anno Christi 412.

Item recitata est.

IX. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Thessaliam constitutis Bonifacius.

Nicæn. 1. cap. 8.

INstitutio universalis nascentis ecclesiæ de B. Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias religionis jam crescente cultura, fonte manavit. Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur, adeo ut non aliquid super eum ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri: omnia denique huic noverat domini sermone concessa. Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum: a qua se quisquis abscidit, fit Christianæ religionis extorris, cum in eadem non cœperit esse compage. Audio episcoporum quosdam apostolico jure contempto novum quippiam contra Christi proprie præcepta tentare, cum se ab apostolicæ sedis communione, & ut dicam verius potestate separare nituntur; eorum petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum majoris esse non dedit potestatis. Leguntur etenim præcepta majorum; & quibus in ecclesias juris aliquid dederint invenimus. Jam temerator est ecclesiasticæ disciplinæ quisquis in ejus leges, cum sibi nihil debeatur, inrepit; ea sibimet vindicando, quæ sibi a patribus negata videantur. Accipite ergo admonitionem & correptionem nostram, ex quibus unam pontificibus, alteram dissidentibus exhibemus. Nam ideo ait apostolus: *Quod vultis, in virga veniam ad vos, an in caritate, & in spiritu mansuetudinis?* Scitis enim B. Petro utrumque possibile; id est, in mansuetudine mites, in virga superbos arguere. Ergo servate honorem debitum capiti: quia nolumus ut intra se membra decertent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen: dum fratrem & coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contemptu; cui nihil novum auctoritas nostra concedit, sequens priorum gratiam, qua huic cura ecclesiarum sæpe videtur injuncta. Quod factum ita intemeratum servari volumus in futurum, sicut a patribus hujus dispositionis forma servata est. Non decet fratres alterius dignitate morderi. Certe si in quoquam ejus supra debitum fuit visa correptio; quoniam ideo tenet sedes apostolica principatum, ut querelas omnium licentes acceptet; interpellari nos super hoc missa legatione convenerat, quos curam omnium rerum manere videatis. Cesset novella præsumptio. Nemo audeat sperare quod non licet. Nullus ea quæ sunt a patribus gesta, & per tantum temporum custodita, temerare contendat. Ordinationi nostræ pareat, quisquis se episcopum recognoscit. Episcopos per Illyricum citra conscientiam coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare præsumat. *Et cetera.* Data v. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodosio x. Augustis Coss. *

Anno Christi 412.

Item recitatum est.

X. Dilectissimis fratribus Rufo, & ceteris episcopis per Macedoniam, Achajam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Prævalin, & Daciam constitutis, Bonifacius.

MAnet beatum apostolum Petrum per sententiam dominicam universalis ecclesiæ ab hoc solicitudo suscepta: quippe quam evangelio teste in se noverit esse fundatam: nec unquam ejus honor vacuus potest esse curarum; cum certum sit summam rerum ex ejus deliberatione pendere. Quæ res animum meum usque ad orientis loca, quæ per ipsam solicitudinem quodammodo videmus, extendunt. Indefinenter enim ab unoquoque illinc veniente percontor de pace fratrum; id est, de quiete pontificum, quæ solet, quotiens diabolus huic invidet, alicujus præsumptione turbari. Cum Digitur ad nos ordine suo cuncta servari fama nunc usque detulerit, vehementer mirati sumus ejus rei stupentes, ut poscebat ratio relatorum, quam injuriam Patrum intentio novella tentavit. Certo enim cognovimus indice, apud Corinthum, quod exagitati dicimus, synodum congregandam, super ejus discutiendo statu, quem Corinthiis apostolica sedes examinatis omnibus atque discussis constituit sacerdotem: secuta Dei voluntatem, quæ hunc ipsum, quantum docetur dilationibus temporum, ejus ovilis in quo creverat, & cui creverat, voluit esse pastorem. Cujus ordinationis si vestra esset caritas ignara, libenter ab origine sua quæ sunt in præterito de eo gesta retexerem; ut his quorum aspectus negotii ejus non per ignorantiam, sed per studium involvit obscurum, manifestatione clareret, sententiam de eo specialiter fuisse divinam; qua, ut diximus, ecclesiæ Corinthiorum velut alumnum suum judicium cœleste servavit. Quam rem omnium civium & clericorum a nobis oppido postulavit adsensus. Nec tamen id abrupte præceptio nostra constituit; sed ut ecclesiastica disciplina poscebat, diligentius fratrem & coepiscopum nostrum Rufum negotii jussimus interiora rimari, & petitionis summam sua de proximo mo-

Perrhebius Hard.

Cor. 4

moderatione pensare, ut nihil immaturum ab hac sede fieri videretur, quæ aliorum præsumptiones sæpe compressit. Ad nos post aliquanti temporis spatium super hoc prædicti episcopi nostri quæ præmissis desideriis convenirent, scripta venerunt: quorum evidentissimam rationem secuti, dedimus hunc ecclesiæ illius esse pontificem, in qua per singulos honorum gradus præteritam quoque transegisset ætatem. Quam ad rem faciendam memorato episcopo mea directa secunda protinus, quæ presbyterio universo complacuit, auctoritatem mandavi: retro majores secutus, qui ecclesiam Thessalonicensem sibi semper familiarem & in collegii caritate famulantem, dignam, sicut fides adserit scriniorum, hoc honore duxerunt. Quem fratri Rufo apostolicæ etiam impositum gratia sedis indulget; sequax domini, qui exaltat humiliatos, & humiliat semper elatos; dum illis gratiam tribuit, his resistit. Quantum est ergo humilitatis munus, quod gratiæ divinæ lance pensatur? & quanta est pœna superbiæ, cui proprie totius mundi dominus & rector obsistit? Melius autem fraternitati vestræ intelligendum relinquo, quis humilitatis, & quis superbiæ sit magister. Sed absit hoc a domini sacerdotibus, ut in hunc aliquis eorum cadat reatum, ut nova quidpiam usurpatione tentando inimica sibi faciat scita majorum: æmulum se illum specialiter habere cognoscens, apud quem Christus noster sacerdotii summam locavit. In cujus contumeliam quisquis insurgit, habitator cœlestium non poterit esse regnorum. *Tibi*, inquit, *dabo claves regni cœlorum*: in quæ nullus sine gratia janitoris intrabit; [illegible]es, inquit, *Petrus, & super hanc petram [illegible]icabo ecclesiam meam*. Quicumque igitur cupit etiam ante Deum nostrum sacerdotii dignitate censeri, quoniam ad Deum Petro suscipiente pervenitur, in quo ecclesiam, sicut supra memoravimus, universalem certum est esse fundatam, debet esse mitis & humilis corde: ne incipiat discipulus contumax illius, cujus superbiam imitatus est, pœnam subire doctoris. Congregatur ergo, ut redeamus ad causam hujus injuriæ, synodus, * cujus dilecto consultum semper superhabens concilii recognoscat arcanum: & fiet, quod quidem fieri per regulas omnino non poterit, fratris & coepiscopi nostri Perigenis honor dubius & incertus, * quem in sede ecclesiæ supradictæ nostra sententia conlocavit. Quis ergo hunc rudis & peregre fortasse nunc demum rediens accusator incessit? Quis certe antistitum, ut fratrum conveniret turba præcepit, lectis epistolis nostris? Quoniam locus exigit, si placet recensere canonum sanctiones; reperietis quæ sit post ecclesiam Romanam secunda sedes, quæve sit tertia. A quibus ideo ita rerum videtur ordo * destructus, ut se ecclesiarum pontifices ceterarum sub uno tamen eodemque sacerdotio habere cognoscant, quibus caritate servata propter ecclesiasticam disciplinam debeant esse subjecti. Et quidem hæc sententia canonum a vetustate duravit, & nunc usque Christo nostro favente perdurat. Nemo unquam apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit; nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari. Servant ecclesiæ magnæ prædictæ per canones dignitates, Alexandrina & Antiochena, habentes ecclesiastici juris notitiam. Servant, inquam, statuta majorum in omnibus deferentes, & ejusvicissitudinem recipientes gratiæ, quam se in domino, qui pax nostra est, nobis debere cognoscunt. Sed quia res postulat, approbandum documentis est, maximas orientalium ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione majore, sedem semper consuluisse Romanam, & quotiens usus exegit ejus auxilium postulasse. Sanctæ memoriæ Athanasius & Petrus Alexandrinæ sacerdotes ecclesiæ, hujus sedis auxilium postularunt. Cum Antiochena ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut fieret illic propter hoc ipsum sæpe discursus, primo sub Meletio, postea sub Flaviano, apostolicam sedem manifestum est esse consultam: ad cujus auctoritatem post multa quæ ab ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est Flavianum communionis gratiam recepisse; qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc scripta manassent. Clementissimæ recordationis princeps Theodosius Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem, missis a latere suo aulicis cum episcopis, formatam huic a sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus sacerdotium roboraret. Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, orientalium ecclesiam pontifices dolentes se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem, sicut caritas vestra retinet, poposcerunt. Quo tempore apostolica sedes omnia non difficulter indulsit: illi parens magistro, qui ait: *Si cui autem aliquid donastis, & ego, nam & ego si quid donavi propter vos in persona Christi. ut non possideamur a satana: non enim ignoramus versutias ejus*; id est, quia semper dissensione lætatur. Quoniam igitur ad probandam veritatem arbitror quæ diximus, fratres carissimi, exempla sufficere, quamvis plura vestri notione teneantur; absque fraternitatis injuria conventui vestro volumus his literis obviatum; quas a nobis per Severum apostolicæ sedis notarium, animis acceptissimum nostris, e nostro latere destinatum videatis esse directas: convenientes ut condecet fratres, ne quis volens in nostra communione durare, fratris & consacerdotis nostri Perigenis iterum ad discutiendum in medium nomen adducat: cujus sacerdotium apostolus Petrus semel jam Spiritus sancti suggestione firmavit: nihil huic relinquens impositum quæstionis, cui dum constitueretur a nobis, per ejus temporis spatium quo vacavit, nihil omnino constet objectum. Cesset accusatio cujus invidiam probamus auctorem. Solvatur machina falsitatis in eum composita, quia ad sacerdotium Dei nostri & omnium bonorum favore pervenit. Sane quoniam servandus accusatori locus est, ne audentiam penitus incitare videamur, si quid ab eodem postquam episcopus nostris est auctoritatibus constitutus, contra disciplinam & propositum sacerdotii fertur admissum, coepiscopus noster Rufus, cui ad vicem nostram cuncta committimus, cum ceteris fratribus quos ipse delegerit, negotium curabit audire; ad nostram relaturus omnia notionem, quæcumque cognitioni ejus rerum cursus & ordo monstrarit. Illud etiam, quoniam auctoritas nostra commonitione solita vacare non debet, hortamur, & repetito sæpius sermone præcipimus, ut in omnibus huic viro obedientiam disposi-

Matth. 16.

1. Cor. 2

Nicol. 1. ep. 41.

* Locus obscurus ac mendosus. Hard.

* Forte constrictus. Hard.

Nicol. 1. ep. 8.

tio-

tionibus commodetis. Nullus, ut frequenter diximus, alicujus ordinationem citra ejus conscientiam celebrare præsumat: cui ut supradictum est, vice nostra cuncta committimus. Sibi certe hujus præsumptionis auctores imputabunt impostorum, cum se viderint, apostolicæ caritatis extorres. Data v. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodosio X. AA. Coss. *

* Anno Christi 422.

Item recitatum est.

XI. *Exemplar epistolæ piissimi imperatoris Honorii ad Theodosium Augustum.*

OMnibus quidem causis in quibus nostrum postulatur auxilium, intercessionem apud aures tuæ clementiæ negare non possumus: sed his majorem necessario curam studiumque debemus, quibus sanctæ sedis apostolicæ desideria continentur. Nam cum favore divino nostrum semper gubernetur imperium, procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua & Romanum principatum accepimus, & principium sacerdotium. Si quidem nihil aliud a pietate nostra postulaverit missa legatio, nisi quod Catholicæ fidei disciplinæ & æquitati concordet. Petit enim ut hæc privilegia, quæ dudum a patribus constituta usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent. In qua parte perspicit serenitas tua, nihil vetustis decretis, si quæ canonum conscripta sint regulis, penitus derogandum; nec tot jam sæculorum reverentiam novesiis præjudiciis sauciandam domine. Unde majestas tua recensitis nostræ pietatis affatibus, Christianitatis memor, quam pectoribus nostris misericordia cælestis infundit, universis remotis, quæ diversorum episcoporum subreptionibus per Illyricum impetrari dicuntur; antiquum ordinem præcipiat custodiri: ne sub principibus Christianis Romana perdat ecclesia, * quod aliis imperatoribus non amisit.

* Forte, quod sub. Haid.

Item recitatum est.

XII. *Rescriptum Theodosii Augusti ad Honorium Augustum.*

DIgnum meretur judicium, quisquis perennis principis affatus ad nostram videtur deferre clementiam, domine sancte pater, Auguste venerabilis; tum præcipue Christianæ religionis intuitu, quæ venerandis sensibus majestatis tuæ ita infusa est, ut per nostra corda latius porrecta servetur. Deus enim auctor ideo præsules fecit Christianorum principum posteros, ut omni subreptione frustrata, id quod a majoribus nostris constitutum est, reservetur. Et quamquam non solum in his quæ divina suffragia incorrupta servarunt, affatus perennitatis tuæ a nobis observentur affectu celeri omnique veneratione suscepta, tum præcipue hæc res; quia sæculi totiusque regni nostri sospitatem illius inclitæ urbis nomen hactenus servat. Unde omni supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur. Super qua re secundum formam oraculi perennitatis tuæ, ad viros illustres præfectos prætorii Illyrici nostri scripta porreximus, ut cessantibus episcoporum subreptionibus antiquum ordinem specialiter faciant custodiri: ne venerabilis ecclesia sanctissima urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quæ perenne nobis sui nominis consecravit imperium.

Item recitata est.

Dilectissimis fratribus Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paulo, Æternali, Sabatio, Juliano, & Senecioni episcopis per Illyricum Cælestinus. XIII.

INter ceteras curas & diversa negotia, quæ ad nos ex cunctis veniunt semper ecclesiis, propensiorem nos etiam vestris solicitudinem gerere, & ex decretorum nostrorum sanctione discetis, & ipsarum qualitate causarum poteritis advertere. Nunc tamen Dyrracenæ provinciæ causa nos monuit; ubi quorundam acculantium factione frater & coepiscopus noster Felix, si non nostra intervenisset diligentia, fuisset oppressus. Nec nova hæc sedi apostolicæ cura de vobis est, statutum * nostris sæpius experimentum hoc, quod nos agimus, Thessalonicensi ecclesiæ semper esse commissum ut vobis vigilanter intendat. Facile disciplinæ subdi se patitur, qui ipsam ut condecet amplectitur disciplinam. Ita enim ordinatio cuncta se habet, ut majoribus ea quæ sub his esse docentur, obediant: & in hoc gradu regularum cuncta vertuntur. Nosque præcipue circa omnes cura constringimur, quibus necessitatem de omnibus tractandi Christus in sancto Petro apostolo cum illi claves aperiendi claudendique daret, indulsit; & inter apostolos suos, non qui altero esset inferior, sed eum maxime qui esset primus legit. Dominentur nobis regulæ, non regulis dominemur: simus subjecti, cum canonum præcepta servamus. Sunt culpæ aliquantæ non leves, quæ illis innatæ provinciis ad nos cum simus longius, non possunt pervenire; aut jam semotis omnibus non ita ut sunt acta interposito temporis spatio perferuntur: quas omnes nos intercessione fratris & coepiscopi nostri Rufi, cujus experientiam comprobatam esse in causis omnibus & vitæ actibus liquet, volumus resecari. Cui vicem nostram per vestram provinciam noveritis esse commissam; ita ut ad eum, fratres carissimi, quicquid de causis agitur referatur. Sine ejus consilio nullus ordinetur, nullus usurpet eodem inconscio commissam illi provinciam: colligere nisi cum ejus voluntate episcopos non præsumant: per eum etiam ad nos si quid est referatur. Sed hac præceptione cognoscent & eum, qui refragandum nostræ auctoritati vel illius crediderit jussioni, a fraternitatis cœtu cum ipse * separet; segregandum.

* Forte nostri. Haid.

* Forte, si separet. Haid.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Perigeni Xystus. XIV.

GRatulari potius quam conqueri deberemus de tuæ fraternitatis actibus, cum tibi apostolicæ sedis auctoritas in ipsis tuæ ordinationis initiis, quod te semper meminisse oportet, adfuerit. Sed ut nostrum est, non ista retexere, ita tuæ convenit fidei, retinere. Nunc aliqua incitare voluisse cognovimus. Sed hæc, cum res per nostrorum præsentiam, quos vice nostra ad eas partes propter has causas direximus, sopitæ sint, præterimus. Nam & sanctos fratres nostros Martianinum presbyterum idem & diaconum Lollianum egisse credas, quod & utilitatibus tuis, & sedis apostolicæ auctoritati con-

congrueret, & idcirco nunc ad fraternitatem A tuam nil tale scripsimus, quo tibi tristitiam generemus; quia malumus correctione pacifica id quod tentatum fuerat aboleri. Nunc ergo, frater carissime, admonitus nostris epistolis per fratrem & coepiscopum nostrum Lucam, qui ad vos sola caritatis gratia provocatus advenit, sancto fratri & coepiscopo nostro Anastasio Thessalonicensis urbis antistiti eam servato reverentiam, quam ceteri quoque pontifices per Illyricum constituti, erga prædicti dignitatem reservare non abnuunt. Cum sciamus nihil novum illi a nobis fuisse concessum; sed id quod ejus decessoribus nostri decessores detulerant habita consideratione disciplinæ ecclesiasticæ constitutum. Tua enim magis interest, ut huic B plurimum deferatur ecclesiæ, quæ tibi tantum honoris contulit, ut pro te contra eos qui tibi tunc æmuli fuerant, repugnaret.

Item recitata est.

XV. Dilectissimis fratribus universis episcopis synodo apud Thessalonicam congregandis Xystus.

Si quantum inservitur legibus & principum constitutis, quæ sunt temporalia & mutantur, & sæpe sæpius abolentur, tantum divinis legibus æternisque mandatis obedientiæ præstaremus, essemus profecto summæ beatitudinis compotes, & mundanæ vexationis molestias vitaremus, illo rectore vel præsule, qui subinde subvenire cupiens quotidianis vocibus clamat: *Convertimini ad me, & convertar ad vos. Inter* Zach. 1. *cetera & ad locum.* Nos fratri & coepiscopo nostro Anastasio tantum tribuimus, quantum decessoribus ipsius a nostris decessoribus attributum. Priorum judicium sequimur, hæc constituendo, quæ ab his novimus constituta: quia & ipsum hujus probamus meriti, cujus fuerunt illi, qui talia meruerunt. Nullus obviet salubribus constitutis: nullus præceptionibus his resultet. Habeant honorem suum metropolitani singularum, salvo hujus privilegio, quem honorare debeant amplius honorati. In provincia C sua jus habeant ordinandi; sed hoc inscio vel invito, quem de omnibus volumus ordinationibus consuli, nullus audeat ordinare. Ad Thessalonicensem majores cautæ referantur antistitem. Ipsum major cura respectet, eos qui ad episcopatum vocantur discutiendi solicitius, & probandi. Ipse optimos solertissimosque de vestro numero eligat, quos negotiis secum adsciscat arbitros; aut sine se tribuat, qui in disceptationem missa componat. Noverit Corinthius episcopus sibi licentiam potestatis liberæ minime tribuendam, si huic voluerit ecclesiæ resultare, quam sibi noverit profuisse. Cui necesse est nos quoque si quid tentare voluerit, obviare; qui præteritorum quæ illi per nos præstita sunt memores sumus, & illicitis semper usurpationibus obviamus. De ceteris vero quæcumque illa sunt, nostris præsentibus volumus finiantur, quoniam tota illorum apud nos fides est: ut quæ illi probaverint, nos credamur judicasse pariter & probasse. Data VIII. Id. Julias, Theodosio XV. & Valentiniano IV. Augustis Coss.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Proclo Xystus. XVI

Licet fraternitatem tuam disciplinis ecclesiasticis eruditam ea omnia quæ ad regularum & canonum observantiam pertinent, custodire summa solicitudine noverimus, nec quidquam aut ipsam facere alios sacerdotes se cohibente permittere, quod vetusta patrum constituta pervertat, documentis evidentibus probaverimus: (id enim optimo convenit & Deo dignissimo sacerdoti, ut & ad se pertinentia qua potest cura custodiat, & alios fratribus suis debita minime inquietare vel temerare ex aliqua parte permittat: moderatiorem honorificentiam B suam majore gloria servaturus, si nihil licere contra morem veterum attentantibus sinat:) nostra tamen adhortatione per gratiam caritatis hoc fraternitati tuæ specialiter debet accedere, ut contra subreptiones aliquorum circumspecta sanctitas tua facultatem non præbeat horum incongruæ voluntati, qui ecclesiis per se scandalum cupiunt & discordiam generare; volentes per ecclesiarum perturbationem crescere, & locum sibi per dispensationem facere sacerdotum. Id ergo quod nos quoque servamus, fraternitatem tuam, quam scimus hoc suo more facturam, volumus custodire: id est, ut si quis ad fratrem & coepiscopum nostrum Thes- C salonicensis urbis antistitem harum provinciarum quæ ad eum pertinent sacerdos adveniat præter ejus conscientiam, si sine ejus epistolis atque formata venire tentaverit, tanquam disciplinæ ecclesiasticæ despector & contemptor canonum, quos nos temerari ex aliqua parte non patimur, habeatur. Reverentiæ vestræ in communc præstatur, si alter alterius honori debita, prævenientes invicem per caritatis gratiam, reservetis: quæ fieri nolumus ut legimus. Discant omnes illius provinciæ sacerdotes tantæ fraternitatem tuam esse censuræ, ut non permittas fieri, quod non licet a sacerdote tentari. Diceremus plura, si non de tuæ fraternitatis mente nosset mus majora & ex hac parte sentire, quam nos in nostras epistolas hasce quas D ad te dirigimus, possumus sermone conferre. Habes recentissimum nuper habitæ actionis exemplum fratris nostri Idduæ, circa quem tuæ fraternitatis decrevimus judicium custodiri: cognitioni tuæ facere nolentes injuriam, cum ejus intentionem justissimam innocentia tueris. Monendi sunt ignorantes, ac scientem atque servantem talia si diutius velis instruere, non tam admonere, quam exprobrare ignorantiam videaris. Sufficiant ergo quæ scripsimus, frater carissime; quoniam ad hæc corrigenda atque servanda animum tuum atque censuram nobiscum sentire confidimus: quoniam unum Act. 4. cor & animum, ut dicit scriptura, circa religionis observantiam, canonum custodiam, & E disciplinam ecclesiasticam retinendam nos habere, ut debemus, & credimus. Data XV. Kal. Januarias, Aetio iterum & Segisvulto Coss. Anno Christi 437

Item recitata est.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis per Illyricum consistentibus, Xystus XVII.

Doctor gentium, vas electionis religionis nostræ firmissimum fundamentum, epistolis omnibus quas ad singularum civitatum scribit ecclesias, de sua in Domino gratulatione testa-

* An. Christi 435.

testatur; quod cum his plena mentis suæ fiducia colloquatur, quos legis præceptis parere videat, & in Dei nostri timore versari. Si tanta igitur apostolo tam docto quam sancto est mentis hilaritas, quod tantos pariter, quod novit & his ad quos scribit & religioni proficere, unis appellat epistolis; quanto nobis gaudio existimatis esse, quoniam in commune sanctitatis vestræ datur nobis appellare concilium, & sermonem nostrum affectionis pii circa vos testimonia continentem, cum vestra sanctitate conjungere? Ille enim singulas, ut diximus, epistolis suis visitat ecclesias, nos tot pariter credimus ecclesias nostris appellare nos literis, quot estis, qui ad sanctam synodum convenitis. Illi est sermo cum rudibus atque discipulis; nobis sermo cum collegis & doctis. Et ut a beatissimi Pauli, cujus maxime præceptis obedire vos convenit, non recedamus exemplo; non vobis grave sit de his quæ ad nostram notitiam perveniunt, ut servetur disciplina ecclesiastica, commoneri ac si præsentes. Ergo vobiscum quod ad regularum canonumque custodiam proficere novimus, pro solicitudine nostra conferimus, sequestro filio nostro Artemio presbytero, cujus nobis efficacia in agendo pariter & moderatio placuit & amor: ut traditus tramites a patribus firmis vestræ dilectionis vestigiis teneatur, & ea quæ a nobis propter quietem ecclesiarum sunt custodita serventur. Illyricanæ omnes ecclesiæ, ut a decessoribus nostris accepimus, & nos quoque fecimus, ad curam nunc pertinent Thessalonicensis antistitis; ut sua solicitudine si quæ inter fratres nascantur, ut assolent, actiones distinguat atque definiat, & ad eum quidquid a singulis sacerdotibus agitur, referatur. Sit concilium, quoties causæ fuerint, quoties ille pro necessitatum emergentium ratione decreverit: ut merito sedes Apostolica relatione ejus instructa, quæ fuerint acta confirmet. Evocatus vestrum venire nemo contemnat, nec congregationi sanctæ, ad quam debet festinare, se deneget. Excusatio per contumaciam non requiratur; ut vobis pariter convenientibus possit in commune constitui, quod ecclesiarum servet quietem, & populos teneat ad salutem. Nec his vos, frater carissimi, constitutis, quæ præter nostra præcepta Orientalis synodus decernere voluit, credatis teneri; præter id quidem quod de fide nobis consentientibus judicavit. A canonum præceptis vestrum nemo discedat, nec ab his deviet quæ juxta regularum ordinem frequens ad vos directa sedis Apostolicæ decrevit auctoritas. Si quid forsitan aut inter fratres natum fuerit, aut fratri cuiquam aliqua actio qua pulsetur illata; aut illic fratre & coepiscopo nostro Anastasio judice eveniens negotium terminetur; qui vices Apostolicæ sedis agere, ut beatæ memoriæ Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitur: aut ad nos, si illic finiri non potuerit, eodem tamen suis literis causam omnem quæ vertitur prosequente, veniat examen. Nullum corpus est, quod capite non regatur. Estis quidem membra, ut novimus, sancta: sed vestrum caput respicere & honorare vos condecet, quoniam honor capitis ad spem totius proficit sanctitatis: & suum corpus solicitis tuetur oculis, quod sibi aptum & dignis videatur ad unamquamque rem officiis convenire. Sed ut omne corpus capite regitur; ita ipsum caput nisi suo corpore sustentetur, firmitatem & vigorem suum perdit, & non tenet quam habuerat dignitatem. Estote igitur, ut esse convenit Domini sacerdotes, ecclesiarum præsules, religionis nostræ doctores. Reservate fratri & coepiscopo nostro reverentiam quam debetis: & inter vos pacem & concordiam custodite. Sit in vobis, ut esse credimus, cor unum & anima una. Nec credatis vobis minui, quidquid reverentiæ illius, ad quem & majores nostri & nos Illyricanas ecclesias juxta morem traditum voluimus pertinere, a vestra dilectione & servari volumus & deferri. Data XV. Kal. Januarias, Aetio iterum & Segisvulto Coss. Anno Christi 437.

Item recitata est.

Victores Valentinianus & Marcianus, inclyti, triumphatores, semper Augusti sancto patri merito venerabili Leoni episcopo. XVIII

Ut sperverint ecclesiam Constantinopolitanam secundam sedem fieri debere, quod non est concessum.

Divina humanaque scripta consentiunt divinitatem in primis esse venerandam; & ibi omnipotentem Deum esse propitium, ubi colatur rite religio. Id ergo quod quærebamus invenimus, & effectum vota nostra meruerunt. Invenit religionis fidem religiosus affectus: nec dubium est Deo auctore definitum, quod de majestate quærebatur. Explosa igitur contentione atque discordia, quam livor fidei inimicus objecerat, Deum omnes una mente cognoscunt. Jam non incusamus ingrati. Religionis inimici præstiterunt nobis, ut Deum studiosius quæreremus, manifestius inveniremus. Majus etenim lumen videtur, quod post tenebras fulserit: dulcior est silentibus potus, fessis otium. Lætetur igitur sanctimonia tua victoria. Fidei hujus laurea omnipotenti Christo referenda est, qui de perfidis egit triumphum. Atque ideo ipsi interesse sanctæ synodo festinavimus, quamvis nos in aliis locis expeditiones & necessitates publicæ detinerent. Itaque omnia pro votis atque oratione religionis tuæ, quæ fidei conveniunt auctore Deo sunt ordinata. Totius orbis qui sub imperio nostro est reverentissimis episcopis Chalcedonem convocatis, tractatu habito post multa certamina vera fides obtinuit; & juxta literas sanctitatis tuæ universi assenserunt expositioni, prout veritas postulavit. Nec dubitamus hujus rei gratulationem nobis & sanctitati tuæ esse communem; pariterque lætari, quos pariter manifestum est operasse veritatem. Superest ut universis pro catholica fide & pro veritate compositis, & pace ecclesiis restitutæ, omnibus in perniciem hostium sanctitas tua divinam provocet majestatem: quod te & ante literas nostras facere certissimum est. Quoniam vero & hoc statutum est, ut ea quæ centum quinquaginta sanctissimi episcopi sub divo Theodosio majore de honore venerabilis ecclesiæ Constantinopolitanæ statuerunt, & quæ nunc a sancta synodo de eadem re statuta sunt, firma serventur: scilicet, ut post sedem Apostolicam Constantinopolitanæ urbis antistes secundum obtineat locum, quoniam & eadem splendidissima civitas junior Roma nuncupatur: dignetur sanctitas tua etiam huic parti proprium adhibere consensum. Quamvis reverentissimi episcopi, qui tuæ religionis vicem agentes ad sanctam

synodum convenerunt, contradixerint. Vehementer enim prohibebant de hac venerabili ecclesia a synodo aliquid ordinari. Speramus autem quod concordantibus toto orbe sacerdotibus, ea quæ reipublicæ Romanæ proderunt, divinus favor præstare dignabitur. Qua de re per Lucianum virum religiosum episcopum, & Basilium diaconum harum portatores omnia vere insinuari oportere censuimus: & petimus ut ea quæ sancta synodus statuit, etiam religio tua in perpetuum præcipiat observari. *Et alia manu* Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime Pater. Data XV. Kal. Januarias, Constantinopoli, D. N. Marciano P.P. Aug. & qui fuerit nominatus, Coss. *

Anno Christi 451.

Item recitata est.

XIX. Leo episcopus, Marciano Augusto.

MAgno munere misericordiæ Dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, &c.

Item recitata est.

XX. Dilectissimo fratri Anatolio, Leo.

MAnifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicæ veritatis, &c.

Item recitata est.

XXI. Leo episcopus, Marciano Augusto.

LIterarum clementiæ vestræ multiplex gratia debita a me veneratione suscepta est, & gratulanter agnovi quam piam curam Christianæ religionis, ut contuetis, habeatis; cum inter Domini sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quæ & universali ecclesiæ & divino aptata sit cultui. Illa enim probabilis pax & caritas vera est, quam plenissime beatus apostolus prædicat dicens: *Caritas de corde puro, & conscientia pura, & fide non ficta*. Obsequens itaque & libenter assentiens sanctis vestræ pietatis hortatibus, fratris & coepiscopi mei Anatolii scriptis reciproco, ut debui, sermone respondi: qui cessationem alloquii mei suo silentio potuit imputare: cum ad literas meas quibus eum fraterna caritate monueram, ut a reprehensibili ambitione discederet, ulterius respondere neglexit. Ego vero qui apud illum tacui, clementiæ vestræ pro pace universalis ecclesiæ quæ essent profutura suggerere pro mea cura non destiti. Nam & vestra mansuetudo insinuationem meam tam libenter accepit, ut & semper scribere dignaretur, & hæc ageret; ut quæ nunc correcta sunt vestræ gloriæ debeantur; quod tales nunc misit epistolas, quibus notabilem ambitus culpam aliis potius quam sibi assereret deputandam. Agnoscat ergo, Auguste venerabilis, prædictus antistes, quanto amplius humilitate quam elatione crescatur, & memor limitum paternorum, salubritatem canonum ad pacem universalis ecclesiæ conditorum ea qua debet in posterum observatione custodiat: defensioni quoque catholicæ fidei indefinenter invigilet, & pro custodia Dominici gregis diligentes prætendat excubias. Utatur in omnibus devotissimo vestræ pietatis auxilio; & si quid usquam sub catholico nomine hostilium fraudum latet, id providendum gloriæ vestræ instanter indicet. Qui enim sacrilegum errorem a longinquioribus quoque provinciis expulistis, & ad veritatis lucem contenebrata Palæstinorum corda revocastis; quomodo eum sub vestra fidei radiis *sperare patiemini; cum etiam per Ægyptum Deo vos in omnibus adjuvante, celerius credamus omnes pravi dogmatis extinguendas esse reliquias? Benigne enim his consulitis, quibus licentiam exsecrabilis erroris aufertis. Gaudeo itaque gloriose quæ perturbata fuerant esse composita: cum ad memoriam beati Flaviani consolatio discipulorum ejus excolitur: cum Andreas ab archidiaconi ministerio submoveatur: cum postremo a sanctorum patrum injuria temperatur, & a violandis canonibus abstinetur; ut regnum vestrum Christo regnante tranquillum, Christo defendente sit validum. Unde, cum per omnia me clementiæ vestræ parere delectet, fratris mei Anatolii caritate & toto corde suscipio amabilem fidem, quæ se præbeat, & ab ea quam illi spondeo caritatem, nulla se deinceps varietate dissociet; eos sibi sincera affectione conjungens, quos catholicæ fidei probavimus defensores. Habet in omnibus vestræ pietatis quod sequatur exemplum; maxime cum benignitatis vestræ adjuventur auxilio. Suggestiones autem fratris & coepiscopi mei Juliani, quem pietati vestræ commendo, quæso ut benignius, sicut facitis, audiatis. Hoc etiam fratri meo Anatolio proderit, si eum quem pro catholico dogmate illic esse volui, dignanter habeatis. Illud etiam quod Constantinopolitanæ ecclesiæ est saluberrimum rogo: ut Carosus monachus, nimis imperitus nimisque perversus, qui, ut comperi, multorum corda subvertit, sua venena pietatis vestræ beneficio ultra non exserat: ne ubi sancto vestræ mansuetudinis studio omnis pæne hæreticorum est conatus extinctus, ibi per vilem ac reprobum damnatæ perfidiæ defensorem & fidei vestræ & synodalis violetur auctoritas. Data IIII. Kalendas Junias, Aetio & Studio Coss.

Item recitata est.

Anno Christi 454.

XXII. Sanctissimo ac beatissimo coepiscopo papæ Leoni Anatolius in domino salutem.

OMne quidem solatium prorsus atque auxilium, quod vitæ laboriosæ curisque vallatæ ratio flagitatet, in vestra positum sperans esse beatitudine, totius sarcinam mihi solicitudinis inde merito leviorem fore credideram: nunc vero cunctis aliis acrior me pressit anxietas, quam diutina peperit vestræ non solita sanctitatis intermissio literarum; maxime cum mihi quæ scriptæ essent a vobis aliis ostenderentur epistolæ, quæ majus facerent doloris augmentum, qui frequentius cuperem potiri vestris affatibus: ut illa vobis obediendo complerem, quæ vestris omnifariam perfectissimis sensibus placita videbantur. Nam penitus absit, ut eis ego quæcumque mihi fuissent mandata per literas, adversarer. Quia tamen piissimus & Christianissimus princeps, qui consultissimæ suæ providentiæ bono tam res universas regit humanas, quam philosophia divinarum pollet ubique virtutum: cum quibus æmula pietatis zelare non cessat, cum sic moderatur genus humanum, ut id studio religionis in Deum reddat attentius; vestræ beatitudinis literas mihi sublegit, ea statim quæ continebantur eis, ut placita vobis implevi. Quod me facere vel com-

communis pacis utilitas, vel quod docuerat hortabatur. Et reverentissimus quidem sacrosanctæ nostræ ecclesiæ presbyter Aetius in priore loco atque honore ecclesiastico * nobis est restitutus: omne quod episcopi nostri est, modeste faciens ipse responsum. Andreas autem, qui non provectus a nobis, sed gradu faciente archidiaconi dignitate fuerat honoratus, ab ecclesia separatus est, cum his qui contra sanctæ memoriæ patrem nostrum atque episcopum fuerant Flavianum, qui etiam partis antea perfidissimi fuerat Eutychetis: quamvis excusationibus plurimis & subscriptionibus propriis, quas epistolæ sanctitatis vestræ subdiderant, jam viderentur satisfecisse præteritis, eousque quam diu quod vobis placitum super istis, fuerit ordinatum. Considerans ergo beatitudo vestra, quam nostra conjunctio caritatis ipsi domino Christo, qui pax nostra constitit, grata futura sit; & quantum fidelissimi principis animus exultabit, & quam pariter universa plebs Dei & ecclesiæ Christi promi ab omni discordia liberæ permanebunt, literis suis nos lætificare dignetur; quibus illo perfici valeamus affectu, quem prudentissimis vestris insitum copiose jam novimus vigere præcordiis: ut perceptis alacriter vestræ sanctitatis epistolis, & gratias agamus domino Deo nostro Christo, qui totius difficultatis vincla disrupit; eidemque vota solemnia pro vestra beatitudine persolvamus. De his autem, quæ Constantinopolitanæ gratia sedis sancita sunt in Chalcedonensi nuper universali synodo, pro certo beatitudo vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me homine, qui semper otium & quietem, in humilitate me continens, ab incunte mea ætate dilexerim: sed Constantinopolitanæ ecclesiæ reverentissimus clerus est, qui hoc habuit studium, & istarum partium religiosissimi sacerdotes; qui in hoc fuere concordes, & sibi pariter adjutores. Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ beatitudinis fuerit reservata. Hoc igitur bene compertum sanctitas vestra cognoscat, nihil ex me istius causa factum esse negotii; qui semper omnem jactantiæ levitatem & aliena appetendi cupiditatem mihi vitandam crediderim. Omnem fraternitatem in Christo, quæ cum vestra est sanctitate, tam ego ipse, quam mei plurimum salutamus.

Et subscriptio literis Græcis.

Item recitata est.

XXIII. Dilectissimo fratri Anatolio Leo.

Anno Christi 454. SI firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, &c. *

XXIV. Dilectissimo fratri Anastasio Leo.

OMnium quidem literas sacerdotum grato nos relegere animo fraterni collegii caritas facit; cum per spiritualem gratiam tanquam præsentes amplectimur, quibus sermone epistolis mutuo commeantibus sociamur: sed major nobis in his esse videtur affectio, in quibus de statu ecclesiarum certiores effecti, ad exortendæ sollicitudinis vigilantiam officii nostri consideratione compellimur: ut in speculis, quemadmodum Deus voluit constituti; & pro voto nostro currentibus rebus nostrum commodemus assensum; & ea quæ depravari aliqua usurpatione perspicimus, adhibita coercitionis remediis corrigamus: speramus justi seminis responsurum nobis uberem fructum, si non sinamus crescere, quæ in messis detrimenta dominicæ cœperint pullulare. Postquam itaque nobis petitio tuæ dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum presbyterum, ut tibi quoque a nobis sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra vice propter custodiam regularum auctoritas præstaretur; præbentes assensum nostra adhortatione compellimus, ut nulla dissimulatio, negligentia nulla proveniat circa ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni tuæ vice nostra committimus; beatæ recordationis Siricii exemplum secuti, qui sanctæ memoriæ Anysio prædecessori tuo, bene de apostolica sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato, certa tum primum ratione commisit, ut per illam provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, ecclesiis subveniret. Gloriosa instantius exempla sequenda sunt, ut quorum privilegiis uti cupimus, eorum nos similes in omnibus approbemus. Imitatorem te tam prædecessoris tui quam decessoris qui pari modo hoc & meruisse & egisse cognoscitur, esse volumus: ut de profectu ecclesiarum, quas tibi vice nostra committimus, gaudeamus. Ut enim bene agenti, & quæ sacerdotali auctoritati conveniunt solertius exequenti ad honorem proficit res tributa; ita huic oneri esse cognoscitur, qui commissa sibi potestate qua debet moderatione non utitur. Credita itaque tibi, frater carissime, gubernacula pervigil tene, & mentis tuæ oculos per omnia quæ curæ tuæ videas injuncta circumfer; in mercedem tuam profutura custodiens; & his qui disciplinam canonum labefactare nituntur obsistens. Divinæ legis sanctio veneranda, & canonum specialius decreta serventur. Per commissas tibi provincias tales domino sacerdotes, quibus sola vitæ & clericalis ordinis suffragentur merita, consecrentur. Nihil gratiæ personali, nihil ambitioni, nihil redemptis permittas licere suffragiis. Examinentur diligentius, & per longum vitæ tramitem disciplinis ecclesiasticis qui ordinandi fuerint imbuantur. Si tamen illis omnia quæ a sanctis patribus sunt constituta conveniant, & quæ beatum apostolum Paulum de talibus legibus præcepisse custodierint, ut unius uxoris vir sit; & hanc virginem, ut auctoritas divinæ legis cavet, acceperit. Quod solicitius volumus custodiri, ut omnibus excusationibus locum adimamus; ne se quisquam credat posse ad sacerdotium pervenire, qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, qua deficiente alteram post baptismum conjunxerit sibi. Cum negari uxor illa non possit: nec prioris conjungii numerus aboleri; & eorum ita sit pater filiorum, quos ante baptismum ex illa susceperit, quemadmodum & illorum, quos ex altera post baptismum noscitur suscepisse. * Peccata & quæ illicita esse noscuntur, per lavacrum baptismatis abolebuntur; ita quæ sunt legis præcepto concessa vel licita, non delentur. Nullus te inconsulto per illas ecclesias ordinetur antistes. Ita enim fiet, ut sint de eligendis matura judicia, dum tua dilectionis examinatio formidetur. Quisquis vero de metropolitanis episcopis contra nostram præceptionem præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos status sui esse noverit

* Forte, e nobis.

* Forte, Sicut tuæ pietatis. Hard.

firmitatem, eosque usurpationis suæ rationem qui hoc præsumpserint reddituros. Singulis autem Metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis jus habeant ordinandi; ita eos metropolitanos a te volumus ordinari; maturo tamen & decoro judicio. Quamvis enim omnes antistites probatos & Deo placitos deceat consecrari, hos tamen præcellere volumus, quos præfuturos his qui ad se pertinent consacerdotibus noverimus. Quod dilectionem tuam solicitius agere præmonemus & cautius, ut illud apostolicum custodire, quod scriptum est, approbaveris: *Manus cito nemini imposueris*. Ad synodum quisquis fratrum fuerit evocatus occurrat; nec sanctæ congregationi se deneget: in qua maxime constituendum esse noverit, quod ad disciplinam poterit ecclesiasticam pertinere. Melius enim omnis culpa vitabitur, si inter sacerdotes domini collatio frequentior habeatur: emendationi pariter & caritati plurimum præstat adunata societas. Illic si quæ causæ natæ fuerint præstante domino ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat, sed solido inter fratres caritas coalescat. Si qua vero causa major evenerit, quæ a tua fraternitate illic præsidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat: ut revelante domino, cujus misericordiæ profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit rescribamus: ut cognitioni nostræ, pro traditione veteris instituti, & debita apostolicæ sedis reverentia nostro examine vindicemus. Ut enim auctoritatem tuam vice nostra exercere te volumus; ita nobis quæ illic componi non potuerunt, vel qui vocem appellationis emiserit, reservamus. Hæc itaque in omnium fratrum facies notitiam pervenire, ut nullus deinceps per ignorationem in observandis his quæ præcepimus excusandi se reperiat facultatem. Ad ipsos etiam metropolitanos singularum provinciarum nostra quibus eos moneremus scripta direximus, ut noverint apostolicis obediendum esse sententiis; & tunc se nobis parere, cum fraternitati tuæ ex nostra delegatione cœperint secundum ea quæ scripsimus obedire. Cognovimus sane, quod non potuimus silentio præterire, a quibusdam fratribus solos episcopos tantum diebus dominicis ordinari: presbyteros vero & diaconos, circa quos par consecratio fieri debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere. Quod contra canones & traditionem patrum usurpatio corrigenda committit: cum mos quibus est traditus circa omnes sacros ordines debeat omnimodis custodiri. Ita ut per longa temporum curricula, qui sacerdos vel levita ordinandus est, per omnes clericalis officii ordines provehatur: ut diuturno discat tempore, cujus & doctor ipse futurus est. Data pridie Idus Januarias, Theodosio XVIII. & Albino Coss.

1. Tim. 5.

Anno Christi 444.

Item recitata est.

XXV. Dilectissimis fratribus episcopis metropolitanis per Illyricum constitutis Leo.

OMnis admonitio salutaris, quam domino credimus aspirantes contingere, in mercedem proficit monentis & moniti. Et ideo nos hoc libenter arripimus, quoniam placere Deo nostro non solum nostris, sed omnium fratrum consacerdotumque nostrorum actibus festinamus. In nostram enim recurrit gratiam, si ecclesiæ sic regantur, ut nullus querimoniis aditus referetur. Sit itaque dilectioni vestræ, fratres carissimi, dulcis & jucunda præceptio, quam de sedis apostolicæ auctoritate servata caritatis gratia manare noscatis. Nec vobis aliquid juris credatis imminui, si tam præsentibus quam futuris rebus videatis, ne illicitis præsumptionibus referetur aditus, præcaveri. Cautius enim usurpationibus antequam tententur obsistere, quam quæ usurpata fuerint vindicare. Et quia per omnes ecclesias cura nostra distenditur, exigente hoc a nobis domino, qui apostolicæ dignitatis beatissimo apostolo Petro primatum fidei sui remuneratione commisit; universalem ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate constituens, necessitatem solicitudinis quam habemus, cum his qui nobis collegii caritate juncti sunt sociamus. Vicem itaque nostram fratri & coepiscopo nostro Anastasio, secuti eorum exemplum quorum nobis recordatio est veneranda, commisimus; & ut sit in speculis, ne quid illicitum a quoquam præsumatur injuriximus: cui in his quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam ut dilectio vestra pareat admonemus. Non enim tam illi obtemperabitur, quam nobis; qui hoc illi pro nostra solicitudine per illas provincias cognoscimur commisisse. Volumus enim tales fieri domino sacerdotes, quibus cuncta conveniant, quæ sunt ecclesiasticis canonibus diffinita: ut episcopi, presbyteri atque diaconi unius uxoris viri sint, secundum beati apostoli sententiam, & hanc secundum legis præcepta virginem accipiant, non viduam, non repudiatam, sicut legis scriptura testatur. Nec se quisquam æstimet posse ad sacerdotium pervenire, qui ante baptismum deficiente quam habebat uxore, alteram rursum postquam per gratiam baptismatis est renovatus, accepit: cum in baptismate peccata deleantur, non uxorum numerus abrogetur. Adeo autem in excusationem sui hoc obtendere non poterit, ut eorum se patrem filiorum quos ante baptismum susceperit, negare non possit. Neque enim uxor quæ ex legis præcepto ducitur, inter peccata quæ abluuntur baptismate, poterit numerari. Ad synodum quicumque fuerit evocatus occurrat; nec congregationi se deneget, in qua ad Deum pertinentes causas noverit esse tractandas. Quidquid causarum, ut assolet, inter consacerdotes evenerit, ejus cui vicem nostram commisimus examini reservetur; ut illo sub Dei timore præsule omnis ambiguitas finiatur. Nihil in ejus aut nostram contra hæc quæ constituimus præsumantur injuriam. Ejus nobis relatione, si quid ad nos referendum fuerit, innotescat. Ita enim vos ad illum pertinere volumus, ut ad vos provinciarum vestrarum pertinent sacerdotes. Qui ergo jure sibi debito uti cupiunt, apostolicæ sedis auctoritate concessa per suam contumaciam imminuere non nitantur. Ut vero vestræ dilectioni provinciæ suæ ordinatio permittitur sacerdotum; ita fratrem & coepiscopum nostrum Anastasium de ordinando antistite volumus consulatis; cui metropolitani episcopi consecrationem statuimus reservari: ut eo inquisitore atque custode cum certus licentiæ modus imponitur, ecclesiasticæ disciplina in omnibus ordo servetur. Ipsum vero secundum definita cano-

canonum hoc vestra dilectio nostris epistolis admonitum esse cognoscat, ut de statu ecclesiarum vestrarum certiores subinde sua relatione nos faciat: sciturus sibi a nobis imputandum, si quid de his quæ statuimus a quoquam fuerit temeratum. Si quæ vero causæ graviores vel appellationes emerserint, eas sub ipsius relatione ad nos mitti debere decrevimus, ut nostra secundum ecclesiasticum morem sententia finiantur. Hæc vero quæ per filium meum Nicolaum presbyterum scripta direximus, recurrentibus literis, ut vos eadem sciamus accepisse, rescribite. Data prid. Id. Januarias, Theodosio XVIII. & Albino Coss. *

* Anno Christi 444.

Item recitata est.

XXVI. Dilectissimis fratribus Senecioni, Catoso, Theodulo, Lucæ, Antiocho & Vigilantio metropolitanis per Achajam provinciam constitutis Leo.

Grato animo epistolas nostras a vestra dilectione susceptas recurrentis paginæ sermo testatus est, quas nos pro ecclesiarum statu & pace soliciti, ne quid novella præsumptio erroris afferret, noscimur direxisse; volentes a sacerdotibus domini custodiri, quæ sedis apostolicæ auctoritas crebro constituit: scilicet, ut per Illyricum ecclesiæ constitutæ ad curam fratris & coepiscopi nostri Anastasii Thessalonicensis urbis antistitis pertinerent, ut si quæ majores inter episcopos causæ sunt quæ in provinciis suis nequeant terminari, ad ejus notitiam referantur, & eodem arbitrio sub divini timore judicii componantur. Servetur hic ordo sacerdotali concordiæ profuturus, ut ecclesiæ domini concordi quemadmodum cupimus consilio construantur, & nullum insidiante diabolo aditum possit præbere dissensio, per quam valeat dissipare; quæ nos magno studio habita cupimus moderatione connectere. Invitati fratres in causis maximis, & quæ intra provincias suas finire nequeat terminandis, si nulla gravi necessitate retinentur, fraterno se studio pro ecclesiæ utilitate non denegent. Maxime cum moderatio nostra providerit, ut non frequens, nec pro levibus causis conveniendi necessitas indicatur: & binos ternosve episcopos de singulis provinciis adesse sufficiat; ut leve fiat paucis, quod multis esset onerosum; atque ita efficiatur studio caritatis, ut sacerdotalis tractatus ea quæ ad disciplinam possunt ecclesiasticam pertinere, sancto sibi Spiritu revelante constituat. Id enim nos volentes quorumdam inobedientiam justa coercitione corrigere, vestra noverit dilectio definiisse; ut quisquis superbo animo, cum nulla corporis vel causæ fuerit necessitate detentus, fraternum sæpius voluerit vitare conventum, se sciat esse judicandum. Et quia memorati fratris nostri sollicita relatione cognovimus, Achaiæ provinciæ metropolitanum illicitas & constitutis patrum nostrisque auctoritatibus interdictas ordinationes sæpe celebraste: illudque suis ausibus addidisse, ut Thespiensibus invitis & repugnantibus incognitum & ante non visum episcopum consecraret; illi prorsus metropolitano hoc licere non permittimus, ut suo tantum arbitrio sine cleri & plebis assensu quemquam ordinet sacerdotem; sed eum ecclesiæ Dei præficiat, quem totius civitatis consensu elegerit. Ut itaque nos desides non sumus in monendo quæ custodiri debeant, quæque vitari; ita in exequendis illis atque servandis neminem esse patimur negligentem: cum custodientem talia laus dignissima comitetur, & fructus ut speramus a domino uberior obsequatur: devium vero & apostolicæ constitutionis oblitum obnoxium habitura sit & ecclesiastica & divina censura. Illud quoque pari observantia ad sacerdotalis concordiæ vinculum ab omnibus volumus custodiri, ut nullus episcopus alterius episcopi clericum sibi audeat vindicare sine illius ad quem pertinet cessione: quam tamen evidentia scripta contineant, quoniam hoc & canonum definivit auctoritas, & ipsa servandæ unitatis ratio docet: ne omnis ordo ecclesiasticus per hanc licentiam efficiatur instabilis. Altius itaque, fratres carissimi, quæ a nobis piæ mentis affectu decerni perspicitis, in pectora vestra descendant: ut nos qui solicite cupimus servare unitatem spiritus in vinculo pacis, præceptionis nostræ fructum percipiamus, & vestræ dilectionis operibus gratulemur. Volumus enim tam vestrum esse quam nostrum est, ut per caritatis gratiam constituatur quod nulla insidiantis diaboli arte violetur. Plenius vero observare debent, quæ caveri ad ipsum fratrem & coepiscopum nostrum Anastasium scripsimus; eaque in vestram notitiam literis ipsius volumus pervenire: a quibus fraternitatem vestram nolumus deviare; ut caritatem dominicam custodita patrum sanctione servemus.

Data VIII. Idus Januarias Aetio III. & Symmacho VV. cc. Coss. *

* Anno Christi 445.

Item recitata est.

Cetera in manuscripto desiderantur.

LUCÆ HOLSTENII

VATICANÆ BASILICÆ CANONICI,

ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI

Notæ & observationes ecclesiasticæ ad synodum Romanam Bonifacii papæ II. e Schedis ejus posthumis excerptæ.

Acta synodi, &c. Cur synodi nomen hisce actis nullo titulo in manuscripto insignitis præfixerim, qui causam a me rationemque morosus exigat, neminem fore existimo. Nam vel leviter in Ecclesiastica historia versari sciunt, moris fuisse antiqui, ut quoties de gravioris momenti negotio ad apostolicam, ceteratque majores sedes referretur, non solum Cleros Urbicus, sed etiam episcopi in comitatu commorantes ad consilium commune liberationemque convocarentur. Ejus rei exemplum hæc acta continent. Nam Epiphanius patriarcha Constantinopolitanus, ne temere nulloque judicio Stephanum Thessalonicensem sua privasse ecclesia, & Constantinopolim evocasse videretur, synodum episcoporum, qui tunc in urbe versabantur, coegit. Eam Græci συνοδικὴν ἀκρόασιν vel ἐνδημουσαν ἀκρόασιν appellant, qualis vocatur & fuit illa Constantinopolitana, cujus epistola ad Eutychem in fine actionis primæ concilii Chalcedonensis recitatur p. 211. tom. 2. edit. 1644. Verum ut ceteri minores episcopi ad res ecclesiasticas dirigendas sua cujusque civitatis presbyteros ad consilium vocabant; quia collatis in unum multorum sententiis facilius quod ex usu est perspicitur: ita quoque Romani pontifices, etiamsi per se soli summa rerum custodiendarum auctoritate pollerent, ad deliberationes tamen & concilia ecclesiastica presbyteros urbis & episcopos, qui forte aderant, aut e propinquo ad idipsum accersebantur, adhibere ab antiquo consuevere. Cornelius papa epistola 40. apud Cyprianum: *Omni igitur actu adeque periato placuit contrahi presbyterium; adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & oblatis præsentes fuerunt, ut firmato consilio quid conferri deberet consensum omnium firmaretur.* Syricius epist. 11. *Facto igitur presbyterio, consilio doctrina nostra, id est Christiana legi, esse contraria; unde omnium nostrum*

nem presbyterorum & diaconorum, quam totus etiam clerus ante hoc fuit sententia, &c. Sic ex Epist. Vitalianî papæ intelligitur, episcopis ad urbem peregre advenientibus Romanos pontifices dare audientiam consuevisse in synodo episcoporum eam ob causam constitutam, cujus rei exemplum extat epistola Innocentii papæ edita a Sirmondo tomo primo concil. Gall. pag. 38. ubi episcopus Hilarius & Elpidius presbyteri ad sedem apostolicam commeantes, ut de dissensione & schismate ecclesiarum Hispaniæ referrent, *in consessu presbyterii* auditi memorantur. Quam etiam consuetudinem sede vacante a clero Romano servatam docet Cyprianus epist. 31. indicens, de causa lapsorum *ut temperaret moderamen quæreretur*, clerum urbanum *cum quibusdam episcopis vicinis urbi & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe positis perscrutandi ordo ejiceret, tractasset.* Is consessus, sive ut Hieronymus alicubi vocat, *clerus Romani senatus*, compresbyterium jam olim vocabatur, deinde consistorii appellationem ex loco, ubi congregabatur, sicuti mox indicatur, obtinuit, quam hodiernus servat. Nos hinc in causa Stephani Thessalonicensis a Bonifacio II. celebrato certui antiquum pro usu temporis illius *ἐνδιαθήκου συνόδου* nomen latius reddidimus.

Post consulatum Lampadii & Orestis virorum clarissimorum sub die 8. Iduum Decemb. Mensis diesque hisce actis consignatus eos hallucinari ostendit, qui Bonifacium hoc ipso anno a. d. 17. Octobris vita functum feribant; qui vulgatus omnium, quod sciam, error est, nunc primum ad hujus Synodi fidem castigandus: ex qua utique constat eum, si non toto Decembri, saltem majori ejus parte vixisse. Sed cum Bonifacii II. pontificatum non solum fine, sed multo gravius principio suo mulcet ac mutilat Baronius, annumque integrum ei ademptum Felici, qui ipsi decessit, tribuat; paulo diligentius aliquot antecedentium & subsequentium pontificum tempora digerere non abs re fuerit, cum multa nunc vera & genuine antiquitatis monumenta Baronio non visa in lucem emerserint; ad quorum fidem hæc sacra chronologia pars emendanda. Exordior autem ab eo quod apud omnes in confesso est, Joannem I. qui teste Anastasio præfuit Ecclesiæ a consulatu Maximi usque ad consulatum Olybrii, objisse Ravennæ in carcere VI. Kalendas Junii, Olybrio Juniore consule, qui fuit annus Christi 526. Dies autem ille tabulis ecclesiasticis ita obsignatus est, ut de eo dubitari possit a nemine. Joanni post 58. dierum interregnum successit Felix IV. die Julii 24. rexitque ecclesiam a consulatu Maburti, teste Anastasio, usque ad consulatum Lampadii & Orestis annis non amplius tribus, mensibus 8. diebus 24. Nam quod Anastasius & indices antiqui annos quattuor ei tribuunt, in eo & ipse errant, & Baronium, alioque melioribus nunc documentis destitutos, in erroris consortium trahunt. Ex enim Felicem Decii Junioris consulatu, hoc est, anno Christi 529. rebus humanis excessisse concilii Arausicani II. acta testantur, quod eodem consule habitum fuit v. Nonas Julias. Ejus siquidem concilii confirmationem, quam a Felice papa petierat Cæsarius Arelatensis, a Bonifacio ejus successore principio anni sequentis 530. quo Lampadius & Orestes consules fuere, die scilicet XXV. Januarii, obtinuit, ut demonstrat epistola Bonifacii ad Cæsarium edita a V. C. Jacobo Sirmondo tom. 3. concil. Gallia, pag. 229. & 234. ad cujus calcem hæc adscribuntur: *data VIII. Kalendas Februarias Lampadio & Oreste V. V. C. C. consulibus*, quæ si Baronius vidisset, non retulisset obitum Felicis IV. decessoris Bonifacii in diem 17. Idus Octobris ejusdem anni, quo Lampadius & Orestes consules fuerunt; quippe a cujus anni Januario certe intelligeret Bonifacium in plena jam & tranquilla pontificatus possessione constitutum, in qua isitio electionis suæ turbatus fuerat schismate Dioscori, ut ibidem Baronius memorat. Sunt autem in ista Bonifacii epistola notanda in rem nostram illa principii verba: *Per filium nostrum Armentium presbyterum & abbatem litteras tua fraternitatis accepimus, quæ ad nos*, ut apparet inclusa adhuc sacerdotii mihi commissi (hæc a Sirmondi codice abfuerant; sed in Vaticano optimo & antiquissimo visum est, congruente & exigente loci sententia) *sub ea qua in Dei timemur caritate direxerat*. Ex his enim colligitur jam tum, cum e Gallia Romam versus Armentius a Cæsario missus discederet, Bonifacium fuisse creatum Romanum pontificem, licet id Cæsarius recte scire adhuc nequivisset. Quod in rem gestam aptissime quadrat. Mortuus est enim Felix consulatu Decii Junioris anno Christi 529. 17. Idus, sive duodecimo die Octobris, & triduum sedes vacavit. Post quod electus est Bonifacius, non tamen concordibus suffragiis cunctorum. Multi enim quemdam Dioscorum malebant, & in sententia perstabant. Unde in clero contentio exarsit per dies viginti novem, quoad ipse Dioscorus Novembris duodecimo mortem occasionem compositioni præbuit, quæ statim est secuta; universis tandem per repetita comitia in Bonifacii pontificatum consentientibus. Quod factum putamus octidiano citius post Dioscori obitum: vigesimo scilicet plus minus Novembris die, quando verisimiliter legatus Cæsarii iter Romanum ingressus est, literas ad Bonifacium ut privatum quidem, sed apud Felicem, qui vivere adhuc putabatur, gratiosum, & Cæsario amicum, ferens, quibus rogabatur, ut confirmationem Arausicanæ synodi a pontifice impetraret. Cum autem constanti omnium assertione federis Bonifacius annos duodecim & dies viginti sex, manifeste sequitur ejus obitum competere in diem circiter decimum sextum, aut decimum septimum Decembris ejus anni, qui numerabatur primus post consulatum Lampadii & Orestis. Itaque quod legitur apud Anastasium decessisse Bonifacium XVI. Kalend. Novembris, aut ut manuscripti codices vetustissimi habant, Octobris, mendum habet non dubium in mensis nomine, ad veritatem primigenis scripturæ revocandum, si reponatur XVI. Kalend. Januarias hoc est 17. Decembris. Scio constitutis hactenus opposituros quosdam epistolas, quas extant duas Felicis IV. pontificis nomine inscriptas, eam adjecta temporis nota, nempe consulatus Lampadii & Orestis. Sed harum alterum XII. Kalend. Novembris datam, errare in tempore ipso qui his insistitur Baronius agnoscit, cum eo die superstitem non fuisse Felicem manifestum sit. Æqui eodem spongia prioris quoque Kalend. Martii, ut ibi notatur, data dies pari ex causa delendus fuerat, utique cum fuerit demonstratum Felicem obiisse duodecimo Octobris anno superiore; quare vel ambæ illæ epistolæ supposititiciæ sunt, vel certe utraque in temporis adscriptione falsata. Superiora omnia mirifice firmantur ingressu Joannis, qui antea Mercurius vocabatur, & Bonifacio successit in sedem apostolicam. Ferunt is creatus 20. ant, ut Panvinius mavult, 22. Januarii, postquam dies circiter triginta sex sedes vacasset. Id quo anno contigerit inquirendum est. Extat hodieque verus inscriptio in basilica sancti Petri ad vinculo, quam hic describenda est.

SALBO PAPA N. JOHANNE COGNOMENTO MERCURIO EX SCE ECCL. ROM. PRESBYTERIS ORDINATO EX TIT. SCI CLEMENTIS AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO AP. PATRONO SUO A VINCULIS EJUS SEVERUS PR. OFRT. ET IT. PC. LAMPADI ET ORESTIS VV. CC. &c.

Ea quem quarebamus annum, cujus Januarii 22. Joannes Mercurius pontificatum init, monumento illustri consignatum. Nempe iterum post consulatum eorumdem, cum Bonifacius decessisset. *

In Consistorio sancti Andreæ. Sic Romanæ synodus sub Symmacho papa dicitur habita in consistorio Lateranensi. Erat autem consistorium S. Andreæ ad S. Petrum in Vaticano: quæstum olim fuisse, ab pontificibus & episcopis concilio Romæ celebrantibus vicinium sacrarum reliquiarum S. Petri apostoli, ut coram eo quodammodo habita dici possent, intelligitur ex epist. v. S. Leonis Magni ad Episcopos Siciliæ in fine.

Sabino. Hujus Canusini episcopi acta extant. Elogium quoque legitur apud S. Gregorium. Præfuit synodo Constantinopolitanæ paulo post obitum Agapiti papæ.

Mercurio. Qui paulo post creatus pontifex Joannes II. est dictus. *Baronio.* Vide concil. Hispan. pag. 448.

Servo Dei. Nomen proprium illa tempestate usitatum Pelagius II. epist. 2. commemorat episcopum quemdam nomine & actu Dei servum. Legitur & Servus Dei S. R. E. presbyter in synodo Romana Felicis III. & idem fortassis in synodo Symmachi, presbyter sancti Clementis. Nominatur & apud Gennadium capite 87. quidam episcopus Servus Dei. Alius item hoc nomine episcopus Nomentanus memoratur in synodo Romana Hilari PP. Est Servus Dei diaconus E. R. curator patrimonii ecclesiastici apud Siciliam S. Gregorio Magno in epistolis pag. 508. Denique legitur Servus Dei subdiaconus Virgilii PP. epist. v.

Pullione. Hoc nomen diverse scribitur. Nam ex collatione multorum locorum intelligimus Apollionem, Opilionem, Folliionem idem esse vocabulum quod hic Pullio effertur. De persona per id nunc indicata crediderim hunc eumdem esse cum illo ante quindecim annos sub Hormisda PP. memorato Pullione subdiacono, postea ad presbyteratum provecto. Cujus opera in pontifex utebatur in gravissimis ecclesiæ negotiis, ut apparet ex ejus epistolis 9. & 20.

Adjunctibus quoque ..... diaconibus. Sic Gelasius ep. 6. Præcipit diaconos non in presbyterio residere cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur quicumque tractatus.

Agapito. Nempe illo qui postea ex archidiacono titul.

* Omittimus hic diagramma chronologicum, utpote minus inditere nostro accommodatum.

cium. SS. Joannis ic Pauli, eventus est Romanus pontifex.

Trebonius archiditaconus dicit Theod. &c. fuisse pro fortibus tegredi desiderat. Quid precipitis? Ad diaconorum officium pertinebat synodi audientiam experentibus admissionem procurare. Inde episcopi Ægypti in concilio Alexandrino rejicitant conciliabulum Tyrium contra Athanasium, quia illic commentariensis sive carcerarius pro diaconis ecclesiæ ad audientiam ingrediebatur admittebat.

Theodosius vir Venerabilis Thessalia provincia Ecclesiensis civitatis episcopus. Reperitur inter subscriptores Ephesinæ synodo Θεόδωρος ἐνδοξότατος ἐξαρχος κάθαρος ἐκκλησίας Θεσσαλίας. Hinc incipit argumentum synodi hujus, quod paucis in hunc verba colligo. Stephanus Larissenæ episcopus Thessaliæ metropolita legitime ac regulariter electus & ordinatus, unus Problani suffraganei sui aliorumque improborum factione irregulariter episcopatu privatus ab Epiphanio patriarcha Constantinopolitano sedem apostolicam appellat, & lugubrem calamitatum suarum historiam duobus libellis pertentis restituti petit.

Monat notarius rectoris. Hic Monas quinquennio post Constantinopoli synodo adfuit comitatus Agapitum PP. & pag. 678. concil. vocatur Μονᾶς ὁ ὑποθεσίαρχος ἀπόγραφος τοῦ ἀνοχολοῦς κοιτῶνος. Reperitur etiam dictus secundicerius notariorum veteris Romæ.

Denique per hoc quia venerabiles effecti sunt vos, & quanti sanctam illam sedem habere meruerunt, &c. In his verbis *ut effecti* positum videtur pro Græco γενόμενοι. nam multis aliis indictis apparet hæc literas Græce ab auctore scriptas, ut Romæ recitarentur fuisse ad verbum Latine redditas.

Mediocriter sicut erat, unam vitam humiliter transigebam. Ante *mediocriter* videtur deesse, *quo*. reliqua verba genuinis scatent; & sic in archetypo expressa verisimile est. *μετριοπαθῶς ἐν, ἕνα μόνον ἀνωφελῶς τελῶν.*

Secundum priscam consuetudinem vetus electus. Apparet hinc non a Justiniano repertum & introductum fuisse hunc eligendi modum; sed potius confirmatum Nov. 123.

Totum autem. Græce nimirum erat ὅλον δέ.

Ordinationem (metropolitæ videlicet) *secundum priscam consuetudinem, non abibi, sed in eadem civitate fieri oportebat.* Ita Cyprianus ep. 68. p. 183. & seqq. sic episcopi Asiæ contendebant in Chalcedonensi concil. ordinationem metropolitæ Ephesii in ea urbe celebrandam.

Ut etiam provocaret in ecclesia Dei laudem in mea humilitatis exercere personam. Provocaret sic positum apparet pro verbo Græco significante Problanum altro ambitiose & sibi præripuisse partes laudandi encomio publico Stephani electi. Id clarius cernitur in his verbis vers. 10. pagina mox sequente: *Illum dico, beatissime, Problanum qui alios festinantes* (in Græco fuit σπουδάζοντας studentes) *mori laudes dicere, repellens, ipse in ecclesia Dei titulos meos laudis exercuit.* Hujus porro laudationis, quæ perorari consueverat in commendationem electi in comitiis episcopalibus, & erat quodam quasi canonica in quem suffragia concurrerant institutio in sedem, exemplum illustre habetur apud Sidonium Apollinarem post epistolam 6. libri 7. Idem fieri solitum in electione pontificis Romani apparet ex Pisano in vita Paschalis II. papæ.

Vestram potest, &c. sententia exigit ut pro *vestram* reponatur *veram*.

Ad sessionem II. synodi Romanæ sub Bonifacio II.

Sicut præterita sessione constituistis, observat. Observat hic positum videtur pro Græco κατεδεξω, expectat, usu ecclesiasticis illorum temporum latine loquentibus non insuetus. Sic coll. Carth. cog. 1. *Porrudite, si præcipis, observabimus.* Et in eumdem modum sæpius cognitione 2. a quo non abludit illud vulgatum nostra Prov. 8. 34. *Observans ad Postes ostii mei.*

Domino nostro, &c. sic vocari solitum pontificem Romanum ab episcopis olim, innumeris exemplis passim occurrunt monumenta ecclesiastica versanti, demonstrari possit. Sic enim Hormisdas compellatur in Relat. episcop. Epiri pag. 451. tom. 1. ep. decret. Quod episcopi quoque conc. Constantinopolitani ad eumdem Hormisdam scribentes ep. decret. pag. 532. In concilio quoque Chalcedonensi II. pag. 170. edit. coll. de S. Leone I. sic habetur: τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ ἀγίων πατέρων καὶ διδασκάλων λέοντα. Sic in subscriptionibus bullarum Zachariæ & Adriani pontificum in archivio monasterii S. Dionysii apud Dubletium in chronico, pag. 446. & 451. Variis quoque ac legatis Romani pontificis eadem appellatio tribuebatur. Nam Illyricani episcopi Elpidium sedis Apostolicæ legatum vocant in literis synodicis ad episcopos Asiæ apud Theodoretum lib. 4 cap. 8. τὸν χόρον ἡμῶν καὶ κεφαλαιοῦχον, & paulo post eodem nomine appellant Eustachium episcopum.

Ante quia, reprehendendum est, quia: sed illud majoris momenti mendum, quod quarto post versu occurrit in illis verbis *sanctæ Dissentionis Ecclesiæ*. Dissentio nulla fuit, quod sciam, in Thessalia. Notitia MS. Hierocli Cæsariam ibi agnoscit, cujus urbis non dubito quin episcopus hic fuerit Timotheus. Legendum ergo pro supra notatis verbis *sanctæ Dei Catholicæ ecclesiæ*.

Reunuit in toto mundo, &c. diligenter notanda hæc verba sunt, & quæ sequuntur ad sextum hinc versum. In his enim clarissime distinguitur duplex in Romano pontifice potestas. Prior universalis in omnem ecclesiam jure supremi primatus, & officio pastoris œcumenici et competens: altera conventus eidem tanquam peculiari patriarcha totius ecclesiæ occidentalis, ad cujus diœcesim Illyrici quoque ecclesiæ pertinerent. Vide Hieronym. Alexandrum de Suburbicariis p. 167. ubi hunc locum laudat.

Acholio. Acholius hic est, de cujus obitu & laudibus extat insignis epistola S. Ambrosii ad Theod. l. 3. ep. 10. & seq. 11. ad Amydum ejus laborem & itinera pro ecclesia Dei commemorat. Ambrosianis epistolis addo tres Basilii magni ad ipsum Acholium, quibus insignem ejus animi characterem depingit 137. 138. 139. unde apparet eum ortu & genere fuisse Cappadocem.

Damasus. Hic & sequens epistola Damasi esse videntur ex eorum numero, quas multas ad varios scripsisse Damasum Nicolaus I. ep. 8. pag. 43. testatur: quibus allaboraret, ut Maximus Constantinopoli expelleretur: cujus ordinationem irritam quoque declaravit concilium Constantinopolitanum canon. 4. Eas epistolas perisse dolebat Baron. anno Christi 380. n. 5.

Quid si fuerit ardor animi, quam sæpe præsumptio, & infra vers. 16. *quanta festinatio.* hæc can. 1v. conc. Constantinopol. *dudum* vocat.

Intra parietes alienos. In domo Chorauli ordinatus fuit Maximus Cynicus. Sed ipse in concil. Italiæ eam rationem facti hujus attulit: quia Ariani basilicas adhuc tenebant. Epist. concil. Italici a Sirmondo edita pag. 104.

Ecce homini, qui in habitu idoli incedit. Maximum intelligit philosophum Cynicum palliatum, & pallium vocat habitum idoli, forte quod dii gentium eo habitu pingerentur. Quare id genus vestis Cælestinus papa in episcopis graviter improbat tamquam superstitiosum tom. 1. conc. Gallic p. 55. in habitu quoque idololatriam latere docet Tertull. l. de idololatria, & acta SS. Perpetuæ & Felicitatis.

Cognovi dispositum esse Constantinopoli concilium fieri. Si hoc concilium esset œcumenicum, non sic loqueretur Damasus, tale enim nisi ejus prius consulti jussu rite convocari non poterat. Erat ergo concilium particulare coactum ad electionem episcopi, qui in sedem Constantinopolitanam exclusio Maximo rite induceretur. Quare illud concilium ecclesiæ Romanæ nunquam pro generali habuit, nec ejus acta probavit. Invitaverat Damasus orientales episcopos cum occidentalibus ad concilium Romæ generale celebrandum: sed orientales Constantinopoli subsiterunt: & generale concilium declinantes particulare celebrarunt, ut ait S. Ambrosius in epist. concilii Italiæ ad Theodosium apud Sirmondum pag. 105. Non igitur præcepto & auctoritate Damasi, ut volunt nonnulli, hoc concilium indictum est; apparet tamen monitum fuisse, forte ipsius Theodosii literis, Damasum de concilio habendo. Et cum Sozomenus lib. 7. cap. 7. Acholium inter eos episcopos enumeret, qui concilio Constantinopolitano præfuerunt, hinc apparet Damasum ei curam vicesque quodammodo commisisse, ut ostendit sequens Epistola, & confirmatur ex eo, quod episcopi concilii Italiæ apud Sirmondum pag. 108. docent PP. Constantinopolitanos sine Acholii judicio Nectarium noluisse ordinare.

Sinceritas vestra dei operam quemadmodum prudentia civitatis episcopus eligatur, &c. Curam injungit Damasus pontifex Acholio & fortis a se missis, invigilandi, ut electio ille rite fiat, consuetudinem in hoc retinens sedis apostolicæ, quæ semper talem de Constantinopolitana sede sollicitudinem habuit. Quo pertinet locus insignis epistolæ Cælestini papæ contra Nestorium tom. 1. conc. Ephesini: cujus hæc verba sunt: *In tantum se sollicitudo nostra extendit, in quantum ei dominus commisit.* Aut etiam missos, sive responsales suos adfuisse ordinationi ejus, & relationem ea de re missæ ad sedem apostolicam. Sic nimirum fieri solebat: & antequam eiusmodi relationes accepta Romanus pontifex ratam se habere electionem declarasset, firma ea non habebatur, ut distincte de electione Nectarii inferius pag. 177. scribitur his verbis: *Clementissimæ recordationis præcepti Theodosii: Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem*, &c. quæ vide

Ne patiamini aliquem contra statuta majorum de civitate alia ad aliam transduci, &c. Translationem episcopo-

scoporum Nicæni concilii canone vetitam Romana quoque ecclesia valde improbaunt, nisi necessitas cogeret, aut magna & evidentissima utilitas suaderet. Unde Nicephorus Callistus, & alii, qui exempla ejus antea congesserunt, unicum Perigenem Romano episcopo probante translatum in occidente reperiunt. Diserte prohibuit tales translationes synodus Capuana, ut testatur canon Affric. 15. In oriente quoque id ægre permittebant Romani pontifices; nisi ex causis gravissimis, quales interveneront in ordinatione Proclii: de qua vide Liberatum cap. 7. Ut enim is in sedem Constantinopolitanam ex aula transferretur, Theodosio rogante, ob evidentissimam utilitatem Cælestinus consensit. In Romana ecclesia novum Formosi exemplum ejus turbas concivit, quæ ex historiis nota sunt. Sane concilium Ravennatense sub Joanne IX. cap. 3. necessitatis causa eam translationem factam agnoscit: sed omnino interdicit; ne id exemplum ullus assumat. Joannes VIII. Frotharium Burdegalensem post vastatam a Normannis diœcesim ad Bitorricensem ecclesiam translaturus, necessitate barbarica & dispensatione cogente loci & temporis, id fecisse testatur ep. 13. 14. & 37. Græci minus hac in re fuere religiosi, ut exempla a Nicephoro conquisita ostendunt. Sane ex hoc Damasi loco, & iis quæ supra dixi, apparet quid de Callixti, Antheri, & Pelagii II. fictitiis decretis censendum.

Filii mei Rusticii, &c. Notatur Rusticius consul. A. C. 464. & apud Innocentium I. epist. 20. Ex eadem gente fuerit Rusticia Patricia apud sanctum Gregorium in epistolis pag. 509.

Gratiam Dei Roma consecutus est, hoc est, baptizatus est Romæ. Sic Innocentius I. epist. ad synodum Toletanam concil. Hispan. pag. 52. Sic Christiani Punici baptismum *Salutem* appellabant, teste S. Augustino. Sic infra pag. 147. S. Leo; *Qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, quæ deficiente alteram post baptismum conjunxerit sibi.* Sed & sacramentum ordinis ita appellatum observo epist. 18. Innocentii, ut enim ἄνθρων τὸν χριστὸν, Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 3. pag. 65. de baptizato dixit ita, ἀν δὲ μὴ ἱερεὺς γένοιτο χριστὸν. Basilius Magnus 7. Sic S. Paulus 1. Timoth. 4.

Anysio. Vide sanctum Ambrosium epist. 5. quæ est Siricii ad Anysium & alios Macedoniæ episcopos. Ea epistola ostendit, Anysium ceterosque ejus coepiscopos exquisivisse sententiam Siricii de Bonoso episcopo Naissidonis (ut videre est ex epist. 28. Innocentii) sed quia Synodus Capuana paulo ante eosdem Anysium & collegas judices elegerat in causa Bonosi, pontifex ipsos munere suo defungi jubet in causa examinanda: nequa sententia interposita, synodi delegationem irritam facere voluit. Sed ex epist. 27. S. Innocentii apparet, episcopus de examine retulisse ad Siricium; eumque suam eandem sententiam negotium compesuisse, prout temporis necessitas tum requirere videbatur. Porro huic Anysio recenter in Acholii locum electo gratulatur id ipsum S. Ambrosius lib. 3. ep. 33.

Hujusmodi literas dederamus, ut nulla licentia esset, &c. Huc pertinet, quod infra pag. 145. testatur S. Leo. Siricium primum certa ratione commisisse vices suas Anysio, respiciens haud dubie ad hanc epistolam. Quod hic dicitur, sine consensu vicarii apostolici episcopos in Illyrico ordinari non posse, idem factum in Africa quoque intelligitur ex eiusdem Siricii epist. 4. pag. 46. ad Episcopos Africæ. Unde apparet pontificem in singulis diœcesibus suos habuisse vicarios eodem jure. Quin etiam ex epistola decimaseptima Hormisdæ ostenditur, episcopos etiam primates certarum provinciarum relationem de sua ordinatione misisse ad Thessalonicensem vicariorum sedis apostolicæ, secundum priscæ exempla. De hac reservatione ordinationum episcoporum vicario Romani pontificis, vide etiam infra pag. 68. & 80.

Vel ecclesiæ Rom. Illyricum, &c. Hinc apparet clerum Romanum semper fuisse seminarium episcoporum, & pontifices Romanos jam inde a principio ecclesiis præsertim occidentalibus episcopos e clero Romano submisisse observat Halitgerus de ordinationibus pag. 730. Vide de Joannem diaconum de vita S. Gregorii lib. 3. cap. 7. & 8. Sic Joannes Ravennas se in gremio Ecclesiæ Romanæ enutritum scribit ad S. Gregorium lib. 2. ep. 55. pag. 113 eidem Marinianus successor Romæ datur ab eodem S. Gregorio.

Statim. Hoc est, ut ex actis apparet, post dierum unius & viginti interregnum.

Sancta memoria Damasus. Ergo Anysius iam tempore S. Damasi sedis apostolicæ vices sustinuit: successit enim, ut ex S. Ambrosio paulo superius notavimus, Acholio; quem Damasus vicarium suum constituerat, & successit, ut hinc apparet, jam tum ipsius Damasi tempore.

Cum epistola ad Rufum hic recitata confer epistolam 20. eiusdem S. Innocentii ad Alexandrum Antiochenum pag. 78. cui eodem modo agendum consulit.

Ministrationem. Rescribe ministratione.

Discat, corrige, discat.

Intuitu pro eorum meritis ista voluerunt. Ergo non loco, sed personarum meritis collata fuit hæc dignitas: contra ac proprie nititur vir quidam peremptus. Vide infra.

Omnem sane instructionem chartarum in causa archivorum, &c. Hinc apparet, quod in concilio quoque Carthaginensi constitutum legitur, matriculam archivum apud primam sedem & metropolim fuisse.

Cum presbytero Semeriano. Hic forte idem est, qui postea legitur, Scodrensis episcopus.

Per unamquamque provinciam fieri, ut docebat, literis manifestavimus. Scripserat ergo S. Innocentius ad singularum provinciarum metropolitas de Rufi vicariatu, ita & S. Leo infra epist. 24. pagin. 151. cum Anastasio vices suas delegaret. Ita quoque Zosimus epist. 5. ad episcopos Galliæ tom. 1. concil. Gall. pag. 42.

Quorum preces subaudiri magis credidimus esse quam mandari. Libellus nimirum supplex, quo aliquid postulabatur, vel ipse, vel ipsius summa subjungebatur rescripto concessionis.

Perigenem. Hujus Perigenis causa, a Patrensi civitate, a qua rejiciebatur, ad Corinthiam, a qua expetebatur episcopus, translati, valde celebris est in historia ecclesiastica. Socrates lib. 7. capite 35. de ea agit, & ex eo Nicephorus Callistus. Ivo quoque Carnotensis in præfatione decreti. Vide etiam infra pag. 70. & sequentibus. Simile translationis exemplum vacantis episcopi habemus apud Liberatum capite 18. cum Simplicius papa Joannem Tralianum patriarcham Alexandrinum sede sua propter Petrum Mongum carentem, ad Nolanam transtulit ecclesiam.

Retinere desiderant, &c. Magna in electione episcoporum olim habebatur ratio desiderii populorum. S. Cælestinus epist. 1. *Nullus invitis detur episcopus: Cleri, plebis, & ordinis consensus ac desiderium requiratur.*

Hunc a Patrensibus non susceptum. Extant canones concilii Ancyrani 18. & Antiocheni item 18. de episcopis non receptis in loco ad quem ordinati sunt.

Nova testamenta, &c. Intelligit rescriptum Theodosii in favorem sedis Constantinopolitanæ contra jus Romanæ sedis in ecclesias Illyrici, extortum præcedenti anno. Quod postea Theodosius ad petitionem Honorii August. revocavit. Vide infra suis locis. Porro de iure illo antiquo Ecclesiæ Romanæ hæc habet Nicolaus I. epist. 2. ad Michelem imperatorem. *Oportet enim vestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem nostra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem quam nostra sedes per episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem, Rasiumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Riparensem, Daciamque mediterraneam, Dardaniam, & Praevalim, Beato Petro apostolorum principi contradicere nullus præsumat; quæ antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Cælestini, Sixti, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, atque Hormisdæ sanctorum pontificum sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas, per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis, vestræ Augustali potentiæ dirigere curavimus.* Eodem modo legati ab Hadriano II. Constantinopolim missi in dissertatione contra vicarios orientalium, Bulgariam ad ecclesiæ Romanæ ordinationem pertinere contendunt, apud Anastasium bibliothecarium pag. 348. *Sedes apostolica*, inquiunt, *juxta quod decretalibus sanctissimorum Romanorum præsulum doceri poterit, utramque Epirum novam videlicet veteremque, totamque Thessaliam, atque Dardaniam, in qua Dardania civitas hodie demonstratur, cujus nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit & obtinuit.* Joannes papa communitorium Paulo episcopo fungenti legatione in Germania & Pannonia, inter cetera: *Nam non solum intra Italiam ac ceteras Hesperiæ provincias, verum etiam intra totius Illyrici fines, consecrationes, ordinationes, & dispositiones apostolicæ sedis patrare antiquitus consuevit, sicut nonnulla regesta & conservationes synodales, atque ipsorum quoque plurima ecclesiarum in iis postarum monumenta demonstrant.* Apud Anselmum in collect. canon. lib. 4. capite 47. cui statim subjungitur ejusdem Joannis cœtavi capitulum ex epistola ad Ludovicum gloriosum regem, qua docet: *Pannoniam diœcesim ab olim apostolicæ sedis fuisse privilegii deputatam. Hæc enim*, inquit, *synodalia gesta tradunt, historiæ scriptæ demonstrant*, &c.

Ad synodum quæ dicitur illicite congregandam, &c. Episcopi videlicet Illyrici synodum inscio Rufo sedis apostolicæ vicario indixerant de Perigenis causa recognoscenda ex indulto novi rescripti Theodosiani.

Petrensis episcopi nostri, &c. Petrebius Pharsaliensis episcopus interfuit concilio Ephesino, ubi nunc in Græco

A co legitur Πατριάρχου Φωμαίων, principio act. 1. Postea vocatur episcopus τῆς Θεσσαλονικέων Σαλονίκης; & mox eadem act. 1. τῆς Θεσσαλονικέων Σαλονίκης; & sic paulo ante. *Salinum Thessalonicensium.*

Data 5. Idus Martias, &c. Est hic Christi 422. Quare hac epistola scripta est nono mense post rescriptum Theodosii, quod datum fuit Constantinopoli 14. Julii ann. 421.

Instituta universalis, &c. Totum principium hujus epistolæ transcripsit Hadrianus I. ep. 97. codicis Carolini editionis Grestseri pag. 322.

Adeo ut non aliquid super eum (hoc est B. Petri honorem) *ausa sit constituere*, synodus videlicet Nicæna. *Ratio* (ut ait epist. 2.) *Primatum agnovit Romana ecclesia, nullum ei concilii incrementum, sed ex ejus forma sumpsit*, &c.

Omnia denique hæc nouerat dominus sermone concessa. Ideo privilegia S. Petri, Christi statuta a Gelasio appellari docet Nicolaus loco citato.

Audito episcoporum quorundam, &c. Puto intelligendos Paulianum, Cyriacum, & Calliopum factionis & seditionis auctores, qui Maximum illum sine consensu vicarii apostolici ordinasse videntur.

Eorum petentes auxilium, &c. Hinc patet episcopos illos ad patriarcham Constantinopolitanum confugisse, & ejus ope extorsisse rescriptum illud Theodosii, quod in utroque codice extat, quo episcoporum Illyrici audientia patriarchæ Constantinopolitano vindicatur. Id postmodum Theodosius, re melius cognita, ut paulo ante in ejus ad Honorium Augustum rescripto legitur, supplicantium episcoporum subreptionem vocat, qui ægre ferebant absolutæ Romani pontificis auctoritate per ejus vicarium Thessalonicensem episcopum, res ecclesiasticas constitui, quas ipsi a synodo provinciæ cujusque administrari & disponi volebant, juxta præscriptum canonis Constantinopolitani secundi. Sed ne αὐτονομίαν affectare viderentur, obortas difficultates a Constantinopolitano patriarcha dijudicari petebant, excluso episcopo Romano.

Interpellari nos super hoc missa legatione conuenerat, C &c. Sic Atticus Nicopolitanus ad Leonem Magnum contra Anastasium Thessalonicensem recurrit, eventu ipsi prospero, quippe Anastasius acriter a Leone increpitus est.

Ad orientis loca. Intelligit Illyricum orientis imperio contributum; inde pertinere ad orientem dictum.

Præcepto nostro constituit. Sic Socrates, cujus locum supra notavimus ad Rom. pontificis præceptionem agnoscit. De quo frustra cavillatur Blondellus pag. 302. vide infra.

Sua de proximo moderatione pensare, &c. Ita Symmachus papa epist. 5. In electione episcoporum decretum sine vicariatoris præsentia concilii prohibet; cujus testimonio clericorum ac civium possit unanimitas declarari.

Ut nihil immaturum, &c. S. Leo ep. 10. *Sacerdotum domini matura volumus esse judicia.*

Canonum sanctiones. Innuit can. 6. Nicænum. Mox *quæ sit post ecclesiam Romanam secunda sedes*, &c. Hinc D apparet episcopos Perigenis ordinationem non probantes, Constantinopolim velut ad secundam sedem recurrisse, & Constantinopolitani patriarchæ suasu synodum indixisse ad Perigenis causam examinandam, & pontificis Romani sententiam retardandam. Unde in ambitionem Constantinopolitani invehitur, qui secundum a Romano locum submovere Alexandrino & Antiocheno patriarchis affectabat. Sic quoque Gelasius ad episcopos Dardaniæ, & apud Nicolaum I. pag. 42.

A vetustate duravit τὸν ἐν ἔθει canon. 6. Nicænus & concil. Roman. sub Joanne VIII. tom. 3. concil. Gall. p. 460. & Hincmarus Laudun. apud Baron. ann. 871. num. 89.

Manus obviat obtecti legitur in conc. Rom. Joannis VIII.

Maximis orientalis ecclesiæ in magnis negotiis, &c. Sic Cælestinus papa ep. ad clerum Constantinopolitanum act. 1. conc. Ephes. pag. 286. edit. Rom. Idem testantur S. Ambrosius cum ceteris episcopis Italiæ ad Theodosium imperatorem apud Sirmondum pag. 105. S. Hieronymus ep. 16. ad Principiam. Socrates hist. eccles. lib. 1. cap. 11. & 13. Sozomenus lib. 2. cap. 7. Nicolaus I. ep. 2. pag. 46. vide & ep. S. Julii papæ tom. 1. decret. pag. 17.

Eius auxilium postulasse, & vers. inde tertio. *Hujus sedis auxilium postularunt.* Ita S. Basilius Magnus ep. 48. ad S. Athanasium, unam viam auxilii orientalibus ecclesiis fuisse scribit τὸν κοινὸν τῶν ἐντεῦθεν ἀνατολικῶν ἀγωνιώντων: in quibus verbis per occidentales episcopus potissimum pontificem Romanum intellexisse recte observat Baronius ad annum Christi 374. nu. 4. Inter alia multa notiora hujus auxilii a sede Romana petiti exempla, non omittendus Joannes Alexandrinus, qui tempore Simplicii papæ ad sedem apostolicam confugit. Vide tractatum veteris incerti auctoris præmissum epistolis S. Leonis tom. 1. epist. decret.

Nectarii ordinationem, &c. De Nectarii electione E scribit synodus Constantinopolitana ad Damasum apud Theodoretum lib. 5. capite 9. Hisce literis puto adjunctam fuisse legationem Theodosii imperatoris. Sed quamvis Patres concilii confirmationem non petam a Damaso, causam tamen electionis multis verborum circumstantiis muniunt: scilicet allegantes factam ab œcumenica synodo, communi consensu, sub respectu imperatoris, cum totius cleri atque universæ civitatis suffragio. Sed imperator sedis apostolicæ consensum quoque requisivit, ut ex hac Bonifacii epistola discimus. Sane Italiæ concilium cum sancto Ambrosio congregatum non probavit Nectarii ordinationem, ut testatur ejus epistola ad Theodosium Augustum apud Sirmondum pagin. 104. adeoque orientalium communioni renunciant, nisi de ejus ordinatione Romæ in concilio disceptetur; quæ res imperatorem ad Romani pontificis consensum & confirmationem petendam haud dubie impulit.

Per legatos pacem proposuerunt. Insultur hic reconci- B liatio Antiochenæ ecclesiæ cum Sede Romana post 48. annorum schisma: cum Alexander Antiochiæ episcopus missis legatis pacem ab Innocentio obtinuit, ut ex epist. 18. & 19. Innocentii ad Alexandrum & 21. ac 22. ad hunc ipsum Bonifacium tum adhuc S. R. E. presbyterum Constantinopoli degentem, & Acacium, ea de re scriptis, constat. Porro ex his quæ hic subjunguntur de facilitate sedis apostolicæ, omnia non difficulter indulgentis, apparet Acacium quoque, intercedente Alexandro, receptum in gratiam: & Atticum præterea Constantinopolitanum volentem nolentem idem Alexander perpulit, ut S. Joannis Chrysostomi nomine in dipticha accepto, ad ecclesiæ unitatem rediret, qui missa sæpius legatione frustra Innocentii animum tentaverat. Ipse porro Atticus Cyrillum Theophili successorem in Alexandrina sede suis monitis suoque exemplo ad ejusdem apostolicæ sedis communionem perduxit. Ita omnes orientis ecclesiæ Innocentio reconciliatæ sunt. Extat etiam in canonibus Africanis canone 68. ubi patres illi pro pace inter Romanam & Alexandrinam ecclesias redintegranda scribendum ad Innocentium decernunt, quarum dissidium ortum fuerat ex iniqua Theophili Alexandrini ejusque factionis sententia in Joannem Chrysostomum lata, per quam is Constantinopolitana sede dejectus fuerat: quem ad sedem apostolicam confugientem Innocentius egregie tutatus est; iratus Theophilum & Atticum cæterosque ejus persecutionis auctores a sua communione separaret; quæ separatio causam schismati Alexandrino & Constantinopolitano dedit; non sine magna totius ecclesiæ commotione.

Ex qua & Romanum principatum accepimus; & principium sacerdotium. Supple, *accepit.* Sic totius orbis Romani caput Romana ecclesia dicitur in concilio Aquilejensi apud Sirmondum. Vide etiam Innocentii epistolam primam, & concilium Ephesinum ubi eadem ecclesia vocatur *fons sacerdotii*, &c. Videatur etiam Siricius epistola quarta, Gregorius II. ep. ad Bonifacium tomo primo conc. Gallicanorum Gregorius III. epistol. 4. epistola Placidiæ Galla ad Pulcheriam in actis concilii Chalcedonensis. Denique Baronius tom. 5. an. 433. num. 23.

Missa legatio. Similis plane legatio S. Bonifacii ad Honorium extat in prima epistola decretali S. Bonifacii.

Hæc privilegia quæ dudum a patribus constituta. Non videtur hic innuere canonem VI. Concilii Nicæni: sed sanctiones patrum antiquiores ejusdem sententiæ. Nam inde ad præsentem annum nondum sæculum integrum effluxerat: ipse autem Honorius mox plurium sæculorum reverentiam hanc vocat.

Diversorum episcoporum subreptionibus. Thessalorum videlicet & Achivorum. Vide superius.

Ne sub primatibus Christianis Romana perdat ecclesia, &c. Hæc hausit ex literis S. Bonifacii, quæ extant in cod. canonum pag. 395.

Rescriptum Theodosii, &c. Hoc rescripto Theodosius junior August. revocat quæ perperam concesserat, circumventus fraude quorumdam, ut erat is primæva natura facili, cui astuti homines sæpius obrepserunt. Sic in causa Eutychis contra Flavianum, quam iniquissimam constitutionem abrogavit Marcianus conc. Chalced. par. 3. c. 21. Et intercesserat jam ante Valentinianum III. rogatu pontificis Romani. Literæ extant par. 1. concil. Chalced.

Deus enim auctor ideo præsules facti Christianorum principum pastores. Vopiscus in Probo Aureliani Aug. ad Probum nondum imperatorem scribentis hæc verba recitat de decimanis: *Ipse enim sunt qui quadam felicitatis prærogativa præsules nisi futuros habere principes non norunt.* Jul. Capitolinus in M. Antonino philosopho, *Erat in eo sacerdotis & præsul & vates*, &c. Lampridius quoque in Juliano meminit *præsulum regnum reipublicæ* ab imperatore factorum. Ceterum Christiani quoque principibus, ut hic dicitur, ab ecclesiasticis etiam scri-

scriptoribus hanc eadem præsulis appellatio tributa. Sic Ausonius Probum vocat senatus præsulem: Theodosius ipsum senatum in rescripto. Ita quoque Gelasius papa epist. 7. ad episcopos Siciliæ de Imperatoribus loquens: *Præsulum*, inquit, *Auctoritas nostrorum emanavit*, &c. Sic S. Remigius & Aurelianus Arelatensis Clodoveum & Theodebertum reges Francorum præsules vocant tom. 1. hist. Franc. pag. 850. & 858. quod tamen non eo trahendum, ut laici principes vere fiant episcopi. Recte enim monuit Joannes VIII. ut habetur apud Gratianum dist. 96. cap. 11. *Si imperator catholicus est, filius est, non præsul ecclesiæ.*

Suscepta. Lege, *suscepti.*

Prisca apostolica disciplina, & canones veteres, &c. Utrumque conjungit priscam disciplinam & canones veteres, quoniam ipsi canones disciplinam confirmant. Sic Gelasius in commonitorio ad Faustum Magistrum pagin. 389. *Vox Christi, majorum traditio, & canonum auctoritas.*

Ad viros illustres præfectos prætorii Illyrici nostri scripta correximus, &c. Meminit hic Theodosius rescripti a se dati, quo constitutionem illam suam subreptitiam abrogavit, & Illyrici jurisdictionem ecclesiasticam in pristinam formam restituit, quæ tamen constitutio nescio quorum fraude & malitia, non solum in Theodosiano codice remansit, sed in Justinianeum quoque recepta fuit a iuris conditoribus sedi apostolicæ eque ac religioni Christianæ infensis. Ut frustra sint qui de illis constitutionis causis hactenus mira excogitant Blondellus de primatu pag. 304. & alii, ignorantes eam fuisse abrogatam ab ipso qui tulit, postquam agnovit se fuisse deceptum in ex sanctionda.

Dilectissimis fratribus Pelagio, Dynamio, Basilio, Sopatro, &c. Plerique hi episcopi quibus hæc epistola inscribitur, interfuere concilio Ephesino. Dynamus Epiri veteris civitatis Nicopolis metropolitæ, ut apparet ibidem pag. 264. 277. 446. & 209. qui in Latina versione Donatus dicitur. Basilius Larissæ Thessaliæ episcopus, qui cum Nestorio sentiebat: conc. Ephes. act. 1. pag. 213. 226. 227. ubi Thessaliæ metropolita dicitur. Unde apparet falso ibidem Julianum Ἀμφίονα episcopum vocari, Ἐφέσιον reponendum. Nam ejus loci metropolitam fuisse intelliges ex p. 293. si tamen prius Librarii mendum correxeris, quod facies pro τοῦ ἐφέσιον rescribendo τοῦ Ἐφεσίου. Sapius quoque inter metropolitas habetur, quibus scribunt imperatores pag. 277. ubi etiam Julianus & Basilius commemorantur. Paulus episcopus Dardanorum pag. 264. quorum metropolis erat Scupi. Sed pagina 209. Dalidianorum episcopus vocatur & sic quoque MS antiquissimus altero illo loco pagina 264. legit. Senecio Seodrensis ibidem. Scodra metropolis erat Prævalis. Vide superius jam dicta. Sed mala in actis concilii pagina 205. editur τοῦ τῶν Κοδρέων pro Σκοδρέων.

Necessitatem de omnibus tractandi, &c. Sic legati sancti Cælestini in concilio Ephesino par. 2. act. 2. literas ejus legi petunt, ut synodus cognoscat τοῦτο ἐκ τῶν ῥητῶν τῶν τοῦ ἁγιωτάτου.

Inter apostolos suos non qui altero esset inferior, sed eum maxime qui esset primus legit. Notandus hic locus contra sophismata novatoris; qui ex eo quod pontifices Romani omnium ecclesiarum curam ad se pertinere affirment, primatum ecclesiæ Romanæ a B. Paulo, neque ab eo a B. Petro deducit lib. 2. cap. 3.

Id ergo quod nos quoque sentimus, &c. Hinc apparet venientes ex Illyrico Romam formatam attulisse vicarii Thessalonicensis. Ut qui e Gallia veniebant, accipiebant ab Arelatensi vicario. Zosimus ep. 7. & 11.

Protinciarum. Videntur quædam verba excidisse, sine quibus sententia constare non potest. Restituendus ergo locus inserendo post eam vocem, quæ sequuntur: *quæ ad suam spectant ecclesiam sacrosanctam sine tuo consensu accesserit, vel contra ad suam sanctitatem istarum provinciarum.* Porro de hoc primatum privilegio dandi formatas, videri potest Morinus pag. 190.

Fratris nostri Iddua, &c. Ἰδδοῦας Smyrnensis episcopus Ephesino concilio adfuit. In hunc patriarchico jure Proclus egisse videtur; a cujus judicio cum Ἰδδοῦας ad sedem apostolicam provocasset, Xystus Procli sententiam latam esse jussit. Episcopos Asianæ diœceseos Constantinopolitani episcopi jurisdictionem ægre tulisse apparet ex tumultu Ephesiorum ob Basilium a Proclo Constantinopoli ordinatum, ut videre est in concil. Chalcedonens. act. 11. quinetiam cum Constantinopolitani potestas concil. Chalcedonensis decreto confirmata esset, non desistere Asiani jugum detrectare, aut excutere. unde etiam Timotheus Alexandrinus episcopum primarum in integrum restituere conatus est, contra Constantinopolitanam sedem, ut testantur Evagrius lib. 3. cap. 6.

Cudoxia, lege *constitutio.*

Quarto inde versu *Ad curam nunc pertinent Thessalorum antistitis.* Nunc, inquit, quia non id sedis, sed personæ privilegium est. Et alii episcopo urbis alterius pro arbitrio Romani pontificis demandari poterat illa cura.

Nos his vos fratres carissimi constitutis, quæ præter nostra præcepta. His verbis innuit negotium Juvenalis episcopi Hierosolymorum, qui in Ephesina synodo principatum Palæstinæ provinciæ obtinere studuit, contra metropolitam Cæsariensem. De qua re vide S. Leonis ep. 66. ad Maximum Antiochenum.

Quoniam vero & hoc statutum est, &c. usque ad finem pag. In his verbis duo memoranturur statuta synodorum duarum Constantinopolitanæ & Chalcedonensis. Prius decernebat τὸν θρόνον τῆς τοῦ episcopo Constantinopolitano can. 3. concil. Constantinop. 1. Id Anatolius qui tempore Chalcedonensis synodi Constantinopoli sedit, interpretatus in eum sensum, ut Constantinopolitano tributus esset locus secundus a Romano patriarcha, hoc ipsum magno ambitu a Chalcedonensi synodo concedi curavit, ac quia decretum istud pertatum est invitis & repugnantibus legatis apostolicis, unde satis intelligebatur ratum esse non posse, nisi clare a Romano pontifice comprobaretur, egit idem Anatolius cum Marciano & Valentiniano Augustis, ut hanc necessariam confirmationem impetrarent a S. Leone magno per hanc epistolam: sed frustra fuit. Nam ut ex sequenti S. Leonis responso constat, id diserte negatum est, & interposita Anatolii ambitio graviter increpita. Hujus quæstiæ intercessionis meminit Gelasius 1. tom. de anath. vinculo pag. 377. & epist. 11. pag. 401. Apparet autem ex hoc imperatorum testimonio Binium frustra hunc Constantinopolitanum canonem in suspicionem adducere, quasi supposititicium, aut furtim concilio superadditum: quod ill. ex Baronio hausit an. 381. n. 35. Sed patres conc. Chalcedonensis ubi eum canonem confirmant, can. 28. pro vero & legitimo agnoscunt. Ceterum quia, ut scriptum est, *Superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper*, Græci schismatici Constantinopolitanum patriarcham quam maxime possent extollere contra fas conantes, impudenter deinde mentiti sunt, non secundum tantum a Romana sede locum istis synodorum canonibus Constantinopolitano patriarchæ attributum, sed omnino primum supra ipsam Romanam. Id enim diserte tradit Anna Comnena lib. 1. Alexiadis pag. 31. quod quam vanum & impudens sit per se cuivis est manifestum.

Roma Junior, &c. quam inepte ex hac appellatione Romæ Juniores secundus locus Constantinopolitanæ sedi a Romana vindicetur, differit Gelasius papa epist. 11. *Quia*, ut ait: & mox pag. 212. hic dicitur, *alia ratio rerum sæcularium est, alia divinarum.*

Proprieque rescribendum videtur *proporeque.*

Non dedignetur regiam ecclesiam, quam apostolicam non potest facere sedem. Tres reliqui patriarchatus, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, apostolicæ sedes erant a S. Petro fundatæ. Vide Gregorium magnum lib. 6. epist. 37. vide etiam infra pag. 425. Quartus & ordine ultimus patriarchatus Constantinopolitanus non erat ecclesia apostolica, nec talis fieri poterat.

Precor & sedulo suggestione vos obsecro, &c. Vide epistolam S. Leonis 63. unde apparet imperatorem ita ad has literas respondisse, ut probaret observantiam S. Leonis de custodia canonum paternorum, & ostenderet sibi placere: *Ut & fides Nicæna suam teneret firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permanerent*; cujus responsionis etiam Gelasius meminit.

Persuasioni enim quæ in nullo penitus suffragatur, &c. Agit hic de canone Constantinopolitano superius memorato, quem irritum esse contendit. Canones enim illi Constantinopolitani ab ecclesia Romana non fuere admissi, neque approbati. Unde & Lucentius act. 24. synodi Chalcedonensis, eos inter synodicos canones haberi negabat, & sic Gregorius magnus lib. 6. ep. 31.

Ut consuetis: legendum videtur. *Ut consuevistis*, vel *consuestis.*

Qui enim sacrilegum errorem, &c. Vide conc. Chalced. part. 3. cap. 8. & 9. epistolas Marciani ad Alexandrinos & Palæstinos monachos 1. & cap. 13. & 14.

Rerigas enim his consultis, &c. Confer ep. S. Leonis 61. & 62. quibus Actium deposito Andrea ad archidiaconatum restitui petit.

Nullam esse culpam in me, &c. Hæc innuit Gelasius I. tom. anathem. pag. 377. 380. & 401. sed vide Liberati breviarium cap. 13. in fine.

Sed Constantinopolitana ecclesia reverendissimus clerus est, qui hoc habuit studium, &c. Facundus Hermianensis lib. 3. p. 111. hunc Anatolii locum citat. Porro quod hic dicitur, apparet ex act. 11. conc. Chalcedon. & confirmat Photius Tyrius in eadem synodo p. 44. edit. Colon. ubi habet hæc verba: ἀνεδείκνυμεν ἡμεῖς τὸν ἐκκλησιαστικὸν, &c.

Cum & sic gestorum ut omnis & confirmatio auctoritas sedis beatitudinis tuæ reservata. Idem Gelasius hoc paulo ante citato. En ut agnoscit ipse Anatolius illum qualemcumque Chalcedonensem canonem, ut ratus & firmus esset, debuisse corroborari confirmatione & auctoritate Romani pontificis.

Ut

Ut mihi de sanctis praedecessoribus tuis, &c. Simili modo exemploque antecessorum exhortatur Maximianum Cælestinus conc. Ephes. par. 3. cap. 22.

Auctoritatem Attici. Atticus licet vir esset mansuetus, sestaritis tamen cum opus esset, terribilem se ostendit, teste Socrate hist. eccles. lib. 7. cap. 40. quod & Cælestini de eo elogium confirmat conc. Ephes. par. 1. cap. 28.

Abjiciatur penitus inconcessi juris, qui dissentionem secerat appetitus. Vides non sola canonis 28. expositione contentum sanctum Leonem, omnem prorsus illicitum Anatolii ambitum repudiare: contra quam vir quidam eruditus existimet.

Communionem gratiam super optavit, &c. Ideo Julianus suo etiam privato nomine intercessit apud S. Leonem, ut Constantinopolitano decreto, & Anatolii desiderio locum daret, ut testantur literæ S. Leonis ad ipsum Julianum hac de re scriptæ, quas Gerardus Vossius publicavit in appendice Thaumaturgi pag. 225.

Hac epistola S. Leo Anastasio Thessalonicensi vices suas per Illyricum committit, & ne bigamus ordinetur præcipit. Hinc porro confirmatur, quod sæpe diximus, vicariatus Thessalonicensium episcoporum non illi sedi coniunctus, sed personis pro libito a pontifice Romano concessus. Semel autem admonemus ex hac & tot aliis A anne descriptis epistolis manifestissime constare istum Thessalonicensium vicariatum, & evidenter patere quæ fide Blondellus libro contra Primatum pag. 193. iniuriatus Thessalonicensis vestigium in antiquis monumentis extare nullum negat.

Ut unius uxoris vir sit, &c. & v. post. 1. *Qui uxorem amaverunt Christi gratiam consequuntur accepit*, &c. Quod bigamum fo. 2. etiam illa quæ ante baptismum uxor fuit: Vide S. Ambrosium lib. 3. epist. 25. pag. 193. Innocentium I. epist. 1. & 13. & ap. d Sirmondum tom. 1. conc. Gall. pag. 41. Item epist. 27. ad Rufum cæterosque episcopos Macedoniæ prolixe hunc locum tractat. Concilium quoque Valentinum Galliæ sub Damaso cap. 1. de digamis non conferendis. *Nec reprehendendum*, ait, *unicum initiari sacramentis divinis, annos gentilis hoc se infelicis fortis necessitate maculavit*. Vide etiam Baron. tom. 3. ann. Christi 405 num. 60.

Scodrensi. Hic fuit episcopus Scodrensis.

Luca. Hic fuit episcopus Dyrrachii.

Antiocho. Legendum pure *Attico*: qui fuit Epiri veteris metropolita Nicopolitanus.

Vigilantio. Hic fuit episcopus Larissæ. Est autem hæc epistola scripta contra Petrum Corinthi sive Achajæ metropolitam, ejusque malas ordinationes. B

ANNO CHRISTI 531.

CONCILIUM TOLETANUM II.

OCTO EPISCOPORUM,

Habitum [a] anno quinto [b] Amalarici regis, circa tempora Bonifacii Papæ secundi, anno domini DXXXI.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi.*

II. *De clero qui ad aliam ecclesiam transit, & qui eum susceperit.*

III. *Ut nullus a subdiaconatu, & supra, cum extranea habitet muliere.*

IV. *Ut quidquid de jure ecclesiæ clerici tenuerint, post obitum eorum ad ecclesiam revertatur.*

V. *De his qui proximis suis se copulant, ut a communione Christi separentur.*

VETERES TITULI,

Seu excerptæ hujus Concilii ex Cod. Vetusto Lucensi CCCCXC.

Ex Concilio Toletano HIYDI (sic).

I. *Infans si tonsur fuerit, in ætate legitima confiteatur sive uxorem vult, sive non.*

II. *Clericos alterius alter non suscipiat.*

III. *De subdiacono superius nulli liceat extraneam mulierem habere in domo.*

IV. *Clerici agella, vel vineas ecclesiæ si tenuerint post obitum ad ecclesiam revertatur* (sic). C

V. *Nullus proximum sanguinis sui usque ad finitatibus* (sic) *in matrimonium habere liceat.*

In nomine domini nostri Jesu Christi synodus habita in civitate Toletana, apud Montanum episcopum, sub die XVI. *Kalendas* (a) *Junias, anno quinto regni domini nostri Amalarici regis, æra 565.* [1]

PRÆFATIO.

CUm in voluntate domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum præsentia convenisset, & de institutis patrum canonum- D que decretis commemoratio haberetur (b) id nobis in unum positis placuit, ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu, ac diligenti consideratione instituantur. Si qua vero in anterioribus (c) concliiis sunt decreta; sed abusione temporum hactenus sunt neglecta, redivivæ ordinationis censuram obtineant: quatenus dum in his, * quæ ad occultum fidei pertinent, studium religiosæ observationis impendimus, Dei nostri misericordiam facilius impetremus.

Contull. cum Cod. MS. Vallicell. D. 18 Sæc. ut arbitror X. *Mans.*

* quæ in conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus dimissa, & ad cultum fidei.

1 Cum Æra 565. videatur componi non posse cum Amalarici regni anno quinto, siquidem annus Christi, 527. cui annus ille Æræ Hispanicæ respondet, fuerit tantum primus Amalarici regis, hinc post Louisam, aliosque, reponendum censet Pagius ad ann. Christi 531. num. 9. Æra DLXIX. ita ut hoc concilium celebratum fuerit anno Christi 531. qui fuit quintus Amalarici, respondetque Æræ Hispanicæ 569. Verum cum omnes manuscripti codices constanter habeant Æram DLXV. necessum est, inquit Eminentissimus Cardinalis de Aguirre Tom. 2. Concil. Hispan pag. 267. ut Amalaricus regnare cœperit Æra 563. Et fortasse Baronii, Binii, aliorumque computatio cum hoc nostra concilium præsit, si dicamus, juxta illos auctores regnum Amalarici computari ab obitu Theudeti, qui accidit Æra 564. Codices autem manuscriptos initium ducere ab Æra 561. quo ille nepos suo Amalarico regnum Hispaniæ tradidit. Itaque annus Christi 527. quo plane celebratum fuit hoc concilium, sub alto & alio inspectione fuit secundus & quintus Amalarici Regis: secundus a morte Theudeti, a quo regnum acceperat. quintus autem dictus initio ab ann. 523. quo Amalaricus ipse regnare cœpit; Patet vero, annos regni multos computari ab eo tempore, quo aliquis regnare incipit, quam ab obitu prædecessoris.

(a) Vaticc. *Julias*. (b) Deest *id*. (c) Deest *conciliis*; tum sequentia sic legit: *sunt vetusta ordinationis censura neglecta, quatenus conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus dum in his quæ ad cultum fidei pertinent &c.*

CAPITULA.

I.

Dist. 28. c. De his quos voluntas

De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis clericatus officio emanciparit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ, sub episcopali præsentia, a præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante (a) placuit, & * promissionem (b) professionem castimoniæ suæ, absque conjugali necessitate (c) se spoponderint servaturos, hi tanquam appetitores arctissimæ viæ, lenissimo domini jugo subdantur; ac primum subdiaconatus ministerium (d) * habitu probationis suæ a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum & quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, si (e) scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut (f) * furtivos concubitus (g) ultra recurrant. Quod si forte fecerint; ut sacrilegii rei (h) damnentur, & ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolis * sententiam auferre non possumus; ita ut cum (i) * perfectæ ætatis in conjugio positi renunciaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.

* probationis habitu professionis suæ

* abortivos

* licentiam

* provecta

II.

Similiter placuit custodire, ne qui de his qui tali educatione imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam relinquentes ecclesiam, ad aliam transire præsumant. Episcopus vero, qui eos suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumpserit, totius fraternitatis reum esse se noverit. Quia durum est, ut eum, quem alius rurali sensu (k) ac squalore infantiæ exuit, alius suscipere, aut vendicare præsumat.

III.

Illud vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua concilia in universis pene canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus, & supra, in consortii familiaritate habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, aut ancillam. Sed si sunt ei hujuscemodi servitia, matri, vel sorori, * aliæque propinquitati contradat. Et quidquid suis manibus * perfecerint, proprio domino (l) deferatur. Aut * (m) propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur; dummodo nulla occasio introeundi domum clerici fœminæ permittatur, unde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit * inuri. Sane si post datam hanc monitionem, quisquis (n) horum consortio sui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari; nulla prorsus vel colloquii consolatione relicta: quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteris (o) radicis suæ veneno serpere non possit.

* vel alii propinquæ proiecerint, propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habet.

* urari.

IV.

Bernardus præpositus Papiensis collect. decret. lib. 3. tit. 21. c. 1. ex Idem ex. Aurel. c. 3.

C Si quis sane clericorum agellos, vel vineolas * in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat verum post suum de hac luce * (p) discursum, juxta priorum canonum constitutiones, jus suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario ac successorio jure cuiquam hæredum prohæredumve relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro servitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

* vel alia ædificia in discessum.

V.

Burch. lib. 9. cap. 6.

(q) Nam & hæc salubriter præcaventa sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis (r) lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari; quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat*, (s) *ut revelet turpitudinem ejus*: nec sine denunciatione (t) fit sententiæ, nam paulo post infert, & dicit: *Anima quæ fecerit de abominationibus istis quidpiam, peribit de medio populi sui*. Si quis ergo hujus decreti (u) nostri temerator extiterit, ac vetitum violare præsumpserit, tanto graviori se mulctandum sententia recognoscat, quanto eam propinquiorem, cui copulari se maluit, suæ originis esse non ambigat: tantoque annosioris excommunica-

Ivo p. 8. cap. 45. Levit. 18.

Ibidem.

(a) placuerit. (b) promissionem. (c) spondiderint. (d) habita probationis suæ. (e) scierint. (f) ad furtivos. (g) ultra. (h) Deest damnentur. (i) provectæ. (k) a. (l) offerantur. (m) propinquitas memorata. (n) horum. (o) radice veneno serpere non possit. (p) discessum. (q) Cap. V. incipit a: Sancimus ne etc. (r) lineam quam a generis. (s) nec revelet. (t) Deest sit. (u) Deest nostri.

nicationis tempore a Christi corpore & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus.

Hujus institutionis regulam, * qui subscribimus, irrefragabili auctoritate nos spondemus servaturos. Si quis autem nostrum vel eorum, qui nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obviare præsumserit, vel (a) solerter adimplere neglexerit, convictus, totius fraternæ caritatis (b) aliquando habeatur extraneus. Sane, juxta priorum canonum decreta, concilium apud fratrem nostrum Montanum episcopum, si dominus voluerit, futurum pronunciamus: * (c) ita ut frater, & coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli est, ad comprovinciales nostros, domini sacerdotes, literas de congreganda synodo, adveniente tempore, debeat destinare. Nunc ergo in nomine domini finitis his, quæ in * collatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde domino nostro glorioso Amalarico regi; divinam clementiam postulantes, ut innumeris annis regni ejus, ea quæ ad cultum fidei * proveniunt, peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

* quem

* itaque statuimus ut frater.

* consultationem

* pertinebunt.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

[a] Montanus in Christi nomine episcopus, his constitutionibus acquievi, relegi & subscripsi, die & anno quo supra (d).

* Pancarius, al. Panacrius

[b] * Pangarius in Christi nomine episcopus, his constitutionibus acquievi, relegi & subscripsi, die & anno quo supra.

* Agragensis

[c] Nibridius in Christi nomine nostræ ecclesiæ * Egarensis episcopus, hanc constitutionem consacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate priscorum canonum, relegi, probavi, & subscripsi.

Cancomus.

[d] * Cannonius episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

Paulus episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

Domitianus episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

Maracinus in Christi nomine episcopus, ob causam fidei catholicæ in Toletana urbe exilio deputatus, sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

* Justus in Christi nomine ecclesiæ catholicæ Urgelitanæ episcopus, hanc constitutionem consacerdotum meorum, in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate priscorum canonum, relegi, probavi, & subscripsi.

EPISTOLA MONTANI

AD FRATRES TERRITORII PALENTINI.

Dominis dilectissimis fratribus filiisque territorii Palentini Montanus episcopus æternam salutem.

CUnctarum ecclesiarum, domini piissimi, præsules per Ezechielem prophetam terribilis illa commonitorii dictio, sub speculatoris nomine, concutit, dicens: *Fili hominis speculatorem dedi te domus Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Impie morte morieris; non annunciaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat; ipse quidem in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram*, & cetera, quæ hujus lectionis ordo de admonentis admonitique animis exquirendum ostendit. Hac ergo voce permotus, hujus officii necessitudinem me suscepisse non nesciens, studere curavi, ne cujusquam perditi animam de manu mea Christus inquirat, præsertim cum Toletanæ urbi metropolitani privilegium vetus consuetudo tradiderit, & eo magis, non solum parochiarum, sed & urbium cura hujus urbis solicitet sacerdotem. Ergo, ut apostolus dicit: *Quid horum vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate, & spiritu mansuetudinis?* Nova namque præsumptio præsidentium vobis presbyterorum, nostrorum pulsavit auditus: si tamen nova tantum, & non detestabilis dici possit quæ ab initio fidei catholicæ nunquam, præter nunc, subrepsisse probatur, ut id quod per manus summi pontificis trinæ divinitatis invocatio sanctificare consuevit, presbyter ignarus disciplinæ conficere sibi chrisma præsumeret. Hoc si ignaviæ est, tam demens sacerdos esse non debuit; si præsumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rem, & religioni contrariam, senescente jam mundo, talis temerator inducat? Revolvatur manibus vestris, o presbyteri, sacratissimus Numeri liber, in quo * vestri officii in septuaginta seniorum personis auspicatus est honor, & invenietis, quorum negotiorum vobis prærogativa concessa sit. Adjutores suos dominus nostri laboris secundo dignitatis gradu esse voluit, non temeratores sacrarum quarumdam rerum permisit. Sic Nadab & Abju ignem afferentes alienum, id est, sui officii non debitum, divinus ignis absumpsit: sic Core, Dathan, atque Abiron Moseo Dei gratia divinis eloquiis perfruenti invidentibus, ac dicentibus: *Non soli tibi locutus est dominus; quia omnis congregatio sancta est*: novis schismaticis interitus novæ prædicationis advenit; ut jejuno ore insatiabiliter terra sorberet, quos indignatio divina damnasset. Quid memorem Oziam, qui cum non contentus regalibus fascibus, ne fungeretur & sacerdotis officio, contra jus fasque potestatis, velatus cothurno, oblationem expiationis solis sacerdotibus debitam offerre pa-

Exech. 3.

1. Cor. 4

Num. 11.

* vestris

Levit. 10.

Num. 16.

2. Par. 26.

(a) solemniter. (b) aliquandiu. (c) itaque ut. (d) Subscriptiones hoc ordine ponuntur: Montanus, Canonius, Paulus, Domitianus, Maracinus, Nibridius, Justus. Deest Pangarius.

pararet, sic ultione cœlesti lepra perfunditur ut munere sacerdotis & regni careret, exosusque ad obitum permaneret. Ozam pariter, quantum ad ipsum erat, devoto officio jumentis calcitrantibus, ne arca Dei laberetur, sustinere parantem, divinitus percussio illata consumpsit: ostendere scilicet volens, quia nullis omnino causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, divina officia, & sacramenta cœlestia, ab eo, cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent. Caveant ergo, caveant hi, qui sibi putant esse licitum, quod aliis non ignorant esse illicitum, ne similis eos horum quos memoravimus pœna percellat. An forsitan sanctorum patrum regulas & constitutiones synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur parochienses presbyteri, non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorum, annuis vicibus chrisma a præsidente sibi episcopo petant? Credo quod qui petere jusserunt, potestatem consecrandi penitus abstulerunt. Providerit ergo caritas vestra, ne post humilitatis nostræ interdictum, donec & consuetus vobis a domino præparatur antistes, quisquam vetita iterare præsumat, & incipiat graviorem ecclesiasticæ districtionis sustinere censuram, utatur quisque honoris sui concesso privilegio, quod proprium sit ordinis presbyterii; non quod summi pontificatus est, improbus minister assumat. Quisquis post hanc admonitionem in hujuscemodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, sub anathematis insolubili vinculo se noverit esse damnandum. Cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum. Sane si dominus voluerit, cum tempus paschalis festivitatis advenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis literis vestris indicare debebitis: & nos sacri huius liquoris ultro poterimus transmittere gratiam; dum non præsumatur illicita. Pari ratione cognovimus, quod ad consecrationem basilicarum alienæ sortis a vobis episcopi invitentur, & licet sint unius fidei copula nobiscum in Christo connexi, tamen nec provinciæ privilegiis, nec * rerum domini noscuntur utilitatibus convenire: quia jam ad ipsum hujuscemodi fama perlata est. Ideoque salubri ordinatione censuimus, ut si quando talis necessitas incubuerit, literis nos informare debeatis, & aut per nos, aut eum, qui nobis ex fratribus & coepiscopis nostris visus fuerit, & consecratio ecclesiarum, Deo auspice, poterit celebrari. Præterea perditissimam f Priscillianistarum sectam, tam actis, quam nomine a vobis præcipue novimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia, in ejus amore superflue labi, quem in opere non velis imitari? Nam ut pauca de ejus spurciitiis in notitiam vestri deducam, exceptis his quæ in divinitate profanus erupit, & ore sacrilego blasphemavit, omnium vitiorum in eodem congeries, velutti in sordium sentina confluxit; ut sectatricum pudorem impudefactus adulter eriperet, & ut ad sceleris nefarii effectum facilius perveniret, maleficii usum gesta etiam ei assignant. Quid tandem in hoc religioni congruum fidelis cujusquam anima veneratur, qui non solum a sanctis sacerdotibus refutatus est, verum etiam mundani principes, justitia legum suarum, cum pro memorati sceleris qualitate damnarunt? Hunc talem fuisse plenius discet, qui beatissimi ac religiosissimi viri Theoribii episcopi ad sanctum papam urbis Romæ Leonem libros editos legit, in quibus hanc sordidam hæresim explanavit, aperuit, & occultam tenebris suis, perfidiæque nube velatam, in propatulo misit. Ex ipsis etenim libris qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit pius lector, invenitur. Unde quæso, ut perfidiam cum auctore damnantes, atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, & de omnibus superscriptis cautiores exhibere vos procuretis: quo facilius nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, & vobis de obedientia fructum maximum coram salvatore Deo nostro providere possitis. Pax domini cum omnibus vobis. Amen.

1. Reg. 6.

* Hoc est, rerum Amasianiæ. *Marb.*

EPISTOLA MONTANI

AD THEORIBIUM.

Domino eximio præcipuoque Christicolæ, domino & filio a Theoribio, Montanus episcopus.

ALumnum te fidei catholicæ, & sanctæ religionis amicum, etiam in actis mundanis conversantem, valde & novimus, & probavimus. Cum enim adhuc floreres in sæculo, ita claritatis tuæ vita perpatuit, ut secundum sententiam domini, & quæ Cæsaris Cæsari non negares, & Deo quæ sua sunt devota mente persolveres. Jure etenim te divini cultus in hac præsertim provincia nominabo. Putaine quanta tibi apud Deum maneat merces, cujus sobrietas, atque instinctu, & idololatriæ error abscessit, & Priscillianistarum detestabilis ac pudibunda secta contabuit? si tandem adhuc, & in nomine honorare desistant, cujus per tuam admonitionem collapsa esse opera non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendisti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam & normam regularis disciplinæ duceres. Præstavit divina clementia, quia id, quod summo labore conatus es, precibus & oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino conventu ad nos pervenerint, celsitudini vestræ indicare curavi: quo facilius per vestram increpationem nefanda præsumptio in posterum conquiescat. Quidam (ut ad nos perlatum) presbyteri usu temerario res sacras non tam consecrare, quam violare præsumunt, & cunctis ab initio fidei catholicæ sæculis inusitatum summis sui ordinis hominibus, nisi tantum pontificibus debitum, jus consecrationis chrismæ, nescio quo typho, an dementia dicam, indubitanter assumunt: quod quam sacrilegum sit, piissimam conscientiam tuam latere non credo; & ideo spero, ut pro enervanda hac ipsa superfluitate, severissimi sacerdotis auctoritate utaris, & tantæ rei temeratores districtiori increpatione coerceas. Qui si post datam admonitionem nefas iterare præsumpserint, contumacia eorum sententia convenienti damnabitur. Simili ratione cognovimus, eo quod necessitudine consecrandarum basilicarum, fratres nostri, alienæ sortis episcopi, in locis istis invitati conveniant: & licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus unus, ejusque antistites una in eodem fibula caritatis & fidei unione connexi, quod tamen privilegium decessori nostro, nec non dominis & fratribus nostris, Carpetaniæ vel

Celti-

Celtiberiæ episcopis vester coepiscopus fecit, in A exemplaribus caritati vestræ direximus: ut scire possitis, improba petitio qualem potuisset habere effectum. Ex [h] certe municipia, id est, Segobia, Brittablo, & Cauca eidem non quidem rationabiliter, sed pro nominis dignitate, concessimus; ne collata benedictio, persona vagante, vilesceret. Quod ipsi tantummodo dum adjuvit, præstitum fuisse cognoscite. Hoc ergo providere volumus, ut consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis. Quod si hæc nostra admonitio in vobis nihil profecerit, necesse nobis erit domini nostri exinde auribus intimare, pariter & filio nostro Ergani suggerere: & hujusmodi sufum præcepta culminis ejus, vel districtio judicis, non sine vestro detrimento, severissime vindicabunt: tanta enim, tribuente domino, ejus pietas, ut nihil de hoc, quod jus antiquum custodisse probatur, immutari permittat. Divina vos custodiat Trinitas. Amen.

Segovia, Britablo, Cauca, *alias* Coca.

B

C

Notæ Severini Binii ex Garsia.

a *Anno quinto regni domini nostri Amalarici.*) Isidorus, & post eum Rodericus Toletanus, celebratum ajunt anno secundo Theudis regis: verum ex principio & cap. ult. hujus conc. clare evincitur sub Amalarico rege fuisse congregatum, id est, circa tempora Joannis II. pontificis maximi æra 565. *Garsias*. Adde quod pro æra 565. quæ cum anno primo regis Amalarici, Christi 527. & Justini imperat. nono coincidit, restituenda est æra quæ 569. cum qua quintus Amalarici, & Christi 531. concurrunt. Constat enim testimonio Isidori in chronico, quod æra 564. nono anno Justini imperat. (ita enim emendanda est mendosa lectio Isidori hoc loco, pro 12. anno Justini, XIV. Justiniani ponentis) defuncto Theodorico Amalaricus nepos ejus successerit, & quinque annis regnaverit, adeoque quintum annum regni fui æra 569. anno Christi nati 531. terminarit. Baron. anno 531. num. 12.

b *Amalarici.*) Etiamsi hic & capite quinto infra inveniatur hanc synodum anno quinto Amalarici regis celebratam esse, tamen S. Isidori verba suadent, patres hujus conc. sub Theude potius quam sub Amalarico convenisse. *Æra quingentesima sexagesima nona*, inquit, *Justiniani imperatoris tempore, post Amalaricum Theudis in Hispania creatur in regnum per annos septendecim: qui dum esset hæreticus, pacem tamen concessit ecclesiæ Dei, ut licentiam catholicis episcopis daret in unum apud Toletanam urbem convenire, & quæcumque ad ecclesiasticam disciplinam necessaria existerent, dicere*, &c. Accedit, quod exordio hujus concilii deplorent præteritæ tempora, quibus conveniendi licentia denegata erat, quod cum testimonio Isidori sub Amalarico contigerit, vel probabile est, hanc synodum sub Theude ergo catholicos benignissime celebratam esse, nomenque Amalarici ex apposito hoc titulo, in acta synodalia irrepsisse. Vide Baron. ubi sup. anno, num. 13. & 14.

c *Montanus in Christi nomine.*) De Montano, vide quæ scribit Isidorus in libello de viris illustribus, & Ildefonsus. Constat eum rexisse metropolitanam Toletanam sedem, ex ejus prima epistola ad fratres territorii Palentini. *Garsias*. Vide quæ de eodem scribit Baron. ann. 531. num. 15.

d *Nibridius.*) Nibridius frater Justi episcopi Urgelitani: fuerunt enim quatuor fratres: Justinianus episcopus Valentinus, Justus, & Nebridius, & Elpidius. De Justo meminit Isidorus lib. de viris illustribus. *Garsias*. Vide Baron. ann. 531. n. 16.

e *Justus*) Justus Urgelitanæ ecclesiæ episcopus fuit: de eo in Kalendario Romano, die 28. Maii, & S. Isidorus de viris illustribus. Claruit temporibus Justiniani imperatoris. *Garsias*.

f *Priscillianistarum sectam.*) De Priscilliano vide Hieronymum de viris illustribus, & August. de hæres. hæres. 70. Extat de hac hæresi consultatio Orosii ad Augustinum, & ejus ad Orosium eruditissimum responsum. Vide etiam Vincentium Lirinens. & Sulpitium Severum libro 2. sacræ historiæ sub finem. Supplicium sumptum a Priscilliano sæculi gladio, & totus, ut ait Hieronymus, orbis auctoritate, testatur idipsum idem Hieronymus, ad Ctesiphontem contra Pelag. & Leo primus pontifex epist. 93. & synodus Bardigalensis. *Garsias*.

g *Tiburibio.*) An hic Turibius ille monachus fuerit, cujus meminit Ildefonsus de viris illustribus *, de vita Montani, an alter notarius sedis apostolicæ, a beato Leone papa missus in partes Hispaniæ ad Priscillianæ hæresim extirpandam, ut constat ex concilio Bracar. primo in exordio * (vocabantur & hi notarii regionarii, ut constat ex ordine Romano) an vero episcopus Palentinus & Asturicensis, non satis constat. Postremæ sententiæ acquiesco, ut ex prima epistola patet, & scripsisse libros doctissimos adversus Priscillianos: & in secunda epistola eum vocat sacerdotem, hoc est, episcopum: Ut sororissimi, inquit, sacerdotis auctoritate utaris. *Garsias*.

* Dubium non est quin sit religiosus ille (non monachus) de quo Ildefonsus.

* vivebat ergo ante annos plus minus 80.

h *Certe municipia.*) Tria nominat municipia, Segovia, Brittablo, Cauca, Segovia, Plinio Secubia, Ptolemæo Σεγοβία, oppidum Hispaniæ, inter Vaccæos celebre, in quo aquæductus molis ingentis auctoribus incertis structus, tamen nobilis, sæculis futuris imitatione inaccessus. Incertum an tanta machinatio Carthaginensium, an Romanorum opus fuerit, cum nullis sit literis nec notis dicatum: hoc notum, majestate & sumptu cum omnium orbis structurarum gloria certare. Est nunc sordes, ut Gotherum tempore, episcopalis: parvo flavio abluitur, lanificio conspicua, & officiæ politi argenti signati. Brittablum, ab aliis Litabrum, sed corrupte, a C. Flaminio expugnatum, locus juxta Segoviam: de eo Livius lib. 39. Cauca a Ptolemæo ponitur in Vaccæis, hodie Coca. *Garsias*.

ANNO CHRISTI 530.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA JOANNIS PAPÆ II.

Ex Libro Pontificali.

Joannes, qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Projecto de Cælio monte, sedit annos duos, menses * 4. dies 6. fuit autem temporibus Athalarici regis, & Justiniani Augusti, [c] Eodem tempore vir religiosus Augustus Justinianus summo amore Christianæ religionis [d] misit fidem suam scriptam chirographo proprio ad sedem apostolicam per episcopos Hypatium, & Demetrium. Ipsis diebus obtulit Christianissimus imperator B. Petro apostolo scyphum aureum circumdatum gemmis prasinis & albis, & alios calices argenteos 2. scyphum (*a*) pensantem libras 5. (*b*) calices argenteos singulos pensantes libras 6. & alios calices argenteos 2. pensantes libras 15. (*c*) palliola vero auro texta 4. Hic fecit ordinationem

(*a*) *argenteum*. (*b*) *calices*.... & *alios* desunt. (*c*) *V. pallia oloseriea auro texta IV.*

nem in urbe Romæ unam per mensem Decembrem, presbyteros 15. episcopos per diversa loca num. 21. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, VI. Kaleudas (a) Julias, post consulatum iterum Lampadii. Et cessavit episcopatus dies sex.

Notæ Severini Binii.

Joannes quadro pontificatum adeptus.

a *Joannes.*) Joannes cognomento Mercurius, Romanus, anno, ut constat ex vetere inscriptione apud sanctum Petrum ad vincula, post consulatum Lampadii & Orestis, qui est 531. Christi nati, imperatoris Justiniani 9. & Athalarici regis Italiæ 6. circa finem anni illius electus est Romanus pontifex. Hujus temporibus Amalaricus rex Hispaniarum Arianus, propterea quod Clotildem filiam Clodovei catholicam sibi matrimonio junxisset, ob diversitatem religionis male tractasset, occidi-

In Hispania Amalarico a Childeberto Francorum rege interfecto, succedit Theudis Ostrogothus.

tur a Childeberto quarto Clodovei filio, fratre Clotildis, at quem ipse fudarium proprio sanguine infectum miserat. Interfecto Amalarico regi Ariano Theudis rex Arianus successit, qui pace ecclesiæ Dei concessa, convenendi ac de fide decernendi licentiam episcopis Hispaniæ indulsit. Origenistæ simpius dimarati rursum invalescentes, corruptisque monachis Palæstinæ, totam fere in orientem depascentes, edictis imperatorum non potuerunt extingui: adeo ut horum causa quinto mecumenicum concilium congregare opus fuerit. Justinianus imperator conjurationem & seditionem Constantinopoli contra se motam illam, quam Procopius lib. 1. de bello Persico describit, feliciter sedavit, & compressit. Ab episcopis ex visione quadam victoriam pollicentibus admonitus, Vandalicum bellum diu cogitatum duce Belisario inchoavit, atque spatio trium mensium, rege barbarorum Gilimere bis fugato, copiisque eorum devictis, Carthaginem recuperavit, totamque Africam a tyrannide nonagintaquinque annorum, quibus reges Ariani & barbari eam possederant, liberavit. Procopius libro primo de ædif. Justin. Pugnabat miraculose pro imperatore catholico Deus, qui pro fide catholica defendenda & ampliandæ summopere laborans, catholicorum & Severianorum, quos adhuc imperiosæ esse solebat, illam cellam

Ada Justiniani.

fieri suavius, quam infra suo loco editam hic exhibebimus, quique missa legatione ad Romanum pontificem, contra monachos Acœmetas, Nestorianos & Origenistas, orthodoxam fidem propugnans, auctoritate sedis apostolicæ definiri rogavit, utrum, quod negabatur ab hæreticis, Christus unus de Trinitate esset: utrum in carne natus ac passus esset: & an Maria Dei genitrix dici posset. Athalaricus rex Gothorum corruptis moribus adolescens, postquam hujus pontificis monitis

Athalaricus simoniam prohibuit.

simoniacos bonorum ecclesiasticorum emptores percellisset edicto illo, quod marmoreæ tabulæ inscriptum, ante sancti Petri aream cunctis perspicuum apponi curavit, octavo anno regni sui, qui erat ætatis ipsius Decimus sextus mortuus est. Theodatus vero Theodorici ex sorore Amalafreda nepos, provectionis ætatis, Latinarum Literarum & Platonicorum dogmatum satis peritus, rei autem bellicæ prorsus ignarus, pecuniisque accumulandis enixius intentus, subrogatus est Athalarico, suadente Amalasuenta matris Athalarici, quam inveratissimus, dum regno potitus est, in carcerem conjecit, & paulo post occidit. Procopius de bello Gothorum. Hæc cum Justinianus accepisset, adversus Gothum bellum parare, & Francos ipsi ante, vivente adhuc Athalarico, conjuratos, contra eosdem commovere cœpit.

Athalarici successor Theodatus quis & qualis.

Tempus sedis Joannis papæ.

b *Sedit annos duo.*) Tribus annis minus pontificium administratum fuisse a Joanne secundo, constat ex obitu ejusdem, & ex iis quæ supra in principio verbo *Joannes*, & in fine notarum ad vitam Bonifacii diximus.

c *Eodem tempore vir religiosus.*) Vide quæ de hac legatione infra in notis concil. Romani sub Joanne, ex Baron. ann. 533. dictum sumus.

Confessio fidei, quam Justin. ad Joannem misit.

d *Misit fidem suam scriptam.*) Intelligit illam fidei professionem, quæ continetur in epistola Justiniani ad Joannem papam: non vero illud prolixius edictum, cui in Surlana editione præfixa reperitur ejusmodi inscriptio mendosa: *Edictum illustrissimi imperatoris Justiniani piæ confessionem continens, & refutationem hæreseon quæ adversantur catholicæ Dei ecclesiæ, Joanni papæ secundo transmissum, ut patet in vita ejusdem papæ ex libro pontificali.* Hanc inscriptionem mendosam esse dixi, quia constat illud edictum, vel potius libellum, tempore Vigilii conscriptum esse, quem adversus tria capitula Theoderus Cæsariensis episcopus ab ipso imperatore edi curavit, ut testatur Liberatus in brevia. cap. 24. Videque infra notabimus sub Vigilio.

Epistola I. Joannis Papæ II.

Hanc edictorium multa probant.

Ad Valerium episcopum.

Docet Christum dominum, secundum deitatis naturam, patri æqualem, secundum vero humanam naturam, minorem esse.

Reverendissimo fratri Valerio episcopo Joannes.

Scripta tuæ sanctitatis suscipiens, plena ea fidei regula, qua plurimum polles, inveni, & Deo gratias retuli quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea quæ significasti quosdam dicere, quod non sit Filius æqualis patri, & quod in evangelio scriptum sit: *Pater major me est:* scias non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectam fidem penes se habere. Paulus apostolus * non secundum deitatis naturam Christum creatum infinuat, sed secundum humanæ naturæ substantiam eumdem creatum affirmat, ipso Ephesiis conscribente: *Renovamini*, inquit *spiritu mentis vestræ & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Et ad Hebræos: *In eo enim, in quo passus est ille & tentatus, etiam potest his, qui tentantur auxiliari.* Unde, fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, fidelem existentem ei qui creavit eum. Et ad Colossenses: *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum.* Numquid qui universam creaturam, visibilia, propria potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea vel postmodum (quod dicere nefas) creavit, vel facere potuit? Filius minor * est patre in assumpti hominis forma, æqualis vero patri est in deitatis naturæ substantia, eodem protestante: *Ego & pater unum sumus.* Et iterum: *Qui me videt, videt & Patrem.* Et iterum *Qui me odit, odit & Patrem.* Et iterum: *Ut sint in nobis unum, sicut & nos sumus unum.* Et iterum: *Tu in me, & ego in es.* Et iterum: *Omnia tua mea sunt.* Et iterum: *Ego in Patre, & Pater in me.* Et iterum: *Pater in me manens facit opera hæc:* & Joannes evangelista ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* Et iterum ipse ad Parthos: *Tres sunt*, inquit: *qui testimonium perhibent in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt: Et tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus: & hi tres unum sunt.* Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt Pater & Filius, nec Patrem credimus aliquo tempore præcessisse, ne major sit Filio: nec Filium postea natum esse, ut deitate Patris minoretur. Si æqualis * Patri Filius non est, cur ita de illo Joannes evangelista testatus est: *Propterea*, inquit: *persequebantur Judæi Jesum*, & quæ-

Joan. 14.

Ithacius adv. Vercundum Mariavedum cap. 4.

Ephes. 4.

Hebr. 2.

Colos. 3.

Idem Ithacius cap. 8.

Joan. 10.

Joan. 14.

Joan. 17.

Joan. 9.

Joan. 17.

Joan. 14.

Joan. 1.

Joan. 5.

Idem cap. 6.

Joan. 5.

(a) *Julias.*

& quærebant eum occidere, quia non solum solvebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et Paulus apostolus: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*: Et in Salomone: *Qui genuit me, requiescit in tabernaculo meo.* Et ecclesiastico: *Sicut est ab initio, ita usque in sæculum neque additum est ei, neque minuetur illi. Ipse est enim dominus creaturæ suæ, qui nihil egit ab aliquo.* Et in psalmo 72. *Quid enim mihi est in cœlo? & a te quid volui super terram?* Hæc omnia Filium non inferiorem natura demonstrant, sed & æqualitatem deitatis annunciant: quoniam qui utraque locutus est, verum dixit, quia veritas mentiri non potuit. Taliter, frater carissime, semper age, ceterosque omnes agere mone, ut abolito hoc, qui natus videbatur, errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum una fides sit, & una eademque confessio; *ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Data * Nonis Augusti, Justiniano, & Athalarico * viris clarissimis consulibus.

Philipp. 2.

Eccles. 24.

Philip. 2.

* S. Leo ep. 11

* prima Nonas

* Fausto consulem adnotatio

* Anno Christi 533.

EPISTOLA JUSTINIANI IMPERATORIS AD JOANNEM PAPAM.

Quam Hypatius & Demetrius episcopi legatione imperatoria fungentes Romam attulerunt.

Victor Justinianus, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Joanni sanctissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

Reddentes honorem apostolicæ sedi & vestræ sanctitati: quod semper nobis in voto fuit & est, (ut * decet patrem) honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinavimus * ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestræ apostolicæ sedis & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire; quæ * hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Itaque omnes sacerdotes universi orientalis tractus & subjicere & unire sedi vestræ sanctitatis properavimus. In præsenti ergo quæ * commota sunt, quamvis manifesta & indubitata sint, & secundum apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme * custodita & prædicata, necessarium duximus ut ad notitiam vestræ sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestræ innotescat sanctitati, * quæ caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim (ut dictum est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quod pauci quidam infideles & alieni sanctæ * Dei catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ contradicere Judaice atque apostatice ausi * sunt adversus ea quæ ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur; denegantes dominum nostrum Jesum Christum unigenitum filium Dei & dominum nostrum incarnatum de sancto Spiritu, & ex sancta atque gloriosissima semper virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum Patri & Spiritui sancto, consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdemque ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim dominum nostrum Jesum Christum unigenitum filium Dei & dominum nostrum fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorii malum sequi doctrinam, secundum gratiam dicentis unum filium Dei, & alium dicentis Dei Verbum, & alium Christum. Omnes vero sacerdotes sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, & reverendissimi archimandritæ sanctorum monasteriorum sequentes sanctitatem vestram, & custodientes statum & unitatem sanctarum Dei ecclesiarum, quam habent * ab apostolica vestræ sanctitatis sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit, atque obtinet, uno consensu confitentur, & glorificant, prædicantes dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Filium & Verbum Dei & dominum nostrum ante sæcula & sine tempore de Patre natum, in ultimis diebus descendisse de cœlis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa virgine Dei genitrice Maria natum; & hominem factum, & crucifixum unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & glorificandum Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Dei Verbum, & alium Christum cognoscimus: sed unum atque eumdem ipsum consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdem ipsum impassibilem deitate. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse & humanitate perfectus est: in una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod Græci dicunt * ἀσύγχυτον. Et quoniam unigenitus Filius, & Verbum Dei ante sæcula & sine tempore de Patre natus, idem ipse & in ultimis diebus descendens de cœlis incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper virgine & Dei genitrice Maria, homo factus dominus noster Jesus Christus proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam virginem Mariam proprie & vere Dei matrem esse dicimus; non quia Deus Verbum principium ex ipsa sumpserit; sed quia in ultimis diebus descendit de cœlis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus, & natus est, quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialem esse Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem: ejusdem miracula & passiones, quas sponte in carne * sustinuit, agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est, trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna urbe congregati sunt: & centum quinquaginta sanctorum patrum (qui in hac regia urbe convenerunt & sanctorum patrum) qui in Epheso primo con-

L. 1. Cod. de summa Trinit.

* ex v. c. corrige subiata parenthesi, ut & decet patrem honorantes v. b.

* festinamus

* qui

* hic

* firme

* quia

* sedi

* vid.

* ad apostolicam v. l. eadem

* ἀσύγχυτον ἀδιαιρέτως ἀδιαστάτως

* sustinuerunt

Adnotatio inserta in Libbus omissa sup.

plevimus ex Romana edi. tione.

congregati sunt: & sanctorum patrum qui in Chalcedone convenerunt, sicut vestra apostolica sedes docet atque prædicat. Omnes * ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicæ sedis vestræ ita credunt & confitentur & prædicant, unde properavimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos episcopos, ut nec vestram sanctitatem lateant, quæ a quibusdam paucis monachis male & Judaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimum episcopum hujus almæ urbis, & patriarcham fratrem vestrum, (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus sequi sedem apostolicam beatitudinis vestræ) manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui prædicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas: & eorum qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam: plus enim ita & circa vos omnium amor & vestræ sedis crescet auctoritas: & quæ ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum, inturbata servabitur: quando per vos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quæ ad vos relata sunt, sinceram vestræ sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere providentiam. *Item subscriptio.* * Deitas te conservet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. *

* atque

* & alia manu. Divinitas te conservet

* Datum xiii. id. Jun.

II. AD JUSTINIANUM.

Laudat catholici imperatoris egregiam pietatem, debitumque ipsius religionis, quo sedem apostolicam, a qua requirebat evangelicam veritatem prosequebatur. Rogat Augustum, ut quos a vesto fidei catholicæ itinere aberrare sciret, omni studio adhibito revocare, & inter alios ipsos legatos a monachis Acœmetis Romam missos.

* [illegible] hæc verbis conscripsit Constantino Justiniano T. F. Augusto, xii. mensis Joannes episcopus.

Gloriosissimo & clementissimo filio * Justiniano Augusto, Joannes episcopus urbis Romæ salutem donat.

I. 8 Cod. de summa Trinit.

INter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime principum, puriore luce tanquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod caritatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjicitis, & ad eius deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc est, apostolorum primum, domino loquente præceptum est; *Pasce oves meas*, quam esse omnium vere ecclesiarum caput & patrum regulæ, & principum statuta declarant, & pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore quod scripturæ loquuntur: *Per me reges regnant, & potentes scribunt justitiam.* Nihil est enim quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: nihil est quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio: nam cum auctorem vitæ vel luminis utraque respiciant: recte & tenebras respuunt, & nesciunt subjacere defectui. Quamobrem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integræ religionis studio sine defectu sui in longiora tempora conservet. Hoc enim & sanctis credimus ecclesiis expedire: scriptum est enim: *Labiis regit rex:* & iterum. *Cor regis in manu Dei est, & ubi voluerit, inclinabit illud*: hoc est enim quod vestrum firmat imperium: hoc quod vestra regna conservat. Nam pax ecclesiæ, religionis unitas, auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia divisa secernitur, nullis insertis maculis variatur: scriptum est enim: *Quia cum rex justus sederit super sedem, non adversabitur ei quidquam malignum.* Proinde serenitatis vestræ apices per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros, fratres & coepiscopos meos, reverentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei, pro submovenda hæreticorum intentione, secundum apostolicam doctrinam, fratrum & * coepiscoporum nostrorum interveniente consensu: quod quia apostolicæ doctrinæ convenit, nostra auctoritate confirmamus.

Apocal. 22. Prov. 21. Prov. 20.

* Acœmetis

Textus autem epistolæ talis est. Reddentes honorem apostolicæ sedi, *ut supra præcedenti epistola.*

Liquet igitur, imperator gloriosissime, ut lectionis tenor & legatorum vestrorum relatio * patefecit, vos apostolicis eruditionibus studere. cum de religionis catholicæ fide ea sapitis, ea * scripsistis, ea protulistis, ea populis fidelibus publicastis, quæ (sicut diximus) & sedis * apostolicæ doctrina, & sanctorum patrum veneranda decernit auctoritas, & nos confirmamus in omnibus. Opportunum est ergo voce proclamare prophetica: *Tibi abundet cæ. lum desuper, & effundant montes jucunditatem, & colles lætitia lætabuntur.* Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc ut pupillas oculorum convenit observare: neque enim quisquam est, in quo Christi caritas servet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cum evidenter impietatem Nestorii Eutychetisque & omnium hæreticorum damnantes, unam veram catholicam fidem domini & Dei nostri salvatoris Jesu Christi magisterio institutam, & propheticis apostolicisque prædicationibus ubique diffusam, & sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota Deo & pia mente servatis. Soli etenim professionibus nostris advertantur, de quibus divina scriptura loquitur, dicens: *Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operiri speraverunt*; & iterum, qui secundum prophetam dicunt domino: *Recede a nobis, vias tuas scire nolumus*: propter quod Salomon dicit: *Per semitas propriæ culturæ erraverunt, colligunt autem manibus infructuosa.* Hæc est igitur vera vestra fides, hæc certa religio: hoc beatæ recordationis (ut diximus) patres omnes, præsulesque Romanæ ecclesiæ, quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica prædicavit hactenus, & inconcusse custodivit: huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum seipsum a sancta communione, alienum ab ecclesia judicabit esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de * Cumitensi monasterio fuit quos apostoli-

* patefecit

* scribitis & publicastis

* sedes apostolica docet,

Isai. 51.

Isa. 28.

Jerem. 44. Prov. 4.

* Acœmetensi

stolicis sinisionibus ad rectam fidem, & velut A oves quæ perierant, errantes ad ovile contendimus revocare dominicum, ut agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes loqui quæ ad pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus apostolorum * Isaiæ prophetæ verbum dicit: *Pergite in lumine ignis vestri, & flammæ, quam accendistis*. Sed obduratum est cor eorum (ut scriptum est) ut non intelligerent: & pastoris vocem oves, quæ meæ non erant, audire minime voluerunt. In quibus observantes ea quæ ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra communione recepimus, & ab omni ecclesia catholica esse justimus alienos; nisi errore damnato, doctrinam nostram quantocius sequi habita regu- B lari professione signaverint. Æquum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accommodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum nunquam redeuntibus claudit ecclesia: obsecro clementiam vestram, ut si proprio deposito errore, & prava intentione depulsa, ad unitatem ecclesiæ reverti voluerint, in vestra communione receptis indignationis vestræ removeatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem & salvatorem nostrum Jesum Christum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos diguetur custodire temporibus in hac vera religione & unitate & veneratione apostolicæ sedis; cujus principatum, ut Chri- C stianissimi & pii, conservatis in omnibus. Præterea, serenissime principum, laudamus legatorum vestrorum personas Hypatii & Demetrii fratrum & coepiscoporum nostrorum, quos clementiæ vestræ gratos fore ipsa manifestavit electio. Nam tantæ causæ pondus non nisi perfectis in Christo potuisset injungi. tantæ vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus, niti per amantes minime dignaremini destinare. Gratia domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei patris, & communicatio sancti Spiritus sit semper vobiscum, piissime fili. Amen, *Item subscriptio:* Omnipotens Deus regnum vestrum & salutem vestram perpetua protectione custodiat, gloriosissime & clementissime fili impera- D tor augusto. Data Romæ VIII. Kalendas Aprilis, domino nostro Justiniano P. P Augusto IV & Paulino viris clarissimis consulibus.

* Isaias propheta *ja. 50.*

Liberatus in breviar. cap. 20.

* Anno Christi 534

NOTÆ SEVERINI BINII.

Contra Hothomannum JC. probatur, præcedentes epistolas vere germanas esse.

a *Epistola.*) Hanc Joannis papæ & præcedentem Justiniani imperatoris epistolam, Hothomannus jurisconsultus libro primo capite primo responf. amicabilium, & cum eo plures alii novatores legulei haretici germanas esse impie & imperite negant. De hac enim epistola Joannes scribens illustribus viris Avieno, Senatori, Liberio, &c. *Justinianus*, inquit, *imperator, ut ex epistola ejus tenore cognovisti, de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse significavit. Utrum unus ex trinitate Christus & Deus noster dici possit:* &c. Quæ si legulejo novatori innotuissent, erubuisset credo aliter loqui vel sentire. Doctissimus jurisconsultus Cujacius secundam epistolam Joannis, quam infra subjungo, adeptus, ex eadem cognovit, dictas Justiniani & Joannis epistolas germanas esse, veroque germanas, secutus hac in re sententiam disertissimi Alciati, qui de his libro primo paregon cap. 35. hæc scribit; *Sunt & qui suspectam habent Joannis pontificis epistolam, quæ sub titulo de trinitate in Justiniani codice sita est, dicuntque in antiquis codicibus non inveniri: quod, ut arbitror, ideo faciunt, ut illos adjuvent qui pontificis Romani auctoritatem deprimunt: quæ nomine alios quoque auctores ab iis deprimitur: quæ nomine alios quoque auctores ab iis depravator deprehendi, ut Otbonis Frisingensis chronica, & Ligurini poeta carmina quædam. Ego in antiquis plurimis eam extare scio, nec ulla suspicione convelli posse. Quod si unus aut alter codex non habeat, id scripto-rum inscitia tribuendum, qui eam quandoque omittere, quod non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret, non tamen ideo habendum est, quin genuinus per monumenta Joannis sit factus.*

Epistola Justiniani ad pontificem scripta est anno domini 533. sub tertio consulatu ejusdem Justiniani, quando ab eodem imperatore missa est Romam legatio, de qua infra in notis concilii Romani. Etiamsi eadem hic hoc die & consule epistola Joannis inserta reperiatur, tamen infra in quadam epistola imperatoris ad Agapetum expressa habetur data sub tertio consulatu Justiniani. Accedit, quod ejusdem epistola mentionem fecerit imperator in constitutione, quam scripsit ad Epiphanium Constantinopolitanum sub consulatu suo tertio, VII. Kalendas Aprilis prædicti anni 533. Epistola autem Joannis papæ reddita est ad ipsum imperatorem sub consulatu Paulini, anno Christi 534. quando legati Justiniani Romæ dimissi fuerant, accepimusque ante sacram in codice Justinianeo libro septimo sub titulo de summa trinitate & fide catholica fortasse intexuit. Unde quam inepte Hothomannus objectam in tempore discrepantiam prætendat, atque ex ea utramque epistolam suppositiam esse colligat, nemo non intelligit. Quod sit præter morem & stylum Justiniani imperatoris esse, Romanam ecclesiam sedem apostolicam nominare, mendacium esse potest ex epistolis Justiniani, quas scripsit ad Hormisdam & Agapetum pontifices. Nihil igitur prætendere potest impostor hæreticus, quod auctoritatem harum epistolarum diminuat atque obscuret. Professio fidei, quæ continetur in epistola Justiniani ad pontificem scripta illa est, de qua auctor pontificalis ait: *Missis fidem suam scriptam chirographo proprio ad sedem apostolicam per episcopos Hypatium & Demetrium.* Unde falsum esse constat quod edictum Justiniani adversus tria capitula tempore Vigilii papæ conscriptum ad Joannem (prout in antiquioribus editionibus mendosa inscriptio eidem præfixa habet) transmissum fuerit. Vide quæ dixi supra in notis ad vitam Joannis, verbis: *Missi fidem suam*, &c. item quæ infra notavimus sub Vigilio.

Quo tempore singula scripta.

Objectio Hothomanni refellitur.

a. Objectio quidem refellitur.

b *Quod fidelibus sepulti propositisset edictum.*) Intelligit illud apud Concilium extans edictum, quo Eutychetem, Nestorium, eorumque sectatores condemnat ea intentione ut omnem calumniandi occasionem illis adimat, ne, si Nestorium condemnaret, a Nestorianis, (ut plerumque fiebat) Eutychianus vel Apollinarista nominaretur: contra vero si Eutychetem condemnaret, ab ejusdem sectatoribus Nestorianus appellaretur.

c *Coepiscoporum nostrorum interveniente consensu.*) Hoc loco intelligit Justinianum imperatorem ex sententia episcoporum cuncta de fide edicta statuisse & promulgasse, ipsumque Romanæ ecclesiæ episcopum velut primarium catholicæ ecclesiæ antistitem consuluisse, nam omnia pie, sancte, & orthodoxæ fidei convenienter constituta fuissent.

Justinianus citra auctoritatem episcoporum de fide nihil edixit.

EPISTOLA

ATHALARICI REGIS

AD JOANNEM.

Continet confirmationem senatusconsulti adversus Simoniacos editi.

Joanni papæ Athalaricus rex

SI antiquis principibus studium fuit leges exquirere, ut subjecti populi delectabili tranquillitate fruerentur, multo præstantius est talia decernere, quæ possint sacris regulis convenire. Absint enim a nostro sæculo damnosa compendia. Illud tantum possumus verum lucrum dicere, quod constat divina judicia non E punire. Nuper siquidem ad nos defensor ecclesiæ Romanæ flebili allegatione pervenit, cum apostolicæ sedi peteretur antistes, quosdam nefaria machinatione necessitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extortis promissionibus ingravasse, ut (quod dictu nefas est) etiam sacra vasa emptioni publicæ viderentur exposita. Hoc quantum fuit crudele committi, tantum religiosum est, adhibita pietate, resecare. Atque ideo sanctitas vestra statuisse nos præsenti definitione cognoscat, quod etiam ad universos patriarchas atque metropo-

litanas ecclesias volumus pertinere, ut a tempore sanctissimi papæ Bonifacii, cum de talibus prohibendis suffragiis patres conscripti senatusconsultum nobilitatis suæ memores condiderunt.

Senatusconsultum adversus Simoniacos.

Quicumque in episcopatu obtinendo, sive per se, sive per aliam quamcumque personam, aliquid promisisse declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus * exueretur. Si quis autem in hoc scelere deprehenditur fuisse versatus, nullam relinquimus vocem: verum etiam si aut repetendum, aut quod acceptum est, non reddendum esse crediderit, sacrilegii reus protinus habeatur, accepta restituens compulsione judicis competentis.

* efferretur, al. efficeretur.

Justissimæ quidem leges ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem: propterea quidquid in illo senatus decretum est consulto, præcipimus in eos modis omnibus custodiri, qui se quoquo modo per interpositas quascumque personas scelestis contractibus miscuerunt.

Et quia omnia decet sub ratione moderari, nec possunt dici justa quæ nimia sunt: cum de apostolici consecratione pontificis intentio fortasse * prævenerit, & ad palatium nostrum producta fuerit altercatio populorum, suggerentes nobis intra tria millia solidorum cum collectione chartarum censemus accipere, a quibus tamen omnes * inidoneos rei ipsius consideratione removemus: quia de ecclesiastico munere pauperibus est potius consulendum. Alios vero patriarchas, quando in comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, in supradictis conditionibus atque personis intra duo millia solidorum jubemus expendere: in civitatibus autem suis tenuissimæ plebi non amplius quam quingentos solidos se distributuros esse cognoscant. Reliquos accipientes & edicti præsentis & senatusconsulti nuper habiti pœna constringat, & dantes canonum severitas persequatur.

* prevenerit.

* idoneos

Vos autem, qui patriarcharum honore reliquis præsidetis ecclesiis, quoniam constitutio nostra ab illicita promissione liberavit: restat ut bona imitantes exempla, sine aliquo ecclesiarum dispendio dignos majestate pontifices offeratis. Iniquum est enim, ut locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis divina consideratione præclusimus. Quapropter parentes * nobis servientium quascumque personas aliqua suffragii crediderit ambitione promovendum, & ipsum reddere accepta definimus: & quod est canonibus statutum, eum modis omnibus esse passurum. Si quis vero quæ dederit aut promiserit, eodem superstite, timuerit publicare, ab hæredibus vel prohæredibus ejus ecclesia repetat, cujus suffragio antistes deprehenditur ordinatus: nota infamiæ nihilo minus superstites inurente, reliquos quoque ordines sub eadem fieri * distinctione præcipimus.

* nos

* distinctione

Quod si forsitan dolosæ machinationis invento, sacramentis persona intercedentibus fuerit obligata, ut salvo statu animæ commissam iniquitatem neque approbare possit, neque audeat acusare: damus licentiam quibuslibet honestis personis in singulis quibusque civitatibus apud judices competentes hoc crimen deferre: & quidquid ex ea potuerit reprobatione colligi, ut * adprobationem insequentes animemus, tertiam partem judicatæ rei ille percipiat, qui tale facinus voluerit publicare; reliqua vero ipsis ecclesiis proficiant quæ videntur extorta, aut in fabrica earum, aut in ministerio nihilo minus profutura. Decet enim ad usus bonos convertere, quæ voluit perversitas inimice fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quo tendunt, qui a fonte præclusi sunt? Recolatur & timeatur Simonis justa damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem.

* approbatione

Orate igitur pro nobis, edicta nostra custodientes, quia divinis noscitur convenire mysteriis. Sed quo facilius principis votum universorum mentibus innotescat; hoc senatui, hoc populis per præfectum urbis præcipimus intimari, ut generalitas agnoscat, nos illos prosequi, qui majestati divinæ potius viderentur adversi. Vos quoque hoc universis, quos Deo propitio regitis, episcopis intimate; neque sit alienus a culpa, qui potuit cognoscere constituta.

EPISTOLA CASSIODORI

AD JOANNEM PAPAM.

Cum a rege præfectus prætorii constitutus esses pro bono regimine preces pontificis ad Deum implorat.

Supplicandum vobis est, beatissime pater, ut lætitiam quam per vos, Deo largiente, percepimus, custodiri nobis vestris orationibus sentiamus. Quis enim dubitet, prosperitatem nostram vestris meritis applicandam, quando honorem adipiscimur, qui a domino diligi non meremur, & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus? Ecclesiasticis siquidem jejuniis fames est exclusa popularis, decoris lacrymis tristitia fœda discessit; & per sanctos viros acceleratum est, ne traheretur diutius quod gravabat. Et ideo salutans officiositate qua dignum est, precor vivacius oretis pro salute regnantium: quatenus eorum vitam cœlestis princeps faciat esse longævam, Romanæ reipublicæ hostes imminuat, tempora tranquilla concedat: deinde quod ornat pacem, necessariam nobis copiam de abundantiæ suæ horreis largiatur: mihique filio vestro intelligentiæ sensus aperiat, ut quæ vere sunt utilia sequar, quæ vitanda, refugiam; vigor ille rationabilis animæ nobis consilium præstet; facies veritatis albescat, ne mentem nostram innubilet caligo corporea: sequamur quod intus est, ne foris a nobis simus; instruat quod de vera sapientia sapit: illuminet quod cœlesti claritate resplendet: talem denique judicem excipiat publicus actus, qualem filium catholica mittit ecclesia: in suis nos etiam muneribus virtus sancta custodiat: quia graviores insidias antiqui adversarii tunc subimus, quando ejus dona suscipimus.

Nolite in me tantum rejicere civitatis illius curam, quæ potius vestra laude secura est. Vos enim speculatores Christiano populo præsidetis: vos patris nomine universa diligitis. Securitas ergo plebis ad vestram respicit famam, cui divinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed non omnia. Pascitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem: tamen nec ista potestis negligere, quæ corporis videntur substantiam continere: nam sicut homo constat ex dualitate, ita boni patris est utraque refovere. Primum penuriam qui-

quidem temporis, quam delicta promerentur, orationibus sanctis amovere. Si quid tamen (quod absit) acciderit, tunc bene necessitas excluditur, quando contra eam sub ubertate tractatur.

Monete me quæ sunt gerenda solicite: bene agere vel correptus exopto: quia difficilius errat ovis, quæ voces desiderat audire pastoris: nec facile efficitur vitiosus, cui admonitor insistit assiduus. Sum quidem judex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus: nam tunc ista recte gerimus, si a vestris regulis minime discedamus. Sed cum me a vobis desiderem & moneri consiliis, & orationibus adjuvari; jam vobis est applicandum, si in me fuerit aliter quam optabatur inventum. Sedes ilsa toto orbe mirabilis proprios tegat affectione cultores, quæ licet generalis mundo sit præstita, * nobis etiam cognoscitur & localiter attributa.

* vobis

Tenemus aliquid sanctorum apostolorum proprium, si peccatis dividentibus non reddatur alienum; quando confessiones illas quas videre universitas appetit, Roma feliciter in suis finibus habere promeruit. Nihil ergo timemus, talibus patronis, si oratio non desistat antistitis. Arduum quidem est multorum desideriis satisfacere: sed novit divinitas magna præstare: ipsa retundat invidos; ipsa nobis faciat cives cœlesti aspiratione gratissimos, & supplicationibus vestris tempora tribuat, quibus superna gratia prædicetur indulta.

III. AD SENATORES.

Fidem de Christi divinitate & incarnatione confirmat: Acœmetas monachos Nestorii sectatores vitandos esse monet.

Joannes episcopus Romanus, illustribus ac magnificis viris Avieno, Senatori, Liberio, Severino, Fideli, Avito, Opilioni, Joanni, Silverio, Clementiano, & Ampelio.

OLim quidem, illustres & magnifici filii, ad hoc sententiæ meæ summa constiterat, ut ante jussionem vestram, postquam epistolæ vel dogmatis tenorem cuncta ecclesia, hoc est, sacerdotum senatus, & populi probavit assensus, sub paginali alloquio vestris etiam sensibus intimanda dirigerem, sed consilii ordinem illa res vertit, quia & dogmati per dies singulos divinæ scripturæ subduntur, & imperfecta destinari non poterant, & ea, quæ per legatos directa sunt, prius non poterat in exemplaribus scripta transmitti. Novimus etenim quod, domino docente, præceptum est, quod pastor diligens gregem, salubria ultro non desistat ingerere: quia res, quæ ad salutem animæ pertinet, omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde illustres & magnifici filii, quia festinatio non pertulit portitores, ut ea scribi & dirigi potuissent; incontinenti tamen, si dictus divinus favor arriserit, tam epistolæ quam dogmatis exemplaria destinabimus. Nunc tamen, ne quid de vestris sensibus relinquatur ambiguum, quid epistolæ tenor habeat, quod textus dogmatis contineat, breviter insinuare curavi. Justinianus siquidem imperator filius noster, ut ejus epistolæ tenore cognovistis, de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse signavit, utrum unus ex trinitate Christus & Deus noster dici possit: hoc est, una de tribus personis sanctæ trinitatis sancta persona. An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & veraciter mater domini Dei nostri Christi Maria semper virgo debeat appellari. Probavimus in his catholicam imperatoris fidem, & ita esse prophetici & apostolici vel patrum exemplis evidenter ostendimus: unum enim ex sancta trinitate Christum esse, hoc est, unam de tribus sanctæ trinitatis personis sanctam esse personam, sive subsistentiam, quam Græci ὑπόστασιν dicunt in his exemplis evidenter ostendimus.

In libro Genesis per Mosen trinitas ipsa sic dicit: *Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis*. Et item vas electionis Paulus ad Corinthios, ita evidenter expressit. *Unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Genes. 3 Cor. 8.

Et in symbolo synodi Nicænæ: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum dominum nostrum Jesum Christum unigenitum.*

Item sanctus Augustinus, cujus doctrinam, secundum præcessorum meorum statuta, Romana sequitur & servat ecclesia, in libro undecimo de civitate Dei dicit: *Credimus & tenemus, & fideliter prædicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, unus unum, æternus coæternum, summus bonus æqualiter bonum. Et quod Spiritus sanctus simul & Patris & Filii sit Spiritus, & ipse consubstantialis, & coæternus ambobus, atque hoc totum trinitas sit propter proprietatem personarum, & unus Deus propter inseparabilem unitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen, ut cum de singulis quæritur, unusquisque eorum & Deus & omnipotens esse respondeatur.*

Ejusdem in libro secundo contra Maximinum: *Et Pater Deus est, & Filius Deus est, & Spiritus sanctus Deus est, & hi simul tres unus Deus est, nec hujus trinitatis tertia pars est unus, nec major pars duo quam unus est.*

In libro sancti Augustini decimo quinto de trinitate. *Ratione etiam reddita intelligentibus palam est, substantia veritatis, non solum Patrem Filio non esse majorem, nec ambos simul aliquid esse majus quam Spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem trinitate majus esse aliquid, quam unum; aut omnes simul tres majus aliquid esse, quam singulos.*

Gregorius Nazianzenus ex sermone de epiphania domini: *Cum omnino uno lumine illustramur, simul & tribus; tribus quidem secundum unusquisque proprietates, sive substantias, sicut placet aliquibus dicere, sive personas: nihil enim pro vocabulorum diversitate dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diversitas provocet & intellectum. Unum autem secundum substantiam vel deitatis ratione: dividitur ergo, ut ita dicam, indivisibiliter, conjungitur divisibiliter, una est in tribus deitas.*

Item ex epistola Gregorii Nysseni ad Ablamium: *Æstimet hæc opera utrum uni assignentur personæ eorum, * quam in sancta trinitate creduntur, an per tres eat virtutis effectus.* * Forte qui Hard

Item ex epistola Procli ad occidentales: *Super hæc etiam confitemur unum ex trinitate in-*

creata atque ineffabile Deum Verbum factum hominem.

Ejusdem: *Quid enim nos sapimus atque sentimus, quia in ipsa divina natura, qua conjunctus & unitus est Filius Patri, sanctoque Spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis. Unus igitur ex trinitate crucifixus est carne, qua factus est, non tamen deitate, qua unitus est Patri & Spiritus sancto, perpessus est, ne & illos crucifixos pariter asseramus.*

Hæc igitur ex plurimis pauca digessimus.

Deum vero carne passum hic nihilo minus roboremus exemplis.

Ex libro Exodi per Moysen dominus locutus est: *Et videbitis vitam vestram in ligno pendentem.* Deum autem esse vitam dominus noster in evangelio Joannis prædicat dicens: *Ego sum via, veritas, & vita.*

Item propheta dicit: *Si affigit homo Deum suum, quia vos affixistis me.*

Princeps quoque apostolorum beatus Petrus in Actibus ita dicit, dum impietates Judæorum arguebat: *Vos autem virum homicidam petistis dimitti vobis, auctorem vero vitæ peremistis.*

Item vas electionis & Doctor gentium sic prædicat: *Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Dominus autem gloriæ est Deus. Sic psalmographus ante prædixit: *Quis est iste rex gloriæ?*

Item in Actibus apostolorum: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

Cyprianus episcopus & martyr in epistola de patientia: *Judicatur judicaturus, & Dei filio ad ultimam tacens tacitur.*

Gregorius Nazianzenus: *Et indiguimus Deo incarnato & mortificato, ut nos vivamus.*

Ex libro sancti Augustini de caritate: *Ille enim qui venit per crucis irrisiones carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi mortis nostræ suæ mortis novitate dissolvere, mandato novo fecit hominem novum: res enim vetus erat, ne homo moreretur, quod ne semper valeret in homine, res nova facta est, ut Deus moreretur; sed quia in carne mortuus est, non in divinitate.*

Cyrillus capitulo XII. *Si quis non confitetur Verbum passum carne, (& crucifixum carne) & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita & vivificans est & Deus, anathema sit.*

In epistola Leonis ad Juvenalem: *Veram igitur generationem crux vera confirmat, quoniam in carne nostra nascitur, qui in nostra carne crucifigitur.*

Ejusdem ex epistola ad Flavianum: *Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subjacere.* Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectionum poteritis agnoscere.

Gloriosam vero sanctam semper virginem Mariam proprie & veraciter Dei genitricem, matremque Dei Verbi ex ea incarnati ab hominibus catholicis confiteri recte esse docemus proprie & veraciter: & idem ipse ultimis temporibus incarnatus, ex sancta & gloriosa virgine matre nasci dignatus est.

Propterea ergo, quia proprie & veraciter Dei Filius ex ea incarnatus est; ideo proprie & veraciter matrem Dei ex ea incarnati & nati esse confitemur. Et ne dominus Jesus per honorificentiam vel gratiam Dei nomen accepisse credatur, sicut Nestorius sentit insulsus. Veraciter autem ideo ne phantasma, aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem credatur ex virgine, sicut asseruit impius Eutyches. Cui rei probamenta ex patrum traditionibus consequenter sanctus Augustinus in libro primo prædestinationis. *Prædestinatus est ergo Jesus, ut futurus secundum carnem filius David esset, in virtute autem Filius Dei simul & filius hominis propter susceptum hominem, & Filius Dei propter suscipientem unigenitum domini proprie & veraciter diceretur.* Cap. xv.

Leporius in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & beatus Augustinus, & synodus Africana firmavit.

Nascitur ergo nobis proprie de Spiritu sancto & Maria semper virgine Deus homo Jesus Filius Dei.

Gelasius ex libro adversus Nestorium & Eutychem.

Propterea quod ex te nascitur sanctum, vocabitur Filius Dei, ex te nascitur, ait, ut proprietatem de matre sumendam nostræ conditionis exprimeret. Matth. 1.

His igitur evidenter ostensum est, illustres & magnifici filii, quid speraverit imperator, quid Romana sequatur & colat ecclesia. Atque igitur Christum dominum nostrum unum esse, ut sæpe diximus, sanctæ trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, hoc est, in deitate, & humanitate perfectum, non antea existente carne, & postea unita Verbo, sed in ipso Deo Verbo initium ut esset accipiens: inde enimvero ex materno corpore caro sumpsit initium, salva proprietate vel veritate utriusque naturæ, hoc est divinitatis atque humanitatis, Dei Filium dominum nostrum Jesum Christum catholici confitemur, omni posthac commutationis confusione submota. Neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes & confitentes divinitatis atque humanitatis. Sed nec duas personas in Christo intelligimus per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis divisionem facere videamur: & sit, quod absit, quaternitas, non trinitas, sicut Nestorius sentit insanus, nec confundimus easdem unitas naturas, cum unam personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credit. Tomum vero papæ Leonis, omnesque epistolas, nec non & quatuor synodos, Nicænam, & Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, sicut Romana hactenus suscepit & veneratur ecclesia, sequimur, amplectimur, atque servamus. Hoc est enim nostræ fidei firmamentum, hæc fidei nostræ petra firmissima. Hæc autem, illustres & magni filii, agens gratias solicitudini vestræ intimare curavimus: plenius tamen directis exemplaribus poteritis agnoscere. Acæmetas vero, qui se monachos dicunt, qui Nestoriani evidenter apparuerunt, Romana etiam eos damnat ecclesia, a quibus vos propter canonem, qui cum excommunicatis Christianum nec loqui nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem collocutionem vitetis, nihilque vobis cum eis æstimetis esse commune. Quod ideo facio, ne reus silentii inveniar, si hæc ad vestram minime, Christianissimi filii, notitiam perduxissem. Incolumem magnitudinem vestram Deus noster custodiat, domini filii, merito illustres atque magnifici.

IV

Acutis inclusa suppressimus ex editione Romana utpote in Labbeo omnino omissa

A

IV AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Contumeliosum Gallia episcopum episcopatu privatum in monasterium redegit ad pœnitentiam: ecclesiam ejus sancto Cæsario Arelatensi episcopo commendavit.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Gallias constitutis Joannes.

INnotuit nobis a fraternitate vestra missa relatio, in qua Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et quia hujusmodi persona sacris non potest inhærere mysteriis, ab hodierno vel officio eum nostra censet removere auctoritas, ut in monasterio constitutus delicti veniam a domino petere non omittat. Nihil est enim impossibile ejus clementiæ, qui potest cuncta relaxare quæ facta sunt. Sed ne ejus ecclesia destituta videatur, in ejus loco visitatorem dari, præsenti auctoritate decernimus, qui a se ita noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea quæ ad sacrosancta mysteria pertinent exequatur. Prædictum autem Contumeliosum, ut habeat pœnitendi licentiam, petitorium dare vobis censemus, ubi errorem suum evidenter allegans sub die profiteatur & consule. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data VII. Idus Aprilis, Flavio Paulino juniore viro clarissimo consule, *

* Anno Christi 534.

V. AD PRESBYTEROS ET DIACONOS

CONTUMELIOSI EPISCOPI.

Joannes presbyteris, diaconibus, & cuncto clero ecclesiæ, in qua fuit Contumeliosus episcopus.

PErvenit ad nos a fratribus, & coepiscopis nostris missa relatio, ubi Contumeliosus de criminibus suis confessus legitur atque convictus. Et quia hujusmodi sceleribus implicatus sacerdotii non potest ministeria jam tractare, necessaria vobis solatia credimus visitatoris adjungere: & ideo in ecclesia ejus visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut ecclesia suo privata præsule summi nequeat pontificis solatiis indigere: cui vos in omnibus parere decernimus, ad ea tantuminodo quæ sacris sunt gerenda mysteriis: ita tamen, ut nihil de ecclesiastica facultate præsumat; & clerus in eo quo nunc est ordine constitutus nullis gradibus promoveatur, donec proprium sacerdotem possit habere. Omnem vero hanc sollicitudinem Cæsario fratri & coepiscopo nostro injungimus, ad cujus curam cuncta quæ necesse sint pertinere censuimus. Dominus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Data VII. Idus Aprilis Paulino Juniore viro clarissimo consule. *

* Anno Christi 534.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Pervenit ad nos.*) Hujus epistolæ in codice Lirinensi hujusmodi est inscriptio: *Præceptum Joannis papæ ad presbyteros, diaconos, & cunctum clerum Rotensis ecclesiæ.* Quo indicio didicimus quo in loco episcopus fuerit Contumeliosus.

B

C

D

E

EPISTOLA

AFRICANORUM EPISCOPORUM

AD JOANNEM DATA.

Sed ab Agapeto ejus successore accepta.

Pontificem de dubiis quibusdam consulunt.

Domino beatissimo, & honorabili sancto fratri, & consacerdoti Joanni, Reparatus, Florentinianus, Datianus, & ceteri CCXVII. episcopi, qui in universis conciliis apud Justinianam * Carthaginensem fuimus.

De Reparato Procop. libro de bello Vandal. circa finem.

* Carthaginem

OPtimam consuetudinem præteriti temporis, quam violenta captivitas per annos centum, dolentibus cunctis, abstulerat, iterum servare cupientes, ad universalem totius Africæ synodum fidei devotione convenimus, in illa Justinianæ * Carthaginensis basilica congregationis nostræ primitias domino consecrantes, unde nostros patres tyrannus Hunericus expulerat. Hæc basilica Fausti apud nos dicitur, multis martyrum corporibus insignita, quorum Deus exaudivit orationes, ut daret hujus rei fiduciam sacerdotibus. Ibi igitur quantum singuli lacrymantibus gaudiis flere potuerint, cogitandum potius beatitudini vestræ dimittimus: in omnibus enim lætitiæ spiritualis unus fuit affectus, agere gratias omnipotenti Deo, cujus gratia peccatoribus sine meritis operum datur, & antidotum fidei salutaris nuper reconciliatis hæreticis obtinetur.

* Carthaginis

Definitionibus autem Nicæni concilii publica lectione transcursis, inter alia de quibus nancisci debuit, disputatione requiri, jam cœperat quomodo Arianorum sacerdotes ad catholicam fidem suscipi oporteat, utrumne in suis honoribus, an in laica communione, sic omnibus nobis unanimiter subito placuit sciscitari primitus beatitudinis vestræ sententiam. Potest enim sedes apostolica, quantum speramus, tale nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer explorata veritas faciat. Ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Ariani suscipiantur. Verumtamen convenire caritati credidimus, ut quid habeat sensus noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius vel consuetudo nobis, vel diffinitio Romanæ ecclesiæ proderetur. Hac igitur nostræ salutationis epistola per fratres consacerdotes nostros Cajum & Petrum, & per filium nostrum Liberatum diaconum continuo destinavimus, & * auctoritatem vestræ beatitudinis & gratiam debitis obsequiis honorantes: talis quippe es, qualem sancta sedes Petri merebatur habere pontificem, dignus veneratione, plenus dilectione, loquens veritatem sine mendacio, nihil faciens arroganter. Unde etiam libera caritas universæ fraternitatis requirendum putavit consilium tuum. Respondeat, obsecro, mens illa sancto * Spiritui serviens affabiliter & veraciter *. Non solum enim de sacerdotibus, sed de ipsis quoque parvulis apud eos baptizatis, utrum soleant vel debeant ad clericatum, si petierint, applicari consulimus. Multis enim facere istas frequenter petitiones concedimus, nec negamus, donec habito

* citantur ista in v. c. ex epistola ary. Patrum synodi Carthaginensis anno 534. Africa jam a Vandalis liberata ad Joannem II. papam, eique synodo rescripsisse dicitur Agapetus Joannis successor.

* sancta Spiritu fervens

* in illo v. c. hæc inserunt: Potest enim sedes apostolica quantum speramus tale nobis interrogantibus dare responsum, &c. ut supra

bito vobiscum diligentiore tractatu, legatio nostra revertatur. Illud etiam beatitudini tuæ credimus intimandum, fratres aliquantos ex nostro collegio, relictis sine causa plebibus suis, ad transmarinas navigare sæpius regiones. Hos diutius ecclesia toleravit, * accusantes eos violentiam temporis mali. Petimus nunc ut quicumque fortitan episcopus, aut presbyter, sive diaconus, aut cujuslibet inferioris ordinis clericus sine nostra epistola venerit, & non approbaverit se pro utilitate sanctarum ecclesiarum fuisse directum, similis hæretico judicetur: neque vestra communione dignus existat, ut in omnibus & per omnia beatitudinis vestræ disciplina laudetur. *Et alia minus*: * Vegetem te, nostrique memorem præstet omnipotens Deus domine frater.

* exsultantes

* Vigilium

VI. AD CÆSARIUM ARELATENSEM.

Cum subjectis canonibus ab eo missis ad examinandam causam Contumeliosi episcopi.

Dilectissimo fratri Cæsario Joannes.

CAritatis tuæ literas animo libenti suscepimus, in quibus corporeas necessitates allegans, etiam quæ * sacrius ille qui lapsus est, fecerit indicasti. Dolemus de amissione pontificis, rigorem tamen canonum servare necesse est. Atque ideo prædictum ab episcopatus ordine nostra suspendit auctoritas. Neque enim fas est pollutum criminibus, sacris ministeriis deservire. Sed te ordinante in monasterio dirigatur, ubi delictorum memor in pœnitentia lacrymas effundere non omittat, ut ab eo qui omnibus misereatur domino nostro Jesu Christo misericordiam valeat promereri. In cujus locum visitatorem constitutie, donec propium ecclesia, quæ evacuata est ejus sacerdotio, merere valeat sacerdotem. Communibus tamen precibus exorare Deum nostrum debemus, ut puros cunctos præstet antistites. Si qui tamen pontificatus immemores criminibus se fortasis involverint, & eorum personas vulgus cognoscat: facilius enim a delictis cavent, si non videant etiam hominibus secreta esse quæ fecerint. Quæ vero de his canones præcipiunt, subter adjecimus, ut quæ facienda sunt possitis agnoscere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Hoc est, vas electus Sacrat.

* Anno Christi 526.

* *Hi titulii canonum, quos nobis suprascriptus sanctus & omnium meus Joannes papa sedis apostolicæ cum præfata auctoritate direxit.*

EX epistola Siricii papæ urbis Romæ * Emerio Episcopo Tarraconensi inter cetera ad locum, capitulo VII. *Et quia aliquanti, de quibus conquimur, & tua sanctitas retulit, ignoratio* [illegible] *lapsos esse se dolent, id est, ut ad uxores proprias redierint: his ex conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamvis adverterint, officia perseverent, si tamen post hæc continentes se statuerint exhibere. Si vero, qui illicitis privilegii excusatione nituntur, ut hoc asserant veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigni sunt, apostolica sedis auctoritate ejectos; nec unquam posse venerandis attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præterita cavere nos præmonent in futuro; quisquis episcopus, presbyter, atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum. Quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non sederint medicinam.*

Ex Canonibus Apostolorum cap. XXV. (quod Episcopus, aut presbyter, aut Diaconus, si pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur) *Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio captus est, deponatur, non tamen communione privetur; dicit enim Scriptura:* non judicabit Dominus bis in idipsum.

Antiqui inclita, quæ dicunt in Labbeo, supplevi ex Cod. 170. Palat. Vatic. Nauni 1.

Ex Canonibus suprascriptis cap. XXIX. quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant. *Si quis episcopus, presbyter, aut Diaconus depositus juste super certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia sibi abscindatur.*

Ex Canonibus Neocæsariensibus XCV. de presbyteris qui fornicati sunt. *Presbyter si fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit omnino, pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.*

Hunc totum Canonem supplevi ex eod. Vatic. Cod.

Ex Canonibus Antiochenis capitulo IV. de damnatis & ministrare tentantibus. *Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus; nullo modo licere ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes ei omnes anjici de ecclesia, maxime si postequam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.*

Can. 12. quæ. Si quis episcopus.

Ex Canonibus suprascriptis capitulo XV. de episcopis ab ejusdem provinciæ episcopis consonanter exclusis. *Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, eunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.*

Can. 15. Si quis episcopus.

Tituli infrascripti ad hoc de canonibus excerpti sunt, ut unusquisque breviter possit agnoscere, quod clerici post crimina capitalia non possint ad honorem pristinum revocari.

AD locum, de synodo Nicæna, id est CCCXVIII. episcoporum. *Si qui forte indiscrete ad sacerdotium provecti, postmodum vel ipsi aliquid de se criminosum professi sunt, vel ab aliis revicti, abiciantur.*

Can. 9.

Incipiunt tituli canonum Gallicani.

De synodo Valentinæ civitatis episcoporum XVIII. IV. Idus Julias, Gratiano III. & Equitio consulibus. *Nec illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis quicumque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus, mortalis crimine dixerint se esse pollutos, a suprædictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim solvi ab his potest, si in ipsos se dixerint, quod dictum in alios puni-*

Can. 4.

puniratur, cum omnis, qui sibi fuerit mortis causa homicida sit. Divina vos pietas in æternum protegat, fratres dilectissimi.

Concilium Aurel. an. Can. 9. Item ad locum de synodo Aurelianensi episcoporum XXX. *Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint, simul ab officio & communione pellantur.*

Concilium Aurelian. I. Can. 23. Item ad locum * de synodo Justinianensi. *Si quis diaconus, aut presbyter, post acceptam benedictionem Leviticam, cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abiiciatur.*

Can. 22. Dist. 50. c. 29. Si quis diaconus. * ubi mendose cit. sub nomine Hormisdæ a Gratiano. Item de synodo Epaonensi episcopor. XXXIV. *Si quis diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus in monasterium detrudatur, ibi tantummodo quamdiu vixerit communione sumenda.*

ECce manifestissime constat, quia secundum quod & tituli antiquorum patrum a sancto Joanne papa transmissi, & trecentorum decem & octo episcoporum sententia, sed & canones Gallicani continere videntur, clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis revicti, ad honorem redire non possunt. Et quia forte non deerunt, quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum patrum severitas minime placeat, sciant se & trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, & sancti papæ auctoritatem, & illorum pontificum, qui ordinantibus trecentis decem & octo episcopis reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere vel damnare. Sed forte major in illis est pietas, quam in supradictis trecentis decem & octo episcopis; major in illis misericordia, quam in S. Joanne apostolico papa; major caritas, quam in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc pro exemplo vel remedio ecclesiarum suis definitionibus deliberaverunt. Et ideo aut * plena voluntate præceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus se contrarios & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista justitiæ inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurata servare? Quod si etiam durissimam eos pœnitentiam per plures annos agere videremus, sic nos ipsi & saluti eorum consulere, & canonum deberemus statuta servare. Cum vero in aliquibus nec compunctionis humilitas, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec B. David imitentur, qui dixit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*: & illud: *Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*, nec eos jejuniis vel lectioni vacare videamus; possumus cognoscere, si ad honorem pristinum redierint, cum quanta negligentia, & cum quanto tempore, & inimica animæ securitate permaneant, credentes quod sic eis non acta digne pœnitentia dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi *, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: Quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, nos eos, dum illis inutiliter indulgemus, in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus, non recordantes illud quod in veteri testamento scriptum est, quia *uno peccante contra omnes Dei ira desaviit*. O pietas! O misericordia! uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere. Non ita suadet sanctus ac beatissimus Cyprianus martyr dicens: *Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec reprimit delicta illius; sed fovet*; & iterum: *Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & absconditum in profundis recessibus virus dum servat exaggerat*. Unde & S. Joannes Constantinopolitanus episcopus arguit dicens: *Imperitus est medicus, qui ante digestam putredinem superinducit vulneri cicatricem*. Et ideo diligentius perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum ac talium quos supra memoravimus, sacerdotum canones contemnentes, aliter quam illi statuerunt observare vel agere præsumamus. Præcipue cum si illorum trecentorum decem & octo episcoporum, qui per omnes ecclesias concilia fieri præceperunt, tam sancta decreta negligimus, non illos solos despiciemus, sed sicut supra jam dictum est, & Africanos pontifices, & omnes reliquos, qui ipsis ordinantibus per totum mundum pro ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnemus. Ego me in hoc periculo mittere omnino non audeo; quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam: nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos ac tam sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque qui aliter sentire vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego in quantum Deus vires dare dignatur, studere volo eorum præceptionibus obedire: quia cum illis non rixam, sed pacem, & qualemcumque partem habere desidero. Et hoc diligenter attendendum est, quod si secundum quod suprascriptum est, illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ad integrum ab officio suspenduntur; & si etiam digami, aut internuptarum mariti; qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt, aut si ordinati fuerint, deiiciuntur * de quibus & Faustus episcopus sanctus in epistola sua dixit: *Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult exercere mariti*: cum hæc ita sint, qua conscientia quisquam dicere poterit, quod ille qui adulterium commiserit iterum ad honorem redire possit? Hoc loco si aliquis fuerit qui dicat: Ergo negas misericordiam Dei qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*? & illud: *Numquid qui cadit non adiciet ut resurgat*? & illud: *Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates illius oblivioni tradentur*. Ad hæc libera voce respondere & possumus & debemus: Absit a nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Definitissime enim credimus, quod qui usque ad finem vitæ suæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiat, sed etiam ad præmia æterna perveniat. Propter regulam tamen ecclesiasticam, & propter antiquorum patrum statuta, quæ absit a nobis ut reprehendere aut discutere audeamus, cum quem credimus ad vitam æternam post actam pœnitentiam venire, ad honorem clericatus secundum tantorum patrum præcepta novimus non debere reverti. In tantum ut in canonibus scriptum sit: *Ne ullus unquam pœnitens clericus ordinetur*. Et si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis perfecte agat, non potest aut episcopus, aut presbyter ordinari;

* prona

Psal. 6. Psal. 101.

* ipsi

Num. 16.

Libro de lapsis

Faustus Reiensis

Ezech. 33. Psa. 40. Ezech. 18.

nari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accessisse, dejiciatur: ille qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique qui aliud quam pœnitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium redire permittitur? Nemo mihi alia quæratur contra auctoritatem sedis apostolicæ aut contra trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta obiciat: quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum locutum esse credimus, ausus fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam Heli Deus propter filiorum indulgentiam accipere meruit. Qui pro eo quod filios suos negligenter castigavit, ut eos nec cædere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, & triginta millia de populo interfecta sunt, & arca testamenti in captivitate ducta est, & ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est. Nomen ipsius de libro vitæ deletum est. Et e contra Phinees, qui pro eo quod Dei commotus duos adulteros pariter interfecit totum populum de Dei iracundia liberavit. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum sacerdotes delinquentes vindicare. Sed quia mediocres sunt, ut tantisque parvo tempore, donec vivunt in hoc mundo, verecundiam vel confusionem habeant, quam postea ad supplicia æterna perveniant: & multo ei utilius est propter alterum exemplum, quamdiu vivit, remorsum habere pœnitentiam agat, & remedium sibi in die necessitatis acquirat. Quicumque pro charitate hæc scripta voluerit onerosus esse, ad ei responsum dare non delibero, quia quidquid prædicti canones continere videntur. Hæc ideo dico, quia dum cito crimina capitalia committentibus indulgemus, plurimi, qui nec Deum metuunt, nec sensus disciplinæ ecclesiasticæ expavescunt, sine ullo pudore ac reverentia, per indignas familiaritates extranearum mulierum, & seiptos decipiunt, & famam Christianæ religionis blasphemari etiam ab extraneæ religionis hominibus faciunt. Et ideo jussum est, ut dum eis secundum omnium canonum statuta redeundi ad honorem aditus clauditur, tandem aliquando tam gravi malo finis congruus imponatur. Quia quando, diabolo persuadente, aliqui clericorum in aliquod peccatum, & præcipue in adulterium, lapsi fuerint, * quam expedit de animabus statuta canonum cogitant, per falsam pietatem ita toris viribus elaborant, ut aut nec mittantur in monasteriis. Si autem, certe post non longum tempus importunitate nimia, & disciplinæ ecclesiasticæ inimica, extorquere conantur, ut redeant ad honorem. Qui chartulam istam cum suprascriptis titulis canonum non fuerit aspernatus, nec eam pro rusticitate sermonis despexerit, contra inimicos ecclesiasticæ regulæ multum eum poterit adjuvare, ut libera fronte dicat, sicut jam suprascriptum est, se contra tam sanctas antiquorum patrum constitutiones venire nullatenus posse. Ego hæc cum omni humilitate suggerens, absolvo apud Deum conscientiam meam. Quicumque autem aut importunitate, aut adulatione, aut falsis blandimentis inclinatus fuerit, ut censuram ecclesiasticæ disciplinæ non teneat, videat qualiter se ante tribunal Christi expediat, ubi contra eum omnes qui canones statuerunt, causas sunt sine ulla dubitatione dicturi. In quorum domnorum mentum sacerdotum manibus chartula ista pervenerit, si eam aliis sacerdotibus non solum ad legendum offerre, sed etiam ingerere transcribendam noluerint, timeant ne inde reddant in die judicii rationem. Nec illud credimus omittendum, ut iis qui pro scelere suo a præsidibus, seu a rectoribus populi fuerint interempti, & sepulturam in cœmeterio Christianorum habere, & offerentium pro ipsis oblationis juxta canonum indicamus licentiam non negari. Violatores vero sepulcri licet Augustorum principum capitaliter damnet sententia; tamen si qui in hoc facinore fuerint reperti superstites, ab ecclesiastica communione priventur: quia nefas est, ut eis Christianorum non offeretur consortium, qui temeritatis autu humatorum cineres reddere præsumpserunt inquietos.

* Locus in M. corruptus

* nec non c. H.

* cum c. H.

Notæ Jacobi Sirmondi S. J.

1 *Titulis canonum.*) Quæ de hac causa subjiciuntur, non omnia ex uno sed ex diversis conciliis deprompta sunt: ex Corbeiensi quidem, Pithœa & duobus Lugdunensis, & aliis: sed potissimum ex Rhemensi, qui plura certius continebat.

2 *De synodo judicandi.*) Sic appellat, ut ante monuit, concilium primum Arausicanum a loco ubi celebratum est.

3 *Hæc manifestissime.*) Citatur in cum hujus tractatus a Gratiano decr. 50. cap. 23. *Si sacri arcanum*: & perperam tribuitur Hormisdæ. Cujusnam vero sit auctoris veteres libri non indicant. Cæterum Isidoro non immerito videri possit.

4 *De quibus & Faustus episcopus scribit.*) Codex Corbeiensis, *quibus & dominus Faustus in epistola*. Pithœanus alter *: *de quibus & sanctus Faustus in epistola*. Florianensis: *de quibus & sanctus Faustus episcopus in epistola*.

5 *Hæc ideo dico.*) Hucusque codex Corbeiensis, & Pithœani ambo *: cetera ex unico sunt Rhemensi.

ANNO CHRISTI 533. (1)

CONCILIUM ROMANUM

ANNO CHRISTI 533

SUB JOANNE PAPA II.

Quo contra Acœmetas definitum est, catholice & pie dici posse, unum de trinitate passum esse in carne; quoque etiam declaratum est, quo sensu Hormisda Pontifex eam sententiam rejecerit.

Qua occasione habitum sacri hoc concilium.

CONCILIUM,) Tempore Hormisdæ papæ, ut constat supra ex epistolis ejusdem Hormisdæ pontificis earumque notis, oborta est quæstio inter pseudomonachos Scythiæ, Eutychianæ hæreseos sectatores occultos, atque Victorem diaconum, professorem synodi Chalcedonensis: sitne addendum ad Chalcedonense concilium, unum de trinitate esse crucifixum Christum. Illi asserebant: Victor negabat: Facta submissione, declararunt legati sedis apostolicæ, ut quis demonstretur catholicus, satis esse absque ulla verborum additione Chalcedonense concilium profiteri. Monachi repulsam passi, a sententia legatorum ad pontificem appellarunt; ubi cum libellum appellationis adversus Victorem, velut Nestorianum, & legatos tanquam Nestorii fautores interposuissent, jussique ad reditum legatorum manere, fugissent; eadem sententia pontificis Hormisdæ sunt condemnati, ut patet ex relatione Dioscori, & epist. Hormisdæ ad Possessorem & Justinianum. His ita decisis inferebant Nestoriani, eorumque defensores ac sectarii Acœmetæ monachi, si non est passus unus de trinitate in carne, ergo neque natus est idem in carne, ergo neque vere dici potest, ajebant, Mariam vere & proprie esse Dei genitricem. His accedebant Origenistæ negantes Christum unum de trinitate fuisse. Resistebant hæreticis cum imperatore Epiphanius Constantinopolitanus, ceterique orthodoxi episcopi, asserentes pie sanctæque dici, unum de trinitate esse passum in carne: impie vero negari sanctissimam virginem Mariam vere proprieque matrem Dei appellandam esse. Acœmetæ cum ab imperatore instinctu Epiphanii magnopere urgerentur, ad Joannem Romanum pontificem legatos miserunt, rogantes ne sententiam illam vicissim reciperet, quam Hormisda semel explosisset. Quod cum Epiphanius & imperator audivissent, ad eumdem Joannem Romanum pontificem Hypatium Ephesinorum, & Demetrium Cæsariensem episcopos legatos cum epistolis supra recitatis & exculis miserunt. Exceptis, lectisque quas secum attulerant epistolis, cognitum est, rem gravem atque difficilem proponi, quæ diuturniorem inquisitionem, & indaginem requirebat. Post factam diligentem quæstionis indaginem, postque Ferrandi aliorumque transmarinorum sententias exploratas, habito Romæ desuper concilio, unanimi patrum consensu Acœmetarum sententia recitata est & confutata: ipsius vero Justiniani scripta fidei professio approbata fuit. Quibus peractis pontifex illam epistolam ad Justinianum rescripsit, de qua supra quædam huc spectantia annotavimus. Ita mutatis hostibus, arma mutari necessum fuit. Cum pseudomonachi Eutychiani hac sententia dolose Chalcedonensi concilio, quasi imperfectum esset, & additamento indigeret, auctoritatem, Christo autem domino divinitatem adimere conarentur, necessarium fuit, ut Hormisda pontifex sententiam insolitam de fraude suspectam, & ab hæreticis primum noviter inventam & usurpatam rejiceret, quamtumvis, ipsa remota, velut catholica recipienda fuisset. Quando autem Nestoriani & Origenistæ auctoritate pontificis Hormisdæ abuterentur, requirebat ecclesiæ utilitas atque necessitas, ut declararet pontifex Joannes, quo sensu Hormisda pontifex allegatam sententiam rejecisset, quove admisisset: scilicet, quod eam non tanquam hæreticam, sed tantum velut novam atque de fraudibus Eutychianorum suspectam proscripserit & rejecerit; quæ alioquin si dolus ab Eutychianis absfuisset, omnino recipi potuisset. Vide Baron. anno domini 519. 533. & 534.

Acta concilii.

Definitio sententiæ Hormisdæ.

1 Anno Christi 534. quo post Concilium data ad Justinianum Imp. & Senatores Joannis litera.

COLLATIO CATHOLICORUM

CUM SEVERIANIS,

Habita Constantinopoli anno domini DXXXI. *tempore Justiniani imperatoris.*

Domino amabili Thomati presbytero innocentio episcopus Maroniæ civitatis in domino salutem.

SCripsit mihi tua Deo amabilis caritas, eo quod suscepis humilitatis nostræ literis una cum exemplaribus piissimi atque amatoris Dei principis nostri, & sanctissimi archiepiscopi locorum præcipientium me ad regiam pergere civitatem, in grandi solicitudine devenerit, nesciens occasionem evocationis nostræ. Propterea significo, venerande frater, eo, quod propter orientales episcopos, qui cum Severo a sancta catholica & apostolica ecclesia separati sunt, evocati sumus. Scriptum est autem de hac eadem re, primori quidem loco domino meo reverendissimo ac domino amabili * Hypatio Ephesinæ civitatis archiepiscopo, atque item domino meo Joanni [1] Vesinæ * civitatis episcopo, & meæ, sicut dictum est, humilitati. Dominus enim meus vir venerabilis episcopus Stephanus Seleucienſium civitatis, & item dominus meus Anthimus Trapezuntinæ civitatis episcopus, qui nobiscum una in * collatione fuerunt, tam præcessissent in regiam civitatem cum domino meo Demetrio Philippiæ civitatis episcopo, essi ipse propter corporalem ægritudinem præsens esse non potuit.

Ante collationem igitur evocavit sanctissimum archiepiscopum tranquillissimus imperator in venerabili palatio suo, quod cognominatur Hormisdæ, relictoque sacratissimo senatu, cum eo perumpet secedens, convocavit & nos, & cœpit nobis dicere: Eo quod pro his qui cum Severo episcopo ab ecclesia desciverunt convocavi vos, ut de his quibus ambiguum conferatis cum eis, cum omni mansuetudine & patientia, sicut decet orthodoxos & sanctos viros. Etsi enim illi exasperati fuerint, vos tanquam Dei amatores cum omni mansuetudine & tranquillitate eis satisfacite. Nolo autem sub me, præsentia fieri collationem, ne in * contemptum * veniant, sed præcipio gloriosissimo patricio Strategio, (ille enim eo tempore locum tuebatur gloriosi magistri officii) ut vobiscum una retideat.

Prima itaque die convenimus in eodem Heptatonchio triclinio, in quo & tunc pietas ejus nos susceperat, & nos quidem eramus quinque, illi vero sex: Sergius civitatis Cyri, Thomas civitatis Germaniciæ, Philoxenus Dulichii, & Petrus de Theodosiopoli, Joannes Constantinæ, Nonnus * [2] Ceresinæ, & reliqui tam clerici quam monachi. Nobiscum vero dominus vir venerabilis Eusebius presbyter & cimeliarcha sanctissimæ majoris ecclesiæ, & viri reverendissimi presbyteri & syncelli beati archiepiscopi Epiphanii Heraclianus atque Laurentius, sed & Antiochenæ sive Theopoleos civitatis venerabiles presbyteri & œconomi atque apocrisarii Hermisigenes, Magnus, & Aquilinus una cum Leontio viro venerabili monacho & apocrisario patriarchi in sancta civitate constitutorum. Et ut ex pluribus, quæ illic dicta sunt, breviter referam, quasi capitulatim: si enim omnia voluero scribere, tempus me ante deficiet.

Sedentibus ergo nobis, cœpit gloriosissimus patricius Strategius, qui nunc comes divinarum * ubique largitionum est, ad orientales ita dicere: Piissimus atque tranquillissimus noster dominus, tanquam orthodoxus, & rectam fidem quotidie augere desiderans, convocavit vestram religionem, non ex authoritate principali, sed paterna & sacerdotali compunctione, [3] quod de his quibus ambigitis, a præsentibus sanctissimis episcopis satisfiat vobis, qui propter hoc ab ejus pietate sunt evocati. Scitis autem & vos quoniam gloriosæ memoriæ pater meus Appius ex Ægyptiorum oriundus provincia, & tam vestras quam Alexandrinorum secutus sectas, dubitabat communicare sanctæ majori ecclesiæ in hac civitate constitutæ: sed piissimi atque fidelissimi * imperatores ratione ei persuaserunt, eo quod non aliud symbolum, vel aliam fidem tradiderint nobis hi qui in Chalcedone congregati sunt reverendissimi episcopi, nisi eamdem quæ in Nicæa & in Constantinopoli & Epheso confirmata est. Ipsi quoque fidem decreverunt. & Nestorium & Eutychem, qui novas hæreses inducebant, condemnarunt, qua ratione pertuasus communicavit sanctæ ecclesiæ. Et vos igitur non contentiosa mente, sicut decet venerabiles viros, quæcumque vobis dubia videntur opponite coram religione eorum, & dominus per ipsos satisfaciet vobis.

Orientales dixerunt: Nos satisfactionis chartulam de fide nostra compositam piissimo imperatori porreximus, & in ea omnia quæ nobis ambigua videbantur, & scandalizabant nos, intexuimus. *Reverendissimus archiepiscopus Hypatius os nostrum factus, sicut & beatus Petrus apostolorum princeps respondit, dicens*: Chartulam illam pervidimus, in qua tam supra quam intra Chalcedonense concilium criminamini, quod adversus Eutychianam est hæresim congregatum: propter quod, dicite nobis, qualem opinionem de Eutyche habetis? *Orientales dixerunt*: Tanquam * hæreticus, magis autem princeps * hæresis. *Reverendissimus* * *episcopus dixit*: De Dioscoro vero, & secundo in Epheso concilio, quod ab ipso congregatum est, qualem? *Orientales*: * Tanquam orthodoxorum:

* ubique
* nostri
* contempta
* Forte
Hard.
* hæreticum
* principem
Fr. reverendissimus.
* dixerunt

1 Legendum *Rizyenæ*, in provincia Europæ. *Hardinus*.
2 Legendum *Cerefinæ*, in Orthoere, ubi & Constantia, & Theodosiopolis. *Hard.*
3 Forte, *ita quod*. Hard.

tum: *Episcopus dixit*: Si Eutychen velut hæreticum condemnatis, quemadmodum Dioscorum & cum eo congregatos orthodoxos dicitis esse, qui Eutychem quidem hæreticum justificarunt, Flavianum vero & Eusebium condemnarunt? *Orientales*: Eutychen tanquam acta forsitan pœnitentia justificarunt. *Episcopus*: Si ergo pœnituit Eutyches, quemadmodum illum anathematizastis? Illis vero ad hanc responsionem hæsitantibus, rursus *Episcopus*: In tantum non pœnituit, quin & antequam implerentur, quæ in Constantinopolitana urbe adversus eum gesta sunt, illum quidem tanquam orthodoxum justificarunt, Flavianum vero & Eusebium velut hæreticos condemnarunt. Si enim pœnituit Eutyches, rogari oportuit eos, non condemnari. Ut autem dicamus secundum vos confessionem duarum naturarum esse hæreticam, quam exigebat Eutyches confiteri ab Eusebio & Flaviano, docebat Dioscorus laudare eum tanquam non suscepta duarum naturarum confessione. Ut autem consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem, dicere oportuit: cum omni subtilitate exigere eum, ut confiteretur: & nisi hoc fuisset confessus, suscipi non oportuit. Dioscorus vero non solum quia non exegit ab eo consubstantialis confessionem, sed magis contentus contrariæ ejus, & perversæ confessioni, quæ dicit: Ante unitionem quidem ex duabus naturis confiteor: post unitionem vero unam naturam. Et compulit omnes qui cum eo erant vociferari: Eutychen quidem orthodoxum esse, Flavianum vero & Eusebium impios hæreticos. Quid ergo vobis de istis apparet?

Contradicentes dixerunt: Revera oportuit exigi Eutychen a Dioscoro consubstantialis confessionem: Sin autem sine ista suscipit eum, & justificavit, cæcitatem passus est idem episcopus. Si ergo illum cæcitatem passum esse fatemini, ea quæ superius dicta sunt repetamus. Orthodoxum aut hæreticum Eutychen dicitis fuisse? *Contradicentes dixerunt*, hæreticum. *Et episcopus*: Juste ergo ab Eusebio accusatur; condemnatus vero a Flaviano condemnatus est. *Contradicentes dixerunt*: juste. *Et Episcopus*: Si ergo juste a Flaviano condemnatus est, injuste & irrationabiliter suscepit eum Dioscorus & cum eo congregatum concilium, an non? *Contradicentes*: Procul dubio apparet quod injuste. *Episcopus*: Quoniam ergo totum illud universale concilium, quod cum Dioscoro congregatum est, confessus, sicut vos ipsi fatemini, injustitiæ & cæcitatis; oportebat universalis illius concilii injustitias & cæcitates ab altero universali emendari concilio, an non? *Contradicentes dixerunt*. Modis omnibus ita fieri oportebat. *Episcopus dixit*: Chalcedone itaque juste congregatum concilium est: ut ea quæ universale concilium deliquerat, vel, sicut vos dicitis, minus viderat, ab universali concilio corrigerentur. *Contradicentes dixerunt*: Bene quidem & necessarie congregatum est, si & justum finem suscepit. His ergo per plures sermones, sicut supra dictum est, habitis, primi diei conventus est absolutus.

Secundo autem die cum convenissemus, *vir reverendissimus archiepiscopus Hypatius sit*: Recordamini finem hesternæ collationis, & nullus estis obliti: tamen si placet iterum commemoremus vos: *Contradicentes dixerunt*: Recordamur quidem; attamen ad pleniorem dictorum cognitionem & iterum revoca nobis in mentem. *Episcopus dixit*: Confessi estis hesterna secundum veritatem hæreticum esse Eutychen, & juste a Flaviano religiosæ memoriæ condemnatum, & injuste suscepitum a Dioscoro, vel ab eo congregato concilio: & quia oportuit universalis illius concilii culpas ab altero concilio item universali corrigi, & quia propter prædictas occasiones juste congregatum est Chalcedonense concilium. *Contradicentes dixerunt*: Recordamur hæc omnia. *Episcopus dixit*: Ostensum ergo vobis est, quia juste est congregatum Chalcedonense concilium. *Contradicentes dixerunt*: Juste convenit, si & justum finem suscepisset. *Episcopus dixit*: Quid enim reprehenditis illud peccasse concilium, ut adversus hoc postulatis vobis reddere rationem? *Contradicentes*: Ante omnia duarum naturarum novitatem. Beato enim Cyrillo & antecessoribus ejus ex duabus naturis unam naturam Dei verbi incarnatam, post unitionem prædicantibus illis, in duabus naturis, innovare præsumpserunt. *Episcopus dixit*: Omnis quidem novitas peregrina est, non tamen omnis obnoxia. Ipsi ergo secundum quam rationem dicitis, innovantes damnandos illos secundum peregrinam vocem, an secundum noxiam? *Contradicentes dixerunt*: Secundum utrique: beato enim Cyrillo & beato Athanasio Alexandrinæ civitatis episcopis, Felice etiam & Julio Romanæ ecclesiæ, Gregorio quin etiam mirabilium factore, & Dionysio Areopagita, unam naturam Dei verbi decrementibus post unitionem, hos omnes transgressi illi, post unitionem præsumpserunt duas naturas prædicare.

Episcopus: In tantum falsæ sunt epistolæ, sive testificationes illæ quas dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus voluerit geccordari; nec in epistolis quas ad Nestorium scripsit, ut in his quas contra blasphemias ejus protulit testificationes in sancta synodo Ephesina, quando maxime debuit proferre eas, sed nec in expositione duodecim capitulorum adversus Theodoretum & Andream scribens, qui contra eadem capitula scripserunt; sed nec adversus orientale concilium, quod unde nescio, Arii illi vel Apollinaris opinionem imposuisse visum est: neque enim Arius aliquando vel Apollinaris duas naturas confessi sunt, sed unam naturam Dei verbi incarnatam ipsi magis noviter protulerunt, ut creatam & passibilem ipsam divinam Verbi naturam introducerent. Adversus quas duas substantias atque naturas omnes sancti patres decreverunt; sed & hoc dicimus, quia duodecim gloriosorum patrum testimonia adversus Nestorii blasphemias in Epheso beatus Cyrillus proferens, id est, sancti Petri episcopi Alexandrinæ & martyris, sancti Felicis episcopi Romanæ & martyris, Cypriani episcopi Carthaginensis & martyris, beati Athanasii & beati Theophili episcoporum Alexandrinæ, Julii episcopi Romanæ, Ambrosii & Basilii, Gregorii & alterius

Gre

1 Lege, *deprehendit*. Hard. 2 Forte, *suscipiendum*. Hard.
3 Episcopum Samosatenum. *Hard.*

ab Iconio

Gregorii, Amphilochii Iconii * & Attici Constantinopolitani, nullum testimonium eorum de una natura protulit: sed non solum aliorum, sed nec beati Athanasii, qui a vobis profertur, in unius naturæ incarnati Verbi confessione, cum certe diversa testimonia ejus illic intexuerit, sed & beati Julii, eo quod Dei genitrix sit sancta virgo, & * dominum esse eum qui carne passus est. Si ergo sciebat de una natura quemquam ex his dixisse: illic maxime proferre habuit, ubi tantum erat & tale universale concilium. Si autem illic non sunt prolatæ; quemadmodum nunc a vobis proferantur, satis admiror.

* Deum

Contradicentes: Quid ergo suspicamini quia nos eas falsavimus? *Episcopus*: Vos non suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas, qui reprehendunt eum in epistola quam ad orientales pro unione & pace de duabus naturis scripsit: Quoniam & hi qui cum Nestorio sapiunt falsaverunt ad Epictetum sancti Athanasii epistolam, sicut beatus Cyrillus beato Joanni Antiochenæ civitatis episcopo scribens docuit nos. *Contradicentes*: Possumus ostendere quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum & Theodorum editis. *Episcopus*: Modo maxime & illos adversus Diodorum & Theodorum libros ambiguos facitis, tanquam fictos adversus mortuos prolatos dicentes, * non poterant refellere falsitatem: si enim adversus mortuos prolati sunt, multo magis adversus Nestorium, & eos qui contra capitula ejus scripserunt proferre habuit eadem testimonia: sed nunc videtur, quoniam & in illis libris hæretici saltantes addiderunt ea. *Contradicentes dixerunt*: Si ergo ex antiquis rescriptis, & ex archivis Alexandriæ potuerimus utraque ostendere sic habentia, quid estis dicturi? *Episcopus*: Si sub temporibus beati Proterii, vel Timothei cognomine * Solofacioli ostenta sunt, indubitabilia erunt: quoniam vero jam a multis hi qui adversantur orthodoxæ duarum naturarum confessioni illa antiqua apud se retinent, indulgete nobis, si adversarios nostros testes suscipere dubitamus: nam & beati Julii famosam illam epistolam manifeste Apollinaris ostendimus fuisse scriptam ad Dionysium; illam autem quam sancti Gregorii mirabilium factoris dicitis testificationem, suadete Severo & his qui ea quæ illi sapiunt confiteri: quia incorruptum carnis ipse decrevit, & tunc vobis credendum est: quoniam & ea quæ de una natura dicta sunt ipsius sunt. Quod autem prius dici debuit hoc in ultimo dicimus: illa enim testimonia quæ vos Dionysii Areopagitæ dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini: si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? quando & beatus Athanasius, si pro certo scisset ejus fuisse, ante omnia in Nicæno concilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio. *Contradicentes dixerunt*: Si hæc falsa dicitis esse testimonia, duodecim capitulorum, quæ inserta est in Ephesi sancto concilio, quam neque vos potestis denegare synodicam esse, cur non recipit Chalcedonense concilium? *Episcopus*: Si omnes formas & definitiones fidei in Ephesio adversus Nestorium facti concilii suscepit & confirmavit Chalcedonense concilium, quemadmodum hanc habuit refellere? sed quia adversus Nestorii blasphemias, quæ duas naturas in duas personas & duas subsistentias dividunt, unam personam, & unam subsistentiam volebant definire: illa autem epistola duarum subsistentiarum intulit mentionem, propterea proprie ea nominare distulerunt, ut non invenirentur aut illi aut sibi esse contrarii: sed magis illam alteram epistolam ejus præposuerunt, quæ super consensu symboli Nicæni laudata est: & eam quæ ad orientales scripta est.

* quia

Salvaceri

Contradicentes dixerunt: In epistola duodecim capitulorum duas subsistentias pro duabus naturis dicit. *Episcopus*: Antiqui patres, & maxime Romani, pro substantia & naturam * subsistentiam nuncupabant. Unde sicut unam naturam & unam substantiam, ita & unam subsistentiam sanctæ Trinitatis esse dicebant. Orientalibus vero sanctis patribus pro persona suscipientibus subsistentiam, & sicut tres personas, ita & tres subsistentias in sancta Trinitate dicentibus, per multa tempora dissidium factum est inter orientales & occidentales sanctas ecclesias; orientalibus quidem occidentales Sabellianorum sectam defendere suspicantibus, quia unam dicebant esse in Trinitate subsistentiam: occidentalibus vero orientales Arianam sectam sequi dicentibus, eo quod tres subsistentias, in tres alterius substantiæ vel naturæ personas proferrent secundum imitationem Arii. Quam divisionem per sanctum Athanasium Deus univit. Utriusque enim linguæ peritus utrasque partes per Dei gratiam ad concordiam revocavit, & ab eo tempore usque in hodiernum diem, & apud nos & apud Romanos, sicut una substantia & una natura in Trinitate suscipitur, & sicut tres personas in sancta Trinitate confitemur, ita & tres subsistentias glorificamus. Sic * auditis igitur, quoniam indifferenter beatus Cyrillus idem dicebat esse substantiam quod naturam vel subsistentiam, & ideo in illis duodecim capitulis suis pro duabus substantiis vel naturis duas subsistentias posuit. * Ostendite nobis, & in sancta Trinitate ita indifferenter eum dicere, & pro tribus personis vel subsistentiis unam personam secundum Sabellium confiteri, & unam subsistentiam in sancta Trinitate glorificantem, & pro una trium personarum substantia, * naturas atque substantias secundum imitationem Arii prædicantem, & ita & vos confitemini, vel potestis glorificare, & tunc credimus vobis quia * præ duabus naturis, duas docuit dici subsistentias.

* unam

* Si audeatis

* ostendite

* naturas tres in eadem Trinitate

* ero

Contradicentes: Et hæ ipsæ quæ nominatim in Chalcedonensi concilio positæ sunt epistolæ beati Cyrilli, id est, tam illa quæ ad Nestorium, quam quæ ad orientales scripta est ex duabus naturis, & in duabus *. *Contradicentes dixerunt*: Plurimum. *Episcopus dixit*. Quam hanc? *Contradicentes*: Quod ex duabus quidem naturis dicere unam significat Dei verbi naturam incarnatam, secundum beatum Cyrillum & sanctos patres. In duabus autem naturis duas personas & duas subsistentias significat, [a] pro certo & hi qui in duabus naturis unam natu-

* quidem naturis

a Lege, *significat*. Episcopus: *Pro certo* &c. Hard.

naturam dicunt, invenientur & ipsi ex duabus personis atque substantiis unam personam atque subsistentiam declarare. *Contradicentes*: Quemadmodum * episcopus dixit: Sicut vos dicitis unam; & sancta synodus utrosque sermones pari honore suscepit * & pertractat. Et quæ in Constantinopoli acta sunt adversus Eutychen, & invenietis Flavianum archiepiscopum, & alios cum ipso quosdam ex duabus naturis accusantes: beatum autem Basilium Seleucum civitatis episcopum, cum aliis iterum quibusdam in duabus naturis; & neque isti illos reprehendunt, neque illi istos, tamquam unius honoris arbitrati voces utrasque, quando & unam naturam Dei verbi incarnatam non renuit beatus Flavianus in confessione, quam propria manu subscripsit, dicere, quæ piæ recordationis Theodosio data est: nam confessio manu ejus præscripta his ipsis sermonibus declarat.

* Quemadmodum * Episcopus dixit * & pertractat. to ea quæ

EXEMPLUM * RESCRIPTI FIDEI

* Græce & Latine extat supra.

Flaviani archiepiscopi Constantinopolitani datæ ab eo petenti.

* *Imperatori Theodosio salutem,*

* Flavianus Episcopus CP. piissimo atque amatori Dei

NIhil itaque * congruum est sacerdotibus, & divina docentibus dogmata, sicut esse semper paratum ad satisfactionem omni exigenti eum rationem de spe quæ in nobis est, & gratia: nec enim erubescimus evangelium: virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quoniam ergo & nos misericordia omnipotentis Dei prædicationem evangelii sortiti sumus, recte sapimus, & sine reprehensione semper divinas secuti scripturas, & expositiones sanctorum patrum tam in Nicæa congregatorum, quam in Ephesо sub beatæ memoriæ Cyrillo episcopo Alexandriæ civitatis. Prædicamus itaque dominum nostrum Jesum Christum ante sæcula a Patre sine initio natum secundum divinitatem: in ultimis vero diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem Deum perfectum eumdem cum assumptione animæ rationalis & corporis, consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. Nam ex duabus naturis Christum post incarnationem ex sancta virgine sumptam in una substantia, & in una persona unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur; & unam quidem Dei verbi naturam incarnatam tamen dicere non negamus, quia ex utrisque unus idemque dominus noster Jesus Christus est. Nam eos qui duos filios, vel duas subsistentias, vel duas personas denuntiant, & non unum eumdemque dominum Jesum Christum filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos ecclesiæ decernimus, & ante omnes quidem Nestorium impium anathematizamus, & eos qui cum eo sapiunt, vel eadem dicunt, quibus & contingat ut excidant tales ab adoptione promissa recte credentibus. Subnotatio ejusdem ex notis, sic: *Domine Christe auxiliare nobis Deus*: & iterum: *Hæc scripsi manu propria ad satisfactionem tuæ serenitatis, & ut confundantur ii qui simplicem conversationem nostram in Christo calumniantur.*

Episcopus dixit: Ecce satisfactio beati Flaviani manu ejus perscripta ex duabus confitetur dominum nostrum Jesum Christum, & tamen ex duabus ei dicenti naturis non pepercit bonus ille Dioscorus. Propterea itaque cognoscens sanctum Chalcedonense concilium, quia nihil ita recreat eos, qui cum Eutyche adversantur orthodoxis duarum naturarum confessioni, nisi confusa & commixta & imaginaria vel Manichæica unius naturæ confessio explanativam potius vocem præposuit; ut in duabus naturis unam personam & unam subsistentiam confitentem. Sed & beati Flaviani rectam fidem collaudans, omnia quæ ab eo dicta sunt, confirmavit.

Contradicentes dixerunt: Nos & (sicut superius dictum est) beati Cyrilli proferimus epistolas, in quibus duas subsistentes naturas confiteri post unitionem abdicat. *Episcopus dixit*: Nos ea quæ epistolis ejus synodicis consentiunt, suscepimus; quæ autem non consentiunt, neque damnamus, neque velut legem ecclesiasticam sequimur. Synodicas autem ejus dico (sicut superius dictum est) epistolas quæ a sanctis conciliis & susceptæ & confirmatæ sunt, id est, tamsi eam quæ ad Nestorium, quam eam quæ ad orientales scriptæ sunt. Nam contraria his neque damnamus, neque sicut illius suscipimus, quia & in actibus sanctorum apostolorum invenimus, quia dispensationis gratia beatus Paulus Timotheum circumcidit, qui certe Galatis scripsit: *Quoniam si circumcidamini, Christus vos nihil adjuvabit*. Sed & beatus Petrus dispensative aliquoties quidem cum Gentilibus comedebat; aliquoties vero subtrahebat se, & secernebat ab eis. Postquam vero utique Hierosolymas ascenderunt, & cum omnibus apostolis vel senioribus, magnum illud decretum decreverunt, per quod dicunt: *Placuit Act. 15. Spiritui sancto & nobis nihil ultra oneris imponere vobis, nisi quod ex necessitate est: hoc est, abstinere a sacrificato idolis, & sanguine, & necato, & fornicatione; a quibus custodientes vos, bene agitis. Valete*. Ab eo tempore ea quidem quæ communi consensu scripta sunt, & a Spiritu sancto confirmata, sicut legem ecclesiasticam suscipimus; quæ autem dispensationis gratia ab unoquoque sigillatim facta sunt, neque æmulamur, neque damnamus. Sicut ergo hæc in actibus sanctorum apostolorum invenientes, non similiter his attendimus: ita & illic etiamsi profitemur, secundum indulgentiam tamen dictum sit, beati Cyrilli esse quæ a vobis proferuntur epistolas, (adversantur autem prædictis synodicis redæ fidei ejus epistolis, in quibus duarum naturarum aperte decrevit confessionem) neque damnamus, neque sicut ejus suscipimus. Continet autem illa ad Nestorium epistola de inconfusa & indivisa duarum naturarum unitate his sermonibus:

Beati Cyrilli ex epistola ad Nestorium. Quia * diversa * quidem sunt quæ ad unitatem veram convenerunt naturæ: unus autem ex utrisque Christus & filius & dominus non naturarum diversitate sublata propter unitatem: si autem non est sublata duarum naturarum diversitas propter unitatem; Salvator ergo & post unitatem in una persona & * in una substantia, magni Dei, & salvatoris nostri Jesu Christi. Et quemadmodum suscepta vel confirmata est, paucis expediam.

* sic corrigimus ex commissione vulgata legenda. diversæ

* hic aliquid deest.

Recensito symbolo sancti Nicæni concilii, & venerabili hac epistola, omne quod adversus Nestorium congregatum est illi * concilium, non acervatim, sed singuli per nomen & per-

* nisi

& personam confessi sunt parem atque consimilem eam esse sancto illi symbolo: enotica * autem & pacifica ad Joannem Antiochenæ civitatis episcopum epistola * enim per quam unitatem & pacem sanctis ecclesiis suis Deus donavit his verbis continet: * *ita beati Cyrilli ex epistola ad Joannem & ad orientales*: Confitemur itaque dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem ex Patre genitum secundum deitatem: in ultimis vero diebus eumdem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria sancta virgine secundum humanitatem, & consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est; [1] propterea unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur: secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem, ob id quod Deus verbum ex ea incarnatus est, & * ex ea conceptione univit sibi templum quod ex ea processit. Evangelicas autem & apostolicas de salvatore voces scimus, mirificos viros quasdam quidem communicantes, tanquam in una persona, quasdam vero [2] evidenter, tanquam in duabus naturis, & Deo quidem dignas secundum divinitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem ejus tradentes.

Si vero dicetis non esse has voces illius, sed orientalium: cognoscite quia cum multis laudibus eis consensit, & tanquam suas, eas ita in propria epistola intexuit cum laudibus: superius quidem dicens chartam sibi illatam a viro venerabili Paulo episcopo, irreprehensibilem continentem fidei confessionem; inferius vero, has sacras vestras voces contemplati, sic & nos sapere invenimus. Unus enim dominus, una fides, unum baptisma: glorificavimus omnium salvatorem dominum invicem congratulantes, quoniam divinis scripturis, & traditioni sanctorum patrum consonantem habent fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos sunt sanctæ ecclesiæ: hæc synodica & rectæ fidei epistola de inconfusæ & indivisæ unitatis & extantibus duabus naturis docuerunt. Quales ergo ex his præferamus, quæ in secreto scriptæ ad unum vel secundum amicum vel familiarem sunt, quæ & facillime potuerunt a quolibet depravari, an istas quæ in certamine dictæ sunt, & ab universalibus conciliis tam laudatæ quam confirmatæ sunt, & super concessu * symboli sancti Nicæni concilii sunt laudatæ? nonne potius has quæ synodicæ sunt suscipiemus, & præferemus, & tanquam legem ecclesiasticam recipiemus, velut a tantis sanctis patribus cum judicio confirmatas, sicut sæpe retulimus?

Contradicentes: Nos non solum ad Eulogium, sed etiam ad Successum secundam, & alteras epistolas ejus volumus relegere. Vos autem cum neque unam audissetis, jam condemnastis eas. *Episcopus*: Quantascumque vultis prælegere sine præjudicio relegite, ut ex consensu vel dissensu, possit veritas apparere. His ergo dictis cœperunt *contradicentes* legere ad Eulogium [3] epistolam, & cum ad illud capitulum pervenissent, quo dicitur: Sed & illud non ignorent, quoniam ubi unitio dicitur, non unius rei declaratur conventus, sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam. *Episcopus*: A superioribus & ex ipsis pene principiis epistola ista * opitulatur: etsi in quibusdam locis falsata est, tamen etsi omnia secundum vestram haberet intentionem, hoc capitulum sufficiebat omnem contradictionem compescere: si enim unitio non unius rei conventum declarat; sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam: & quia qui dicunt duas naturas, ita confitentur, admiramur quemadmodum habentes hæc ac relegentes a nobis quæritis suaderi, qui etiam alios ex his orthodoxam esse duarum naturarum confessionem, suadere potestis vel debetis. Cum enim mox in principio ipsius epistolæ relegatis dicentem eum, * quia non omnia quæ dicunt hæretici fugere nos vel aversari oportere: multa enim ex his confitentur quæ nos confitemur. Quando enim dicunt Ariani Patrem dominum * esse, & omnium creatorem, numquid nos oportet tales eorum voces aversari. Sic & Nestorius etiamsi duas dicat naturas, diversitatem [4] tamen significat carnis & Verbi: alia enim natura carnis, & alia Verbi. Si autem alteram confessus est carnis naturam, & alteram Verbi, quam ex his duabus naturis vos vel minuatam dicitis, vel subreptam; beato Cyrillo, sicut ipsi narratis, in altera dicente epistola, neque minuatam, neque subreptam humanam naturam, cum & inferius dicat * compelli autem illos?

Attendite ad lectionem *epistolæ beati papæ Athanasii*. Illic enim contendentibus quibusdam, quia ex propria natura corpus sibi passibile ipsum creaverit Verbum; & supra & infra nititur dicens: quia non est consubstantiale Verbo corpus: si autem non est consubstantiale, alia atque alia necesse est ut sit natura, ex quibus unus & solus intelligitur Christus. Ecce etiam hic aperte duas substantias in duabus naturis potuit, ex hoc hæreticos arguens, qui consubstantiale Verbo etiam corpus esse dicunt. Quam ergo ex istis duabus naturis vel substantiis dicitis minuatam, ipsi fatemini. *Sed & idem mox in sequenti versu ita addidit, dicens*: Sed & hoc non ignorent: ubi enim unitio dicitur, non unius significatur rei conventus, sed duarum vel plurium & diversarum secundum naturam. Si ergo dicimus unitionem, procul dubio confitemur quia carnis animatæ & Verbi. Sed & hi qui duas naturas dicunt idem sentiunt. Ille ergo qui totiens in superioribus epistolæ suæ partibus ita duas naturas orthodoxe & aperte prædicavit. Sed & post eos qui falsati sunt sermones qui dicunt: Etsi parum circa proprietatem sermonis obscurati sunt, dicens de orientalibus duas naturas manifeste confitentibus: qui enim confitentur, quia ex Deo Patre natus unigenitus Verbum idem ipse natus est secundum carnem ex muliere, quoniam & Dei genitrix est sancta virgo. Et quia una persona est & non duo filii,

* Heroica ejus
* Jam
* ex ipsa
* consensu
* nobis
* deest quia in ms.
* Deum
* Sic legendum ex ms. Compelle autem illos attendere ad lectionem Epistolæ &c.

[1] Ms. *propter quod*. Hard.
[2] Ex epistola Cyrilli ad Eulogium. *Harduinus*.
[3] Vox illa *tamen* neque est in ms. neque in Græco Cyrilli. *Hard*.
[4] Ms. *dividentes*, ceste, ut in Græco, διαιρουντες. *Hard*.

filii, neque duo Christi, quemadmodum [1] cum Nestorii blasphemiis consentiunt. Nestorius enim duos dicit filios & dominos & [*] Christos, ut breviter complectar: orientales autem fratres qui tale dixerunt, sed tantummodo voces dividunt. Dividunt autem secundum hunc modum dicentes: eo quod quædam ex his Deo dignæ sunt, quædam vero homine: quæ autem communiter prolatæ sunt tanquam habentes tam dignationem divinam quam humanitatem, sed tamen ab uno eodemque prolatas. Et non sicut Nestorius qui quasdam quidem [*] de Verbo proprie assignat, quasdam vero nato ex muliere quasi alteri filio. Aliud autem est vocum sine [*] diversitate, aliud dividere in duabus personis tanquam alteri & alteri. Qui enim superius illa, inferius autem [*] hæc: numquid in medio loco poterat seipsum convellere? absit: sed contrarii sermones synodicis ejus epistolis ab hæreticis sicut apparet falsati sunt. Proferentibus autem his qui contradicebant tamquam invictum scutum secundæ in ipsis prolatæ ad successum [2] epistolæ capitulum [*] illud quod dicit: Repugnant nihilo minus unam dicentibus Filii naturam incarnatam: & velut cassum volentes illud ostendere, contendunt ubique duas naturas subsistentes ostendere.

[*] commutatio hæc abest a mi.

[*] scire diversitatem

[*] dixit

[*] delevimus vitiosam interpunctionem

Postquam recensitum est, dicentibus illis: Ecce ubique beatus Cyrillus renunciat duas dici naturas post unitionem. *Episcopus* nullo præjudicio habito, sicut sæpe diximus, orthodoxæ fidei, etiamsi demus Cyrilli esse nuper relectam epistolam: multo magis duabus naturis existentibus advocationem præbuit, post unitionem quam unius Dei verbi [*] incarnatæ, ex eo quod dicit: Vestitus vero etiam nostra natura etiamsi non est consubstantiale ex Deo Patre procedenti Verbo corpus quod univit sibi. Si ergo non est consubstantiale Verbo corpus quo circumdata est Dei verbi natura, alia modis omnibus atque alia pro certo natura est. Sed & illud quod ait, carne eum passum & non deitate, aliam iterum atque aliam ostendit naturam. Altera enim carnis natura passibilis, & altera Verbi impassibilis, sicut & vos ipsi fatemini, & iterum quod dicit, quia semen Abrahæ suscipiet, formam servi accipiens: alteram illam servilem ex Abraham susceptam naturam docet, & alteram illam dominicam Dei verbi naturam. [3] Sed & quod ait: Non est confusum, sicut illis placet, sed nec carnis in ejus, sed in proprietate secundum utrasque tam intelligi quam permanere: ex his magis ille, quam Chalcedonense concilium in una persona duas existentes naturas decrevit intelligi. Sed & quod ait non minuatam neque subreptam humanam naturam, manifeste duas naturas existentes ostendit, divinam scilicet naturam, quæ assumpsit; & quæ assumpta est, humanam. Sed & quod ait: Recte & nimis prudenter tua perfectio de salutari passione sermonem protulit, non illum unigenitum Dei filium, secundum quod intelligitur & est Deus, passum in propria natura, ea quæ sunt corporis confitendo, sed magis passum eum natura terrena, aperte etiam hic duas naturas docuit subsistentes, & terrenam passibilem & divinitatis [*] impassibilem. Sed & in fine epistolæ suæ illud quod ait: Quid enim est humana natura nisi caro animata sensibiliter; sed & passum carne dicimus dominum: Ecce in ipsa quæ a vobis prolata est epistola, licet falsata est, non totiens de una natura quantum de duabus naturis fidei rectæ tribuit advocationem non solum post unitionem, quæ in virginis facta vulva est: sed & post passionem & resurrectionem magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, qui post resurrectionem ostendit perforatas immaculatas manus suas, & transfixos pedes suos sanctis discipulis suis, ostendens se vivum & unum esse in una persona & in duabus naturis: quod enim dicit: *Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum*: unam ejus personam ostendit incarnatæ divinitatis: quod autem addidit: *Pertractate & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem*: diversitatem ostendit in semetipso duarum naturarum, tam assumentis deitatis quam assumptæ humanitatis magni Dei salvatoris nostri Jesu Christi. In tantum autem abfuit B. Cyrillus a contradictione orthodoxæ duarum naturarum confessionis, [*] quod Gregorium Nazianzenum, & Gregorium Nyssenum, & Ambrosium Mediolani protulit in sæpe dicto Ephesino sancto concilio, ac veluti eos sibi advocans [*] perduxit: quorum prior his verbis dixit: *Beati Gregorii Nazianzeni episcopi*: Naturæ quidem duæ, Deus, & homo: nam & anima & caro, filii autem non duo, neque dei: neque enim hic duo homines: Etsi ita Paulus tam interiorem quam exteriorem hominem appellavit: etsi licet breviter dicere: aliud quidem & aliud, ex quibus salvator, & si revera non est idem visibile & invisibile, & temporale & sine tempore, non autem alter & alter: Absit. Item & B. Gregorium Nyssenum protulit dicentem: Quid humilius in Deo quam forma servilis? aut quid humilius in rege omnium, quam in commune nostræ exiguæ naturæ propria voluntate descendere? Per beatum autem Ambrosium in eodem duas naturas esse ita approbavit dicens: Custodiamus diversitatem carnis & divinitatis: unus enim Dei filius in utroque loquitur, quia utraque natura in eo est. Attende in ipso, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis passiones. Sicut Deus docet divina, quoniam Verbum est: sicut homo loquitur humana, quoniam in mea loquitur natura. Hæc testimonia ad confirmationem rectæ & illibatæ fidei suæ in Ephesiaco concilio protulit, & sicut rectæ fidei, ea [*] secundum illud concilium confirmavit. Quanticumque ergo sermones sub nomine domini [*] prolati istis consentiunt, tanquam S. Cyrilli suscipimus: quanti vero his adversantur, aut non sunt illius, aut certe falsati sunt, etiamsi concedamus illius esse. Ideo neque condemnamus talem patrem, sed nec ad præjudicium rectæ fidei collaudamus quæ ex persona ejus proferuntur diversæ laceratæ epistolæ.

[*] Deitatis

[*] ut etiam confirmatores huiusmodi confessionis.

[*] produxit

Rom. 7.

[*] incarnati

[*] sanctum

[*] leg. est eius & delenda non domini.

Contradicentes: Concilia pro unitate sanctorum, sanctarum ecclesiarum in divinis diptychis intexta sunt, aut pro majori divisione? *Episcopus*: Quid autem & antequam nominatim

1 Forte, *qui cum*. Hard. 2 Ex Epist. 2. Cyrilli ad Successum *Hardouinus*.
3 Ibidem Unde hoc loco legendum: *sicut illis placet: neque in carnis naturam transit natura Verbi, sed nec carnis in eius*.

tim inſererentur, numquid in omnibus eccle-
ſiis quæ ſub cœlo ſunt non recitabantur epiſ-
copi? * Et ſi nominatim concilia ipſa non ré-
citabantur, tamen in propriis regionibus &
civitatibus ſinguli quique annotabantur: Si ergo
in propriis civitatibus ſinguli quique adnotaban-
tur, unuſquiſque in quocumque ſubſcripto * con-
cilio recitabatur: quanto magis rationabiliter
erat eos qui cum labore & ſudore in unum con-
venerunt adverſus hæreticos, Deo placitum præ-
lium ſuſceperunt, & bonam illam victoriam
per gratiam Dei vicerunt, unoſ conſenſu in-
ferri in gloriam Dei & laudem certantium ad
majorem adhortationem eorum qui poſt certa-
tari ſunt? *Contradicentes*: Sicut prius dum re-
citabantur, neminem ſcandalizabant, nunc au-
tem plurimos ſcandalizant. *Epiſcopus*: Si cœ-
perimus per ſingulos de his qui ſcandalizantur
hæreticis concilia offerre, invenimur fidem
noſtram denegantes; Ariani enim ſcandalizan-
tur in Nicæno concilio, Macedoniani in Con-
ſtantinopolitano; Neſtoriani in Epheſino, Eu-
tychianiſtæ in Chalcedonenſi: ſi ergo illos vo-
luerimus placare, dominum oſtendimus, fidem
noſtram denegantes. Nam & vos quanta per
ſingula tempora innovaſtis? Imperatores, quia
a vobis perſuaderentur [1] indempti, ſicut en-
dodia * Baſiliſci adverſus orthodoxam fidem,
& * enoticum Zenonis, & triſagii novitatem,
& alia multa ejuſcemodi, quæ ad everſionem
fidei facta ſunt, & orthodoxos non ſine cauſa
ſcandalizarunt. Hæc enim nullum fidelium
ſcandalizant. Si autem infideles hæreticis ſcan-
dalizentur, nec enim ex hoc conſcientia no-
ſtra perturbatur.

Contradicentes: Ibas ergo & Theodoretus ſi-
cut rectæ fidei ſuſcepti ſunt a ſynodo, & ſi-
cut rectæ fidei in divinis diptychis recitantur.
Epiſcopus: Utrique Neſtorium anathematizan-
tes ſuſcepti ſunt in ſancto concilio. *Contradi-
centes*, In tantum per dolum anathematizavit
Theodoretus, quia poſtquam * anathematizavit
diſcedens dixit eis: Valete. *Epiſcopus*. Quid
ergo? Quoniam Euſebius Nicomedenæ &
Theognius Nicænæ, & alii quidam cum ipſis,
& in ipſo Nicæno ſancto concilio fidè ſubſcri-
pſerunt, & poſt hæc Arium aperte ſecuti ec-
cleſiam devaſtarunt, & ſanctos patres noſtros
Euſtathium Antiochiæ, Athanaſium Alexan-
driæ & Paulum Conſtantinopolitanum fuga-
verunt * propter illos nec Nicænum ſanctum
concilium debemus ſuſcipere, aut in divinis id
diptychis * recitare? Abſit: Nos autem non
tanquam Theodoretum defendentes, vel ea
quæ præceſſerunt diximus, vel quæ ſequentur
dicemus, ſed veritatem, & ſanctum concilium
quod eum juſte ſuſcepit. Volens enim ſatisfa-
cere quemadmodum ſaperet; nec tamen per-
miſſus eſt propter anticipatos quoſdam atque
in eo ſcandalizatos, poſtquam vidit non ſuſci-
pi ſatisfactionem ſuam, anathematizans Neſto-
rium & Eutychen addidit: Valete. Cur au-
tem hoc dixerit, Valete, ſuperius manifeſtavit
dicens: Quoniam nec ſedem ambio, nec pro
epiſcopatu ſolicitus veni, ſed ut perſuadeam
quemadmodum credo, propter quod anathe-
matizo, ſicut jubetis, & vale vobis facio. Un-
de neque ſanctum concilium, neque glorioſiſ-
ſimi judices ad injuriam hunc ſermonem ſu-
ſceperunt, pro certo ſcientes quia antequam
ſanctum iſtud concilium fieret, pacificatus eſ-
ſet B. Cyrillo, qui ab eo injuriatus eſt in
contradictoriis libris duodecim capitulorum.

Contradicentes: Et unde hoc poſſetis oſten-
dere? *Epiſcopus*: Ex ipſa quæ ad Joannem &
orientales ſcripta eſt epiſtola beati Cyrilli pro
unitate eccleſiarum.

Contradicentes: Non habetis unde oſtendere,
quia indulſit eis. *Epiſcopus*: Nos ad omne orien-
tale concilium epiſtolam ipſam ſcriptam inve-
nimus. Oſtendite autem vos quod in unitio-
nem hos ex illa pacifica & coadunante epiſto-
la ſua ſubtraxit. Quid autem amplius eſt,
verbis detrahere, an per condemnationem in-
ferre contumeliam? Sic ergo ipſi beato Joan-
ni, & omnibus qui cum eo fuerant in Ephe-
ſo, & per condemnationem eum injuriantes
indulſit B. Cyrillus, multo magis qui tantum-
modo verbo in eo peccaverunt indulgentiam
præſtitit: ſed & invenimus in Theodoreti literis
quas ad Dioſcorum fecit; quia & ſecundo in
his quæ contra Neſtorium ſcripta ſunt ſcripſe-
rit. Et quando contra Julianum, vel Apom-
peos * conſcripſit, libros ipſos deſtinavit in
Antiochia beatus Cyrillus, & rogavit B. Joan-
nem oſtendere illos orientalibus præclaris do-
ctoribus. Et quia oſtenſis eis ſcripſit * eis Theo-
doretus, & reſcripſit ei B. Cyrillus & diligen-
tiam & affectum ei teſtificans. Et quia duas
ab ipſo ſuſcepit affectuoſas epiſtolas, quæ &
cuſtodiuntur apud eum; nullam de eo con-
tumeliam deſignantes. Sed tamen & his ita
ſcriptis atque dictis, non aliter eum ſuſcepit
ſanctum Chalcedonenſe concilium, niſi clare
ſub conſpectu omnium anathematizet Neſto-
rium & omnes definitiones ejus.

His autem ita de Theodoreto dictis; *Contra-
dicentes*: Et Ibas ergo juſte ſuſceptus eſt a
Chalcedonenſi concilio? *Epiſcopus*: Ibæ & ac-
cuſantium eum judicium ex imperiali auctori-
tate [2] delegatum eſt Photio epiſcopo Tyri, &
Euſtathio * epiſcopo Beryti, & Uranio Hime-
rorum * civitatis epiſcopo, qui reverendiſſimi
viri, & nimium horrentes Neſtorii blaſphemias
cum omni diligentia diſcutientes, eum im-
munem & ſine culpa [3] eum decreverunt, ſicut
& acta ipſorum & relatio manifeſtat. Quem
ergo judices juſtificaverunt, quemadmodum
concilium poterat condemnare? *Contradicentes*:
Et illa ergo quæ ad Marin Perſam epiſtola
ejus ſcripta eſt recte continet: & quæ prolata
ab eis, & relecta nobis eſt, & inventa eſt nar-
rationem habens actorum inter beatum Cyril-
lum & nefandum Neſtorium, eo quod quaſi
per iſtos duos homines ſæculum conturbatum
eſſet: Neſtorio quidem ea, quæ Paulus Samo-
ſatenus ſaperet, affirmante, & propter hoc a
beato Cyrillo in Epheſino concilio condemna-
to. Cyrillum autem ſuſpicantibus quaſi cum
Apollinario ſaperet in illis duodecim capitulis,
& propter hoc condemnato a Joanne Antio-
chenæ civitatis epiſcopo, & cum eo habito
concilio. Et quia propter hanc cauſam cum
inimicitia de Epheſo diſceſſerunt. Et propter
illam

* ex ex mf. recitabantur, *contradicentes*. Quomodo recitabantur, qui non nominabantur? *Epiſcopus*.
* ſubſcripſit
* endodia an en-vencia?
* henoticum
* ex neceſſitate *addit. mſ.*
* non
* Apompeo
* ei
* Euſtachio
* Imerinæ

1 Locus obſcurus. Lege, *indepti*, *ſicut* &c. Hard.
2 Actione nona & decima Concilii Chalcedonenſis. *Hard.*
3 Forte, *eſſe*. Hard.

illam inimicitiam divisæ sunt omnes ubique ecclesiæ & fideles populi, aliquantis quidem huic parti consentientibus, aliis vero illi. Et quia dum in his essent rebus compunxit Deus pissimum imperatorem Theodosium convocare virum reverendissimum episcopum Constantinopolitanæ civitatis Maximianum, & eos qui tunc forte in eadem & gloriosa aderant civitate, hortarique & solicitudinem habere, vel cogitare de pace sanctarum ecclesiarum. Et post illam pacificam cogitationem destinavit piissimus imperator Aristolaum tribunum & notarium ob hoc ipsum: qui perveniens tam in Antiochia quam in Alexandria, utrasque partes, miserante Deo, ad pacem perduxit.

His ergo per epistolam declaratis, *Episcopus dixit*. Hæ literæ etiam in vita beati Cyrilli divulgatæ sunt, & non solum quia non moverunt cum propter factam pacem & unitatem propter dominum: sed & Valeriano scribens episcopo Iconii talia de ipsis satisfecit dicens: Nam si epistolas sibi componentes quidam circumferunt, tanquam ex persona scriptas illustrium virorum, non debent credi; qui enim semel scriptis fidem propriam confessi sunt, quemadmodum diversa possunt scribere tanquam ex pœnitentia ad non bene credendum * traduci? Sed tamen & beato Cyrillo ita pro eis testificante, & recensita prætata epistola in Chalcedonensi sancto concilio, non tamen aliter prævidit suscipi eum propter suspiciones in eadem epistola insertas, nisi & ipse Nestorium, & omnia ejus decreta anathematizasset: & postquam anathematizavit, tunc susceptus in sancto concilio. Nec tantum de his solis dico, sed & Nestorius & Eutyches simili modo, si proprias hæreses anathematizassent, modis omnibus etiam illi suscepti fuissent a sanctis conciliis. Chalcedonense ergo concilium circa Ibam & Theodoretum districtius [1] agit quam B. Cyrillus. Beatus enim Cyrillus contentus fuit in consensu damnationis Nestorii, & ordinatione beati Maximiani, qui pro illo in hac civitate episcopus factus est; Chalcedonense autem sanctum concilium nisi sub præsentia sua anathematizasset Nestorium & omnia dogmata ejus, & scriptis inter acta insertæ fuissent voces eorum, non fuit contentum suscipere eos. In his ergo dictis, *Contradicentes*: De his quidem persuasum est nobis.

Et ita secundæ diei conventu dissoluto, & discedentibus nobis, & multa testimonia de duabus naturis præparantibus, piissimus atque amator Dei imperator noster accersito sanctissimo archiepiscopo patriarcha Epiphanio, præcepit etiam nos ingredi cum ipso. Et postquam per confabulationem locutus [2] ei quæ illi Deus inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro ejus pietate, nos autem una cum venerando senatu retinuit: censuitque etiam *Contradicentes* ingredi. Quibus ingressis, ipsos quidem præcepit in uno scamno sedere, nos autem in altero una cum gloriosissimis judicibus. Et omnibus nobis tacentibus, pietas ejus tanta ac * tales ad eos locuta est cum omni mansuetudine & tranquillitate, ut si alter mihi diceret ab ejus pietate hæc dicta, vix crederem, nisi ipse auribus meis audissem: quæ cum magna gratia Dei ex benedicto ejus ore prolata sunt. Nam Davidicæ mansuetudinis & Mosaicæ patientiæ, & apostolicæ clementiæ instar in eo conspexi: etsi enim non iisdem sermonibus, quibus beatus Paulus, sed tamen eadem mente qua ille sanctam ecclesiam vestram scriptisset, locutus est cum eis. De qua idem beatus Paulus sanctæ ecclesiæ vestræ, sicut dictum est, scripsit, dicens: *Quia fuimus in medio vestrum tranquilli, & tanquam nutrix fovens filios suos; ita cum bona voluntate festinavimus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed & proprias animas; propter quod dilecti nobis facti estis.* Et ut ex paucis positis conjicere quæ multifarie multisque modis, tam illo die ab ejus pietate ad eos dicta sunt, quam in reliquis confabulationibus, & exemplaribus piæ ejus epistolæ æque cognoscetis, quæ scripta est ad [3] Euphemium virum reverendissimum Theopolitanæ civitatis archiepiscopum, ut per hoc appareat omnibus qui ab ipsis decepti sunt in oriente: quæ præsenti subjungentes epistolæ, vestræ venerationi transmittimus, ut per eam cognoscatis, quanta Dei gratia, per benedictum os ejus tam primo die quam reliquis locuta est ad eos.

Et postquam in nomine domini collocuti sumus invicem, accusare nos tentantes: *Contradicentes* ad piissimum imperatorem, secreto suggesserunt ei per quemdam, tanquam non confitentibus nobis dominum * passum carne, * Deum vel unum eum esse de sancta Trinitate, nec ejusdem esse personæ tam miracula quam passiones. Ingresso itaque sanctissimo patriarcha in venerando palatio ad piissimum imperatorem, & domino viro reverendissimo archiepiscopo Hypatio, cum eo percontata est pietas ejus ab ipsis, his verbis: Non confitemini ejusdem personæ domini nostri esse Jesu Christi tam passiones quam miracula? vel Deum esse qui carne passus est, atque unum eum esse de Trinitate? Respondit idem reverendissimus vir: Nos, domine, magis autem mater vestra catholica & apostolica sancta Dei ecclesia ejusdem personæ magni Dei & salvatoris Jesu Christi prædicat & passiones & miracula, non tamen ejusdem naturæ: sed sicut docuerunt sancti patres, passibilem carnem, impassibilem divinitatem, circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu, terrenum, & cœlestem, visibilem, & intelligibilem: ut integro homini eidem & Deo integer homo cohæreat, qui ceciderat suo peccato: sicut beatus Gregorius Nazianzenus docuit in epistola scripta ad Cledonium, & utraque sancta concilia tam in Epheso adversus Nestorium, quam in Chalcedone adversus Eutychen & Nestorium congregata consenserunt & confirmaverunt. Sed & dominum * carne passum ita rursus confitemur * Deum propter eos qui confundunt vel dividunt, ut passibilem eum dicentes carne, impassibilem confiteamur divinitatem, similiter & unum esse ex Trinitate secundum divinam naturam tam credentes quam confitentes, secundum carnem vero unum ex nobis placuisse ei, credimus fieri; & sicut consubstantialem Patri secundum divinitatem, ita nobis consubstantialem secundum

* traduci

* tales

1 Forte, *egit*. Hard.
2 Pro, *Ephraimum*. Hard.
3 Forte, *ad ei*. Hard.

dum humanitatem & sicut perfectum in divinitate, ita perfectum & in humanitate. Si autem illi aliter dicunt, & præsumunt eum dicere, ut secundum carnem quidem ante sæcula sit, secundum divinitatem vero in novissimis diebus, vel creaturam eum esse secundum deitatem: non creatum autem secundum humanitatem; vel visibilem & passibilem secundum humanitatem, tunc calumnientur nos tanquam frustra contrarios sibi.

Post collationem ergo habitam cum orientalibus episcopis ac nostra tenuitate, ex piissimi nostri imperatoris jussu, alia vice ingressis nobis in venerabili palatio ejus una cum domino meo archiepiscopo, vel aliis qui convenerant reverendissimis episcopis, piissimus imperator exultans in virtute Dei, & gaudens in salutari ejus, ac lætus nimis, quia desiderium cordis ejus, secundum propheticam vocem, præstiterat ei; *& voluntatem laborum non privavit eum*, cœpit dicere ad nos, præsente venerabili senatu: Quia postquam locuti estis cum orientalibus episcopis per duos dies, tertio die convocatis tam vobis quam illis, antequam suscideremus vos, ingressus sum in oratorium gloriosi Michaelis archangeli, quod est in * Cochlio: & rogavi dominum dicens: Quia si in veritate uniri habent nobis, magis autem sanctæ tuæ ecclesiæ: compunge eos velociter consentire nobis: sin autem nolunt, præpedi eos, ut ex ipsis magis culpa nascatur, & non ex nobis. Et cognovistis quantis propositionibus rationabilibus & pacificis cum omni mansuetudine & patientia prolatis a nobis, vir reverendissimus episcopus Philoxenes tantummodo persuasus est. Ceterorum vero perversitatem cordis Deus aspiciens, colligavit linguas eorum, ut neque satisfactionem invenirent, neque veritati consentirent: ut ex ipsis fiat occasio adversionis eorum, & non ex nobis. Et hæc quidem, gratias agens domino, dixit ejus tranquillitas de eorum perversitate. Sed tamen, & usque hactenus omni continentia & beneficio dignatur eos attendere, non cessavit expectans propter dominum eorum conversionem ad bonum. Quæ illum spes non fefellit: nam etsi non episcopi, qui hactenus in sua dissuasione permansere; sed tamen plurimi clericorum & monachorum qui cum his convenerunt, ad sanctam communionem cum gaudio remearunt in ecclesiis suis ac monasteriis. Ex quibus quidem lingua Syriatica per interpretes locuti sunt nobis, dicentes: Quia ab illis deceptis, & nos eversi sumus, & multas animas evertimus: dicebant enim nobis & quod Spiritus sanctus recessit ab ecclesiis & baptismate communione eorum: & ideo hæc audientes, & velut veracibus credentes decepti sumus, sed gloria domino, qui satisfecit nobis de errore eorum, & univit nos catholicis & apostolicis sanctis ecclesiis suis: confidimus enim in bonitate ejus; & quoniam dabit nobis virtutem, ut eorum quos evertimus, pluriores iterum convertamus ad sanctas ecclesias ejus, in gloriam & laudem sancti nominis ejus. *Explicit epistola Innocentii episcopi Maroniæ civitatis.*

Vel 10.

* Cochio

AD COLLATIONEM CATHOLICORUM CUM SEVERIANIS HABITAM CONSTANTINOPOLI

ADDITIO.

Ex Supplem. Manii T. pag. 113.

JOannes Asiæ (ita enim scribitur) episcopus, quem vixisse ferunt sub Justino minori, Severianorum sectæ addictus, historiam scripsisse traditur a Theodosio minore usque ad Justinianum. Ex ea vero, siquidem veritati constare putetur, non una tantummodo, sed plures per succedentes annos Monophysitarum cum Catholicis collationes habitæ intelliguntur. Ita vero de illis ex excerptis ejusdem operis, a Dionysio Patriarcha Severiano in sua ecclesiastica historia relatis, Assemanus Biblioth. Orient. tom. II. pag. 80 qui in codice Syriaco Dionysii opus illud offendit. *Anno* 865. (Græcorum, qui forte est 544. Christi, ex peculiari ejusdem Joannis supputatione quam indicat Assemanus ibid pag. 86. *Episcopi & Monachi quamplurimi e grege Monophysitarum, Justiniani jussu, in regiam urbem convocantur, ut de fide disputarent. Idem rursus factum ann.* 869. *& anno* 871. *Denique anno* 874. *quadringenti viri e Monophysitis ex Syria & Ægypto, ejusdem Justiniani jussu congregati, frequentes cum Catholicis disputationes habent per anni spatium, quin tamen quisquam a sua opinione recederet. Extat collatio Catholicorum cum Severianis habita Constantinopoli anno Domini* 533. *tempore Justiniani imperatoris*, descripta ab Innocentio Maroniæ episcopo, cui ex Severianis adfuere episcopi sex, nimirum Sergius Cyri, Thomas Germaniciæ, Petrus Theodosiopolis, Joannes Constantinæ, Nonnus Ceresinæ & Philaxenus Dulichii, quem ad orthodoxam fidem reversum, in eadem collatione testatur Innocentius. Verum quatuor collationes a Joanne relatæ, posteriores sunt ea, quæ in Tomo conciliorum legitur.

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc Collatio quando habita sit.

a *Collatio.*) Hanc collationem habitam esse hoc anno 533. patet ex epistola Justiniani ad Joannem, quæ scripta est anno 533. cujus initio se laborasse ait, ut omnes sacerdotes orientis cum Romana ecclesia uniret; quod factum est hac Collatione catholicorum cum Severianis in oriente habita.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

ad an. Christi 332. num. 6.

Justinianus ad *Severi* sectatores ecclesiæ Catholicæ reconciliandos, *Collationem* inter ipsos & Catholicos habendam Constantinopoli voluit. quam integram Baronius a Nicolao Fabro V. C accepit, & Annalibus suis inseruit. Codex Nicolai Fabri asservatur nunc in Bibliotheca Colbertina, ubi eam Collationem legimus, Latine tantum descriptam. Sed, ubi ejus initio Baronius habet: *Domino amabili Thomati Presbytero Innocentius episcopus Maroniæ Civitatis in Domino salutem*, loco *Thomati*, in MS. legitur, *Thomati*. Baronius ex epi-

epistola Justiniani ad Joannem papam anno sequenti datam, in qua dicit se laboraſſe, ut Sacerdotes Orientales ad communionem eccleſiæ Catholicæ revocaret, rectè deducit hanc *Collationem* præſenti anno habitam. Quod etiam colligitur ex Juſtiniani *Quinquennalibus*. Multis enim exemplis demonſtravimus, annis hujuſmodi Feſtivitatibus addiſtis Imperatores Chriſtianos eccleſiæ pacis & bono conſulere ſolitos fuiſſe, ſimiliſque Catholicos inter & hæreticos ad hoc in eccleſiam reducendos Collationes haberi voluiſſe. Acta hujus Collationis Innocentius *Maronitæ* epiſcopus, qui eidem interfuit, literis mandavit, ex eaque liquet, quantum *Juſtinianus* Imperator in rebus Theologicis verſatus fuerit.

CONCILIUM AURELIANENSE II.

CHILDEBERTI FRATRUMQUE REGUM

Præceptione celebratum IX. Kalendas Julias, [b] anno Chriſti DXXXIII. Joannis II. Papæ I. ſupradictorum regum XXII.

TITULI CANONUM.

I. *Ut nullus ad concilium, vel ad ordinationem vocatus venire diſſimulet.*
II. *Ut metropolitanus ſingulis annis provinciales ad concilium vocet.*
III. *Ut epiſcopi de ordinationibus nihil accipiant.*
IV. *Ut nullus ſacerdotium pecunia appetat.*
V. *Ut nullus ad ſepeliendum ſacerdotem venire diſſimulet.*
VI. *Ut qui ſepelit epiſcopum, deſcriptam domum eccleſiæ relinquat.*
VII. *De ordinatione metropolitanorum.*
VIII. *De captivis diaconis, ne matrimonio copulentur.*
IX. *Ne presbyter cum ſæcularibus habitet.*
X. *Ne quis cum noverca jungatur.*
XI. *Ne infirmitate conjugium reſolvatur.*
XII. *Ne in laſciviis vota Deo reddantur.*
XIII. *Ne ullus præter epiſcopum apoſtolia dare præſumat.*
XIV. *De clericis qui officium implere deſpiciunt.*
XV. *De oblationibus interfectorum.*
XVI. *De his qui literas, aut baptizandi ordinem neſciunt.*
XVII. *De diaconiſſis quæ conjugio copulantur.*
XVIII. *De iiſdem, ne ordinentur.*
XIX. *Ne Chriſtianus Judæam, aut Judæus Chriſtianam accipiat.*
XX. *De his qui ad idola redeunt, vel immolatis aut ſuffocatis veſcuntur.*
XXI. *De contumacibus.*

PRÆFATIO.

CUm ex præceptione glorioſiſſimorum regum in Aurelianenſem urbem, de obſervatione legis catholicæ tractaturi, Deo auxiliante conveniſſemus, ibi quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus, pro captu intelligentiæ, illuminante domino ſenſerimus, expreſſimus ſingulatim, deſcriptiſque conſtitutionibus, quæ Deo propitio in poſterum ſint obſervanda, ex veterum canonum auctoritate conſcripſimus.

CANONES.

I.

Id ergo eſt conſtitutum, ut nullus epiſcoporum, admonente metropolitano epiſcopo, niſi certa tædii cauſa detentus, ad concilium vel ordinationem con-

B ſacerdotis venire penitus ulla excuſatione detrectet.

II.

Ut metropolitani ſingulis annis comprovinciales ſuos ad concilium evocent.

III.

Ne quis epiſcopus de quibuslibet cauſis, vel epiſcoporum ordinationibus, ceterorumque clericorum, aliquid præſumat accipere: quia ſacerdotem nefas eſt cupiditatis venalitate corrumpi.

IV.

Si quis ſacerdotium per pecuniæ nun-
C dinum execrabili ambitione quæſierit, abjiciatur ut reprobus: quia apoſtolica ſententia donum Dei eſſe præcipit pecuniæ trutina minime comparandum.

V.

Nullus epiſcopus ad ſepeliendum epiſcopum venire confecta occaſione diſſimulet, ne cujuslibet corpuſculum diutius inhumatum negligentia interveniente ſolvatur. Is vero epiſcopus, qui defunctum advenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam, nihil pretii pro fatiga-
D tione depoſcat.

VI.

Ut epiſcopus qui ad ſepeliendum epiſcopum venerit, evocatis presbyteris in unum, domum eccleſiæ adeat, deſcriptamque idoneis perſonis cuſtodiendam ſub integra diligentia derelinquat, ut res eccleſiæ ullorum improbitate non pereant.

VII.

In ordinandis metropolitanis epiſcopis antiquam inſtitutionis formulam renovamus, quam per incuriam omnimo-
E dis videmus amiſſam. Itaque metropolitanus epiſcopus a comprovincialibus epiſcopis, clericis, vel populis electus, congregatis in unum omnibus comprovincialibus epiſcopis ordinetur, ut talis Deo propitio ad gradum hujus dignitatis accedat, per quem regula eccleſiæ in melius aucta plus floreat.

VIII.

Si quis diaconus in captivitate redactus uxori fuerit copulatus, reversus ab officii omnino ministerio removendus est. Cui sufficere debet pro actus sui levitate impleta pœnitentia pro satisfactione communio.

IX.

Nullus presbyterorum sine permissione episcopi sui cum sæcularibus habitare præsumat. Quod si fecerit, ab officii communione pellatur.

X.

Nullus novercæ suæ, id est uxori patris sui, ulla copulatione jungatur. Quod si quis præsumpserit, noverit se anathematis supplicio feriendum.

XI.

Contracta matrimonia accedente infirmitate nulla voluntatis contrarietate solvantur. Quod si qui ex conjugibus fecerint, noverint se communione privandos.

XII.

Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo vel lasciviendo dissolvat, quia Deus talibus votis irritatur potius quam placetur.

XIII.

Abbates, martyrarii, reclusi, vel presbyteri, apostolia dare non præsumant.

XIV.

Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priventur.

XV.

Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

XVI.

Presbyter, vel diaconus, sine literis, vel si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

XVII.

Fæminæ quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, a communione pellantur. Quod si hujusmodi contubernium admonitæ ab episcopo cognito errore dissolverint, in communionis gratiam acta pœnitentia revertantur.

XVIII.

Placuit etiam, ut nulli postmodum [a] fæminæ diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.

XIX.

Placuit ut nullus Christianus Judæam, neque Judæus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti a consortio hoc se separare distulerint, a communionis gratia sunt sine dubio submovendi.

XX.

Catholici qui ad idolorum cultum, non custodita ad integrum accepti gratia, revertuntur, vel qui cibis idolorum cultibus immolatis gustu illicitæ præsumptionis utuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi qui bestiarum morsibus extincta, vel quolibet morbo aut casu suffocata vescuntur.

XXI.

Abbates qui episcoporum præcepta despiciunt ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam suscepta humilitate deponant.

Sane si qui post hanc diligentissimam sanctionem non observaverint quæ sunt superius comprehensa, reos se divinitatis pariter fraternitatis judicio futuros esse cognoscat.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Honoratus in Christi nomine episcopus Bityricensis subscripsi, sub die IX. Kal. Julias, anno XXII. domni Childeberti regis.

Leontius episcopus Aurelianensis ecclesiæ subscripsi.

Aspasius episcopus Elosensis subscripsi.

Eleutherius episcopus ecclesiæ Autisiodorensis subscripsi.

Importunus episcopus subscripsi.

Chronopius episcopus Petrocoricensis subscripsi.

Iniuriosus episcopus ecclesiæ Turonensis subscripsi.

Lupicinus episcopus Ecolismensis subscripsi.

Flavius episcopus Rothomagensis subscripsi.

Agrippinus episcopus Æduorum subscripsi.

Ætherius episcopus Carnothensis subscripsi.

Eumerius episcopus Namnetensis subscripsi.

Callistus episcopus subscripsi.

Amelius episcopus ecclesiæ Parisiensis subscripsi.

Marcus episcopus subscripsi.

Sustratius episcopus Cadurcensis subscripsi.

Perpetuus episcopus Abrincatensis subscripsi.

Eusebius episcopus subscripsi.

Præsidius episcopus Convenarum subscripsi.

Passivus episcopus Sagiensis subscripsi.

Proculeianus episcopus Auscienſis subscripsi.

Clarentius episcopus subscripsi.

Julianus episcopus ecclesiæ Viennensis subscripsi.

Inno-

[a] Arauf. c. 26. Epaon. c. 21.

[a] Tametsi anno 544. sanctam Radegundem diaconam consecravit sanctus Medardus, teste Fortunato, in ejus vita num. 6. apud Surium die 13. Augusti. *Mordaiani*.

[a] Innocentius episcopus subscripsi.
Marcellus episcopus subscripsi.
Lauto episcopus Constantiensis subscripsi.
Orbatus presbyter pro Leone episcopo Senonensi subscripsi.
Asclepius presbyter [4] pro Adelphio episcopo Rauracensi subscripsi.
Laurentius presbyter pro Gallo episcopo Arvernorum subscripsi.
Eledius presbyter pro Sebastio episcopo subscripsi.
Præsidonius presbyter pro Artemio episcopo subscripsi.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Concilium.*) Hujus synodi pauca in bibliothecis vetera sunt exemplaria. In Bellovacensi autem, quo usi sumus, idem qui in vulgatis proditur Childeberti regis annus XXII. in subscriptionibus episcoporum: qui numerus adjectus ad DXI. quo anno vita functum Clodoveum ejus patrem supra monuimus, Christi annum reddit DXXXIII. Hoc itaque anno celebratam synodum arbitramur.

2 *Honoratus episcopus.*) In vulgatis præter Honoratum, qui primo loco subscribit, reliqui deinceps, quemadmodum in Aurelianensi primo dictum est, dispositi fuerant ordine alphabetico. Nos eam seriem expressimus qua digesti sunt in codice Bellovacensi, adjectis ex Surianæ editione nominibus civitatum, quæ in illo codice non sunt.

3 *Flavius episcopus Rothomagensis.*) Qui subscribit etiam in concilio III. Aurelianensi, sed pro Flavio Elafius hic legitur in codice Bellovacensi, *Elafius episcopus subscripsi.*

4 *Pro Adelfio Rauracensi.*) Idem error qui supra in concilio I. Aurelianensi, ubi cum Adelfius hic episcopus ecclesiæ Rafiatiæ diceretur, fuerunt qui mutarent in Rauracensis. Legendum ergo *pro Adelfio Rafiatensi*, id est, Pictavensi, ut dictum est.

Notæ Severini Binii.

Acta concilii. a *Concilium.*) Hoc concilio nihil noviter est constitutum; sed tantum reformata est disciplina fidelium, in his potissimum quæ ad mores ecclesiæ pertinent. Patet id ex præfatione actorum concilii. Nomina episcoporum in hoc & primo Aurelianensi, Epaonensi, aliisque quibusdam supra excusis conciliis ordine alphabetico ab aliquo impetito librario disposita fuerunt, quæ servato dignitatis ordine, illo, cujus supra frequenter memini, procul dubio subscripta fuerunt.

Quo ordine subscripserint?

b *Anno Christi.*) Quoto anno Christi hoc cum ceteris Aurelianensibus conciliis celebratum fuerit, inter scriptores non convenit. Alii ad annum 533. alii ad 536. illud referunt. Diversitas sententiarum oritur ex tempore obitus Clodovei: quem qui ann. Christi 511. A defunctum esse sentiunt, simul etiam existimant hoc concilium, 22. anno Childeberti filii & successoris Clodovei celebratum, habitum fuisse anno domini Jesu Christi 533. Contra vero, qui obitum Clodovei & initium Childeberti statuunt in anno Christi 514. sentiunt ann. Christi 536. cum quo 22. Childeberti coincidit, celebratum fuisse. Obitum Clodovei ad ann. Christi 514. retuli supra: idque propterea quod Anastasius in vita Hormisdæ scribat a Clodoveo rege Francorum corona aurea donatum Hormisdam pontificem, qui ante ann. 514. Christi nati pontificatum necdum adeptus fuerat: non ultra quingentesimum decimumquartum annum Christi superviXisse testantur Sigebertus in chronicis & Gregorius Turonensis de gestis Franc. lib. 1. cap. ult. ubi ab obitu S. Martini qui contigit anno Christi 402. usque ad obitum Clodovei numerat annos 112. Quæ si vera sunt necessum est fateri obitum Clodovei regis Francorum præcise in annum Christi 514. & consequenter 22. Childeberti in annum Christi 536. qui est Justiniani decimus & Silverii papæ primus, coincidisse. Hæc B de tempore Aurelianensium conciliorum breviter dicta sufficiant.

c *Titulo canonum.*) De iis quæ hoc loco de clericorum ordinationibus, sepulturis & cohabitationibus, de impedimentis matrimoniorum, de diaconissis mulieribus, & idolothytis statuuntur, actum est in notis præcedentium conciliorum & canonum apostolorum supra tom. 1. conciliorum.

d *Subscriptiones episcoporum.*) Inter hos sanctitate celebres fuerunt hi: Gallus Arvernensis, Eleutherius Antissiodorensis, Lauto Constantiensis, Paternus, pro quo corrupte ponitur Perpetuus Abricensis: horum enim memoria est in Romano martyrologio certis diebus, quibus ipsorum dies natales celebrantur. Interfuit etiam Injuriosus magni nominis Turonensis episcopus, de quo vide quæ dicemus infra in notis concilii Aurelianensis tertii. De Gallo episcopo, qui per legatum suum huic concilio interfuit, scribit Gregorius Turonensis de gestis Francorum lib. 4. cap. 5. & 6. uberius in vita sanctorum patrum cap. 6. Ejus epitaphium & virtutes egregias scripsit carmine Venantius Fortunatus lib. 4. Fuit Arvernensium episcopus in ordine vigesimus septimus apud Damoch. de sacrificio missæ. Eleutherius Antissiodorensis episcopus fuit ordine decimusextus, seditque annos 28. menses 8. dies 9. Ad Paternum Abricensem quartum episcopum, olim abbatem, extat carmen Venantii Fortunati de emendatione codicis. Acta ejus extant apud Surium tom. 2.

Episcopi qui & quales.

Gallus quis Eleutherius quis.

C

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Concilii hujus epocham, qualis apud Labbeum signatur, mendosam esse nemo unus non videt. Honoratus Byturicensis episcopus canonibus hujus concilii subscribit die IX. Kal. Julias *anno XXII. domni Childeberti regis*. Rex iste cœpit anno Christi 514. cujus proinde annus XXII. cum anno Christi 536. non vero 533. componendus est.

Ex Supplem. Manſi T. I. pag. 413.

D

CONCILIUM AFRICANUM

Sub Joanne Papa II.

Synodalis epistola ad Joannem scripta, excusa est supra inter epistolas Joannis Papæ II. cujus initium tale est: *Optima consuetudo*, &c.

Conta & acta concilii. C*Oncilium.*) Africana ecclesia in pristinam libertatem vindicata, ad restituendam collapsam ob longam servitutem ecclesiasticam disciplinam convenerunt episcopi, scriptaque ad Joannem pontificem epistola synodica, ad eumdem legationem miserunt, qua perfuncti sunt Petrus & Lucius episcopi, atque Liberatus diaconus Carthaginensis ecclesiæ, cui his temporibus Reparatus præsidebat. Legatio cum Romam veniens Joannem pontificem defunctum invenisset, Agapeto papæ, qui in locum ejus successit, synodales literas dedit. Ex eadem hac synodo Theodorus diaconus missus est Constantinopolim ad imperatorem pro recuperandis

[a] Hunc dicunt esse Cenomanensem Episcopum, cum tamen in vita sancti Mauri hoc tempore Bertichramnus ponatur. Vide Concil. Aurel. 1. anno 511. *Harduinus*.

randis rebus & juribus ecclesiasticis a Vandalis usurpatis. Qua legatione accepta, Justinianus inter alias redditas literas reperitur rescripsisse ad Salomonem præfectum prætorio in Africa de iis quæ Africanis ecclesiis concedit novella 36. & 37

CONCILII CARTHAGINENSIS

SUB REPARATO EPISCOPO

anno Christi DXXXIV. [1] Acta nonnulla.

Canon concilii [2] Carthaginensis sub Reparato de libertate monasteriorum.

Synodicam supra habes una cum epistol. Joannis papæ.

FElicianus episcopus ecclesiæ Ruspensis dixit: apud Ruspen monasterium est a domino Fulgentio præcessore meo constitutum; peto sanctitatem vestram, ut aliquid de monasteriis ordinetur; scire enim volo quid debeam custodire. Felix episcopus ecclesiæ Zactarensis provinciæ Numidiæ dixit: De monasterio abbatis Petri, ubi nunc Fortunatus abbas constitutus est, quæ temporibus sanctæ memoriæ [*] Bonifacii in universali concilio nobis etiam præsentibus acta sunt, inconvulsa permaneant. Cetera vero monasteria etiam ipsa libertate plenissima perfruantur; servatis limitibus conciliorum suorum in hæc dumtaxat, ut quandocumque voluerint sibi clericos ordinare, vel oratoria monasteriis dedicare, episcopus, in cujus plebe, vel civitate locus monasterii consistit, ipse hujus muneris gratiam compleat, salva libertate monachorum; nihil sibi in eis præter hanc ordinationem vindicans, neque ecclesiasticis eos conditionibus, aut angariis subdens. Oportet enim in nullo monasterio quemlibet episcopum cathedram collocare; [3] aut qui forte habuerint, habere: nec aliquam ordinationem, quamvis levissimam facere, nisi clericorum, si voluerint habere; esse enim debent monachi in abbatum suorum potestate. Et quando ipsi abbates de corpore exierint, qui in loco eorum ordinandi sunt, judicio congregationis eligantur: nec officium sibi hujus electionis vindicet, aut præsumat episcopus. Si qua vero contentio, quod non optamus, [4] exorta fuerit, ut ista abbatum aliorum concilio sive judicio finiatur: [4] aut si scandalum perseveraverit, ad Primates uniuscujusque provinciæ universæ causæ monasteriorum judicandæ perducantur. Inter sacrificia vero ordinatos suos tantummodo idem episcopus plebium, ubi monasteria sunt, recitet: hoc enim convenit paci. Confirmetur etiam ab hoc sancto Concilio, ut sine bono testimonio abbatis, vel concessione, nullus monachum in aliqua ecclesia teneat ad clericatum, vel promoveat ad honorem.

[*] Vide supra

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Sancto Fulgentio Ruspensis ecclesiæ episcopo Kalendis Januarii anni 533. ad superos translato post annuam sedis illius vacationem ipso hujus anni 534. initio successit Felicianus idem ipse qui in præcedente Carthaginensi concilio interlocutus fuisse memoratur. Utrumque discimus ex Ferrando Carthaginensis ecclesiæ diacono in vita ejusdem sancti Fulgentii præceptoris sui, quam successori ejus dicatam publicarunt Surius, Chifletius, Raymundus, aliique. Idem scriptor vero per ea tempora post magistrum suum celeberrimus *Breviarium Canonum* adornavit *ex variis Graecorum Latinorumque patrum conciliis ingenteque concinnatum*: quod tibi lector hoc loco subjiciendum putaveram ex Chifletiana, prætermissis Pithœana & Altaserrana editionibus; tum quod brevibus spatiis quamplurima complectatur ad historiam disciplinamque ecclesiasticam peropportuna: tum ob eam præcipue causam, quod multorum conciliorum identidem injiciat mentionem, quæ temporum injuria dicam, majorumne nostrorum incuria funditus perierunt: qualia sunt *Iuvenense*, *Macrianense*, *Maraccense*, seu Maradianense, *Septimunicense*, *Sufetulanum*, *Thenitanum*, atque adeo, *Zellense*, nisi cum Teleptensi, sive, ut alii scribunt, Telensi confuderis.

ANNO CHRISTI 535.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA AGAPETI PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali.

Dantur variantes ex Ms. Cod. Luc. 490.

[1] AGapetus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, clericus ad sanctos Joannem & Paulum, [b] sedit menses 11. dies 18. [c] Hic in ortu episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius presbyteris & episcopis contra canones & contra Dioscorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus incendio consumpsit, & absolvit totam ecclesiam ab invidia perfidorum. [d] Hic missus est a Theodato rege Gothorum, ad dominum Justinianum Augustum in legationem: quia eodem tempore imperator dominus Justinianus Augustus indignatus est Theodato regi, eo quod occidisset reginam (*a*) Amalasun-

[1] Hoc Concilium ante mensem Augustum anni 535. celebratum, cum susceptis ex eodem Concilio literis Justinianus rescripserit ad Salomonem Prætorio Africæ literas *Kalend. Augusti Constantinop. Belisario V. C. Cos.* Non est a tem celebratum ante annum 535. cum Reparatum, hoc tantum anno post Bonifacium Carthaginensis Ecclesiæ Episcopatum suscepisse, testetur Victor Tunonensis ad Consulatum Belisarii. *Pagius ad an. Chr.* 535. *num.* 4.

[2] Mabillonius tom. 1. Analect. pag. 1. legit: *aut qui forte voluerint habere non permittantur: nec aliquam* &c. ex suo ms. *Hard.*

[3] Addit Mabillonius ex ms. *inter Monachos*. Hard.

[4] Quæ sequuntur, Mabillonius reperit in Cod. ms. Virdunensi, adeoque prioribus. *Hard.*

(*a*) *Amalasuentam*.

lasuntam filiam Theodorici regis, commendatam sibi, quam eum regem fecerat. Qui Agapetus pergens Constantinopolim, * x. Kalendas Maii ingressus, susceptus est cum gloria. Et primum coepit habere altercationem cum piissimo principe imperatore domino Justiniano Augusto de religione. Cui beatissimus Agapetus episcopus constantissime fidei apostolicæ responsum reddidit de domino Jesu Christo, Deo & homine, hoc est, de duabus naturis in Christo. Et dum contentio versaretur, ita dominus adfuit, ut episcopum Constantinopolitanum, nomine Anthimum, inveniret Agapetus papa hæreticum. Cumque contentio verteretur cum Augusto & Agapeto papa, dixit ei imperator Justinianus: Aut consenti nobis, aut exilio deportari te faciam. Tunc beatissimus papa Agapetus respondit cum gaudio, dicens ad imperatorem: Ego quidem peccator ad Justinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi, nunc autem Diocletianum inveni. Qui tamen minas tuas non pertimesco. Et dixit ei iterum Agapetus venerabilis papa: Tamen, ut scias tu eum idoneum non esse religioni Christianæ, episcopus tuus confiteatur duas naturas in Christo. Tunc accersito ex præcepto Augusti episcopo Constantinopolitano nomine Anthimo, & discussione facta, nunquam voluit confiteri in doctrina catholicæ responsionis ad interrogationem beati papæ Agapeti duas naturas in domino Jesu Christo. Quem cum vicisset sanctus papa Agapetus, glorificatus est ab omnibus (a) Christus. Tunc piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus humiliavit se sedi apostolicæ, & adoravit beatissimum Agapetum papam. Eodem tempore ejecit Anthimum a communione, & expulit in exilium. Tunc piissimus Augustus Justinianus rogavit beatissimum papam Agapetum, ut in locum Anthimi episcopum catholicum consecraret nomine Mennam. Qui Agapetus papa omnia obtinuit, pro quibus missus fuerat. Post dies vero aliquantos ægritudine correptus, defunctus est Constantinopoli. Cujus corpus in loculo plumbeo transiatum est Romam, usque in basilicam beati Petri apostoli, ubi & sepultus est XII. Kalendas Octobris. Hic fecit ordinationem in urbe Roma, diacones 4. episcopos per diversa loca numero 11. Et cessavit episcopatus mensem unum, dies viginti octo.

Ex Gratiani decreto desumptum.

De consecr. dist. 2. Agapetus.

Agapetus papa, vas catholicum, evangelii tuba, præco justitiæ, sacra altaris sedisque velamina, sacrilegis Anthimi infecta fabulis, suis catholicis precibus delevit.

Notæ Severini Binii.

Quo tempore pontifex factus.

a *Agapetus.*) Anno Christi 535. ipsa hieme Agapetus archidiaconus appetens eruditus in locum Joannis papæ subrogatus fuit, ut constat ex Epistolis Agapeti ad Justinianum imperatorem, & Reparatum Carthaginensem episcopum, hoc anno rescriptis. Novella constitutio nona, quæ est Justiniani imperatoris hoc anno sub consulatu Belisarii ad Joannem pontificem, sexto Kalendas Maii data quidem legitur, sed mendose, ut infra copiosius ostendemus. Justinianus imperator cognita Agapeti ordinatione, more antecessorum suorum fidei catholicæ professionem transmisit. Ab Africana ecclesia per legationem ad Joannem prædecessorem hujus destinatam consultus, qua ratione Ariani ad ecclesiam redire volentes recipiendi forent, responsum, non aliter quam secundum canones & ecclesiastica constitutiones antiquitus observatas, ad pœnitentiam & communionem admittendos esse, prout videre est ex epistola Agapeti ad concilium Carthaginense, Reparatum episcopum & Justinianum imperatorem hac de re transmissa. Hujus temporibus, callido occulteque confito impietatis fermente Theodora Augusta Justiniani conjuge, Anthimus episcopus Trapezuntinus, Eutychiana hæreseos occultus fautor, monstrum horrendum, post obitum Epiphanii orthodoxi præsulis, in sedem Constantinopolitanam intruditur, Alexandria vero defuncto Timotheo, favore ejusdem fœminæ, Theodosius subrogatur.

Justiniani res gestæ.

Theodora Augusta hæreticorum patrona.

Quos cum Severus ille perditissimus hæresiarcha, tempore Justini sede & urbe Antiochena expulsus, suæ farinæ homines esse cognosceret, seque ejusdem Theodoræ potentia Antiochenæ ecclesiæ restituendum fore speraret, egressus e latebris ad ipsam Theodoram, & Anthimum patriarcham, in hæresi propaganda, collegam convolavit, Anthimum ibidem in hæresi & impietate Eutychiana confirmavit. Quod cum per rumorem Justiniano imperatori innotuisset, coram ipso se expurgans disertis verbis professus est, se in omnibus assensurum iis quæ apostolica sedes sentienda præscriberet, significans nullam evidentius catholicæ & orthodoxæ fidei signum edi posse, quam si se credituram & facturum polliceretur, quidquid Romana ecclesia credendum proponeret. Scholam sacræ Theologiæ Romæ erexisset, teste Cassiodoro in præfat. lib. div. lect. nisi bellico tumultu impeditus fuisset. Justinianus indignæ nece Amalasuntæ, quam Theodatus rex ingratissimus strangulando vel obtruncando occiderat, provocatus, bellum Gothicum jam ante cogitatum, duce Belisario inchoavit, Romanoque imperio Siciliam subjugavit. Quare Theodatus tanto terrore perculsus est, ut ad pacem obtinendam universam Siciliam, vel, si aliter fieri non posset, totius Italiæ regnum imperatori per Petrum Justiniani legatum offerret. Quæ deinceps acciderint infra dicemus.

Causa & origo belli Gothici quæ.

b *Sedit menses* 11. *dies* 18.) Baronius Agapetum plus uno integro anno sedisse probat ex epistolis ad eum scriptis, & ab eodem rescriptis.

c *Hic in urbe episcopatus fuit.*) Vide notas in vitam Bonifacii, & concilium Romanum II. sub eodem Bonifacio secundo celebratum supra.

d *Hic missus est a Theodato.*) Cum Theodatus rex barbarus passus esset dispendium in Dalmatia & Sicilia, timeretque futurum, ut translata hieme Belisarius, qui in Sicilia hiemabat, Italiam invaderet, ad imminens vitæ suæ periculum antevertendum, per Petrum Justiniani legatum egit, ut imperator Siciliam universam, &, si ea contentus non foret, totius Italiæ regnum acciperet, & vitæ utriusque regis & reginæ parceret. Dimisso legato, rex ad pugnandum ineptissimus, senatoribus & Agapeto pontifici, teste Liberato in breviario cap. 2. graviter intermiatus est, se eos, uxores eorum, filios & filias interempturum, nisi egissent apud imperatorem, ut destinatum exercitum suum ab Italia amoveret. Hac aliaque quædam de causa, universam ecclesiam concernente, pontifex legationem suscipiens Constantinopolim proficiscitur. Cui cum itineris expensæ deessent, vasa sacra arcario regio oppignorare debuit, quæ eadem opera Cassiodori recepit. In itinere positus mutum simul & claudum magna astantium admiratione in partibus Græciæ curavit. Gregor. 3. dial. cap. 3. *Ingressus Constantinopolim primum honorifice suscipitur*, inquit Liberatus, *directos sibi ab imperatore, spretis Anthimi præsentiam, eumque ad salutandum suscipere noluit. Deinde visa principis causam agebat suscepta legationis. Imperator autem pro mobilis fidei exposita ab Italia destinatum exercitum avertere noluit*, (ideo fortasse quod victoria quadam per Gothos in Dalmatia contra imperatorem parta, Theodatus elatior factus, oblatam promissionem revocavit) *supplicationes papæ noluit audire*: sed potius Belisario jam in Siciliam trajicere parato, cœptam expeditionem perficere præcepit. Qui improviso agmine perveniens in Campaniam, Neapolim, teste Procopio, valde munitam obsedit. His ita peractis, pontifex legationem illam, cujus causa a Deo missus fuerat, exequitur: principio ab imperatore, qui propter Anthimi hæretici ordinationem suspicionem hæreseos incurrerat, secundum fidei professionem infra inter epistolas extantem exposit. Deinde vocatos in judicium Acephalorum principes Anthimum, Severum, Petrum, & Zoaram, quos episcopi & archimandritæ ortho-

Theodatus Justiniano regni cessionem offert.

Cur Agapetus Const. nunquam profectus.

Anthimus Constant. ab Agapeto condemnatur.

(a) *christianis.*

orthodoxi oblatis libellis de hæresi accusaverant, condemnavit: ea conditione addita, ut si Anthimus, prava fidei confessione, erroris abjuratione, & delicti commissi pœnitentia ad ecclesiam redire vellet, episcopatus pristinus Trapezuntinæ ecclesiæ illi integre servaretur. Quod cum hortatu Severi Acephalorum capitis Anthimus præstare recusaret, pontifex eum simpliciter ab episcopatu depositit, & in locum ejusdem Mennam magni nominis orthodoxum, genere Alexandrinum, xenodochii majoris præpositum, concilii Chalcedonensis professorem subrogavit. Quæ ut universis episcopis innotescerent, encyclicas literas de Anthimi depositione & Mennæ substitutione ad orientales episcopos scripsit. *His prædictis*, inquit Liberatus in breviario capite 22. *constituens papa apud imperatorem apocrisiarium ecclesiæ suæ Pelagium diaconum suum, dum ipse Italiam reversi disponit, Constantinopoli abiit*: atque e prælio ad coronam vocatus, consecutus est præmium æternæ vitæ, pro quo obtinendo, brevi temporis spatio ecclesiæ præsidens plurima beneficia contulit. Unde quæ hoc loco scribit Anastasius de Anthimo in judicium vocato, viso, & auditato, deque eodem post factam discussionem condemnato, erronea esse videntur, ideo quod præter Nicephorum acta synodalia concilii Constantinopolitani infra subsequentia testantur, ipsum neque citatum, neque visum, ab Agapeto penitus rejectum & condemnatum fuisse. Hæc ex Liberato, Cassiod. Niceph. & actis synod. Baron. anno 536. n. 1. & sequentibus.

Quo tempore obiit Agapetus.

(v. *Kalendas Mart.*) Anno 536. defunctum esse omnes fatentur. Sed cum XII. Kalendas Octobris ejus memoria celebretur in ecclesia, quod hic de tempore obitus & sedis vacantis refert Anastasius fide caret. Quam historiam de Agapeto refert Sophron. in prato spirituali cap. 150 apud Baron. invenies anno prædicto n. 60. & seqq.

EPISTOLA JUSTINIANI AD AGAPETUM.

More majorum suorum apud pontificem Romanum recens electum fidei suæ professionem edit, eamdem quam supra ad Joannem papam II. miserat.

In nomine domini nostri Jesu Christi Dei imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator semper Augustus, Agapeto sanctissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

ANte tempus in hac regia urbe nostra quorumdam de causa fidei extitit morbosa contentio; quam nos congrue respuentes interposito edicto repressimus. Et quia studii nostri est emergentes hujusmodi causas ad apostolicæ sedis vestræ referre judicium, ejusdem fidei, quam sequendam duximus, tenorem epistolæ nostræ insertum, ad beatæ memoriæ prædecessorem vestrum Joannem per Hypatium, & Demetrium venerabiles episcopos missa legatione direximus. Quam pro integritate fidei memoratus prædecessor vester libenti gratulatione suscipiens, suo ac totius ecclesiæ Romanæ firmavit assensu. Cujus epistolæ nostræ tenor hujusmodi est.

Victor Justinianus, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Joanni sanctissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ, & Patriarchæ.

REddentes honorem apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & est, ut decet, patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper magnum nobis fuit studium unitatem vestræ apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire, quæ hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimum episcopum hujus almæ urbis & patriarcham vestrum fratrem: quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus consequi sedem apostolicam beatitudinis vestræ, manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui prædictam fidem recte confitentur, suscipit vestra sanctitas, eorum, qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita & circa vos omnium amor, & vestræ sedis crescit auctoritas, & quæ ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata servabitur: quoniam per vos didicerint, omnes beatissimi episcopi horum quæ ad vos relata sunt sinceram vestræ sanctitati doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere providentiam. *Exemplar subscriptionis*. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Data VIII. Iduum Junarum Constantinopoli domino nostro Justiniano perpetuo Augusto III. consule.

Nam epistola Justiniani ad Epiphanium, qua hujus mentionem facit, data reperitur VII. Kal. Aprilis, sub prædicto consulatu, anno domini 533.

* At ista non cohærent, ut dicemus in notis.

EPISTOLA I. AGAPETI PAPÆ I. AD JUSTINIANUM.

Justiniani fidei libellum, quatenus conformis est sacris canonibus, confirmat.

Agapetus episcopus Justiniano Augusto.

GRatulamur, venerabilis imperator, quod tanto catholicæ fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimæ vitæ vestræ temporibus piam solicitudinem circa servandam augendamque ecclesiarum concordiam clementer exhibeas, & unam fidem, suaque per omnia firmitate consimilem omnibus populis Christianis cupias prædicari. Nec mirum in ejusmodi clementiam vestram placita Deo cogitatione persistere, cum non alius imperii vestri beatior sit provectus, quam religionis augmentum. Quapropter libenti hoc & prophetica voce cantabo: *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*, quod florentissimum principatum vestrum divinis quotidie inspicimus beneficiis adornari. Cupis enim, venerabilis imperator, ut tuæ pietatis epistolam de fidei vestræ expositione nuper ad beatæ memoriæ prædecessorem nostrum Joannem Romanæ sedis antistitem, per Hypatium atque Demetrium episcopos destinatam, & a præfato præsule roboratam nostra quoque auctoritate firmemus: laudamus, amplectimur: non quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ patrum nostrorum regulis conveniens confirmamus atque roboramus. Per quod jam & unitas provenit ecclesiæ, & reliqua catholicæ membra ecclesiæ ad ejus compagem Christianitatis constantia reditura confidimus. Cujus professionis vel epistolæ vestræ tenorem inferius annectentes, studium, quod circa Deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus, prædicantes hujusmodi fidem omnibus patrum nostrorum regulis convenire, & apostolicæ sedis

Psal. 125

dis concordare dogmatibus: constituentes, ut si quis nostræ catholicæ fidei contraire tentaverit, quam pro submovenda hæreticorum suspicione paternis regulis consonantem præsenti definitione firmamus, sanctæ communionis efficiatur extraneus. Unde & Cyrum, ejusque sequaces, jam ante pro hac insania ab ecclesiæ catholicæ communione suspensos, & in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub satisfactione canonica doctrinam apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacræ communioni restitui: sed etiam ut hæreticos anathemati subjicimus, ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, ecclesiasticum statum puritatemque non maculet.

Textus autem epistolæ hic est: In nomine domini nostri Jesu *&c. ut suprà pag.* 845. 846.

([1] Quamobrem petimus sanctitatem vestram, ut memoratam epistolam vestra auctoritate firmetis, & Cyrum, vel sequaces ejus, a communione habeatis alienos, donec statutis sanctitatis vestræ obtemperent. *Exemplar subscriptionis*. Divinitas te servet per multos annos sancte ac religiosissime pater. Data pridie Iduum Martiarum Constantinopoli [2] Flavio Belisario viro clarissimo consule.) *Is fuit annus Christi* 535.

Huic igitur ut prædictum est confessioni, & huic fidei quisquis contradicere præsumpserit, a catholica communione se noverit alienum. Datum XV. Kalendas Aprilis Constantinopoli [2] Flavio Belisario viro clarissimo consule.

* An. Chr. 535.

Nota Severini Binii.

Constitutiones de fide a Justino imperatore sancitæ, pontificis auctoritate confirmantur illæ, quæ sacris canonibus innituntur. Unde si ubi aliquid de rebus ecclesiasticis & causa fidei constituisse legitur, id Justinianum Epiphanii Constantinopolitani episcopi & Romanorum pontificum fecisse credi debet.

Constitutiones imperatorum de fide quo auctore condita.

PRIMUM EXEMPLAR PRECUM

Justiniani imperatoris

ad Agapetum papam.

Catholicam fidem apud pontificem profitetur.

PRima salus est, recte * fidei regulam custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare: & quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Et hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam & apostolicam ecclesiam, *&c. ut supra post epistolam Bonifacii papæ II.* pag. 733. 734.

* recte

Matth. 16.

Nota Severini Binii.

Imperator ex præcedentis epistolæ pontificia censura prudentior factus, non amplius privatam a se editam fidei professionem, sed publicam misit illam, quam olim Hormisda pontifex miserat per legatos Constantinopolim subscribendam ab iis, qui catholicæ & apostolicæ ecclesiæ communionem consequi vellent.

Justinianus publicam fidei confessionem edit.

Observatio P. Antonii Pagi.

ad ann. Christi 535. n. 6.

Justinianus tertio a memorata epistola die, Professionem fidei a se signatam, ad Agapetum destinavit. Cardinalis Norisius observat in laudato codice Vaticano pag. 45. grandioribus Literis legi: *Exemplar Piissimi Domini Nostri Justiniani Imperatoris, quem dedit Agapito Constantinopoli de Fide*, & incipere: *prima salus recta fidei*, &c. Labbeus undecim prioribus Libelli versibus recitatis, addit: *&c. ut supra post epistolam Bonifacii II. pag.* 733. 736. quo loco alta callido veteratore cum Libellum confictum. Baronius vero num. XXXV. dicit eam Professionem fidei, esse illam ipsam, quam *Hormisdæ* per Legatos Constantinopolim missos, tradidit iis, qui communionem cum Apostolica Sede expetebant. Hunc errorem corrigit Cardinal. Norisius ex laudato MS. in quo Libellus ibidem recitatus, idem omnino est cum relato a Labbeo pag. 857. 858. Professio fidei ab Hormisda impetrata, legitur annexa epistolæ LI. Hormisdæ ad episcopos Hispaniæ, & antea epistola IX. ad Joannem Nicopolitanum. Hæc autem prioribus quidem verbis similis est Libello a Justiniano oblato, sed postea hoc ipso est brevior, ac tota in anathematizandis hæreticis, eorumque fautoribus consistit; cum tamen in Libello Justiniani Catholica Doctrina contra Nestorium & Eutychen plene exponatur. Hic Libellus Justiniani in Codice Vaticano signatur: *dat. XVII Kalend. Aprilium P. C.* (idest, post Consulatum) *Belisarii V. C.* In prioribus editionibus legebatur: *Fl. Belisario V. C. Consule*, quem errorem Binius ac Labbeus expunxerunt, apud quos pro *XVIII. Kalend.* reponendum, *XVII. Kal. Aprilis*, anno Christi DXXXVI.

II. AD EPISCOPOS AFRICANOS.

Gratulatur quod ab hæreticorum manibus evaserint incolumes, & ad ea de quibus Joannem consulverant respondet.

Agapetus episcopus Reparato, Florentiniano, Datiano, & ceteris episcopis per Africam constitutis.

JAm dudum quidem, fratres amantissimi, de prosperitatibus vestris *repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*. Sed & nunc cum literas caritatis vestræ ad prædecessorem nostrum datas accepimus; pridem gaudia concepta renovamus, benedicentes dominum sempiternum, *qui liberavit nos ab inimicis nostris; & de manu omnium, qui nos oderunt*. Vobiscum enim recte nos dicimus, cum quibus & tribulati sumus. Nam cum unum corpus ubique sit ecclesia, & apud nos quo-

Psal. 125.

Luc. 1.

[1] Inclusa parenthesi reliqua sunt Epistolæ Justiniani ad Agapetum.

[2] Reponendum, *post Consulatum Belisarii V. C.* nempe anno 536. ut legitur in mss. Vaticano teste Em. Norisio in Dissert. de Uno ex Trinitate carne passo, loco, *Fl. Belisario V. C. Consule*, idest 535. ut hic legitur. Hoc enim anno mense Martio Agapetus nondum erat Pontifex, & eius ordinatio, quemadmodum Card. Norisius recte disserit, in Januarium exeuntem retrahenda foret, ut Imperator ex Thracia ad eumdem scribere potuisset, cum tamen Agapetus prima ad se a Justiniano missa Epistola responderit Idibus Octobris anni Christi 535. ut patet ex Epistola IV. eiusdem sub exordio. *Licet de Sacerdotii mei primitiis &c.* perperam hic in titulo hujus epistolæ dicitur: *Epistola missa ab Imp. Justiniano more Majorum ad Pontificem Rom. recens electum cum professione fidei*: siquidem iam ante annum Romæ Agapetus sederat Pontifex, aliisque ad eamdem literas Imperator miserat. *Pagius ad an. Chr.* 535. n. 5.

[3] *Post Consulatum Belisarii V. C.* Hoc charactere Consulari, in laudato Codice Vaticano a Card. Norisio lecto designatur annus 536. In editionibus Conciliorum gravi hallucinatione scriptum est, *Constantinopoli Fl. Belisario V. C. Consule*, cum Collectores non observassent die 18. Martii currentis anni, quo Belisarius Consulatum ceperit neutiquam fuisse Constantinopoli, quæ in urbe diserte signatur hac epistola Agapeti. *Pag. ad dictum ann. n.* 7.

que principalia compatiebantur & membra. A Vester enim mœror nostra fuit semper afflictio, & de vestrorum omnium gemitu, imperante caritate visceribus frequentabamus sæpe singulius. Quæ cum ita sint, redeuntibus Caio & Petro fratribus & coepiscopis nostris, atque * Liberato diacono filio nostro proferimus sincerissimam consilii vestri caritatem: quoniam sicut & sapientes facere decebat, & doctos, & immemores principatus apostolici non fuistis: sed quæstionis illatæ volentes vincula dissolvere, ab ejus sede requisivistis (sicut decebat) aditum, cui potestas est indulta claustrorum. Unde nos ea, quæ de ejusmodi negotio in penetralibus patrum constituta posuerunt, libenter aperimus, & præsentibus alloquiis translata subnectimus, ut sine dubitatione possitis agnoscere, transcendi positos jamdudum terminos non licere. Itaque si vitare volumus offendiculum quod a senioribus annuntiatum est, hoc sequamur. Carent enim excusatione quos præmonitos contingit excedere, & acerbitatem cumulat excessuum, quos ignorantia non tuetur. Hinc est, ut quia in tantum Deus omnipotens *erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui*, ut de omnibus quorum iniquitati subjacuimus, reconciliatione tractemus, ita solicite remedia debeamus adhibere, ne incolumitatis nostræ sit incommodum quod curantur, aut medicina subeat maculam de vulnere, cui tribuere vult salutem. Sed ejusmodi (sicut & nobis carissime visum est) præstemus officium in observatione pastorum, ne cum perdita volumus congregare, pereamus, & cum sub nimia relaxatione absolvimus, obnoxii (quod avertat dominus) cadamus in culpam: maxime cum priorum nostrorum sententia, redeuntes ad nos ex Arianis, quolibet modo, in qualibet ætate illius pestilentiæ labe pollutos, tanta caritate in fide complexa est ejusmodi justitia, & sub dilectione redarguit, tanta ratiocinatione de ambitu honoris exclusi, ut erubescerent aliud magis quærere quam redire. De eo vero quod piissima compunctione requisistis, utrum ad officium suum debent suscipi, aut eos non oportet omnino promoveri, an alimoniorum saltim utilitatibus adjuventur, laudamus, hortamur, amplectimur, ut revera, ejus promotionem, aut officium in uno fuerint abnegantes, canonum vos reverentia judicent omnes appetere potius, quam gerere cupiditatis ardorem. Venientes igitur ad fidem sincerissimam, nutriat humanitas, consoletur, prompta sit omnibus misericordia, in cujus remuneratione dictum est: *Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur*. Illud quoque quod catholicos, qui præsunt, aut militant ecclesiæ, sine sacerdotum suorum literis suscipi a nobis minime debere mandatis, & canonibus est congruum, & disciplinis prodesse judicamus, ac fidei, qui permanendo in ecclesiis, in quibus militant, & ministerii sui poterunt assiduitate in Dei salvatoris nostri amore servescere, & quæ in pervagatione reprehensibilia sunt, vitare. * Data v. Idus Septembris.

* Prioris Romæ professionis meminit Liberatus capite 20 Breviarii.

Luc. 1.

Matth. 5.

III. AD REPARATUM.

Gratias agit, quod sibi de electione in pontificem fuerat literis gratulatus, simul significans se ejus consultationibus respondisse, idemque per legatos præstiturum. Interea hortatur, ut quæ pro fide catholica scripsit divulgari curet.

Agapetus Reparato episcopo Carthaginensi.

FRaternitatis tuæ literis indicasti post epistolam decessori meo dirigendam inter navigii suscipiendi moras, quas hiemis continuatæ generabat asperitas, ordinationem nostram tibi omnipotentis Dei beneficio nunciatam, & B gratulatum te fraternitatis affectu, quia pontificatus mihi divinitas indulsit officium, quod de sinceritate tua non sumus admirati. Sic enim te nobis alloquii directi præsentavit affectio, ut cum dilectissimas tuas literas legerem, te viderim. Quapropter ipsa te, quam vidi, mente complectens, postulo misericordiam divinitatis, ut & in vobis quietis reparata gratia fructificet, & Deus omnipotens, qui mihi sacerdotis dedit donum, concedat & meritum. Præterea ad ea, quæ Cajus atque Petrus fratres & coepiscopi nostri, sed & Liberatus diaconus filius noster, ut apud nos agerent verbo a fraternitate tua sibi injuncta direxerunt; C congruum putavimus verbo dare responsum, quod per legatos nostros (si domino placuerit) reddere non moramur. Universa præterea, quæ inimicorum perversitas invaserat, caritati tuæ metropolitana jura reparantes hortamur, ut ea, quæ tuo vel aliorum nomine rescripsimus, universis debeas innotescere. Metropolitani quippe auctoritate suffultum: ne quis se excusabiliter afferat ignorare quod sedis apostolicæ principalitas canonum consideratione perscripsit. Data v. Idus Septembris post consulatum Paulini viri clarissimi.

IV. AD JUSTINIANUM.

D *Justiniano gratias agit, quod sibi de electione in pontificem fuerit gratulatus; illius fidem laudans, ad catholicam fidem tuendam hortatur; lapsos episcopos cum honoribus recipi non posse, respondet.*

Agapetus episcopus Justiniano Augusto.

LIcet de sacerdotii mei primitiis, pietatis divinæ muneribus ad referendas essem gratias multipliciter obligatus: susceptis tamen, venerabilis imperator, per Heraclium venerabilem presbyterum filium nostrum vestræ serenitatis affatibus, quos æterni fructus ubertate plenissimos destinastis, votorum meorum sunt E in domino gaudia geminata, quod adunatis felicitatis vestræ provectibus, tali mentis gloriosæ proposito terrena vobis regna subjicitis, ut simul cœlestia conquiratis. Cujus rei non sunt ambigua documenta, quando ita vestris, quæ direxistis oraculis, catholicæ professionis lumen irradiat, ut etiam beatis operibus enitescat. Siquidem illa est in Deo nostro plena & firma credulitas, quam spiritualium simul fructuum

Lac. 2. sequenti epist. *Quinto Idus Novembris* legendum contendit Pagius ad ann. Chr. 535 n. 4.

ctuum commendat ubertas, sicut vas electionis annuntiat dicens: *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur*. Quod enim majus fidei vestræ poterit opus existere, quam quod tantis apostolicam sedem caritatis & munificentiæ titulis elevastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis? Et quidem hoc in vobis olim, sicut ego quoque probavi, per Dei gratiam semper floruit institutum. ut possibilitatis vestræ meritum quantitas ostenderet præstitorum, & ad hos provectus indeptæ momenta potentiæ tenderetis, ut benignitas vobis ingenita vota poscentium aut præveniret, aut vinceret. Hinc est, quod usque ad principalis coronæ fastigia, & ultra nunc usque prosperis vestra tranquillitas successibus gloriatur, neque unquam cœlestibus fraudabitur adjumentis; quia scriptum est: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Unde ego quoque piissima vestræ liberalitatis eloquia, cum devotione gratulantis ecclesiæ, sicut præcepistis, divinis scripta feci mysteriis adhærere, ut supernæ majestatis obtutibus indefessis semper precibus ingerantur, & ad impetranda vobis retributionis vestræ præmia sit commemoratio sempiterna. Atque ideo, domine clementissime fili, obsequium salutationis uberrimæ reverenter exsolvens, specialis vos finibus caritatis amplector, sperans ut de mea devotione, quantum in me est, in iis quæ pro ecclesiasticæ pacis unitate præcipitis, vos vobis potius quæ sunt catholica promittatis, juxta hoc quod dicit apostolus: *Ita quod in me est, promptum est & vobis*. Nec in aliquo eorum in quibus licite possumus obedire, mansuetudinis vestræ nos adhortationibus credatis absistere: quia sicut gentium doctor asseruit: *Spem habeo crescente fide vestra, & in vobis magnificari, secundum regulam nostram*: & ideo immensas Deo nostro gratias exhibeo, quod pro populi multiplicatione catholici tanto caritatis ardore fervetis, ut ubicumque vestrum propagatur imperium, regnum mox incipiat proficere sempiternum. Cujus studii benevolentiæ vehementius insistentes, etiam nos in acquirendis eis, quos Arianam significatis vitare velle perfidiam, paternæ traditionis existimatis declinare posse censuram, scilicet ut & in his honoribus, in quibus fuerunt apud hæreticos, perseverent, & promoveantur ad alios. Quapropter bonum hoc equidem, & summa laude præcipuum, quod omnes ovili dominico per veram fidem cupitis aggregare: sed non oportet nobis eos, qui non recte ingredi moliuntur, excipere, beato Paulo apostolo commonente: *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum*. Quantam autem paternarum constitutionum si sic recipiantur (quod absit) incurrant offensionem, ne quid pietatem vestram latere contingeret, ipsas quoque regulas credidi subnectendas, quæ specialiter censuerant, ne quis talium reconciliatus, aut ecclesiastici ordinis provectibus augeatur, ut desideret honores ulterius possidere, quos se dubitare jam non debet culpabiliter amisisse: ex quibus pietas vestra melius poterit æstimare, si quo modo tam aperta & synodalia sedis apostolicæ licet infringere constituta, cum sententia clamet apostoli: *Si tamen quæ destruxi ea iterum reædifico, prævaricatorem me ipse constituo*. Et ideo securus cum ipsius apostoli voce profiteor. *Quia confido in vobis, & in domino, quod nihil aliud sentiatis*: Etenim sicut idem doctor asserit: *Certus sum & ego de vobis, quod pleni estis bonitate, repleti omni scientia, ut possitis invicem monere*. Si igitur hi de quibus indicastis ad fidem rectam legitime venire festinant, nostræ fidei regulas sequi non abnuant, dicente domino: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me*. Quod si adhuc * vituperandi honoris ambitionibus excitantur, & pro lucro sanctæ fidei humanæ gloriæ pati damna formidant, ipsi pronunciant, necdum se a vitiis & errore discedere, & nos magis velle suis excessibus implicare. De talibus ergo dicit apostolus: *Æmulantur autem vos non bene, sed excludere vos volunt ut eos æmulemini*. Quæ cum ita sint, sancto studio vestro, quod ecclesiam catholicam cupitis ampliari, nihil ex hoc, si tales in clero non recipiantur, credatis imminui, apostolo præmonente: *Quid enim si quidam eorum non crediderunt? Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit*. Nam licet simili studio caritatis pro multiplicatione fidelium ille beatus Petrus cœlestis regni janitor traheretur, qui ut Judæorum plures acquireret a doctrina & tramite regulari in non respuendo omni Judaismo descenderat, huic tamen ille junior vinctus in domino Paulus se retulit obviasse dicens: *Sed cum vidissem quod non recte ingrederentur ad veritatem evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Judæus, gentiliter vivis, quomodo gentes cogis judaizare?* Hæc ergo per omnia Deo cordi vestro assidente pensantes, agnoscere poteritis, non occasionem nos excusationis inquirere, sed ea quæ pro officii nostri ratione transcendere non possumus, vobis humiliter intimare, dicente apostolo: *Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate*. Unde & de Stephani episcopi persona simul & causa non credatis alicujus nos studio defensionis impelli. Absit a quorumlibet mentibus Christianis, ut in quacumque persona, aut innocentiam redarguant, aut crimen absolvant. Sed universa quæ apostolicæ sedis nuper hac sunt parte disposita, illo semper studio manaverunt, quæ principatui beati Petri vos quoque cupitis per omnia reservari; scilicet ne in his qui sedis ejus audientiam postulassent, sperata ipsius reverentia alterius sententia proveniret. Et ideo quia clementia vestra salubriter offerre dignata est, ut a legatis nostris omne negotium tractaretur; hanc operam his quos incontinenti dirigimus Deo auctore mandamus: ita tamen, ut jam nunc communione nostra vir religiosus Achilles pro vestra jussione debeat gratulari. At vero de sacerdotio perfruendo, cum ad nos universa quæ legati nostri cognoverint, plenissima eorum fuerint relatione perlata, consideratis sanctorum canonum regulis, quas servari præcipitis, sequenda firmius censebuntur. Quod autem clementia vestra fratris, & coepiscopi nostri Epiphanii dignata est excusare personam, quia in prædicti Achillis consecratione vestra potius jussio, quam illius ordinatio prævenisset; credimus quod & ipse cognoverit jure culpatum, qui præter alia quæ deliquit, hoc certe excusare vix poterit, quod tam piissimo & clementissimo principi, beati quoque Petri privilegia defensanti, non vel opportune vel importune suggesserit quid in hac par

Galat. 5. — Rom. 8. — Rom. 1. — 2. Cor. 10. — 2. Cor. 6. — Galat. 2. — Galat. 5. — Rom. 8. — Matth. 16. — * vituperandi. — Galat. 4. — Rom. 3. — Galat. 2. — 2. Cor. 13.

parte sedis apostolicæ reverentiæ deberetur. De quo simul negotio, sed & de Justiniana civitate gloriosi natalis vestri conscia, nec non de nostræ sedis vicibus injungendis, quid servato beati Petri quem diligitis, principatu, & vestræ pietatis affectu plenius deliberari contigerit, per eos quos ad vos dirigimus legatos (Deo propitio) celeriter intimamus. Superest ut sicut a beato Petro indesinenter exposcimus, de salute & prosperitate vestri semper imperii gratulemur. Datum Idibus Octobris.

Procop. lib. 4. de aedif. Justin.

Anno domini 518.

V. AD ANTHIMUM CP. EPISCOPUM *.

Ostendit in Christo duas perfectas esse naturas: Anthimum contrarium asserentem damnans.

Agapetus Anthimo episcopo salutem.

MUlto gaudio essem repletus *, si te talem circa ecclesiæ pacem, & gloriosissimi imperatoris, atque populi doctrinam reperissem, qualem te in primordio esse audivi. Sed nunc, quia didicimus a reverendissimis fratribus, te contra statuta patrum, imperatorem & reliquos populos docere, ita ut negata humanæ * carnis atque animæ veritate, tantum dominum nostrum Jesum Christum unius asseras esse naturæ, tanquam verbi deitas ipsa se in carnem animamque verterit, & tanquam concipi ac nasci, nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cœlum, sedere ad dexteram patris, venire ad judicandos vivos & mortuos, divinæ tantum voluntatis fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quæ natura unita naturæ Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simulque incommutabilis, sempiternæ trinitatis indivisa unitas, & unius voluntatis æqualitas. Unde si aliquis malæ voluntatis homo, aut infidelis quisque descisci, ne convincatur deitatem passibilem sentire, atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis unam ausus fuerit pronuntiare naturam; manifeste in apertam & Deo odibilem transit insaniam, qui mediatorem Dei & hominum, hominem Jesum Christum, simulatorie credit omnia egisse, nec verum in ipso corpus, sed phantasticam ejus corporis speciem, oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, & talia assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis; non dubium est, eam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancti apostoli docuerunt, & hactenus eorum, suorumque successorum sequens sancta hæc Romana & apostolica ecclesia doctrinam tenuit ac tenet, docuit & docet. Si quidam * enim ita sunt obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem; ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum evangelio veritatis qua ratione concordent, si per virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (evangelista dicente) quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: ita negari non potest (beato apostolo Paulo prædicante) *quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*. Quæ autem reconciliatio esse posset, qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei & hominum non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet, nisi quia qui in forma Dei æqualis est patri, in forma servi particeps esset & nostri, ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim justi sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vinculum retineret. Quoniam (sicut apostolus ait) *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*. Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis. Quamitaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sunt redempti? *Quis est* (ut apostolus ait) *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis*? aut quod unquam sacrificium fuit sacratius, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? *In conspectu domini pretiosa mors justorum fuit*: nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum filius hominis unus solus dominus noster Jesus Christus, qui vere agnus erat immaculatus, extiterit, in quo omnes Crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*. Fides etenim justificans impios & creans justos, ad humilitatis retracta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino Jesu Christo vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise habeat actiones communes; intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates. Et sic veræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo deitatis: quid sit, quod caro sine Verbo non agit: & quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret: sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum: sine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci: sine Verbi potentia non diceret vox patris missa de cœlo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*: & sine veritate carnis non protestaretur Joannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: sine Verbi potentia redintegratio non fieret debilium, & vivificatio mortuorum, & sine veritate carnis nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato: po-

* Hanc epistolam Gelasius papa, Hormisdæ successor, in synodo Romana, quæ ante ejus electionem habita fuerat, approbavit.

* S. Leo ep. 10. quod adversari debuerant Basilius, Julianus, aliique ut pio-nuit R. C.

* Idem S. Pontifex eodem loco.

Joan. 1.

2. Cor. 5.

Rom. 5.

Ephes. 5.

Psal. 115.

Joan. 12.

Luc. 1.

Luc. 2.

Matth. 2.

Matth. 3.

Joan. 1.

Joan. 10. Joan. 14. postremo sine Verbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis, non idem diceret patre se esse minorem; cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati Petri apostoli unum Christum Dei vivi filium & hominem credit & Verbum. Christus vero Deus * noster ita inter Deum & hominem mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Quid igitur? Cum * Christus sit Deus & homo, loquitur homo, & calumniaris Deo? ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam. Gemina ergo est substantia Christi, divina scilicet, quæ æqualis est patri; humana vero qua minor est patre. Utrumque autem simul non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas, Deus. Sicut enim unus est homo in anima rationali & carne, sic unus est Christus Deus & homo: ac per hoc Christus Deus, anima rationalis & caro. Christus in his omnibus. Christum in singulis confitemur. Deus te convertat in bonum, frater, & rectæ fidei normam te in omnibus tenere, & docere concedat. Amen. Data Kalendis Maii, Justiniano * IV. & Theodato viris clarissimis consulibus.

* S. Augustinus ep. 9. citatus a S. Leone ep. 90. Theodoreto conc. Chalced. &c.

* Id. Aug. tract. 18. in Io.

* An. Chr. 534. cum Paulino consulatum gesserit imperator, nec fasti alii nomen Theodati Gothorum tyranni præferent.

Nota Severini Binii.

Epistola hæc de fide suspecta.

a *Epistola.*) Hæc qua Antimus de hæresi Eutychiana redargutitur, quæque Agapeto adscribitur, impostura suspicione laborat. Nam cum Anthimus per literas Severi, cum quo Constantinopoli diutius egerat, de hæresi diffamaretur, homo callidus se juramento expurgavit, atque coram ipso imperatore professus est, se in omnibus assensurum iis quæ sedes apostolica sentienda proponeret. Accedit, quod etiam ex falsis omnino consulum nota, Justiniani quartum cum Theodato * seu potius Theodoro collega, deregitur impostura; cum reperiatur ipsa epistola data Kalendis Maii anni 534. quo Joannes * prædecessor Agapeti adhuc vivebat. Imo ipse stylus ab aliis Agapeti epistolis longe diversus hanc epistolam alterius parentis sobolem esse satis indicat. Vide Baron. anno 535. n. 88.

* Deodato habet c. Isid.

* obiit 16. Junii anni 535.

*Procedens epistola, quod nec Baronius nec Binius animadverterunt, tota * desumpta est ex primo ac sex. capitulo epistolæ 97. Leonis papæ I.* (*Forme*, dicendum erat regio collectori, cujus est hæc observatiuncula.)

VI. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Quod prædia juris ecclesiæ nullo titulo alienari debeant.

Dilectissimo fratri Cæsario Agapetus.

TAnta est, Deo propitio, & ad ea libentissime concedenda, quæ alimoniis proficiunt pauperum, & circa tuæ fraternitatis affectum, nostra devotio, ut onerosum nobis nullatenus esse judicemus, quod annui vestris desideriis postulatis. Sed revocant nos veneranda patrum manifestissima constituta, quibus prohibemur, prædia juris ecclesiæ, cui nos omnipotens dominus præesse constituit, quolibet titulo ad aliena jura transferre. Qua in re vestræ quoque sapientiæ credimus esse gratissimum; quod in nullo contra priscæ definitionis constituta vel regulas, pro qualibet occasione, vel sub cujuscumque personæ respectu, venire præsumimus. Nec tenacitatis studio, aut secularis utilitatis causa hoc facere nos credatis, sed divini consideratione judicii necesse nobis est, quidquid sancta synodalis decrevit auctoritas, inviolabiliter custodire. Quod ut caritati tuæ indubitanter elucescat, ad locum de hoc articulo, ex constitutis patrum secimus revelari, quæ cum præsentibus pariter affatibus vobis credimus dirigenda. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data XV. Kalendas Augustas post consulatum Paulini juniioris viri clarissimi. Anno Christi 533.

VII. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

De Contumelioso, cum ad sedem apostolicam appellasset.

Dilectissimo fratri Cæsario Agapetus.

OPtaveramus, frater amantissime, ut episcopi Contumeliosi opinione integra permanente, nec tibi dudum fieret necessitas judicii, nec nobis causa censendi: maxime quia in suprascipti viri accusatione communis honoris reverentia quodammodo videtur * incursata. Unde quatenus præsumptione, sicut asserit, innocentiæ ad appellationis voluit auxilium convolare, orationibus assiduis hoc innitamur, ut eum cognitionis iteratæ beneficium gratulationi omnium restituat absolutum. Delegaturi enim, Deo nostro adjuvante, sumus examen, ut secundum canonum venerabilium constituta, sub consideratione justitiæ omnia, quæ apud fraternitatem tuam de hujusmodi negotio acta gestave sunt, diligentissima vestigatione flagitentur. Neque enim prædictum virum convenit eventu prius habitæ cognitionis urgeri, quippe cum & ipse judicium petierit. Non avertatur voluntas animi a precibus infirmorum, cum in necessitate fuerint: ne nobis, quod avertat dominus, ea quæ leguntur in proverbiis, dici possint: *Qui obturat aurem suam, ut non audiat infirmum, & ipse invocabit dominum, & non erit qui exaudiet eum.* Prov. 21. Quid est enim infirmius episcopo Contumelioso, qui in tribulatione positus, & de præteriti judicii pudore confunditur, & cognitionis quæ futura est expectatione turbatur? quia quamlibet ei, quod optandum est, puritas forte suffragetur innocentiæ, non potest judicii sollicitudinem non habere. Et nos quidem, quamvis culpatus a nobis Emeritus defensor memoratum episcopum revertium ad ecclesiam suam caritatis tuæ voluntate firmaverit, usque ad exitum judicii quod delegaverimus, episcopum Contumeliosum, reddita sibi modo propria substantia, suspensum interim volumus ab administratione patrimonii ecclesiastici, & celebratione missarum: quia id quod sibi viderat judicio fuisse sublatum, gloriosius, si ei veritas suffragatur, judicio receperit, quam usurpationibus occuparit. Melius autem fecerat fraternitas tua, si posteaquam sedis apostolicæ appellatione interposita desideravit examen, circa personam ejus a tempore sententiæ nihil permisisset fieri minus; ut esset integrum negotium, quod interposita provocatione quæreretur. Nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda non habet cognitio quod requirat. Addendum, quia etsi non esset prædictus

* incursata

dictus episcopus judicationi refragatus, privatam magis potuit secundum canones expetere secessionem, quam severitatem religionis excipere. [1] Suspensus igitur, sicut præfati sumus, episcopus Contumeliosus habeat tantum, quam præsumpsisse dicitur, celebrationem missarum: & patrimonio ecclesiæ in gubernatione archidiaconi ejusdem ecclesiæ constituto, ita ut alimonia sufficienter episcopo non negentur, visitatoriam in ejus loco præcipimus ordinari personam, & patienter expectare judices, quos inspirante nobis domino constituerimus audire. Præterea, ne quid esset quod caritati tuæ videatur incognitum, studio dilectionis constitutorum fecimus capitula subter annecti, ut scientia communicemur canonum, sicut participamur affectu. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data decimoquinto Kalendas Augusti post consulatum Paulini junioris viri clarissimi. *

* Anno Chr. 535.

* SECUNDA FIDEI CONFESSIO QUAM JUSTINIANUS OBTULIT PONTIFICI Agapeto Constantinopoli,

Dum per approbationem ordinationis Anthimi in suspicionem hæreseos venerat.

Exemplar libelli piissimi domini Justiniani imperatoris, quem dedit Agapeto papæ ad Constantinopolim de fide.

Fidem catholicam profitetur; & hæreticos anathematizat.

In nomine domini Dei nostri Jesu Christi, imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator, semper Augustus, Agapeto sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

PRima salus est rectæ fidei regulam custodire, & a patrum traditione nullatenus deviare: quia non potest domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, & patrum sequentes in omnibus constituta, id est trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæa sunt congregati, & sanctum anathema, sive symbolum fidei exposuerunt, & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in Constantinopolitana civitate convenerunt, & idipsum sanctum anathema dilucidaverunt, atque manifestaverunt, & sanctorum patrum qui in Ephesina prima synodo congregati sunt, & sanctorum patrum qui in Chalcedone convenerunt. & quæ in unaquaque ipsorum de fide continentur, sequentes dogmata, per quæ omnis aufertur hæresis impugnans sanctam & apostolicam ecclesiam, & probantes per omnia, atque amplectentes epistolas beatæ memoriæ Leonis omnes, quas de fide Christiana conscripsit, & confitentes unum eumdemque Christum dominum Filium unigenitum in duabus naturis, id est, in divinitate & humanitate, inconfuse, incommutabiliter, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque substantiam concurrentes, & non in duas personas partitum, atque divisum, sed unum eumdemque Filium unigenitum Deum Verbum dominum Jesum Christum, sicut ante prophetæ de eo, & ipse nos Jesus Christus erudivit, & sanctorum patrum nobis symbolum tradidit: omnes hæreticos anathematizamus, qui præter hæc quæ dicta sunt sapuerunt atque sapiunt, & præcipue Nestorium hæreticum Constantinopolitanæ civitatis quondam episcopum damnatum in synodo Ephesina a beatæ memoriæ Cælestino papa urbis Romæ & sancto Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite, & cum eo anathematizamus Eutychen & Dioscorum Alexandrinæ quondam civitatis episcopum, damnatum a synodo Chalcedonensi, quam amplectentes sequimur. His conjungentes Timotheum parricidam, Ælurum cognominatum, ejusque discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnatos. Adversamur autem & Acacium quondam Constantinopolitanæ civitatis episcopum cohæreticum, & sequacem horum factum, nec non & participatorem. Quorum enim quis communionem amplectitur, eorum & similem sententiam in condemnatione consequitur: simili modo & Petrum Antiochenum condemnamus cum sequacibus suis, & omnibus suprascriptis. Quapropter, sicut præfati sumus, sequentes in omnibus sedem apostolicam, quæ ab ea statuta sunt, prædicamus. Et profitemur ista inconcusse servari, & compellere ut juxta tenorem libelli istius omnes faciant episcopi, ut sanctissimi quidem patriarchæ ad vestram faciant sanctitatem. Metropolitani vero patriarchis, & alii ut suis faciant metropolitanis, quatenus per omnia sancta catholica nostra ecclesia suam habeat firmitatem. *Alia manu*: Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiose pater. Datum [2] decimo octavo Kalendas Aprilis, Constantinopoli, Flavio Belisario viro clarissimo consule. *

Matth. 16.

* Anno Chr. 536. quia nullus hoc anno novus creatus fuit consul.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Secunda*.) Post obitum Epiphanii episcopi Constantinopolitani studio & favore Theodoræ Augustæ Anthimus hæreticus, & Eutychianus occultus in locum defuncti subrogatus fuit: cui ordinationi cum imperator, hæreseos illius adhuc ignarus, consensisset, suspicio-

---

1 Hæc cum alieno sensu legantur, sic emendamus ex Reg. Cod. ms. *Suspensus igitur, sicut præfati sumus, Episcopo Contumeliosus ab ea tantum, quam præsumpsisse dicitur, celebratione Missarum &c.* Hard.

2 Legendum *XVII. Kal. Apr. CP. post Cons. Belis.* nam mensis Aprilis non plus quam dies XVII. ante Kalendas habet. *Pagius ad an. Chr. 536. n. 4.* Pagii emendationem vindicat vetus collectio Avellana in Cod. Vatic. quam ita pariter legit, ut hic Pagius. Vide Ballerinos in differt. prævia ad Tom. III. operum S. Leonis Magni pag. CLXIII

cionem hæresis apud ecclesiam incurrit. Dum ergo pontifex ordinatione Dei hac de causa Constantinopolim venisset, post causam Theodori regis propositam, hanc fidei professionem ab imperatore exegit. Nota consularis in fine addita mendosa est, sicque corrigenda. Data XVIII. Kalendas Aprilis, Constantinopoli, post consulatum Belisarii viri clarissimi.

AVIII. AD PETRUM HIEROSOLYMITANUM EPISCOPUM.

De Anthimi depositione, & Menna subrogatione.

VOluissemus quidem, fratres dilecti, propter conjunctionem nostræ caritatis, &c. *Extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna, actione I.*

CONCILIUM ARVERNENSE

THEODEBERTI REGIS CONSENSU IN ARVERNA

Urbe celebratum * VI. Idus Novembris, post consulatum Paulini junioris viri clarissimi, id est: * anno Christi DXXXV. Agapeti Papæ I. Childeberti regis XXIV. Theodeberti ejusdem II.

* sub die Idcum
* *Binius* (d) anno Chr. DXLI. *celebratum notat,* * *sed falso.*

TITULI CANONUM.

I. *In synodis quænam primo loco tractanda sint.*
II. *Pontificis honorem non votis sed meritis quærendum.*
III. *Cadavera mortuorum non obvolvenda pallis sacratis.*
IV. *Ut clerici a sæcularibus contra episcopos non erigantur.*
V. *Res ecclesiasticas a regibus obtinere desiderantes excommunicandos.*
VI. *Neque Christianum Judæa, neque Judæum Christianæ conjugari licere.*
VII. *Ne opertorio corporis dominici defuncti sacerdotis corpus obtegatur.*
VIII. *Supellex ecclesiæ sacra ad nuptiarum ornatum non usurpanda.*
IX. *Judæos non præficiendos Christianis judices.*
X. *Parochiam alienam nulli episcopo invadendam.*
XI. *Alienum clericum episcopus ne suscipiat, aut promoveat.*
XII. *De incestis conjunctionibus.*
XIII. *Presbyteris & diaconis continentia ab uxoribus servanda.*
XIV. *Munera ecclesiæ collata nulla ratione fraudanda.*
XV. *Festivitates præcipuæ cum episcopo in civitate peragendæ.*
XVI. *Ut episcopi, presbyteri, & diaconi extraneas secum mulieres non habeant.*

PRÆFATIO.

CUm in nomine domini, congregante sancto Spiritu, consentiente domno nostro gloriosissimo piissimoque rege Theodeberto, in Arverna urbe sancta synodus convenisset, ibique flexis in terram genibus, pro longævitate, pro regno ejus, pro populo dominum deprecaremur, ut qui nobis congregationis tributerat potestatem regnum ejus dominus noster felicitate attolleret, imperio regeret, justitia gubernaret, in ecclesia ex more consedimus; inspectisque canonibus, id nobis rationabile visum est; ut quamvis ecclesiasticæ regulæ pene omnia comprehendant, tamen quædam vel adderentur nova, vel repeterentur antiqua.

CANONES.

I.

In primis placuit, ut quoties secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad severitatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur. Ivo part. 5. cap. 168.

II.

* Placuit etiam, ut sacrum quis pontificii honorem, non votis quærat, sed meritis: nec divinum videatur munus rebus comparare, sed moribus: atque eminentissimæ dignitatis apicem electione conscendat omnium, non favore paucorum. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua; quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. Diligenter itaque quisque inspiciat pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum vel civium, consensu etiam metropolitani ejusdem provinciæ pontifex ordinetur. Non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alios hortetur præmiis, alios timore compellat. Quod si quis fecerit, ecclesiæ, cui indignus præesse cupit, communione privabitur.

III.

Observandum ne pallis vel ministeriis divinis [3] defunctorum corpora obvolvantur.

IV.

Ne a potentibus sæculi clerici contra episcopos suos ullo modo erigantur.

V.

Qui reiculam ecclesiæ petunt a regibus,

bus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & a communione ecclesiæ; cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.

VI.

Si quis Judaicæ pravitati jugali societate conjungitur, & seu Christiana Judæo, seu Judæus Christianæ mulieri carnali consortio misceatur, quicumque horum tantum nefas admisisse dignoscitur, a Christianorum cœtu atque convivio, & communione ecclesiæ, cujus sociatur hostibus, segregetur.

VII.

Ne opertorio dominici corporis sacerdotis unquam corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur; ne sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

VIII.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur; ne dum improborum tactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur, ad officia sacri mysterii videantur indigna.

IX.

Ne Judæi Christianis populis judices præponantur.

X.

Ne parochias cujuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat, & vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, [a] suisque admodum non contentus, rapiat aliena.

XI.

Nullus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscipere audeat, [b] aut sacerdotio prorogare.

XII.

Si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinamve, vel relictam patrui atque avunculi, carnalis contagii crediderit consortio violandam, & ausu sacrilego auctoritatem divinæ legis, ac jura naturæ perruperit, & cui caritatis ac pii affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis ac pudicitiæ expugnator, vim inferre tentaverit, apostolicæ constitutionis sententia feriatur: & quamdiu in tanto versatur scelere, a Christiano cœtu atque convivio, simulque ecclesiæ matris communione privabitur.

XIII.

Cum presbyteri atque diaconi sublimi dignitatis apice prorogantur, actibus omnino renuncient sæculi, & [a] ad sacrum electi ministerium, repudient carnale consortium, ac permixtionis pristinæ contubernium permutent germanitatis affectu; & quisquis ille est presbyter atque diaconus, divino munere benedictione percepta, uxoris prius suæ frater illico efficiatur ex conjuge. [a] Attamen quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos, abjecto militiæ cingulo, vomitum pristinum & inhibita rursus conjugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam filii prodiderunt. Quod quisque fecisse cognoscitur, omni in perpetuum, quam admisso jam crimine perdidit, dignitate privabitur.

XIV.

Si quis cujuscumque munuscula, qualibet sanctis scriptura conlata, nefaria caliditate fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque suppresserit, & non statim a sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab ecclesiæ catholicæ communione pellatur.

XV.

Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in civitate, neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans, in oratorlis officio sancto deserviens celebrat divina mysteria, festivitates præcipuas, domini natale, pascha, pentecosten, & si quæ principales sunt reliquæ solennitates, nullatenus alibi, nisi cum episcopo suo in civitate teneat. Quicumque etiam sunt cives natu majores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in prædictis festivitatibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, hisdem festivitatibus, quibus in civitate adesse despiciunt, communione pellantur.

XVI.

Episcopi, presbyteri, atque diaconi, ita sanctæ conscientiæ luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & testimonium in se divinum implere contendat, quod dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* [a] Igitur auctoritate canonica, atque mansura in ævum constitutione sancimus, ut [b] fugiatur his extranearum mulierum culpanda libertas: & tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas tulerit, habitent; de quibus nominibus, ut priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cellario, vel familiari quolibet ser-

Matth. 5. 16.

[a] In Ms. Paris. Collegii Soc. Jesu hic canon est XIV. & sequentes sunt XV. XVI. XVII. *Hard.*
[b] In Ms. Paris. Canon XVIII. *Hard.*

servitio, neque sanctimonialis ulla, neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio subire jacturam. Quod si antistes culpam hanc in presbytero, aut diacono suo distringere, canonico rigore noluerit, ipse severitate sententiæ feriatur.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Honoratus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Bituricæ, constitutionem nostram relegi & subscripsi, die VI. Idus Novembris, post consulatum Paulini junioris v. c.

[f] Gallus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Arvernicæ consensi & subscripsi.

[g] Gregorius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lingonicæ consensi & subscripsi.

[h] Hilarius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Gabalitanæ consensi & subscripsi.

[i] Ruricius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lemovicæ consensi & subscripsi.

[k] Flavius Deo propitio episcopus ecclesiæ Rhemensis consensi & subscripsi.

[l] Nicetius Deo propitio episcopus ecclesiæ Treverorum consensi & subscripsi.

Deuterius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lutensis consensi & subscripsi.

Dalmatius in Deo episcopus ecclesiæ Rutenensis consensi & subscripsi.

Lupus in Christo episcopus ecclesiæ Catalaunicæ consensi & subscripsi.

[m] Domitianus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Coloniensis consensi & subscripsi.

Venantius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vivariensis consensi & subscripsi.

[n] Hesperius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Metensis consensi & subscripsi.

[o] Desideratus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Veredunensis consensi & subscripsi.

Gramatius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vindonissæ consensi & subscripsi.

EPISTOLA

SYNODI EJUSDEM (*) ARVERNICÆ

AD THEODEBERTUM REGEM.

Ut clerici, aliique, qui regum aliorum dominio subjacent, possessionibus, quas in ejus regno jure obtinent, non fraudentur.

Domino (a) inlustri atque præcellentissimo domno & filio Theodeberto regi, Honoratus, Hilarius, Gregorius, Ruricius, Nicetius, Flavius, Domitianus, Deuterius, Gallus, Dalmatius, Venantius, Gramatius, Lupus, Hesperius & Desideratus episcopi.

DUm in Arverna urbe ad replicanda canonum (b) instituta, vel (c) studio elucidandæ legis ecclesiasticæ, his qui dubitatione regendæ vitæ propriæ forsitan premebantur, cultores vestri, ecclesiarum vestrarum episcopi, pariter (d) sederent; plurimorum ad nos suæ desperationis remedium flagitantium turba confluxit, sperantes ut non minus pro regni vestri felicitate, quam pro sua consolatione, pietatem vestram nostra humilitas exoraret, (e) & per suggestionem nostram justitiæ & pietatis vestræ auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel possessiunculis propriis alienum pietas vestra permitteret, (f) & dum unius regis quisque potestati ac dominio subjacet, in alterius sorte positam cujuscumque, ut assolet, impetitione non amitteret facultatem. Quod nos de vestri culminis justitia & pietate fidentes, non credimus denegandum: (g) ut dum plurimorum necessitatibus justa, ut credimus, & Deo placente suggestione consulimus, prosperitatem regno vestro, & repræsentationem cœlestis domini per indultam pietatis gratiam (h) augeatis. Unde reverentissime, ut dignum est, supplicantes quæsumus, ut hoc nostræ (i) petitioni divino intuitu pietas vestra non deneget, ut tam rectores ecclesiarum (k), quam universi clerici atque etiam sæculares, sub regni vestri conditione manentes, nec non ad (l) domnorum regum patrum vestrorum dominium pertinentes, de quod in sorte vestra est, extraneos, de quod habere proprium semper visi sunt, non permittatis existere; (m) ut securus quicumque proprietatem suam possidens, debita tributa dissolvat domino, in cujus sortem possessio sua pervenit. Quod & thesauris vestris omnino utilius esse censemus, si per pietatem vestram salvata possessio consuetudinariam intulerit functionem; & nos peculiarius vestra clementia consolatur, si obtentu hujuscemodi petitiones nos quoque celsitudo vestra fecerit gratulari. (n)

(*) Hanc synodicam epistolam legi ultim in Cod. Vatic. Palatin. 575. hoc præfixam titulo: *Incipit epistola Concilii XI. Episcoporum de Civitate Arvernensi, ad Regem Theodebertum directa.* Ac reipsa omnis undecim episcoporum nomina in exordio ejusdem leguntur, cum in editis hic sint XV. Hæc sunt autem nomina illa in Codice expressa: *Honoratus, Hilarius, Gregorius, Sortatus, Micetius, Flavius, Domitius, Matius, Lupus, Sportus, & Desideratus.* Canones ibi non extant; sed post hanc epistolam sub novo titulo *Concilium Arvernense*, succedunt Præfatio & Canones Concilii Arvernensis II. ad quos vide meam adnotationem. Synodica vero hujus variantes hic subiicio. *Mansi.*

(a) *Inlustrissimo.* (b) *statuta.* (c) deest *studio.* (d) *sederemus.*
(e) *ut nunc.* (f) *ut dum.* (g) *ut dum.* (h) *habeatis.*
(i) *repetitioni.* (k) *Eccles. vestrarum.* (l) *regnorum.* (m) *vivat.*
(n) Addit in fine: *Statuta, Deo propitio, Synodus infrascripta apud Ecclesiam Arvernam sub die VII. Idus Novembris post consulatum Paulini Junioris*

DESUMPTUM EX VETUSTO codice quinque librorum partialium * capitulum concilii Arvernensis, quod in decreto Gratiani non habetur.

* idem Burchardi Cod. imperfecto.

Ex eodem libro 2. capite 103.

Ut presbyteri plebes suas admoneant, quod hospitales sint.

Placuit ut presbyteri suas plebes admoneant, ut hospitales sint, & nulli iter facienti mansionem denegent: Et ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendant transeuntibus, nisi quanto in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, & illius jussu cum humanitate eis vendant.

DECERPTA ALIA QUATUOR capitula concilii Arvernensis ex codice æque vetusto 10. librorum partialium *: quæ etiam in decreto Gratiani non adnotantur.

* Burchardi (idem cod. imperfecto).

Ex libro primo, cap. 20.

De possessione 30. annorum, ne repetatur.

Quicumque episcopus alterius episcopi diœcesim per 30. annos sine aliqua interpellatione possederit, admittenda non est contra eum actio reposcendi: sed hoc intra unam parœchiam, extra vero nullo modo: ne, dum diœcesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

Ex libro secundo, cap. 37.

Ut in vita episcopi, alius non superponatur.

Ut nullus, vivente episcopo, alius superponatur, aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa dejecerit.

Ex libro secundo, cap. 44.

De presbyteris, qui de crimine fornicationis sive aliquo capitali flagitio accusantur, & non habent collegas, cum quibus se expurgare possint, aut si forte lapsi fuerint, quomodo satis faciant, in quorum judicio neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed recta via gradiendum. In concilio namque Neocæsareensi scriptum est: Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

C. 1. & dist. 28. presbyter.

Ex libro tertio cap. 14.

Quod licitum sit episcopis, cum consilio cleri, de thesauro ecclesiæ suæ familiæ succurrere.

Licitum sit episcopis, præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus ejusdem ecclesiæ, secundum canonicam institutionem, juxta quod indiguerint, erogare.

CANONES ARVERNENSES

Ex Supplem. Mansi T. I. pag. 412.

Ex Burchardi cod. MS. lib. 2. cap. 73.

Ex Arvernensi cap. IV.

ADmonendi sunt fideles sanctæ Dei ecclesiæ, ut filii vel filiæ parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente Domino: *Fili, honorifica patrem tuum*. Nam ut & ipsi parentes erga filios suos ac filias modeste agant admonendi sunt, dicente Apostolo: *Et vos parentes nolite ad iracundiam provocare filios vestros*. Nam & hoc dicendum est eis, ut si illi genitali affectu parcere velint injuriis filiorum, non hos impunitos Dominus finit, nisi forte pœnitentiæ subiiciantur; sed tamen levius est filiis parentum quælibet flagella suscipere, quam Dei iram incurrere.

Cap. XII. *Burch. lib. II. cap. 100.*

Statutum est ab episcopis de Presbyteris, qui fœminas secum indiscrete habere permittuntur, & propter hoc malæ suspicionis opinione denotantur, & si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum, canonica invectione feriantur.

Burch. l. II. Cap. 233.

De illis qui presbyteros suos male tractaverunt.

Ex Arvernensi Cap. VIII.

Siquis presbyterum proprium inhonorat aut verbo, aut facto contumeliam facit tamdiu a liminibus Ecclesiæ arceatur proutque per condignam pœnitentiam satisfaciat, ait enim Apostolus: presbyteri, qui præsunt duplici honore digni habeantur: Item alibi dicitur: obedite præpositis vestris, & subjecti eis estote &c.

Idem lib. III. Cap. 105.

Ut nullus Calicem, patenam vel vestimentum Sacerdotale in vadum tabernario præstare præsumat.

Ut nullus presbyter præsumat calicem, patenam, vel pallium altaris, vel vestimentum Sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum tabernario vel negotiatorio, aut cuilibet laico vel fœminæ in vadum dare, nisi justissima necessitate urgente; quia tanta est sanctitas sacri mysterii ut salva altioris mysterii intelligentia etiam per prophetam Dominus prohibuerit ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum, sed illa intra sancta dimittat a colloquio divino rediens. Et cuum tabernas ad bibendum a sacris canonibus ingredi prohibetur sanctificata sacro mysterio, nec ad contingendum immundis, quanto minus in vadum exhibere debet? Sicut Stephanus sanctus PP. & martyr sanctum Hylarium in suis decretalibus docuit.

Idem Ibid. Cap. 106.

Ut nullus Calicem, Patenam, aut aliqua vasa sacrata ad alios usus facere præsumat.

Nullus Sacerdos seu laicus calicem, aut patenam, aut quælibet vasa sacra & divino cultui mancipata ad alios suos usus retorquere præsumat. Nam quicumque de calice sacro aliuc bibit præter Christi sanguinem, qui in Sacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet, quam ad Altaris ministerium deterrendus est exemplo Balthasar, qui dum vasa domini in usus communes assumpsit vitam pariter cum regno admisit.

Idem Ibid. Cap. 107.

Quod licitum sit Episcopis cum consilio cleri de Thesauro Ecclesiæ suæ familiæ in necessitate succurrere.

Licitum sit Episcopis præsentibus presbyteris & Diaconibus de thesauro Ecclesiæ familiæ & pauperitus ejusdem Ecclesiæ secunoum canonicam institutionem juxta quod indiguerint erogare.

Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Anno Christi* DXXXV.) Is enim est annus post consulatum Paulini junioris, qui proximo ante anno consul fuerat, junioreque in fastis nuncupatur propter Paulinum alterum, qui consulatum multo ante gesserat anno CCCXCVIII. Hoc igitur anno, quo habita est synodus, consulem habuit orientis Belisarium: at in occidente quia nullus est renunciatus, annum appellabant post consulatum Paulini junioris. Congruit præterea hic annus regno Theodeberti regis, quo annuente synodus convocata est quia Theodoricus ejus pater superiore anno vivere desierat: quod tum ex verbis Cassiodori patet epist. 1. lib. XI. tum ex eo quod cum annos tres & viginti regnasse Theodoricus dicatur, in annum Christi DXXIV. juxta aram nostram incidisse illius obitum necesse est, quia post mortem Clodovei regnum iniit anno DXI.

Can. 2 2 *Non voti quærat.*) Lugdunensis, *non promissi quærat*: & paulo post, ub. Lugdunensis idem, Corbejensis, Pithœanus, aliique habent, *omnipotentissima dignitatis*, sicut edidimus, Tilianus, Fossatensis, & alii nonnulli, *emendatissima* legunt, ut vulgati.

Can. 3 3 *Defunctorum corpora.*) Plerique *corpuscula*, ut Lugdun. Pithœanus, Fossatensis, & alii.

Can. 10. 4 *Suisque admodum non contentis.*) Ita Pithœanus, Corbejensis, Fossatensis, & alii. Lugdunensis tamen *suis quodammodo*, ut vulgati.

Can. 11 5 *Aut sacerdotum provocare.*) Ex Corbeiensi, Pithœano, & Lugdunensi, quomodo & alibi sæpe, & mox canone XII. Sed Fossatensis, Tilianus, & alii, *ad sacerdotum provocare*, ut Suriana editio.

Can. 15. Can. 16. 6 *Ad sacrum eleati ministerium.*) Corbejensis, Pithœan. & Fossat. *mysterium*: & paulo post, pro *fecisse cognoscitur*, Ludgun. *cognoscitur perpetrasse*.

7 *Fugitatum bis extraneorum.*) Lugdun. *fugitatur ab omnibus cleriti extrani*. & mox Tilianus ac Fossat. *cum matre, sorore*, avia omissa.

8 *Domitianus ecclesiæ Colonensis.*) Fossat. & Tilianus, *Domitianus episcopus de Colonia*: ut in reliquis, de Gabalitano, de Rhemis, Treveris, Vivario, Veredunno. Pithœanus autem, *Domitianus episcopus ecclesiæ Tungrorum*.

9 *Hesperius.*) Ita Corbej. & Fossat. Pithœanus, *Spolius*, ut apud Paulum diaconum in libello de episcopis Metensibus.

10 *Epistola ad Theodoberium*) Extat eadem præterea in codice Tiliano, præponiturque tum in illo, tum in altero Fossatensi, actis concilii Arvernensis.

Notæ Severini Binii.

Occasio canonis concilii 1 *Concilium.*) Theodoricus rex Galliæ bona pauperum & ecclesiæ involverat; quæ cum Theodeber-

A tus rex maxime plus vehementissime in patre reprehenderet, consulturus immunitati ecclesiasticæ, voluit leges sanciri, quibus jura antiqua ecclesiis illibata penitus servarentur, atque illi qui emerserant paulatim abusus pravi funditus tollerentur. Voluit hæres regni, non perfidiæ, ut quæ parperam a patre facta fuerant, ab episcopis corrigerentur. Hac itaque occasione convenientes quindecium episcopi, egregia sanctitate maxime ex parte celeberrimi, quæ ad reformandam disciplinam ecclesiæ necessaria erant, constituerunt.

b *Arvernense.*) Sic dictum ab oppido Arvernorum, qui sunt populi Aquitaniæ a Trojanis oriundi, olim appellati fratres Romanorum, quibuscum crebro bella gesserunt. Adversus Maximum Æmilianum, & Domitium Ænobarbum, ducentis hominum millibus confixerunt; plurimo etiam militum copia Cæsarem impugnarunt. Strabo lib. 2. Plinius lib. 4. capite 19. S. Gallus hanc urbem, cujus episcopatum viginti septem annis tenuit, sua sanctitate & miraculis longe celeberrimam reddidit; incendio conflagrantem, & inguinaria lue periculosissime afflictam, vir sanctissimus miraculose admodum liberavit. Duplici concilio condecorata, aliquando gravi schismate laboravit, quod onere Aviti ejusdem sedis episcopi sublatum fuit. Conversi sunt plurimi Judæorum. Quæ omnia recensentur prolixius a Gregorio Turonensi, qui se patre Arvernensi civè prægnatum alibi gloriatur. Unde nomen sortitur Arvernense, & Arverni qui. S. Galli virtus.

c *Theodeberti regis.*) Thodebertus Clodovei nepos ex filio Theodorico Francorum rege impissimo & sacrilego patri dofancto successit. Cujus cum vitam & mores principio imitaretur, ac multa inique exerceret, voce energumeni illi crimina gravia objicientis, monitoque Nicetii episcopi Treverensis, eumdem ad vitæ emendationem adhortantis, & mitior, inquit Gregorius, & melior est factus. Regnum deinde cum justitia gerens, sacerdotes venerans, ecclesias munerans, pauperes elevens, & multis multa beneficia pia ac dulcissima volantate accommodans: omne tributum, quod fisco suo ab ecclesiis in Arverno sitis debebatur, clementer indulsit. Commendatur ab eodem Gregorio, quod pie & religiose loca sanctorum inviserit, quodque sanctum Ager cum Virdunensem episcopum, a parente Theodorico dire vexatum, ipse clementissime susceperit. Addit eumdem de acto patre legationem misisse ad Justinianum imperatorem, eaque functum esse Munzolum virum illustrem, qui cum Patras in Achajam advectus esset, usque ad interitum morbo calculi laborans, ope sancti Andreæ apostoli, mirabili modo curatus est; ideoque parenti suo Arvernensi civi accidisse scribit, quod cum virtutem reliquiarum cum aliis fuisset expertus, regi Theodeberto sese cum aliis frequenter obsidem dederit. Baronius ex Gregorio anno 530. Confœderatus cum patruo suo Childeberto, in patruum Clotarium exercitum movit: sed Clotildis regina, inquit Gregorius, hæc audiens, beati Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prosternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios bellum civile consurgerat. Quare cum obsessum a suis militibus postero die interficere cogitarent, fulgure ac tempestate cœlitus immissis, prostrati, fugatiæ dissipati fuerunt. Agnito peccato pœnitentiam egerunt, pacemque inter se composuerunt. Cum Justinianus imperator, Græco quodam fastu, imperatoris titulis nomen Francorum adjiceret, quasi instar Gothorum & Vandalorum debellasse etiam Francos, quos ne quidem semel attigerat. Theodebertus rex inique animo illud ferens, invadens Italiam, magnum in Picenum usque duxit exercitum; qui luc exagitatus, admodumque debilitatus & imminutus, re infecta redire ad propria coactus fuit. Secundo invadens Italiam, relicto Theodebaldo regni sui hærede adolescentulo, ex hac vita discessit, anno redemptoris nostri 532. dum post Theodoricum parentem suum anno Christi 530. defunctum, regnum patris obtinuerat annis 22. Hæc ex Gregorio Turonensi Baronius anno Christi 539. 540. 541. 542. Theodeberti vita. Theodeberti insignis pietas. Clotildis precibus exercitus divinitus fugatus. Theodebertus in Italiam invadit.

d *Anno Christi* 541.) Nempe post consulatum Paulini junioris: qua nota consulari in fastis, (ut supra dixi in concil. Aurelian. III.) insignitur annus Christi 541. qui est Theodeberti regis Galliæ annus regni undecimus, & Childeberti vicesimus septimus: quæ omnia ex supradictis annotationibus concil. Aurel. III. manifeste constant. * Tempus concilii. * falso ad marginem ista.

Nota consularis principio actorum synodalium fastita firmissime evincit, hanc synodum annis quindecim vel sedecim signato tempore (ut asserit Dom. Coltenerius in notis ad Flodoardum libro primo, capite decimotertio) posteriorem non esse. Ratio Convenerii in tempora obitus sancti Remigii fundata non ab omnibus admittitur, & si nemo eidem contradiceret, fastinorem potius subscriptionem Flavii, qui post Romanum in Rhemensi episcopatu S. Remigio successisse scribitur, quam notam consularem actis synodalibus irrepsisse.

Canon 3. Occasio condili canonis.

e *Plaviis etiam ut servum suis pontificibus honorem.*) A Hæc patres concilii constituerunt adversus eos, qui bona ecclesiæ, usui pauperum inservientia, a regibus sacri egis exterquebant. Scribit enim Gregor. Turonensis in vita sancti Galli: *Eusdem Theodorici regis temporе illud iniquum germen cœperat pullulare, ut sacerdotium aut venderetur a regibus, aut compararetur a clericis.* His constituendis Theodebertum regem adjumento fuisse, indicant episcopi in præfatione hujus concilii furta.

Gallus quis & qualis. Quo anno ordinatus & pontificatus fuerit obierit.

f *Gallus.*) Gallus Arvernensem episcopum patruum suum fuisse testatur Gregorius Turon. de gloria martyr. lib. 2. capite 23. Quibus miraculis claruerit, ex eodem Gregorio supra dixi verbo *Arvernensis*. Obiit anno ætatis suæ sexagesimo quinto, episcopatus vero sui vigesimo septimo. Extat de eodem Venantii Fortunati epitaphium, quod in gratiam Gregorii Turon. nepotis illius conscripsit. Pluribus de S. Gallo Baron. in notis martyr. & in annalibus tom 7. anno 573. & in appendice ejusdem anni.

Gregorius Lingonensis quis.

Gregorius Lingonensis.) Hic idem interfuit concilio B Epaunensi, cumque annis triginta duobus Lingonensem episcopatum administrasset, hoc eodem anno redemptoris 541. quando ex hac synodo ad ecclesiam suam revertisset, sancte & pie migravit ad dominum. Successit in locum illius S. Tetricus, de quo infra in concil. Aurel. V. opportune dicturi sumus.

Hilarius.

h *Hilarius.*) Hilarius Gabalitanus episcopus, sanctitate celebris, colitur in ecclesia, vigesima quinta Octobris, quando e terrenis ad superna vocatus fuit. Extat quædam salutatio, quam Fortunatus carmine descripsit, & ad illum transmisit.

Ruricii is qualis.

i *Ruricius.*) Hunc præter egregiam morum præstantiam, avita etiam nobilitas, qua Aniciana familiæ junctus erat, clariorem reddidit. Res ab illo pie & præclare admodum gestas Fortunatus 4. lib. carminum describit his versibus:

Hic sacra pontificum toto radiantia mundo
Membra sepulcra tegunt, spiritus astra colit.
Ruricii gemina floris, quibus Anicionum
Fundita parentali culmine Roma fuit.
Altus, merito, gradu, prænomine, sanguine nati
Exultant pariter, hæc avus, inde nepos.
Tempore quisque suo fundans pia templa patrono,
Ille Augustini condidit, ille Petri.
Hic probus, ille pius: hic sevitus, ille serenus,
Certantes pariter, quis qui major oris.
Plurima pauperibus tribuentes dicitur esse,
Miserè ad cælos quæ sequerentur opes.
Quæ (pergente manu vestimenta crimina mundi,
Inter apostolicos credimus esse choros.
Feliceis, qui sic de nobilitate sagaci
Mercati, in cœlis jura senatus habent.

Sigeberti chron. error.

k *Flavius Rhemensis.*) Ex hoc loco aperte ostenditur, errare Sigebertum in chron. quod transitum S. Remigii referat ad annum domini 545. Non potuisset huic concilio interfuisse Flavius, si ad prænd. annum S. Remigius superstes fuisset.

Nicetii ortus qualis.

l *Nicetius Trevirensis episcopus.*) Sacram memoriam hujus episcopi sanctitate celeberrimi, virtutum excellentia & miraculorum editione admodum spectati, anniversaria solemnitate recolit ecclesia. Vitam ejusdem præclare descripsit Gregorius Turonensis. De ortu illius quod observatione dignum est, hæc commemorat: *Omne caput illius (ut est consuetudo monachorum infantium) a capillis nudum arabatur: in circulum vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putaretur ab iisdem coronam clericis esse figuratam.* Quæ observantia Theodoricus rex eum coluerit, subdit hisce verbis. *Venerabatur eum rex Theodoricus magno honore, eo quod sæpius vitia ejus nudaret & crimina, ut castigatus emendatior redderetur. Et ob hanc gratiam decedente Trevirica urbis sacerdote, eum ad episcopatum jussit accersiri, jamque dato consensu populi ac decreto regis ad ordinandum, & a viris summis cum regio honore præditis adduceretur.* Contigit illud anno domini 529 Theodebertum hæredem & successorem Theodorici; ejusdem Nicetii hortatu emendatum esse, supra dixi, verbo Theodeberti. Clotarium ob incestas nuptias acerrime reprehendit, ideoque ab eodem in exilium amandatus fuit: verum Sigebertus filius Clotarii patre defuncto anno domini 565. sub pontificatu Joannis tertii, illum relegatum postliminio revocavit. Hæc ex vita Nicetii apud Gregor. Turon.

Desiderati liberalitas.

C m *Desiderati.*) Greg. Turon. de gestis Francorum lib. 3. cap. 34. de liberalitate Desiderati Virdunensis episcopi refert, quod cum a Theodorico rege bonis omnibus spoliatus fuisset, cives vero Virdunenses ad summam inopiam redacti essent, ille a Theodeberto successore Theodorici septem millia aureorum mutuo acceperit, eaque inter cives erogaverit. Vide Baronium anno 541. n. 30. usque ad finem.

ANNO CHRISTI 536.

CONCILIUM CPTANUM

In quo Anthimo deposito Mennas CP. Episcopus subrogatur.

Ex P. Pagio ad an. Chr 536. n. 5. & 6.

HUjus Concilii mentio apud Theophanem D dum anno Incarnat. secundum Alexandr. DXXIX. qui Kalendis Septemb. anni Christi 536. inchoatur, ait: *Romanus Pontifex Agapetus Constantinopolim hoc anno profectus, adversus impium Severum, & Halicarnassi Antistitem Julianum & reliquos alios Theopaschitas Concilium convocavit. Ex his Anthimus Constantinopolit. Episcopus tanquam eorum sententiæ particeps, cum sedem mensibus decem tenuisset, munere abdicatus, & depulsus est. Mennas vero presbyter & hospitii, cui Sampson nomen, Præpositus a Romano Pontifice Agapeto in ejus locum ordinatus.* Verum Theophanes hæc anno uno tardius narrat: hæc siquidem contigere ante diem secundam mensis Maii anni 536. qua Mennas Concilium CP. celebravit, in quo Agapetus dicitur vir *sanctæ memoriæ*, qui ideo ante mensem Majum obierat, Anthimumque mense Martio deposuerat. Quin Em. Noritius in dissert. de Uno ex Trinitate carne passo cap. 10. notat in Bibliotheca Vaticana num. 4961. extare Codicem Ms. in cujus pag. 45. legitur: *Exemplar libelli Minnæ presbyteri ac Xenodochi, qui factus est Episcopus CP. sub die 3. Id. Martias, iterum post Consulatum Paulini junioris viri clarissimi*: anno nempe 536. Quibus ex verbis eruit Card. Noritius Mennam die 13. Martii anni 536. ordinatum fuisse CP. Patriarcham. De hoc Concilio Auctor libelli synodici infra allatus a Labbeo ad calcem Concilii CP. sub Menna.

CONCILIA CONSTANTINOPOLITANA DUO

Celebrata in causa Anthimi anno 536.

Ex Supplem. Manii T. 8 pag. 415.

HIstoriam depositi damnatique Anthimi, & E conciliorum ea occasione coactorum, nec satis exploratam, nec satis explicatam huc usque habuisse eruditionis ecclesiasticæ studiosos, ex iis quæ hic animadverto, perspicuum fore arbitror. Venit Agapetus pontifex Constantinopolim, ibique egisse oportet aliquandiu ante diem XIII. Martii hujus anni, si vera prodat

dat codex ille Vaticanus, in quo legitur Mennas assumptus ad episcopatum Regiæ urbis die III. id. Martias; cum Agapetus & depositioni Anthimi, & assumptioni Mennæ præsens adfuerit. In regiam vero urbem vix ingressus nihil antiquius habuit, quam ut Anthimum qui e Trapezuntino episcopatu ad solium Constantinopolitanum transiverat, exauctoraret, utpote qui contra canonem illum celebrem Antiochenum ex unoivin alterum episcopatum desiliisset. Atque intra nos terminos primo res tota constitit. Tunc vero pro Anthimo dejociendo & in vacuam ejus dejectione sedem Mennæ assumendo concilium se Agapeto indictum fuisse affirmat Theophanes & ex eo Pagius in Critica ad A. 536. §. 6. ex quo Collector Veneto. Labbeanus Fateamur tamen oportet de concilio tunc habito, ne verbum quidem occurrere in libellis Archimandritarum, qui lecti sunt inaltera ejusdem anni synodo sub Mennæ post Agapeti obitum ubi dejectionis hujus Anthimi & assumptionis Mennæ historiam monachi illi persequuntur. Quin & destitutionem Anthimi, Mennæ vero electionem suffragiis populi & Cleri Constantinopolitani accedente imperatoris auctoritate, idem Agapetus tribuit in literis ad Petrum Hierosolymitanum episcopum, in eodem concilio recitatis. Quare concilium hoc e collectione removendum arbitror, & in ejus locum substituendum est alterum, in quo idem ipse Anthimus e cathedra regiæ urbis jam pulsus, pristinam dignitatem episcopi Trapezuntini adhuc retinens; reus iterum postulatus est ab iisdem Archimandritis, & ab Episcopis orientalibus, e quibus plures per se, alii per legatos suos Constantinopoli convenerant. Illi, oblatis Agapeto libellis, rogarunt ut terminum assignaret Anthimo, quo se interim ab impacto hæresis crimine purgaret, idemque, si minus congrue se defendisset, & ab episcopatu Trapezuntino, & a catholica communione excluderetur, Agapetus jussit tandiu illum suspendi ab episcopalibus & a communione, donec intra certos dies se purgasset. Secundum hæc re adhuc infecta, Agapetus obiit. die ut ego quidem in meis ad Pagium adnotationibus probavi VIII. id. Aprilis anni 536. Hoc est ergo concilium Constantinopolitanum ab altero plane si quod fuit, in quo Anthimus dejectus, Mennas assumptus, diversum. Discrimen istud plane elucet ex libello ab Archimandritis porrecto in novo altero concilio post Agapeti obitum coacto. Postquam enim de Anthimi expulsione e sede Constantinopolitana authoritate Agapeti Romani pontificis nulla facta concilii mentione, sermonem habuissent tum subdunt. *Præterea rursus cum de* Anthimo & *aliis hæreticis porreximus libellos, & episcopi Palæstini in civitate congregati* (en concilium cujus hunc unicum meminerunt) *& alii eremeles & gantbasiatores aliorum pontificum & nos ipsi postulavimus Anthimum episcopum Trapezuntinum* (& non amplius Constantinopolitanum) *quæ convocavit facere per libellum noto sedi apostolicæ, & liberare seipsum ab omni aereteo errore, & proficisci ad ecclesiam Trapezuntinam, aut si hoc non vulet, finaliter condemnetur, & omni dignitate sacerdotali ac operationis nudetur.* Hæc Monachi & Patres concilii in suis libellis, in quibus & illud adiiciunt, ab Agapeto suspectum fuisse Anthimum ad tempus; interim vero oblatos sibi a Monachis & Patribus concilii libellos sibi retinuisse, ut imperatori ostenderet: Ex his omnibus resultat concilium Constantinopolitanum conventisse, ut Anthimum, e solio Constantinopolitano jam dejectum, e catholica communione extorrem faceret: nec præter istud præcedens aliud concilium coactum fuit, ut Anthimus usurpatam CPtanam Ecclesiam dimittere cogeretur. Theophanes verò, qui plane contrarium asserit, in eo deceptus est, ut indictum ad condemnandum Anthimum, eumque e Trapezuntino solio dejiciendum, concilium, ad ejectionem ejus e sede Constantinopolitana transtulerit.

CONCILIABULUM THEVINENSE,

A quo Armenorum schisma exortum.

Ex Pagio ad an. Chr. 536. n. 13.

A Severo, sicuti Theodosiani, orti etiam Jacobitæ, sic appellati a Jacobo propagatore. Auctor Anonymus Historiæ Armenorum apud Galanum testatur schisma apud Armenos introductum fuisse a Nierse Arcdacharensi XXI. Patriarcha Armenorum post S. Gregorium Illuminatorem appellatum, & Niersen istum decem Episcoporum Concilium apud urbem Thevin convocasse, in quo decretum fuit unam in Christo esse naturam. Nam Jacobus Syrus mortiferum suæ impietatis venenum apud Syros superiores, Armeniosque evomuerat. Porro annum suscepti ab Armenis schismatis nos edocet Photius in Epistola ad Zachariam Armenorum Patriarcham a Galano citata, in qua postquam dixit, Armenos ob persecutionem, qua tunc temporis exagitabantur, ad Concilium Chalcedonense venire non potuisse, subjungit: *Nec tamen proinde contrarium quicquam ei opposuere; sed omnes susceperunt illud usque ad schisma Thevinensis Conciliabuli, per annos octuaginta quatuor, videlicet ab anno secundo Marciani Imperatoris usque ad decimum Justiniani, & sextum Nierses Arcdacharensis.* Annus secundus Marciani anno Christi 452. desinit: annus vero decimus Justiniani Kalendis Aprilis anni 536. inchoatur, & inter utrumque illud intervallum anni 84. interjiciuntur. Quare anno Christi 536. Conciliabulum illud celebratum, & Ecclesia Armena ab Ecclesia universali divulsa. In eo præterea abrogatum Chalcedonense Concilium; Festivitates Nativitatis Christi & Epiphaniæ uno die, hoc est, 6. Januarii celebrandas decretum, ut colligitur etiam ex Othone Frisingensi lib 7. cap. 31. in Trisagio confirmata appendix, *qui crucifixus es pro nobis*; atque Armenis vetitum ne imposterum Hierosolymam adirent. Hujus Pseudosynodi meminere etiam Gregorius Siscensis Armen. Patriarcha in epist. ad Hayton Regem, & Albanensis Historicus apud eumdem, teste laudato Galano Conciliat. Ecclesiæ Arm. cum Rom. par. 1. cap. 10.

CON-

ANNO CHRISTI 536.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM POST OBITUM AGAPETI TEMPORE INTERREGNI PONTIFICII

ANNO CHRISTI 536.

Sub [1] Menna anno domini DXXXVI. post consulatum Belisarii, contra Anthimum, Severum, aliosque Acephalorum principes celebratum.

TITULI ACTIONIS I.

Libellus archimandritarum & monachorum Constantinopolitanorum & Syriæ, quem Justiniano post obitum Agapeti obtulerunt, petentes in eo, damnatos ab Agapeto hæreticos expelli.
Libellus eorumdem Agapeto Constantinopoli oblatus ejusdem argumenti.
Libellus orthodoxorum episcoporum orientalium contra Anthimum aliosque hæreticos, Agapeto oblatus.
Encyclica epistola Agapeti papæ ad Petrum Hierosolymitanum episcopum de Anthimi depositione, & Mennæ in locum ejusdem suffectione.
Interlocutio Mennæ.

ACTIO II.

ACTIO III.

TITULI ACTIONIS IV.

Sententia synodi Constantinopolitanæ contra Anthimum.
Sententia Mennæ contra Anthimum.

TITULI ACTIONIS V.

quæ male hactenus prima nominata fuit.

Libellus episcoporum de secunda Syria, ad Justinianum imperatorem.
Libellus monachorum monasteriorum ibidem, & quæ in Hierosolymis, & in eremo, & in secunda Syria, & in monte Sinai, & in tribus Palæstinis erant, ad eumdem.

Libellus eorumdem ad ibidem congregatam synodum.

ΤΑΔΕ Ε'ΝΕΣΤΙΝ Ε'Ν ΤΗ

A παράδοση βίβλῳ, τὰ κατὰ Σεβήρου, καὶ Ζωΐρου, καὶ Πέτρου, καὶ Ἀνθίμου πεπραγμένα παρὰ Μηνᾶ παρχιάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Ἐν οἷς φέρονται.

Λίβελλος τῆς ἐν δευτέρᾳ Συρίᾳ ἐπισκόπων, πρὸς Ἰουστινιανὸν βασιλέα.

Λίβελλος τῆς μοναχῶν, τῆς τε ἐνταῦθα μοναστηρίων, καὶ τῆς ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ τῇ ἐρήμῳ, καὶ δευτέρᾳ Συρίᾳ, καὶ τῷ ὄρει Σινᾷ, καὶ τεσσὶ Παλαιστίναις, πρὸς τὸν αὐτόν.

Λίβελλος τῆς αὐτῆς πρὸς τὴν ἐνδημοῦσαν ἐνταῦθα σύνοδον.

Ἐπι-

1 In Mss. Latinis fere semper *Minas*, pro *Menas*. Harduinus.

A Ἐπιστολὴ Ὁρμίσδα πάπα Ῥώμης πρὸς τοὺς σὺν δὲ τῇ δευτέρᾳ Συρίᾳ κληρικοὺς, καὶ ἀρχιμανδρίτας, καὶ λοιποὺς ὀρθοδόξους σὺν οἰκείῳ τινὶ κλίματι τῆς ἀνατολῆς.

A *Epistola Hormisdæ papæ ad clericos secundæ Syriæ, & archimandritas, & reliquos orthodoxos in proprio aliquo climate orientis.*

Ἑτέρα ἐπιστολὴ πρὸς Ἐπιφάνιον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.

Epistola Hormisdæ papæ ad Epiphanium archiepiscopum Constantinopolitanum.

Δέησις κληρικῶν καὶ μοναχῶν Ἀντιοχείας, πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὴν σὺν δημόσαν σύνοδον.

Supplicatio clericorum & monachorum Antiochiæ, ad Joannem archiepiscopum Constantinopolitanum, & ibi congregatam synodum.

Ἀναφορὰ πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον παρὰ τῆς σὺν δημόσης συνόδου.

Relatio ad Joannem archiepiscopum a congregata Synodo.

Λιβέλλος παρὰ τῆς ἀρχιμανδριτῶν Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν σὺν δημόσαν σύνοδον. ᾧ τινὶ συνῆλθαν καὶ πόσαι, καὶ πῶς ἐκρύχθησαν αἱ τέσσαρες σὺν τῇ ἐκκλησίᾳ σύνοδοι.

Libellus abbatum Constantinopolitanorum ad congregatam synodum, cui & annexæ sunt quatuor synodi, quomodo in ecclesia prædicata fuere.

B Ἐπιστολὴ Ἰωάννου πατριάρχου πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἱεροσολύμων.

Epistola Joannis patriarchæ ad Joannem Hierosolymorum.

Ἑτέρα ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου πρὸς Ἐπιφάνιον ἐπίσκοπον Τύρου.

Alia epistola ejusdem patriarchæ, ad Epiphanium episcopum Tyri.

Ἀντίγραφα Ἰωάννου Ἱεροσολύμων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, πρὸς Ἰωάννην τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

Rescriptum Joannis Hierosolymorum episcopi, & suffraganeorum suorum, ad Joannem Constantinopolitanum.

Ἐπιστολὴ Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Τύρου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, πρὸς τὴν σὺν δημόσαν σὺν Κωνσταντινουπόλει σύνοδον. καὶ ἐκβοήσεις τοῦ σὺν Τύρῳ πιστοῦ πλήθους, καὶ ἀναθεματισμὸς Σεβήρου, καὶ τοῦ φρονήματος αὐτοῦ.

Epistola Epiphanii episcopi Tyri, & episcoporum sibi subditorum, ad congregatam in Constantinopoli synodum, & exclamatio fidelium multitudinis Tyri, & anathematizatio Severi & ejus doctrinæ.

C Ἐπιστολὴ τῶν σὺν δὲ τῇ Συρίᾳ ἐπισκόπων πρὸς Ἰωάννην πατριάρχην, καὶ τὴν σὺν δημόσαν σύνοδον.

Epistola episcoporum de secunda Syria ad Joannem patriarcham & synodum.

Πρᾶξις συνεσσα παρὰ τῆς τῆς ἐπαρχίας ἀρχοντι, κατὰ Πέτρου τοῦ Ἀπαμείας.

Actio formata a præsule provinciæ contra Petrum Apamearum.

Ἑτέρα πρᾶξις παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Alia actio ab eodem.

Λίβελλοι ἐπιδοθέντες παρὰ τῶν μοναχῶν Ἀπαμείας τοῖς ἐπισκόποις * δύο Συρίας, καὶ Σεβήρου καὶ Πέτρου τοῦ Ἀπαμείας.

Libelli dati a monachis Apameæ episcopis secundæ Syriæ, contra Severum & Petrum Apamearum.

Ψῆφος τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ὄντων σὺν τοῦδε, κατὰ Σεβήρου καὶ Πέτρου.

Sententia ab illis qui de Italia hæc veneruni, contra Severum & Petrum.

Ψῆφος Ἐπιφανίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν δημόσης σὺν τοῦδε συνόδου, κατὰ Σεβήρου καὶ Πέτρου.

Sententia Epiphanii patriarchæ Constantinopolitani, & ibidem congregatæ synodi, contra Severum & Petrum.

D Ψῆφος Μηνᾶ πατριάρχου, κατὰ Σεβήρου, καὶ Πέτρου, καὶ Ζωάρᾳ.

Sententia Mennæ patriarchæ contra Severum, Petrum, & Zoaram.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Primus hoc concilium Græce Latineque edidit anno 1618. Severinus Binius, ut observavit in notis, ex quodam manuscripto codice Græco antiquo bibliothecæ Palatinæ Heidelbergensis, sed in plerisque erroneo, mutilo, atque permixtis quamplurimis alio spectantibus admodum confuso. Eodem vero anno 1618. R. P. Fronto Ducæus Burdigalensis de antiquitate ecclesiastica optime meritus post Joannis Zonaræ commentarios in canones conciliorum idem illud concilium CP. sub Mennæ patriarcha habitum emisit in lucem Græco textu tunc primum integre atque emendate excusso ope mss. codicum regis Christianissimi, illustrissimi cardinalis Petronii, & reverendissimi episcopi Carnotensis. Secutæ sunt deinde Morellianæ ac Lupatæ conciliorum collectiones, in quibus eadem quæ apud Binium lacunæ, eadem menda, iidem defectus. Nos vero editionem regiam cum Frontoniana diligenter contulimus, atque tum ex mutua illa collatione, tum etiam aliunde plurima supplevimus, ut tuto ipse, Lector antiquitatis sacræ studiose legendo deprehendes: neque enim æquum censui inventis frugibus glandem tibi vescendam porrigere, hoc est codices imperfectos & a librariis pessime habitos, integris emendatisque anteponere.

ACTIO

A

ACTIO I.

Concilii Constantinopolitani post obitum Agapeti tempore interregni, sub Menna Constantinopolitano habita, contra Anthimum & Severum.

POst consulatum Flavii Belisarii clarissimi, sexto Nonas Majas, indictione decima quarta, in Deo amantissima & imperiali civitate Constantinopoli nova Roma, præsidente domino nostro sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo & patriarcha Menna; in * mesaulio dytico venerabilis domus dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ B Dei genitricis & semper virginis Mariæ, quæ est prope sanctissimam magnam ecclesiam. Et a dextera quidem parte considentibus ei, & coaudientibus juxta pium jussum Christo amantissimi & a Deo custoditi imperatoris nostri Justiniani, sanctissimis ac [1] Deo amantissimis episcopis, Sabino Canusino, Epiphanio Eclano, Asterio Salernitano, Rustico Fetulano, Leone Nolano, omnibus ex Italiæ regione prius quidem missis a sede apostolica: deinde vero unanimiter consentientibus advenienti huc sanctæ memoriæ Agapito papæ antiquæ Romæ; Petro civitatis Justinianæ metropolitanæ secundæ provinciæ Cappadociæ, Zacharia metropolitano Mityleno, Marco metropolita Apameæ provinciæ Bithyniorum, Auxentio metropolita [2] * Seliybrino, Thalassio metropolita Beryteno, Magno metropolita Berræ, Joanne Gabalorum, Joanne Bosphori, Domitiano gentis Zecchiorum, Christophoro Porphyreonis provinciæ Phœnicæ Paraliæ, Archelao Coryci, Davitho * Circesio, Ætherio Mariamnio, Alexandro Barcutano, Domno civitatis Maximianæ secundæ Palestinæ, Anastasio Jotapæ, Joanne Zoororum, Andrea Panii, Epityncharo Germæ provinciæ Hellespontiacæ, Paulo Stectorii, Andrea Peltorum, Theodoro Myrorum, Theodorito Alindorum.

A sinistra vero parte Hypatio metropolitano Ephesino, Constantino metropolita Europæ, Theagene metropolita Synnadorum, * Baccho Antiochiæ Metropolita Pisidiæ, Hilariano metropolita Pergæ, * Boosporio Neocæsareæ metropolita Ponti Polemoniaci, Paulo metropolita Tyanorum, Acacio metropolita Petlinuntis, Epicteto civitatis Claudii metropolita Honoriadis, Timotheo Berrhœæ metropolita, Epiphanio Heracleano provinciæ Honoriadis, Abraamio Crasiano, Alexandro * Coloniensi secundæ provinciæ Cappadocum, Asterio Amastreo, Eugenio E Tii, Joanne Cæsareensi provinciæ Bithyniorum, Dominico Theodosianæ civitatis Phrygiæ provinciæ Pacatianæ, Joanne Trajanæ civitatis, [3] Theodoro Euriæ antiquæ Epiri, Andrea [4] Amazonio, Flaviano Cotenorum,

* in medio aulæ sive duo.

* Selebreno

* Baclo

* Vopello

* Colonensi

ΠΡΑΞΙΣ ΠΡΩΤΗ.

Τῆς ἁγίας σωνόδου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως γνωμένης ἐπὶ Μίννα πατριάρχου κατ' Ἀνθίμου, καὶ Σεβήρου.

ΜΕτὰ τὴν ὑπατείαν * φιλοχείου Βελισαρίου τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ ἓξ * νόνων Μαΐων, * nonas ἰνδικτιῶνος πεμπτεσκαιδεκάτης, ἐν τῇ φιλοχείστῳ, καὶ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, προκαθεζομένου τοῦ δεσπότου ἡμῶν, τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ πατριάρχου Μίννα, ἐν τῷ μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς δεσποίνης ἡμῶν, τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ ὄντος πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας· καὶ ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ μέρους συνεδρεύοντων αὐτῷ, καὶ συνακροωμένων, κατὰ στέβη πέλασιν τοῦ φιλοχείστου, καὶ θεοφυλάκτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τῶν ὁσιωτάτων, καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων· Σαβίνου τοῦ Κανουσίου, Ἐπιφανίου Ἐκλάνων, Ἀστερίου Σαλέρνων, Ῥουστικοῦ Φεσούλων, Λέοντος Νόλων, τῶν πάντων ἐκ τῆς Ἰταλῶν χώρας πρώην μὲν ἀπεσταλμένων ἐκ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ὕστερον δὲ συνιόντων παραγενομένῳ ἐνταῦθα Ἀγαπητῷ τῷ τῆς ἁγίας μνήμης πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Πέτρου τοῦ Ἰουστινιανουπόλεως, τῆς μητροπόλεως τῆς δευτέρας Καππαδοκῶν ἐπαρχίας, Ζαχαρίου τῆς Μιτυληναίων μητροπόλεως, Μάρκου τῆς μητροπόλεως Ἀπαμείας τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, Αὐξεντίου τῆς Σηλυβριανῶν μητροπόλεως, Θαλασσίου, τῆς μητροπόλεως Βηρυτοῦ, Μεγάλου τῆς μητροπόλεως Βερροίας, Ἰωάννου Γαβαλῶν, Ἰωάννου Βοσπόρου, Δομετιανοῦ τοῦ Ζηκχῶν ἔθνους, Χριστοφόρου Πορφυρεώνος ἐπαρχίας Φοινίκης παραλίας, Ἀρχελάου Κωρύκου, Δαυίθου Κιρκησίου, Αἰθερίου Μαριαμνῆς, Ἀλεξάνδρου Βαρκουσίου, Δομνοῦ Μαξιμιανουπόλεως τῆς δευτέρας Παλαιστίνης, Ἀναστασίου Ἰωτάβης, Ἰωάννου Ζωόρων, Ἀνδρέου τοῦ Πανίου, Ἐπιτυγχάνου Γέρμης ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου, Παύλου τοῦ Σεκτορίου, Ἀνδρέου Πέλτων, Θεοδώρου Μύρων, Θεοδωρήτου Ἀλίνδων.

Ἐκ δὲ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους, Ὑπατίου τῆς μητροπόλεως Ἐφέσου, Κωνσταντίνου Ἡρακλείας τῆς μητροπόλεως Εὐρώπης, Θεαγένους τῆς μητροπόλεως Συνναδῶν, Βάκχου Ἀντιοχείας τῆς μητροπόλεως Πισιδίας, Ἱλαριανοῦ τῆς μητροπόλεως Πέργης, Νεοκαισαρείας τῆς μητροπόλεως Πόντου Πολεμωνιακῆς, Παύλου τῆς μητροπόλεως Τυάνων, [illegible] τῆς μητροπόλεως Πετλινοῦντος, Ἐπικτήτου [illegible] τῆς μητροπόλεως Ὀνωριάδος, [illegible] τῆς μητροπόλεως Βερρόης, Ἐπιφανίου Ἡρακλείας τῆς Ὀνωριαδικῆς ἐπαρχίας, Ἀβραμίου [illegible] Ἀλεξάνδρου Κολωνείας τῆς [illegible] Καππαδόκων ἐπαρχίας, Ἀστερίου Ἀμάστρεως [illegible] Τίου, Ἰωάννου Καισαρείας τῆς Βιθυνῶν [illegible], Κυριακοῦ Θεοδοσιανοῦ πόλεως τῆς Φρυγῶν Πακατιανῆς [illegible] Ἰωάννου Τραϊανουπόλεως, Θεοδότου Εὐρίας [illegible] Ἠπεί-

* φιλοχείου

[1] Vetus versio incerto interprete, quam ex vetustis Codicibus usque ad Actionem V. restitutam cum Harduinus hic damus, cum alteram, quæ ex Frontonis Ducæi emendatione est, apud Zonaram extet, quam idem Ducæus ed dit.
[2] Mss. semper *Deo amantissimis*, pro *Deo amantissimis*. Hard. cujus sunt notula sequentes.
[3] Pro *Seliybrino*.
[4] In Ofrhoeno.
[5] Ex Græco, *Theodoro*.
[6] Pro *Amazonio*.

Ἠπείρου, Ἀνδρέου Ἀμυζῶντος, Φλαβιανοῦ Κοπίνου, Ἠλίου Ἀδριανουπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, Μακεδονίου Βριάνου, καὶ Ἁρμονίου Καλλιπόλεως, συμπαρόντων δὲ αὐτοῖς, καὶ συνακροωμένων, καὶ Θεοφάνους, καὶ Πελαγίου, τῶν θεοφιλεστάτων διακόνων τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας. καὶ Μίνωος, καὶ Πέτρου τῶν θεοσεβεστάτων νοταρίων, καὶ τινῶν ἑλαβεστάτων ὑποδιακόνων, καὶ ἐκδίκων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, οἱ καὶ συνόντες ἔτυχον παραγενομένῳ ἐνταῦθα Ἀγαπητῷ τῷ τῆς ἁγίας μνήμης γενομένῳ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Μάγνου πρεσβυτέρου, καὶ Ἡρακλείου διακόνου, τῶν ἀποκρισιαρίων Εὐφραιμίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς ἐν Θεουπόλει ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, Σαβίνου διακόνου τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσεως, πληρούντος τὰς ἀποκρίσεις Πέτρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων, Στεφάνου διακόνου, καὶ ἀποκρισιαρίου, Σωτηρίχου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς μητροπόλεως Καππαδοκίας πρώτης, Γαϊανοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀποκρισιαρίου Ἐλπιδίου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἀγκύρας τῆς μητροπόλεως Γαλατίας πρώτης, Διονυσίου, καὶ Καλλινίκου, διακόνων, καὶ ἀποκρισιαρίων Φωτίου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Κορίνθου, παρόντος δὲ καὶ τοῦ ἑλαβοῦς κλήρου τῆς βασιλίδος πόλεως, Εὐφημίου ὁ θεοσεβεστάτου διάκονος, καὶ πρωτιμικηρίου νοταρίων, εἶπε.

Μαρινιανὸς τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἡγουμένου μονῆς τῆς ἐπικαλουμένης Δαλματίου τῆς θεοφιλοῦς μνήμης, καὶ ὑπάρχου τῶν ἐπὶ τοῦ βασιλεύοντος ταύτης πόλεως διαπρεπεστάτων ἀνδρῶν μοναστηρίων, καὶ τῶν λοιπῶν ἡγουμένων τῶν κατὰ τὸν φιλόχριστον ταύτην πόλιν καθεστώτων ἁγίων μοναστηρίων. καὶ πρός γε τῶν εὐδημούντων ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει ἁγίων μοναχῶν, πολλῶν ὑπὸ Θεοῦ πόλιν, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δεήσεις ἀνατεινάντων τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφυλάκτῳ ἡμῶν βασιλεῖ, θεσπίσαι κατηξίωσε τὸ αὐτοῦ κράτος τούς τε παρόντας ὁσιωτάτους ἐπισκόπους ἐκ τῆς Ἰταλῶν χώρας· καὶ προσέτι γε θεοφιλεστάτους ἀρχιδιακόνους τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ τοὺς ἑλαβεστάτους νοταρίους, καὶ ἐκδίκους τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ὁπόσοι παραγεγόνασιν· οἵ τε καὶ σωθῆναι Ἀγαπητῷ τῆς ἁγίας μνήμης πάπᾳ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τοὺς ἄλλους γε μετὰ ἁπάντων τοὺς εὐδημοῦντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους παρὰ τῶν ὑμετέραν μακαριότητα συναθροῖσαι, ἐφ' ᾧ δήλους ἡμῖν γενομένους τῶν ἐπιδεδομένων τῷ αὐτῷ γαληνότητι δεήσεων, καὶ ὧν ἂν προσαγγεῖλαι βουληθεῖεν οἱ τούτου ἐπιδεδωκότες, τὰ τοῖς ἁγίοις κανόσι δοκοῦντα, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει προσήκοντα πρὸς ἔργον ἀγθῆναι. ἐπεὶ τοίνυν παρείη μὲν ὡς βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ παρεῖη, πάντες οἱ τῶν ἱερῶν ὑμῶν πληροῦντες σύλλογον, παραφυλάττουσι δὲ τὸ ἁγιῶν ὑμῶν σεκρέτον, οἵ τε εἰρημένοι ἑλαβεστάτοι μοναχοί, καὶ Θεόδωρος ὁ περίβλεπτος ῥεφερενδάριος, παρὰ τοῦ ἀσεβεστάτου ἡμῶν πρὸς τοῦτο ἀπεσταλμένου δεσπότου, ὑποβαλλόμεθα πρὸς τὸ παρεστάμενον. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος, εἶπεν· εἰσήτωσαν ὅ,τε μνημονευθεὶς περίβλεπτος ῥεφερενδάριος Θεόδωρος, καὶ οἱ ὀξυνομασθέντες ἑλαβεστάτοι ἄνδρες, καὶ εἰσῆλθον, Θεόδωρός τε ὁ περίβλεπτος τριβοῦνος, νοταρίος, καὶ ῥεφε-

A Elia Andrianopolitano provinciæ Bithyniorum, Macedonio * Briano, & Harmonio Calliopolitano: assistentibus autem ipsis & consudientibus & Theophane ac Pelagio Deo amantissimis diaconis apostolicæ sedis, & Mena ac Petro venerabilibus Notariis, ac quibusdam venerabilibus subdiaconis & procuratoribus, & ceteris clericis ipsius sedis apostolicæ; qui & simul erant cum Agapito sanctæ memoriæ, [1] hic facto papa antiquæ Romæ, & consentientes fuerunt hic facto Agapito sanctæ memoriæ Papæ antiquæ Romæ; ac etiam Magno presbytero & Heraclio diacono ambasiatoribus [2] Euphremii sanctissimi Patriarchæ sanctissimæ eccle-
B sim Theopolitanæ, Sabino Diacono sanctæ Christi Dei nostri resurrectionis ambasiatore Petri sanctissimi Episcopi patriarchæ Hierosolymorum, Stephano Diacono & ambasiatore Soterichi sanctissimi episcopi Cæsareæ metropolitanæ primæ Cappadociæ, Gajano presbytero & ambasiatore Elpidii sanctissimi episcopi Ancyrani metropolitani primæ Galatiæ, Dionysio & Callinico diaconis & ambasiatoribus Photii sanctissimi episcopi metropolitanæ ecclesiæ Corinthi; præsente etiam venerabili clero regiæ civitatis: Euphemius venerabilis diaconus & primicerius notariorum, dixit.

C Quoniam Marinianus venerabilis presbyter & prior monasterii cognominati sancti Dalmatii, & primas venerabilium monasteriorum in hac regia civitate situatorum, & reliquorum venerabilium priorum monasteriorum in hac Christo amantissima civitate constitutorum, insuper etiam & venerabiles monachi in hac regia civitate congregati, qui sub Theopolitana civitate & Hierosolyma sunt, supplicationes porrexerunt piissimo & a Deo custodito imperatori nostro; ejus imperium sanciendum digne judicavit præsentes sanctissimos episcopos de Italia, insuper etiam & Deo amantissimos archidiaconos sedis apostolicæ, ac venerabiles nota-
D rios & defensores ipsius apostolicæ sedis antiquæ Romæ, qui huc venerunt, & qui simul erant cum Agapito, qui factus fuit papa apostolicæ sedis antiquæ Romæ, ac alios etiam omnes Deo amantissimos episcopos congregatos ad vestram beatitudinem convenire, ut vobis manifestæ fiant supplicationes suæ serenitati oblatæ, quas quidem pronunciati vellent hi, qui eas porrexerunt, & quæ venerabilibus canonibus approbatæ sunt, & quæ ecclesiastico ordini conveniunt, ad opus deduci. Cum itaque adsit, & tanquam magno imperatori adsiterit, & omnes qui sacrum vestrum collegium implent & observant venerabile vestrum secretum, ac etiam
E prædicti venerabiles monachi, & Theodorus circumspectus referendarius a piissimo domino nostro missus, & hoc subjicimus ad notitiam. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Intrent memoratus Theodorus circumspectus referendarius, & memorati viri venerabiles. Et intrarunt Theodorus circumspectus tribunus, notarius, & referendarius a Deo custoditi imperatoris nostri, & Marinianus

1 Hoc est, qui hoc appulit.
2 Sic vetus Interpres, pro Ephremii, iterumque infra.

presbyter venerabilis, prior monasterii sancti Dalmatii & primas, & cum ipsis venerabiles presbyteri & Archimandritæ venerabilis urbis regiæ: Agapitus Dii, Dioscorus sanctæ Euphemiæ, Agapius Thalassii, Paulus Romanorum, Antoninus sancti Eusebii, Stephanus Olympii, Anastasius Romanorum, Demetrius * Phocæ, Dominicus Euphemii, Stephanus Promoti, Zenon sanctæ Dei genitricis ad fontem Alexandri Calamii, Dadas Cajumæ, Rodon sancti Theodori, Gennadius sancti Dominici, Theodorus sancti Maronii, Sila S. Eliæ, Paulus sancti Samuelis, Joannes sancti Theodori in petra, Dominicus ' Cyrorum, Cyrion Ægyptiorum, Basilius Cyraconæ, Joannes sancti Thomæ apostoli inter illos Modesti, Marcus sancti Theodori, Flavianus presbyter & secundarius Modesti * Lycaonum, Marinus sancti Pauli, Theoctistus sanctæ Dei genitricis prope illa sancti Job, Theodorus Tryphonis, Cosmas sancti Joannis inter illa Studii, Petrus sanctæ Dei genetricis, & sancti Diomedis in Hierusalem, Liberius sancti Dominici, Alexander Abraami, Theodorus Job, Tryphon Elpidii, Stephanus Constæ, Babylas sancti Danielis ad columnam, Joannes sancti Anastasii, * Anthemius Neonis, Joannes sancti Michaelis Charisii, Joannes Maræ prope cisternam Aetii, Phocas Jonæ prope secundum, Zosimus Eutychii Lycaonum, Timotheus Asterii, Stratonicus sancti Dometii Martyris, Polychronius sancti Michaelis in Æthrio, Andreas Romanorum prope cisternam, Martyrius Petri prope sanctos apostolos, sive Valentini & ' Dantati, Andreas sanctæ Dei genitricis prope sanctum Lucam, Marcus sancti Dominici, Jacobus Abibi Syrus, Atticus Eucratadarum, Joseph sanctæ Dei genitricis in Lithostroto, Paulus sanctæ Petri apostoli prope Palatium, Anastasius presbyter & secundarius sancti Philippi in brephotrophio, Georgius Cyri, Eusebius Symeonii, Zoticus sanctæ Andreæ prope portam Saturninam.

* Fosæ.

* Lycaonorum

* Eleutherius

Er de sub Theopolitana civitate, Paulus monachus ambasiator monasterii Maronis, Severianus presbyter & archimandrita monasterii Zoaræ de Thermis Syrus, Cassisa presbyter & archimandrita monasterii Lucæ Syrus, Simeones diaconus & ambasiator Jacobi, Joannes diaconus & ambasiator Theodori. Stephanus presbyter & prior monasterii Euxerii Syrus, Joannes presbyter & archimandrita monasterii domini Thomæ Syrus, * Thomas presbyter & archimandrita monasterii Aaron Syrus, ' Photinus monachus & ambasiator monasterii sancti Stephani, Theodorus diaconus & ambasiator ecclesiæ Erindelenorum, Sergius presbyter & periodeutes. Qui omnes pro se faciunt & pro aliis.

* Theonas
* Faustinus

Item & de sanctis Christi veri Dei nostri locis, Dometianus presbyter & arthi-

A ρεσβύτερος τῆς Θεοφυλάκτου ἡμῶν βασιλίδος, καὶ Μαρειανὸς ὁ Θεοσεβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἡγούμενος μονῆς Δαλματίου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης, καὶ ἔξαρχος, καὶ σὺν αὐτοῖς Θεοσεβέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ ἀρχιμανδρῖται τοῦ κατὰ τὴν δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν διαγῶν μοναστηρίων, Ἀγαπητὸς τῆς Δίου, Διόσκορος τῆς ἁγίας Εὐφημίας, Ἀγάπιος τῆς Θαλασσίου, Παῦλος τῶν Ῥωμαίων, Ἀντωνῖνος τῆς Εὐσεβίου, Στέφανος τῆς Ὀλυμπίου, Ἀναστάσιος τῶν Ῥωμαίων, Δημήτριος τῆς φωκᾶ, Κυριακὸς τῆς Εὐφημίου, Στέφανος τῶν Προμότου, Ζήνων τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τῇ πηγῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ Καλαμίου, Δάδας τῆς Καϊουμᾶ, Ῥόδων τῆς Θεοδώρου, Γεννάδιος τῆς Κυριακοῦ, Θεόδωρος Ἰῶβ τῆς Μαρωνίου, Σίλας τῆς Ἠλίᾳ, Παῦλος τῆς Σαμουήλ, Ἰωάννης τῆς Θεοδώρου, Κυρίων τῶν Αἰγυπτίων, Βασίλειος τῆς Κυρακωνᾶ, Ἰωάννου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ ἐν τοῖς Μοδέστου, Μάρκος τῆς Θεοδώρου, Φλαβιανὸς πρεσβύτερος, καὶ διάκονος τῆς Μοδέστου τῶν Λυκαόνων, Μαρῖνος τῆς Παύλου, Θεόκτιστος τῆς ἁγίας Θεοτόκου πλησίον τῶν Ἰῶβ, Θεόδωρος τῆς Τριφῶνος, Κοσμᾶς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τοῖς Στουδίου, Πέτρος τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τοῦ ἁγίου Διομήδους ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἐλευθέριος τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ, Ἀλέξανδρος τῆς Ἀβραμίου, Θεόδωρος τῆς Ἰῶβ, Τρύφων τῆς Ἐλπιδίου, Στέφανος τῆς Κώνσα, Βαβύλας τῆς Δανιὴλ ἐν τῷ Στύλῳ, Ἰωάννης τῆς Ἀναστασίου, Ἀνθέμιος τῆς Νέωνος, Ἰωάννης τοῦ ἁγίου Μιχαὴλ τῶν Χαρισίου, Ἰωάννης τῆς Μάρα πλησίον τοῦ Ἀετίου Κισέρνης, Φωκᾶς τῆς Ἰωνᾶ πλησίον τοῦ δευτέρου, Ζώσιμος τῆς Εὐτυχίου τῶν Λυκαόνων, Τιμόθεος τῆς Ἀστερίου, Στρατόνικος τῆς Δομετίου, Πολυχρόνιος τοῦ Αἰθρίου, Ἀνδρέας τῶν Ῥωμαίων πλησίον τῆς Κισέρνης, Μαρτύριος τῆς Πέτρου πλησίον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Ἀνδρέας τῆς ἁγίας Θεοτόκου πλησίον τοῦ ἁγίου Λουκᾶ, Μάρκος τοῦ ἁγίου Κυρίου, Ἰάκωβος τῆς Ἀβιβοῦ Σύρος, Ἀττικὸς τῶν Εὐκρατιδῶν, Ἰωσὴφ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τῷ Λιθοστρώτῳ, Παῦλος τοῦ ἁγίου Πέτρου, πλησίον τοῦ Παλατίου, Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, καὶ διάκονος τοῦ ἁγίου Φιλίππου ἐν τῷ βρεφοτροφείῳ, Γεωργίος τῆς Κύρου, Εὐσέβιος τῆς Συμεωνίου. Ζωτικὸς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου πλησίον τῆς Σατορνίου πύλης.

Καὶ τῶν ὑπὸ Θεόπολιν, Παῦλος μοναχὸς καὶ ἀποκρισιάριος μονῆς τῆς Μάρων, Σεβηριανὸς πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης μονῆς Ζωόρα τῶν Θερμῶν Σύρος, Κασσίας πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης μονῆς Λουκᾶ Σύρος, Συμεωνὴς διάκονος, καὶ ἀποκρισιάριος τῆς Ἰακώβου, Ἰωάννης, καὶ ἀποκρισιάριος, τῆς Θεοδώρου, Στέφανος πρεσβύτερος, καὶ ἡγούμενος μονῆς Εὐξείνου, Ἰωάννης πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ κυρίου Θωμᾶ Σύρος, Θωμᾶς πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης τῆς μονῆς Ἀάρων Σύρος, Φωτεινὸς μοναχὸς καὶ ἀποχρισιάριος μονῆς τοῦ ἁγίου Στεφάνου, Θεόδωρος διάκονος καὶ ἀποχρισιάριος τῆς ἐκκλησίας Ἐρινδηλίων, Σέργιος πρεσβύτερος, καὶ περιοδευτής. οἱ πάντες πρασσοντες ὑπέρ τε αὐτῶν, καὶ τῶν λοιπῶν.

Ἐτίμησαν καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν τόπους. Δομετιανὸς, πρεσβύτερος, καὶ ἀρχι-

a Inira & Daudais

al Syrorum

χιμανδρίτης μονῆς τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου μαρτυρίου, Ἡσύχιος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ μακαρίου Θεοδοσίου, Κασσιανὸς πρεσβύτερος τῆς λαύρας τοῦ μακαρίου Σάββα, Κυριακὸς πρεσβύτερος, καὶ ἡγούμενος τῶν Πυργίων τοῦ Ἰορδάνου, Νέστορος πρεσβύτερος λαύρας τοῦ μακαρίου Φιρμίνου, Τερέντιος πρεσβύτερος τῆς νέας λαύρας, Λεόντιος μοναχὸς, καὶ ἡγούμενος καὶ * τοποτηρητὴς τῆς ἐρήμου πάσης, Τραϊανὸς πρεσβύτερος τῶν πυργίων τοῦ Ἰορδάνου, Πολύδικτος διάκονος τῆς μονῆς τοῦ Ἀββᾶ Θεοδοσίου, Θεόδωρος διάκονος, καὶ μοναχὸς τῆς Νέας λαύρας, Κύριος διάκονος, καὶ μοναχὸς τῆς αὐτῆς Νέας λαύρας, Ἀναστάσιος διάκονος, καὶ μοναχὸς τῆς αὐτῆς Νέας λαύρας, Ἀναστάσιος διάκονος μονῆς τοῦ μακαρίου Μαρτυρίου, Μάμας μοναχὸς τῆς αὐτῆς μονῆς, Ἰωάννης μοναχὸς τῆς αὐτῆς μονῆς, Ἰουλιανὸς μοναχὸς μονῆς τοῦ Ἀββᾶ Θεοδοσίου. οἱ πάντες πράττοντες ὑπέρ τε αὐτῶν, καὶ τῶν οἰκείων μοναστηρίων, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἁγίας πόλεως μοναχῶν, Ἰωάννης πρεσβύτερος τῆς πεδιάδος, καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἐκεῖσε μοναχῶν, Θεωνᾶς πρεσβύτερος τοῦ Σινᾶ ὄρους, καὶ ἀποκρισιάριος τοῦτο ὄρους, καὶ τῆς ἐκκλησίας Φαρὰν, καὶ λαύρας Ῥαιθοῦ, ὑπὲρ πάντων τῶν ἐκεῖσε μοναχῶν, Στρατήγιος διάκονος, καὶ μοναχὸς μονῆς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου, ὑπὲρ πάντων τῶν ὑπὸ Σκυθόπολιν μοναχῶν.

Ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος, εἶπον, ἐν πρώτῃ τάξει διδαχθῆναι βουλόμεθα καὶ παρὰ Θεοδώρου τοῦ περιβλέπτου τὴν αἰτίαν, δι' ἣν πρὸς ἡμᾶς γέγονε.

Θεόδωρος ὁ περίβλεπτος τριβοῦνος νοτάριος, καὶ βικαριοεκδάρτος τοῦ δεσπότου ἡμῶν δεσπότου, εἶπε· δεήσεις ἀνέτειναν οἱ παρόντες εὐλαβέστατοι μοναχοὶ τῷ θειοτάτῳ, καὶ καλλινίκῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ τούτοις θεσπίσαι κατηξίωσε τὸ αὐτοῦ κράτος, λαβόντα με δέξασθαι, πρὸς τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ἀγαγεῖν δὲ καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους μοναχοὺς, ἐφ' ᾧ διδασκομένους ὑμᾶς τὰ παραυτῆς, τὰ καλῶς ἔχειν τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι φανόμενα, κανονικῶς δεξαμένους. τούτοις τοίνυν ἔχων μου τὰς χεῖρας, ἐπιδίδωμι τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι πρὸς ἀνάγνωσιν.

Ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος, εἶπον· ἡ παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν ἐπιδοθεῖσα δέησις τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν δεσπότῃ ὑποδεχθεῖσα, δῆλη γενέσθω. καὶ λοιβὸν Ἀκάκιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος, καὶ νοτάριος, ἀνέγνω.

Βασιλεῖ θεοσεβεστάτῳ, καὶ πανευσεβεστάτῳ αὐτοκράτορι Αὐγούστῳ Ἰουστινιανῷ δέησις, καὶ ἱκεσία παρὰ Μαριανοῦ μοναχοῦ, καὶ ἀρχιμανδρίτου μονῆς τοῦ μακαρίου Δαλματίου, καὶ ὀξάρχου τῶν ἁγίων μοναστηρίων τῆς βασιλίδος, καὶ τῶν αὐτῆς ἀρχιμανδριτῶν, καὶ παρὰ τῶν ἐνδημούντων ἐν αὐτῇ Ἱεροσολυμιτῶν, καὶ τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, καὶ τῆς δευτέρας Συρίας ἀρχιμανδριτῶν, καὶ μοναχῶν.

Ὁ θεὸς ὁ μέγας, καὶ θαυμαστὸς, δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ δυνάσται κρατοῦσι γῆς, προγινώσκων τά τε ὄντα, τάτε ἐσόμενα, κατιδὼν τὴν θεοφιλῆ καρδίαν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, οἷα μόνος τὴν ἐν ταύταις ἐν θόμια ἐρευνᾶν δυνάμενος, καὶ ἰδὼν τοῦτο προλαβόντα ὑπὲρ τῆς ὀρθοῦς πίστεως ζῆλον, τὴν τε μέλλουσαν γίνεσθαι σπουδὴν ὑπὲρ τῆς νυνὶ κρατούσης

A mandrita monasterii sanfti ac beati Martyrii, Hesychius * presbyter & archimandrita monasterii beati Theodosii, Cassianus presbyter laurae beati Sabbae, Dominicus presbyter & prior Pyrgiorum Jordanis, Nestabus presbyter laurae beati Firmini, Terentius presbyter novae laurae, Leontius Monachus prior ac vicarius totius eremi, Trajanus presbyter Pyrgiorum Jordanis, Polyeuctus diaconus monasterii beati Theodosii, Theodorus diaconus & monachus novae laurae, Cyricus diaconus & monachus ipsius novae laurae, Anastasius diaconus monasterii beati Martyrii, Mamas monachus ejusdem monasterii, Joannes monachus ejusdem monasterii, Julianus monachus monasterii abbatis Theodosii. Qui omnes faciunt & pro seipsis & pro suis monasteriis, ac pro omnibus monachis, qui sunt in eremo sanctae civitatis. Jordanes presbyter de Petra & pro omnibus ibidem monachis, Theonas presbyter montis [1] Sancti & ambasiator montis, & ecclesiae Pharan, & laurae Raithu, pro omnibus ibidem monachis, Strategius diaconus & monachus monasterii beati Joannis, pro omnibus monachis, qui sub Scythopoli sunt.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: In primo ordine edoceri volumus a circumspecto Theodoro causam, propter quam ad nos venit.

Theodorus circumspectus tribunus, notarius, & referendarius piissimi domini nostri, dixit: Praesentes venerabilissimi monachi supplicationes porrexerunt divinissimo ac serenissimo ac victoriosissimo imperatori nostro; & ipsas sancire imperium suum digne judicavit, & me accipere ac portare ad vestram sanctitatem; docereque venerabiles monachos, ut cum vos edocti eritis, quae ab ipsis facta sunt, canonice firmentur ea, quae vestrae beatitudini videntur bene habere. Has itaque cum ad manus habeam, vestrae beatitudini porrigo ad legendum.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Supplicatio venerabilium monachorum porrecta piissimo & Christo amantissimo domino nostro, & suscepta, fiat manifesta, & accipiens Acacius venerabilis diaconus & notarius legit:

Colendissimo piissimoque ac potentissimo Justiniano Augusto: Supplicatio ac deprecatio Mariani monachi & archimandritae monasterii B. Dalmatii, ac primatis venerabilium monasteriorum urbis regiae, & ipsius archimandritarum, necnon & archimandritarum & monachorum Hierosolymitanorum, & sancti montis Sinai, ac secundae Syriae in ipsa congregatorum.

DEus magnus & mirabilis, per quem reges regnant, & potentes terrae dominantur, praeciens praeientia & futura, conspexit Deo dilectum cor vestrae pietatis, & solus tales in his cogitationes scrutari valens, & videns accipientem zelum pro recta fide, & diligentiam, quae fieri debet pro statu, qui nunc est in sanctissimis ec-

1 Graece, *Sinai*.

clesiis, adduxit ad imperialem sedem vestram serenitatem; volensque ostendere in vobis omnibus suum judicium sine acceptione personarum, proposuit ad manifestum vestram bonam operationem, quam die ac nocte pro ecclesiastica pace & honore ac cultu rectæ fidei ac sanctorum patrum facitis, & pro eleemosyna quæ est proxima caritati: nam fidelibus eleemosynis expurgari peccata didicistis. At hoc boni consilii opus dissipare prompti Anthimus, Severus, Petrus, & Zoaras, & qui similia his sapiunt, omni tempore & loco tumultus ac turbationes ecclesiis facere non cessarunt. Terram quidem ac civitates sanctorum, & aliorum quorundam sanguine contaminarunt, tumultus concitantes: aerem vero & audientium aures anathematizationibus contra sanctos inquinaverunt. Demum vero irruerunt in hanc regiam civitatem, & altaria prophana & baptisteria aliena in oppositum veri altaris, & sancti fontis, in multis claris locis ipsius civitatis, & in suburbiis, & in propriis domibus fixerunt, & iniqua in ipsis facere non cessant, alios in domibus corrumpendo, & juxta apostolum captivando in ipsis simpliciores, addiscentes, & nunquam ad cognitionem veritatis venire valentes. Quod autem majus malum est & nobis intestinum, Anthimus, qui aliquando ordinatus fuit episcopus Trapezuntius. Iste enim ex multo tempore propriam ecclesiam derelinquens, & fidam vitam continentiæ assumendo, cum prædictis hæreticis conventicula faciendo, & dicendo omnia æqualia, quasi perpetrando errorem hæreticum similem illis conatus est per illorum conjunctionem sedem istius civitatis subripere contra omnes ecclesiasticos canones & leges. Quia igitur catholicæ ecclesiæ omnes alumni, de prædicti Anthimi iniquitate & violenta promotione, & aliorum iniquorum virorum, Deo & nobis molesti esse non cessaverunt, vos piissimi, & valentes ipsos extra ponere, tamen canonicum judicium a Romano pontifice in ipsum Anthimum, & in prædictos hæreticos beneficiendo audire voluistis; illo persuasi qui dicit, *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi*; & apostolo dicenti: *Obedite ducibus vestris & subditi estote; ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri*. Misit Deus huic civitati Agapitum, qui vere ἀγαπητός, id est, dilectus est a Deo & hominibus, pontificem antiquæ Romæ, in depositione Anthimi & prædictorum hæreticorum, tanquam olim Petrum magnum Romanis in depositione Simonis * Goetiani. Iste ergo honorabilis vir, sciens per libellos plurimorum & nostrorum ea, quæ inique contra ecclesias præsumpta fuere, & ea ipso visu semel accipiendo; neque ad visum suscipere voluit Anthimum, furentem adversus canones, sed hunc juste eje-

Deut. 4.
Psalm. 3.
1 Tim. 5.
2 Tim. 2.
Deut. 32.
Heb. 13. 17.
* Gretsiat Goetici.

A ἐν τοῖς ἀγωνιστικοῖς ἐκκλησίαις καταστάσεως ἀνηγαγεν εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον τῆς ὑμετέραν γαλήνότητα, καὶ τῷ ἐφ' ὑμῖν ἀπροσωπολήπτῳ αὐτῷ κρίσιν πᾶσιν ἐπιδεῖξαι βουλόμενος, προθήκεν εἰς φανερὸν τῆς ὑμετέραν ἀγαθῆς ἐργασίαν, ἐν νύκτῳ καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπέρ τε τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τιμῆς, καὶ σεβάσματος τῆς τε ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῆς ἁγίων ποιεῖσθε πατέρων, ὑπέρ τε τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης, καὶ ἐλεημοσυνῆς. ἐλεημοσύναις γὰρ καὶ πίστεσιν ἀπαλλαττεσθαι τὰς ἁμαρτίας μεμαθήκατε. τοῦτο δὴ τὸ τῆς ἀγαθῆς βουλῆς ἔργον διασκεδάσαι προθυμούμενοι Ἄνθιμος, καὶ Σεβῆρος, καὶ Πέτρος, καὶ Ζωάρας, καὶ οἱ τὰ ὅμοια τούτοις φρονοῦντες, κατὰ πάντα χρόνον, καὶ

B τόπον, καὶ θορύβους, καὶ ταραχὰς ταῖς ἐκκλησίαις ἐμποιοῦντες οὐκ ἐπαύσαντο. τῇ μὲν γὰρ καὶ τὰς πόλεις αἱμάσιν ἁγίων, καὶ ἑτέρων τινῶν, κατεμολύνοντες, καὶ θορύβοις συνεταράττοντες· τὸν δὲ ἀέρα καὶ τὰ τῆς ἀκούοντων ὦτα ταῖς κατὰ τῆς ἁγίων ἀναθεματισμοῖς μιαίνοντες, τὸ δὴ πέρας, καὶ εἰς ταυτήν τὴν βασιλίδα πόλιν εἰσφρήσαντες, καὶ θυσιαστήρια ἐβδελυγμένα, καὶ βαπτιστήρια ἀλλόξενα ὑφιστάντες τῶν ἀληθινῶν θυσιαστηρίου, καὶ τῆς ἁγίας κολυμβήθρας κατὰ πολλοὺς καὶ περιφανεῖς τόπους τῆς δε τῆς πόλεως, ἔν τε προαστείοις, καὶ ἰδιωτικοῖς πηξάμενοι οἴκοις, τὸ ἄθεσμα πράττοντες ἐν αὐτοῖς, ἀδιαλείπτως, τούς τε ἐν τοῖς οἴκοις διαφθείροντες καὶ αἰχμαλωτιζόντες κατὰ τὸν ἀπόστολον, τοὺς

C ἐν αὐτοῖς ἁπλουστέρους παντοῖα μανθάνοντας, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυναμένους. τὸ δὲ μεῖζον καὶ ἐγκόλπιον ἡμῶν κακόν, Ἄνθιμος ὁ ποτὲ προχειρισθεὶς Τραπεζουντίων ἐπίσκοπος. ὅτος γὰρ ἐκ πολλοῦ τῆς ἰδίαν ἐκκλησίαν καταλιπὼν, καὶ πεπλασμένον βίον ἐγκρατείας ἀναλαβὼν, καὶ συμβιαστηθεὶς τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς· καὶ τὰ ἐκείνοις ἀρέσκοντα ποιῶν καὶ λέγων, οἷα νοσῶν τῇ ὁμοίᾳ ἐκείνοις αἱρετικῇ πλάνῃ, ἠδυνήθη διὰ τῆς ἐκείνων συμπράξεως τὸν τῆς δε τῆς πόλεως θρόνον ὑφαρπάσαι, παρὰ πάντας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ κανόνας. ἐπεὶ οὖν πάντες οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὄφειμοι, περὶ τε τῆς τοῦ εἰρημένου Ἀνθίμου ἀθεσμίας τε, καὶ βιαίας προβολῆς, περί τε τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν ἀνοσίων ἀνδρῶν, καὶ τῷ θεῷ καὶ ἡμῖν δι' ὅλου γενόμενοι οὐκ ἐπαύσαντο, ὑμεῖς δὲ εὐσεβεῖς ὄντες, καίπερ δυναμένοις τούτους ὑφεῖναι, ὅμως γοῦν κανονικῶν κρίσιν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τῆς

D πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἐπὶ τε αὐτῷ Ἀνθίμῳ, καὶ τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς, καλῶς ποιοῦντες, ἀκοῦσαι ἠβουλήθητε πειθόμενοι τῷ εἰπόντι, ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. καὶ τῷ ἀποστόλῳ λέγοντι, πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῆς ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τῇ δε τῇ πόλει Ἀγαπητὸν, τὸν ὄντως ἀγαπητὸν, Θεῷ, καὶ ἀνθρώποις, ἀρχιερέα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἐπὶ καθαιρέσει Ἀνθίμου τε, καὶ τῶν

E εἰρημένων αἱρετικῶν, ὥσπερ ποτὲ Πέτρον τὸν μέγαν τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Σίμωνος γοητείας. ὅτος οὖν ὁ τίμιος ἀνὴρ, τὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἀθέσμως

1 Id est, *præjudicandi*.

2 Ita mss. Regius, hæc ipse adduxit, quæ non satis rotundi interpretis. [illegible] per illorum mentem servitio mancipatus, & a rectis dogmatibus alienatus, merito ad eorum rectitudinem redire non potuit; & quidem a nobis omni utentibus diligentia, & invitatus & discutiens ad ipsius salutem

De monasteriis non convellendis. Concil. Hispal. II. Tit. 10. a cap. 66.

Cellulæ vel congregationes novæ absque episcopi notitia non construantur. Conc. Agathen. Tit. 58. a cap. 30.

Monasterium inconsulto episcopo nullus ædificet.

Monachi si evagantur, reducantur; & si necesse erit, cum voluntate abbatis, de monacho clericus fiat. Concil. Agath. Tit. 27 a c. 30.

Ut episcopo liceat unam de parochitanis ecclesiis monasterium facere, & conferre quod voluerit de rebus ecclesiæ. Concil. Tolet. III. Tit. 4. a cap. 46.

Si episcopus monasterium faciat, vel parochitanam ecclesiam ditet, quantam partem de rebus ecclesiæ conferat. Concil Tolet. IX. Tit. 5. a cap. 52.

Monachus sine permissione episcopi vel abbatis cellulam sibi non constituat. Concil. Aurelian. Tit. 24. a cap. 31.

De potestate episcopi in monasteriis habenda: & ulterius non fieri sæcularia habitacula, quæ fuerint monasteria consecrata. Concil. Chalcedon. Tit. 23. a cap. 11. B

De discretione potestatis episcoporum, quam in monasteriis habere possunt Concil. Tolet IV. Tit. 51. a cap. 47.

Abbates in potestate episcopi sint. De monachis etiam vagis: & non suscipiendum alienum monachum. Concil. Arel. I. Tit. 15. a cap. 21.

De clericis, monachis, vel laicis, qui sunt in toycis monasteriis, atque martyriis, in potestate sint uniuscujusque episcopi civitatis Concil. Chalcedon. Tit. 8. a cap. 11.

Unus abbas duobus cœnobiis non præseratur. Concil. Agathens. Tit. 57. a cap. 30. C

De honore monachi & pœnitente: & ut nullus eorum attentet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia, neque monasteria vel oratoria sibi constituere liceat Concil. Calced Tit. 4. a cap. 11.

De monachis vagis & a monasterio egressis Concil. Tolet. IV. Tit 52. a cap. 47.

Clerici & monachi, sine episcopi epistola non profecturi, De abbatis quoque & monachorum cellulis, ac de monachis ægris & senibus. Concil. Agathen. Tit. 38. a cap. 30.

De clericis & monachis non manentibus in suo proposito. Concil. Chalced. tit. 7. a c. 11.

De monachis vel puellis Deo dicatis, quod non liceat eis nuptiis jungi. Conc. eod. Tit 16.

Monachi orarium vel zancas in usu non habeant. Concil. Aurelian. Tit. 22. a cap. 31.

Si monachus uxorem duxerit. Conc. eodem Tit. 28.

De monachis ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, & quæ monasterio offeruntur, non auferantur: & de basilicis quas laici fecerint. Conc. Herden. Tit 3. a cap. 42.

De monachorum promotione ad clerum. Epistola Syricii ad Eumerium Tarraconensem Tit. 13. 3.

Ut monachus missus alicubi, ministerium clericatus agere non præsumat, nec negotiator, nec executor existat Concil. Tarracon. Tit. 11. a cap. 39. E

De professione monachorum, & professione parentum eorum Concil. Tolet. IV. Tit. 49 a cap. 47.

TITULUS II.

De monast. fem. Monasterium puellarum procul a monachis constituendum Concil. Agathen. titul. 28 a cap. 30.

Ut monasteria virginum a monachis tueantur. Concil. Hispalen. II. tit. 1. cap. 66.

TITULUS III.

De custod. sacrar. virg. Qualiter sacræ virgines episcopi vel presbyteri custodia tueantur. Concil. Carthag. III. tit. 33. a cap. 15.

Vir religiosis fœminis præponendus ab episcopo probetur. Concil. Carthag. IV. tit. 97. a cap. 16.

Quod ad reatum sacerdotis pertineat, si viduæ, vel sanctimoniales, clericorum, qui iis præsunt, familiaritatibus socientur. Concil. eodem. tit. 102.

TITULUS IV.

De orat. sac. virg. Qualiter virgo sanctimonialis ordinetur. Carthag. IV. tit. 11. a cap. 12.

De virginibus ante viginti quinque annos non ordinandis. Conc. Carth. III. tit. 4. a cap. 15.

Nihil obest virginibus; quæ necessitate cogente ante viginti quinque annos velatæ fuerint Concil. Carthag. VIII. tit. 26. a cap. 20.

Virgines sanctimoniales ante ætatis annum quadragesimum non velentur. Concil. Agathen. tit. 19. a cap. 30.

Ante quadraginta annos ætatis sanctimoniales virgines non velentur. Concil. Cæsaraugust. tit. 8. a cap. 41.

De diaconis non ordinandis. Concil. Arausic. tit. 26. a cap. 27.

De diaconis lapsis, & ut non ante annum quadragesimum ordinentur. Concil. Chalc. tit. 13. a cap. 11.

TITULUS V.

De tempo. vel virg. De virginibus sacris, quibus temporibus velentur; ob necessitatem tamen omni tempore, sicut de baptismate dictum est: ne sine hoc munere transeant, quod imploraſſe dicuntur. Decret. Gelasii generale tit. 14. a cap. 84.

TITULUS VI.

De sac. virg. veland. ac post cor. & de corr. eor. De sacris virginibus velatis, si publice vel occulte lapsæ fuerint Epistola Innocentii ad Victoricum tit. 12. a cap. 7.

De puellis quæ jam consecratæ sunt, si postea nupserint, & propositi, & consecrationis duplex crimen admittunt. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 15. 68.

TITULUS VII.

De virg. non vel. & cor. ac de corrupt. eor. De virginibus sacris non velatis, si lapsæ fuerint. Epistola Innocentii ad Victoricum tit. 13. 7.

Quod puellæ, quæ non coactæ, sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, delinquunt cum nupserint, etsi nondum fuerint consecratæ. Epistola Leonis ad Rusticum Narbonen. tit. 15. a cap. 68.

Si devota se maritaverit, vel mœchaverit, pœnitentiæ deputabitur. Concil. Valentino tit. 2. a cap. 24.

De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint. Concil. Eliber. tit. 13. a cap. 38.

Devota si adulteraverit, decem annis pœniteat, si maritum duxerit, non permittenda ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit. Concil. Tolet. I. 16. a cap. 44.

A Si devota peccaverit, vel se maritaverit. Concil. Bracar. III. tit. 31. a cap. 63.

De virginibus sacris, quæ vim barbaricam pertulerunt; quod non habeant corruptam mentem propter corruptelam corporis violentam; quodque laudabiliores sunt, si se incontaminatis non comparent. Epistola Leonis ad episcopos Africanos tit. 5. a cap. 71.

Ut raptores viduarum aut virginum, vel qui sacris virginibus vi vel sponte nupserint, communione priventur. Epistola Symmachi ad Cæsarium tit. 4. a cap. 87.

Quod ii qui sacris virginibus sociantur, & fœdera incerta commiscent, communicare non possint, nisi publicam pœnitentiam gesserint.

B His autem de sæculo transeuntibus viaticum non negari. Decretum Gelasii generale tit. 22. 84.

TITULUS VIII.

De discretione sæcularium & sanctimonialium viduarum ac virginum Concil. Tolet. IV. tit. 56. a cap. 47. De discr. vi. ac virg.

De professione & veste religiosarum viduarum. Concil. Tolet. X. tit. 4. a cap. 53.

TITULUS IX.

De comprob. sanctim. vid. ac virg. Viduæ quæ in propositum religiosum diuturna observatione permanserint, & virgines quæ

C plurimis annis in monasteriis fuerint, omnino nubere prohibentur. Epistola Symmachi ad Cæsarium tit. 5. 87.

De fœminis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo. Conc. Arausic. tit. 27. a cap. 27.

De remotis excusationibus viduarum transgressionem sequentium. Concil. Tolet. X. tit. 5. a cap. 53.

TITULUS X.

De prohib. min. fœm. De fœminis, ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex eis, quæ virorum sunt officiis deputata, præsumant. Decretum Gelasii generale tit. 28. a cap. 84.

D Ut nulla professa vel vidua absente sacerdote in domo sua sacerdotale officium, vel lucernarium impleat. Concil. Tolet. I. tit. 9. a cap. 44.

Non debere mulieres ad altare ingredi. Concil. Laodic. tit. 44. a cap. 7.

Qualiter viduæ vel sanctimoniales ad baptismi ministerium ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit. 12. a cap. 16.

Ut mulieres publice docere non præsumant. Concil. Carthag. IV. tit. 99. a cap. 16.

Ut mulier baptizare non audeat. Concil. eod. tit. 100. a cap. 16.

TITULUS XI.

De non veland. vid. Viduæ non velentur, quia id nec auctoritas divina, nec Canonum instituit forma.

E Decretum Gelasii generale tit. 15. a cap. 84.

Quod viduæ (ut supradictum est) non velentur: & si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se Deo rationem redeant. Decretum generale Gelasii tit. 23.

TITULUS XII.

De cohab. reg. vid. Cum viduis vel viduabus extraneæ personæ ne commorentur. Conc. Carth. I. tit. 4. a cap. 13.

De

De viduis adolescentulis & infirmis victu ecclesiæ sustentandis. Conc. Carthag. IV. tit. 101. a cap. 16.

Ut viduæ quæ impendiis ecclesiæ sustentantur ecclesiam meritis & orationibus juvent. In quo supra tit. 103.

De viduis senioribus, quæ tamquam ordinatæ non suscipiantur. Concil. Laodic. tit. 11. a cap. 7.

TITULUS XIII.

De conf. mon. ac virg. & dom. prav.

De monachis vel puellis Deo dicatis, quod non liceat eis nuptiis jungi. Concil. Chalcedon. tit. 16. a cap. 11.

Clerici vel sanctimoniales fœminæ cum extraneis viris vel fœminis non habitent. Concil. Carthag. I. tit. 3. a cap. 13.

Clerici vel continentes ad virgines & viduas soli nunquam accedant. Conc. Carth. III. tit. 25. a cap. 16.

Ut religiosa puella virorum familiaritatem non habeat. Concil. Tolet. I. tit. 6. a cap. 44.

De monachis & virginibus castitatis propositum non servantibus. Epistola Syricii ad Eumerium tit. 6. 3.

Quod si qui propositum monachi deseruerint, publica sint pœnitentiæ satisfactione purgandi. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 14. 68.

De viris ac fœminis sacris propositum transgredientibus sacrum. Concil. Tolet. VI. tit. 6. a cap. 49.

TITULUS XIV.

De vid. mœch.

De viduis mœchis, si eumdem postea habeant. Conc. Elib. tit. 72. a c. 38.

TITULUS XV.

De cap. pœnit. bono.

Quod non oportet christianum de die in diem differre converti: ne angustias temporis incurrat extremi. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-julienſem tit. 4. 72.

TITULUS XVI.

Quid possit pœnitentia.

Quod omni tempore necessitatis & periculi pœnitentia & reconciliatio sine mora sit conferenda. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit. 3.

Quod christianum non conveniat in spatio vitæ spem indulgentiarum habere. In quo supra tit. 4.

TITULUS XVII.

De dil. pœnit. & comm.

De iis qui pœnitentiam agere differant propter metum gravius delinquendi. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 9. a cap. 68.

De iis qui quocumque obstaculo impediti, pœnitentiam accipere non recurrunt, quod eis hoc remedium pœnitentiæ post mortem dari non potest; quodque eorum merita Dei tantum judicio relinquenda. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-julienſem tit. 2. & in epistola Innocentii ad Exuperium tit. 2. 72. & 8.

De iis qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in casu communicationem petunt. In excerptis Martini tit. 52.

TITULUS XVIII.

De dando, polit. & tempor. pœnit.

In infirmitate conversi manus impositionem accipient. Concil. Arelat. 1. tit. 6. a cap. 21.

De iis qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt, qualiter ab ecclesia recipiantur. Concil. Carthag. VIII. tit. 23. a c. 20.

Juxta peccati differentiam pœnitentiæ tempora decernantur. Concil. Carthag. III. tit. 31. a cap. 15.

Ut sacerdos pœnitenti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges jungat. Concil. Carth. IV. tit. 74. a c. 16.

De petentibus pœnitentiam, si postea obmutescant, vel in phrenesin vertantur. Concil. eod. tit. 76.

Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam. Conc. Arausic. tit. 4. a cap. 27.

De iis qui subito obmutescunt, ut baptismum & pœnitentiam accipiant. Concil. Arausic. tit. 12. a cap. 27.

De iis qui mente despiciunt, ut eis quæ pietatis sunt, conferantur. Concil. eod. tit. 13.

Quod qui pœnitentiam petit, si obmutuerit, aut judiciis, aut testimoniis certis comprobatus, quod quæsivit accipiat. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-julienſem tit. 5. 72.

Qualiter majores pœnitentiam accipiant, quæ minoribus non facile committenda est, & quod viaticum in morte posito nullatenus denegandum. Concil. Agathen. tit. 15. a cap. 30.

Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur. Concil. Arelat. II. tit. 22. a cap. 22.

Qualiter pœnitentia detur cum detonsione capitis, & mutatione vestis. Concil. Tolet. III. tit. 12. a cap. 46.

De iis qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt: ut si digne pœnituerint, communio tribuatur. Concil. Laodic. tit. 2. a cap. 7.

Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda. Epistola Cœlestini ad episcopos Galliæ tit. 2. a cap. 34.

De pœnitentia fidelium, ut quum ad eam pervenerint, cessio eorum non publicetur. Epistola Leonis ad episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum tit. 2. 67.

Quod ægritudine aggravatis, vel obmutescentibus, pœnitentia per testimonium audientium detur. Epistola Leonis ad Theodorum Foro-julienſem tit. 3. 72.

Quod in generalibus causis nihil sine metropolitano oportet inquiri. Et ut ii qui ex exitu sunt, pœnitentia & communione non negetur. Nam non nisi per supplicationes sacerdotum valent Dei indulgentiam [illegible] Epistola Leonis ad Theodorum Foro-[illegible] tit. 1.

TITULUS XIX.

Ut negligentes pœnitentes tardius recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 75. a cap. 16.

Ut pœnitentes infirmi viaticum accipiant. Conc. eod. tit. 77.

Ut pœnitentes viatico accepto, si fuerint [illegible], sine manus impositione non [illegible] absolutos. Conc. eod. tit. [illegible]

Ut pœnitentium casa detonsum & [illegible] & memoria commendetur. In quo [illegible] tit. 79.

Omni tempore jejunii a sacerdote manus

pœnitentibus imponenda. In quo sup. tit. 80.

Mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant & sepeliant. In quo sup. tit. 81.

Quod pœnitentes secundum modum canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant. Concil. Tolet. III. tit. 11.

Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poscit, etiam multis licitis abstineri. Et quod pœnitentes si caussas suas perfectionis amore non relinquunt, ecclesiastico eas judicio agant. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 10. 68.

Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat. In quo sup. tit. 11.

Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam omnino redire non liceat. In quo sup. tit. 12.

TITULUS XX.

De tempore remissionis pœnit.

De pœnitentium remissionis tempore. Epistola Innocentii ad *Decentium*: tit. 7. 6.

TITULUS XXI.

De loco recipiendi pœnit.

De pœnitentibus ut ab aliis episcopis vel presbyteris non suscipiantur, nec alibi communicent, nisi in sua ecclesia. Quod si qui eos susceperint; culpam tangunt. Epistola Felicis ad episcopos per Siciliam tit. 6. 81.

Pœnitens ubi acceperit pœnitentiam, ibi communicet. Concil. *Arelat.* I. tit. 16. a cap. 21.

TITULUS XXII.

De iis qui in pœnitentia post mor.

De iis qui in pœnitentia positi vita excesserunt, ut & communicent, & oblatio eorum recipiatur. Concil. Arelat. II. tit. 12. a cap. 22.

De pœnitentibus subito mortuis, ut oblationes eorum recipiantur. Concil. Vasensi I. tit. 2. a cap. 28.

De non reconciliatis pœnitentibus, qui de corpore exeunt, ut viaticum accipiant; & si supervixerint, inter pœnitentes sint. Concil. Arausic. tit. 3 a cap. 27.

TITULUS XXIII.

De damnatione transgressorum & pœnit. cadit.

De apostatis qui tardius revertuntur, nisi per dignam pœnitentiam recipiantur. Concil. Arelat. I. tit. 23. a c. 21.

De iis qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt; & qui post pœnitentiam habitum sæcularem retinunt. Concil. Arelat. II. tit. 25. a cap. 22.

Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit, vel qualibet fami iaritate cum extraneo vixerit. Conc. eod. tit. 21.

De iis qui pœnitentiam violaverint. Conc. Aurel tit. 13. a cap. 31.

De pœnitentibus mœchis, si postquam pœnituerint, rursum fornicati fuerint. Concil. Eliberit. tit. 7. a cap. 38.

De viduis quæ post professam continentiam prævaricaverint. Concil. Carthag. IV. tit. 104. a cap. 16.

De fœminis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo; si prævaricaverint, cum raptoribus damnentur. Concil. Arausic. tit. 27. a cap. 27.

De iis, quæ professæ sunt castitatem, si prævaricaverint. Concil. eod. tit. 28.

De pœnitentibus, viris ac fœminis, sive viduis, virginibusque sacris, qui divertentes, laici fiunt, aut vestem mutant, vel conjugiis copulantur. Tolet. IV. tit. 55. a cap. 474.

De iis, qui viduæ seu pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerint. Concil. Ilerdensi tit. 6. a cap. 42.

De iis qui acceptam pœnitentiam non servaverunt quid damnationis, vel quid subventionis habebunt. Epistola Syricii ad Eumericum tit. 5. 3.

Quod adolescens, si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo, pœnitentiam gesserit, & non se continet, uxoris potest remedio sustineri. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 13. a cap. 68.

De pœnitentibus transgressoribus. Conc. Tolet. VI. tit. 7. a cap. 49.

Quod quibusdam pœnitentibus pristina reddantur conjugia. Concil. Tolet. VI. tit. 8.

LIBER TERTIUS.

De institutionibus judiciorum, & gubernaculis rerum.

Jussi postquam nostra tuis se lingua subegit,
Ac dicto citius famulatum mente paravit,
In qua curriculum mittamus parte viantem,
Aut commotum librabimus orbe regressum?
Enixo series usque nunc prorsus orsu.
Ex hoc incipe juridicos disponere motus.
Os, guttur, linguam, labium accusantis obumbra
Falsum non toleres indemnem vivere testem.
Judicium judex addiscat promere justum,
Nec nimium juris vertat in parte favoris.
Quisquis enim torquet leges, torquetur ad ignes,
Et parva magnus pensabit facta reatus.

INDEX LIBRI TERTII.

1 *De retinendo suscepto regimine, & solicite peragendo.*
2 *De formatis.*
3 *De modo profectionis ministrorum.*
4 *De modo profectionis sacerdotum.*
5 *De conspirationis crimine.*
6 *De delatoribus.*
7 *De accusatorum quærenda conversatione.*
8 *De accusatorum reprobatione.*
9 *De accusatorum acceptione.*
10 *De examinatione testium.*
11 *De non compellendis ad testimonium.*
12 *De reprobatione testium.*
13 *De contemptu judicis.*
14 *De exordiis judicis.*
15 *De implorandis judiciis.*
16 *De non reinquirendis ecclesiasticis judiciis.*
17 *De electione judicum.*
18 *De numero judicum.*
19 *De dubiis judiciis.*
20 *De diversis judiciis.*
21 *De injustis judiciis.*
22 *De incertis judiciis.*
23 *De convellendis & confirmandis judiciis.*
24 *De collationibus pauperum.*
25 *De opprimentibus pauperes & fraudantibus ecclesiarum oblationes.*
26 *De conciliis celebrandis.*
27 *De episcopis ad synodum ire contemnentibus.*
28 *De custodiendis episcoporum pactis & a principe confirmandis.*
29 *De excommunicatis.*

30 *De*

30 *De excommunicatis, & ita defunctis.*
31 *De conservanda integritate locorum.*
32 *De invasis sedibus & locis.*
33 *De regendis ecclesiis, & tricennali possessione.*
34 *De visitandis & moderandis parochiis.*
35 *Si contentio inter parochias oriatur, quæ examinatione determinetur.*
36 *De œconomis & defensoribus ecclesiarum.*
37 *De dispensatione ecclesiasticarum rerum.*
38 *De custodiendis & non alienandis ecclesiarum rebus.*
39 *De libertis & familia ecclesiarum.*
40 *De non ignorandis canonibus.*
41 *De conservatione canonum, & damnatione vetita præsumentium.*
42 *De non contemnendis quæstionibus, & cavendis contentionibus.*
43 *De retinenda conditione servorum.*
44 *De quorumcumque libertis ecclesiæ commendatis.*

Complevi præcepta sacris impleta loquellis,
Asportans quidquid præcipis ipse tibi.
Putasne recto labuntur crura viatu,
Aut non alterno fallimur inde pede?
Directe jugulus mentem confilit iniquam,
Justitiæ telo callida cuncta secans.
Fuichre est infausto punitus crimine mendax,
Ne falso staret quod veritate perit.
Veridico cuncta congressa est orbita gressu.
Perge vigens, error nullus in antra latet.

TITULUS I.

De retin. fusc. regim. & solic. pe- tag.

Quod non sint quacumque ex caussa relinquenda regiminis jura suscepta. Præfatio epistolæ Leonis ad Rusticum Narbonensem 68.

Quod jura regiminis solicite sint agenda. Præfatio epistolæ Leonis ad episcopos per Siciliam 65.

TITULUS II.

De formatis.

Quomodo fiat formata. Epistola Attici Constantinopolitani episcopi, quæ est in fine Græcorum conciliorum, ex integro.

Qualiter fuit formata. Et ut sine formata nullus clericus quocumque proficiscatur. Conc. Carthag. VIII. tit. 20. a cap. 20.

TITULUS III.

De modo profect. ministr.

Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum, sine formatis literis aliquo proficisci. Conc. Laod. tit. 41. a cap. 7.

Non oportet altaris ministrum, vel quemlibet clericum, præter jussionem episcopi sui ad peregrina proficisci. Conc. eod. tit. 42.

Nullum peregrinum absque epistolio, idest formata, suscipi. Concil. Antioch. tit. 7. a cap. 6.

Quod non oporteat egenis epistolia tribui: honestiores autem commendatitiis literis approbari, Concil. Chalcedon. tit. 11. a cap. 11.

Ut qui confessorum literas portant, alias communicatorias recipiant. Concil. Arelat. I. tit. 9. a cap. 21.

De epistolis communicatoriis confessorum. Concil. Eliberit. tit. 25. a cap. 38.

De iis qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur. Concil. eod. tit 58.

De clericis qui sine epistolis sui pontificis A proficiscuntur. Concil. Agathen. tit. 52. & in eodem tit. 38. a cap. 30.

Ut clerici vel laici in alienam ecclesiam non communicent sine literis episcopi sui. Concil. Carthag. I. tit. 7. a cap. 13.

De præsidibus, vel cæteris rempublicam agere volentibus, ne sine literis episcopi sui communicent; & quum contra disciplinam egerint, excommunicentur. Conc. Arelat. I. tit. 7. a cap. 21.

Quod non oporteat extraneos clericos sine commendatitiis literis ministrare. Concil. Chalc. tit. 13. a cap. 11.

TITULUS IV.

Ut episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur. Conc. Carth. III. tit. 28. a cap. 15. De modo proficiscendi.

Quod episcopus absque vocatione principis, & absque justis caussis ad comitatum vadens, communione & dignitate privetur Concil. Sard. tit. 11. a cap. 5.

De commotione episcoporum, ne passim ad comitatum ire præsumant. Concil. Sard. tit. 12. a cap. 5.

De episcopis, vel omnibus omnino qui sunt sub ecclesiastica regula constituti; ut nulli absque consilio & literis metropolitani, omniumque qui in eadem provincia, sunt episcopi, C ad principem eant. Concil. Antioch. tit. 11. a cap. 6.

Ut episcopi passim ad comitatum non pergant, nisi a principe evocati. Et quomodo pro oppressis aut viduabus, vel pupillis atque damnatis, apud potestates episcopis remedium impetrent. Concil. Sardic. tit. 8. a cap. 5.

Quomodo episcopi, aut per se, aut per ministros suos, caussas sibi competentes juste agere possint quum velint. Conc. eod. tit. 9.

Quod nisi pro justis caussis, aut pupillorum, vel viduarum, sive laborantium remediis, episcopus *ad Comitatum* non eat. Concil. eod. tit. 10.

De convicinis episcopis in urbe regia com- D morandis. Concil. Tolet. VII. tit. 6. a cap. 50.

TITULUS V.

De conjurationibus, & conspirationibus quod crimen Græci PHRATRIAS dicunt. Concil. Chalced. tit. 18. a cap. 11. De conjurat. etc.

TITULUS VI.

De delatoribus. Concil. Eliberit. tit. 73. a cap. 38. De delatoribus.

TITULUS VII.

Quærendam in judicio conversationem accu- E satoris & accusati. Concil. Carthag. IV. tit. 96. a cap. 16. De [illegible]

TITULUS VIII.

Qui non bonæ conversationis sunt, aut criminibus implicati sunt, clericos non accusent. Concil. Carthag. II. tit. 6. a cap. 14. De accusat.

De personis quæ clericos accusare non possunt. Concil. Carthag. VII. tit. 2. a cap. 19.

De excommunicatis, ut donec in eadem sententia sunt, non accusent. Concil. eod. tit. 1.

Ut accusatores, qui primum crimen objectum non comprobaverint, ad cætera accusanda non admittantur. Concil. Carthagin. VII. tit. 3. a cap. 19.

De iis qui sacerdotes accusant nec probant. Concil. Eliberit. tit. 75. a cap. 38.

Ut qui clericum accusaverit, & id non probaverit, excommunicetur. Concil. Brac. II. tit. 8. a cap. 62.

Clerici accusatores fratrum ad communionem non recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 55. a cap. 16.

Ut falli accusatores fratrum, usque ad exitum excommunicentur. Concil. Arelat. I. tit. 14. a cap. 21.

De accusatoribus fratrum. Concil. Arelat. II. tit. 24. a cap. 22.

De laicis qui in clericos crimen intendunt. Concil. Tolet... tit. 3. a cap....

Ut accusatores de levibus cautis non audiantur; de criminalibus vero discutiantur. In quo episcopus accusatoris vice se discutiendum sciat. Concilio Vasensi tit. 7. a cap. 28.

Ut episcopus si cuicumque crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodo. Concil. Carthag. IV. tit. 29. a cap. 16.

Soli episcopo accusanti non esse credendum. Quod si quem solus accusaverit, & negantem excommunicaverit, nec ipse communicet. Concil. Carthag. VII. tit. 5. a cap. 19.

TITULUS IX.

De accusat. acceptione.

De episcoporum & clericorum accusatoribus, quales debeant in accusationibus suscipi. Chalced. tit. 21. a cap. 11

Ne sine accusatore legitime quispiam condemnetur. Conc. Tolet. VI. tit. 11. a cap. 49

TITULUS X.

De exam. test.

Ejus quis frequenter litigat, & ad accusandum facilis est, testimonium nemo absque gravi examinatione recipiat. Concil. Carthag. IV. tit. 58. a cap. 16

TITULUS XI.

De non compel. ad testim.

De clericis, nullius ecclesiastici ad testimonium dicendum personam pulsetur. Concil. Carthag. V. tit. 1. a cap. 17

TITULUS XII.

De reprobat. test.

De personis, quæ adversus clericos testificari non possunt. Concil. Carthag. VII. tit. 4. a cap. 19

De falsis testibus. Concil. Eliberit. tit. 74. a cap. 38

De Judæis conversis, & post prævaricantibus, ut ad testimonium non admittantur. Concil. Tolet. IV. tit. 64. a c. 47

De eo quem solo suo testimonio præsumpserit episcopus excommunicare. Concil. Carthag. VII. tit. 5. cap. 19

TITULUS XIII.

De non rapta judic.

De accusatis judicio adesse nolentibus. Epistola Bonifacii ad episcopos Galliæ, ex integro 32

TITULUS XIV.

De exord. jud.

Ut nullus episcopus pro judicio munera accipiat. Concil. Tarrac. tit. 10. a cap. 39.

Ut episcopus causas cleris præsentibus audiat. Concil. Carthag. IV. tit. 23. a cap. 16

Nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas audire præsumat. Concil. Tarrac. tit. 4. a cap. 39

De discretione causarum, in quibus sacerdotes judices esse possunt. Concil. Tolet. IV. tit. 31. a cap. 47.

TITULUS XV.

De implor. jud.

De clericis, si a principe sæculare aut episcopale judicium postulent. Concil. Carthag. VIII. tit. 19. a cap. 20

Si clericus injustam districtionem episcopi circa se putat, recurrat ad synodum. Concil. Carthag. IV. tit. 66. a cap. 16

Licere clericis: si injuste fuerint excommunicati vicinos adire episcopos. Concilium Sardicense tit. 17. a cap. 5

De clericis, qui de judiciis episcoporum suorum conqueruntur. Concil. Carthag. VIII. tit. 22. a cap. 20

Qui sententiæ episcopi sui non acquiescit, recurrat ad synodum. Concil. Vasen. tit. 5. a cap. 28

TITULUS XVI.

De non relinq. eccl. judiciis.

Ne catholici apud infideles causas proponant. Concil. Carthag. IV. tit. 87. a cap. 16

Quod non oporteat clericos, prætermisso episcopo, ad sæcularia judicia commeare. Et si clericus adversus episcopum alienum causam habeat, apud audientiam synodi ejus provinciæ conqueratur. Nam si contra ipsius provinciæ episcopum, aut contra metropolitanum habuerit episcopus vel clericus, ad diœcesis episcopos pergat. Concil. Chalcedonen. titul. 9. a cap. 11

Ut clerici omnino publica judicia non appellent; quod si fecerint, aut causam perdant, aut dignitate priventur. Concil. Carthag. III. tit. 9. a cap. 15

Ut clericus inconsulto episcopo ad judicem sæcularem non pergat. Concil. Agathen. tit. 32. a cap. 30

Quod non liceat duos clericos in forum caussare publicum. Concil. Tolet. III. tit. 13. a cap. 46.

TITULUS XVII.

De electi. judic.

Ut si ex consensu partium judices electi fuerint a numero qui constitutus est, non liceat esse judices pauciores. Concil. Carthag. III. tit. 10. a cap. 15.

TITULUS XVIII.

De num. judic.

De numero judicum & clericis contumacibus, quanti possint judicare episcopum, presbyterum, vel diaconum. Concil. Carthag. I. tit. 11. a cap. 13.

Quanti debeant judicare episcopum, presbyterum, vel diaconum. Concil. Carthag. II. tit. 10. a cap. 14.

De

De episcopis & accusatoribus, ubi, vel infra quod tempus examinentur: & de spatio purgationis, & communionis eorum. Concil. Carth. III. tit. 7. a cap. 15.

De presbyteris & diaconibus, quanti episcopi eos discutiant; & ut idem ordo cum accusatoribus, in eorum caussis & discussionibus conservetur. Qui in episcoporum negotiis conservari jubetur, aliorum clericorum caussas solus loci episcopus agnoscat & finiat. Concil. Carthag. III. tit. 8.

Ut Gallicani episcopi in Galliis non discutiantur. Concil. Vas. tit. 1. a cap. 28.

De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis. Concil. Hispal. II. tit. 6. a cap. 66.

TITULUS XIX.

De dub. judic. De episcopis vel clericis a synodo, vel a proprio episcopo damnatis: quod si questi fuerint, ad majorem episcoporum synodum se convertant, & principis auribus nullam molestiam ingerant. Concil. Antioch. tit. 12 a cap. 6

De episcopis accusatis: ut si una pars eum innocentem, & altera judicaverit reum, alter metropolitanus cum aliquantis episcopis veniat, ut contentionem dissolvat. Concil. Antioch. titul. 14.

TITULUS XX.

De diverf. jud. Ut si quis ab aliis judicibus ecclesiasticis ad alios transeat, non obsit prioribus, si diversam sententiam proferant. Quærendum tamen si nulla sint caussa injustitiæ depravati. Conc. Carthag. III. tit. 10. a cap. 15.

TITULUS XXI.

De injust. jud. Irritam esse sententiam episcopi, nisi clericorum suorum sententia confirmetur. Conc. Carthag. IV. tit. 23. a cap. 16.

Irritam esse injustam episcoporum damnationem, & iccirco a synodo retractandam. Conc. eod. tit. 28.

Irritam esse absente eo, cujus caussa agitur, sententiam prolatam. Nam qui fecerint in synodo caussam dabunt. Concil. eod. tit. 30.

TITULUS XXII.

De incert. jud. De episcopis qui exceperint sententiam a totius provinciæ episcopis, ut eorum judicium revolvi non possit. Concil. Antiochen. tit. 15. a cap. 6.

Non licere episcopo; vel cuicumque clerico si exauctoratus fuerit ministrare, donec reparari possit. Conc. Antioch. tit. 4.

De clericis pro crimine suo damnatis, ut a quolibet non defensentur. Concil. Carthag. V. tit. 2. a cap. 17.

De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat *innocentiam suam*. Concil. eod. titul. 12.

TITULUS XXIII.

De conveil. & confirm. jud. De episcopo adjudicato. Ut si voluerit episcopus Romanus, aut renovet aut confirmet judicium. Conc. Sard. tit. 3. a cap. 5.

Ut si episcopus a synodo fuerit depositus; in cathedram ejus nullus per omnia ordinetur, nisi ejus caussam episcopus Romanus determinaverit. Conc. eod. tit. 4.

De caussis clericorum tam superioris ordinis quam inferioris, quæ in provincia minime finiuntur, ut ab apostolica sede determinentur. Epistola Innocentii ad Victoricum tit. 3. 7.

Quod surreptum fuerit apostolicæ sedi, & suam in melius sententiam commutaverit, quando damnationem *Photini* rescidit. Epistola Innocentii ad Ruffum tit. 7. a cap. 26.

Item de episcopo adjudicato: ut per quos voluerit episcopus Romanus renovet judicium. Conc. Sard. 4 cap. 5.

De ordine quo depositi iterum ordinentur. Conc. Tolet. IV. tit. 28. a cap. 47.

De episcopis accusatis, ut a Romano episcopo, vel ab aliis, quos miserit, actio finiatur. Concil. Sard. tit. 7. a cap. 5.

Si presbyter aut diaconus injuste se excommunicatum in concilio conqueratur. In excerptis Martini 35.

TITULUS XXIV.

De collat. paup. De iis quæ in usus pauperum conferuntur, ut extra ecclesiam dentur. Conc. Gangrensi tit. 8. a cap. 4.

Agapen fratrum non debere contemni. Concil. eod. tit. 11.

TITULUS XXV.

De oppr. paup. & fraud. eccles. oblat. Ut opprimentium pauperes oblationes non suscipiantur. Concil. Carthagin. IV. titul. 94. a cap. 16.

Ut qui oblationes defunctorum aut negant, aut difficulter reddunt, excommunicentur. Conc. eod. tit. 95.

Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur. Concil. Vasensi titul. 4. a cap. 28.

De iis qui suas vel propinquorum oblationes ecclesiis fraudant. Concil. Agathen. titul. 4 a cap. 30.

Si quis *Potentium* quemlibet exspoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur. Conc. Tolet. I. tit. 11. a cap. 44.

TITULUS XXVI.

De concil. celebrandis Ut bis in anno episcoporum fiat concilium. Conc. Nicæno tit. 5. a cap. 1.

Quod oporteat bis in anno concilium fieri per singulas provincias. Concil. Chalced. tit. 19. a cap. 11.

Ut gesta conciliorum episcoporum subscriptionibus roborentur. Concil. Carthag. III. 50. a cap. 15.

Ut ad metropolitani arbitrium synodus congregetur. Concil. Arelat. II. titul. 18. a cap. 22.

Ut epistolas ad concilium revocandum metropolitanus subscribat & dirigat. Conc. Carth. VIII. tit. 10. a cap. 20.

Quod in communes caussas ecclesiæ generale concilium congregare oporteat, in privatis vero caussis speciale uniuscujusque provinciæ. Conc. Carthag. VIII. tit. 9. a cap. 20.

De qualitate conciliorum vel quare aut quando fiant. Concil. Toletan. IV. tit. 3. a cap. 47.

Ut episcopus ad diem concilii occurrat. Conc. Carthag. V. tit. 19. a cap. 17.

Formula qualiter concilium fiat. Conc. Toler. IV. tit. 4.

Ut episcopus ægrotans pro se legatum ad synodum mittat. Concil. Carthag. IV. tit. II. a cap. 16.

De tempore Paschæ, & die Concilii, quo celebrari oporteat. Concil. Carthag. V. tit. 7. a cap. 17.

De synodo annis singulis congreganda. Conc. Agathen. tit. 71. a cap. 30.

Ut per singulos annos Concilium fiat. Conc. Carthag. III. tit. 2. a cap. 15.

Ut bis in anno Concilium fiat. Conc. Rheg. tit. 7. a cap. 26.

Ut bis in anno synodus celebretur. Concil. Antioch. tit. 20. a cap. 6.

De bis in anno synodo facienda; & non licere alteri episcopo proprie apud se Concilium facere, nisi soli Metropolitano. Conc. Brac. III. tit. 18. a cap. 63.

Ut nulli episcopo a synodo liceat decesse, vel ante peractam synodum discedere. Conc. Arelat. II. tit. 19. a cap. 22.

Ut nullus episcopus de Concilio sine consensu discedat, aut ad Concilium ire recuset. Neque officia sua presbyteris injungat: sed episcopi & alii ea coram se agant. Conc. Arausic. tit. 29. a cap. 27.

Quod semel in anno ad Concilium sacerdotes & judices atque actores patrimonii fiscales debant convenire. Concil. Tolet. III. tit. 18. a cap. 46.

Ut episcopus diœcesanus presbyteros & quosdam ex laicis convenire literis ad synodum moneat. Concil. Tarraconen. tit. 13. a cap. 39.

Ut de Sicilia ternis annis singulis episcopi die tertia Kal. Octobrium Romam pro synodo occurrant. Epistola Leonis ad episcopos per Siciliam tit. 7. 65.

Ut bina per annos singulos episcoporum Concilia celebrentur. Epistola Leonis ad Anastasium tit. 7. 69.

Ut bini de provinciis episcopi, quos Metropolitani probaverint, ad Thessalonicam dirigantur. Epistola Leonis ad Anastasium tit. 20.

Ut non amplius quam dies quindecim in Concilio remorentur Episcopi. Epistola ejusdem ad quem supra tit. 11.

De Concilio per annos singulos celebrando. Epistola Hormisdæ ad episcopos per Hispaniam tit. 3 a cap. 93

De episcopis qui post Acta Carthaginensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda. Conc. Milevitano II *seu Carthag. VIII.* titul. 27. a cap. 20.

TITULUS XXVII.

De episcop. ad syn. non convoc.

Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere. Concil. Laodicen. titul. 40. a cap. 7.

Ut qui plebe sua contempta ad Concilium venire detrectant, plebem & honorem amittant. Concil. Carthag. III. tit. 43. a cap. 15.

Ut nullus episcopus de Concilio sine consensu discedat, aut ad Concilium ire excuset. Concil. Arausic. tit. 29. a cap. 27.

Si episcopus a Metropolitano admonitus, pro synodo vel ordinatione episcopali venire distulerit. Conc. Agath. tit. 35. a cap. 30.

Ut episcopus qui a Metropolitano commonitus, ad Synodum non venerit, excommunicetur. Concil. Tarrac. tit. 6. a cap. 39.

De episcopo qui noluerit venire ad synodum. Concil. Bracar. III. tit. 19. a cap. 63.

TITULUS XXVIII.

De cust. episc. pact. & a Princ. confirm.

Ut gesta concilii episcoporum subscriptionibus confirmentur. Concil. Carthag. III. tit. 50. a cap. 15.

Ut pacta inter episcopos inita custodiantur. Concil. Carthag. I. tit. 12. a cap. 13.

Ut episcopus qui contra professionem suam in Concilio habitam venerit, deponatur. Concil. Carthag. II. tit. 13. a cap. 14.

Ut de hæreticis & infidelibus, quicquid in Concilio constituitur, a Principe impetretur. Concil. Carthag. VIII. tit. 11. a cap. 20

TITULUS XXIX.

De excomm.

De excommunicatis clericis sive laicis. Concil. Nicæn. tit. 5.

De clericis excommunicatis, ne alii episcopi eis communicent. Concil. Sardic. tit. 16. a cap. 5.

De excommunicatis quid observetur. Concil. Ant. tit. 6. a cap. 6.

De excommunicatis, qui præter voluntatem episcopi ad urbem regiam venerint. Conc. Chalc. tit. 23. a cap. 11.

Ut qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur, & pari crimine obnoxius teneatur. Concil. Carthag. II. tit. 7. a cap. 14.

Excommunicatus presbyter si sacrificare præsumpserit, anathematizetur. Concil. eod. titul. 8.

De clericis & Monachis excommunicatis, qui præter voluntatem episcopi sui ad urbem regiam veniunt. Concil. Chalc. tit. 23. a cap. 11

Ut cum excommunicato communicans vel orans excommunicetur. Concil. Carthag. IV. tit. 73. a cap. 16.

De iis qui excommunicatos alterius recipiunt. Concil. Arelat. II. tit. 8. a cap. 22.

De clericis qui per culpam suam ab episcopo suo excommunicantur. Conc. Tauritano tit. 44. a cap. 25

De iis qui vel innocentes, vel pro minimis caussis ab episcopo excommunicantur, ut ab aliis episcopis indubitanter communionem accipiant. Conc. Agathen. tit. 3. a cap. 30.

Ut excommunicatus humiliet semetipsum, ut festinius reconcilietur. Concil. Vasensi tit. 6. a cap. 28.

De eo qui ab episcopo suo aliquid repetit pro ipsa conventione, ab ecclesia non privetur. Conc. Aurel. tit. 8. a cap. 31.

De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent. Concil. Eliber. tit. 32. a cap. 38.

De episcopis qui excommunicatum alienum communicant. Concil. eod. tit. 53.

Ut qui a suis episcopis privantur, ab aliis non recipiantur. Concil. Cæsaraug. titul. 5. a cap. 41

De iis qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat, Concil. Tolet. I. tit. 15. a cap. 44.

De non communicando excommunicatis. Concil. Bracar. I. tit. 15. a cap. 61.

De

De clericis excommunicatis. Concil. Bracar. III. tit. 37. a cap. 63.

Non licere communicare excommunicatos. Concil. eod. tit. 84.

De iis qui in sua provincia non communicantes, alibi communicant. Concil. Africano Milevitano tit. 18. a cap. 20.

Si *quislibet* clericus aut laicus pro hæresi fuerit excommunicatus, libellum Fidei suæ det, ut opinionem hæresis expurget. In excerptis Martini tit. 36. a cap. 63.

De damnatione Acacii, quod hæreticis ausus sit communicare. Epistola Felicis ad eumdem Acacium Constantinopol. ex integro 82.

De episcopis qui excommunicatum alterius suscipiunt. Concil. Arausic. tit. 11. a cap. 27.

TITULUS XXX.

De excomm. & ita defunct.

De excommunicatis a sæculo exeuntibus. Concil. Nicæn. tit. 13.

De communione privatis & ita defunctis. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 8. 65.

TITULUS XXXI.

De cons. ad. eg. loci.

Non accipiat alium episcopum plebs, quæ in diœcesi semper subjacuit. Concil. Carthag. III. tit. 46. a cap. 15.

Ut diœcesi quæ episcopum nunquam habuit, non habeat. Concil. Carthag. II. tit. 5. a cap. 19.

Ut qui comprobaverit suam civitatem Metropolim fuisse, teneat primatum. Concil. Tauritano tit. 1. a cap. 25.

Ne in una provincia duo Metropolitani sint, & de quibus ita factum est. Concil. Chalced. tit. 12. a cap. 11.

Quod non oporteat secundum statuta Imperatorum duos esse metropolitano episcopos. Epistola Innocentii ad Alexandrum tit. 2.

Quod unaquæque provincia suo metropolitano debeat esse contenta. Epistola Cœlestini ad episcopos Galliæ tit. 4.

De terminis non transferendis. Epistola Innocentii ad Florentinum ex integro.

Ut nullus episcopus relicta cathedra in diœcesi resideat. Concil. Carthag. V. tit. 5. a cap. 17.

Episcopus in diœcesi factus, solam eam teneat plebem, in qua est ordinatus. Concil. Carthag. III. tit. 46. a cap. 15.

Si episcopi negligentes sint adversus hæreticos, amittant eadem loca, in quibus inveniuntur existere negligentes. De judiciis etiam, quibus in causa dirimi potest. Conc. Carthag. VIII. tit. 24. a cap. 20.

Ut si episcopus in majoribus cathedris conventus a vicinis episcopis, infra sex menses ad ecclesiæ unitatem non converterit, excommunicetur. Quod si fuerit de communione mentitus episcopus privetur. Concil. eod. tit. 25.

TITULUS XXXII.

De invas. ced. & loci.

De episcopis vagantibus ecclesias vacantes occupantibus. Et hanc esse plenam synodum ubi metropolitanus fuerit. Conc. Antioch. tit. 16. a c. 6.

Ut nullus episcopus alienum conculcet episcopum. Concil. Arelat. I. tit. 17. a cap. 21.

Ne episcopus alterius episcopi plebes aut loca usurpet. Concil. Carthag. I. tit. 10. a cap. 13.

Ut nullus parochiam alienam præsumat. Carthag. III. tit. 21. a cap. 15.

De episcopis, qui, quod repetere poterant, prætermissa synodo invaserunt. Concil. Carthag. VIII. tit. 21. a cap. 20.

TITULUS XXXIII.

De eccl. & ordinat. poteis.

De ecclesiis in barbarico positis. Conc. Constantinop. tit. 4. a cap. 8.

De ecclesiis in parochiis per triginta annos ab episcopo habitis, vel renovatis urbibus. Concil. Chalced. tit. 17. a cap. 11.

De tricennii tempore, & per provincias causarum discretione. Concil. Tolet. IV. tit. 34. a cap. 47.

De tricennali præscriptione: ut post triginta annos nulli liceat pro eo appellare; quod legum tempus exclusit. Epistola Gelasii ad Siciliensis episcopos tit. 2. a cap. 85.

Ut basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus episcopi maneant potestate. Concil. Aurelian tit. 19. a cap. 31.

De ecclesiis ab hæresi translatis: ut ad eos episcopos, in quorum sunt parochiis, pertineant. Concil. Tolet. III. tit. 9. a cap. 46.

Quod ecclesiarum omnium dotes ad episcopi ordinationem debeant pertinere. Concil. Tolet. III. tit. 19. a cap. 46.

De conventu territorii, & Basilicis noviter constructis: ad quem episcopum pertineant. Concil. Tolet. IV. tit. 35. a cap. 47.

TITULUS XXXIV.

De visitand. a. episc. parochiis.

Ut annis singulis episcopi diœcesin visitent. Ut non plusquam tertiam de parochiis suis accipiant. Concil. Tarac. tit. 8. a cap. 59.

De requisitione episcoporum per singulos annos in parochiis peragenda. Concil. Tolet. IV. tit. 36. a cap. 47.

Ne ex facultatibus ecclesiarum diœcesis, excepto tertiam rationem tributorum ac frugum episcopus aliquid auferat. Concil. Tolet. IV. tit. 33. a cap. 47.

Ut episcopus ambulet per diœcesem suam. Concil. Bracar. II. tit. 1. a cap. 62.

Ut episcopus per diœcesem suam ambulans, duos solidos tantum accipiat: neque tertiam partem de oblationibus quæriat: clerici non cogantur more servili. Concil. eod. tit. 2.

Ut episcopus ambulet per diœcesem suam, discutiens clericos, si bene ministrent, & ante 20. dies Paschæ catechumeni doceantur symbolum. Concil. Bracar. II. tit. 1.

De exactione ecclesiarum Galliciæ provinciæ Concil. Tolet. tit. 4. a cap. 50.

TITULUS XXXV.

De conq. in. par. ex. ter. a. ter.

De Theodulphi Malacitanæ ecclesiæ episcopi querimoniis adversus rebellionos episcopos pro quibusdam parochiis. Concil. Hispal. II. tit. 1. a cap. 66.

De querimoniis Fulgentii & Honorii episcoporum pro quibusdam parochiis. Concil. eod. tit. 2.

De duobus episcopis unius provinciæ inter se contentionem habentibus. Concil. Sardic. tit. 3. a cap. 5.

TITULUS XXXVI.

De œconomis & defunct. vel habent.

De œconomis, idest dispensatoribus singularum

habendis. Concil. Chalced. tit. 16. a cap. 41.

De institutione œconomorum, idest qui res ecclesiasticas aridant. Concil. Tolet. IV. tit. 48. a cap. 47.

De œconomis, ne ex Laicis constituantur. Conc. Hispal. II. tit. 9. a cap. 66.

Defensor ecclesiarum a Principibus postuletur. Conc. Carthag. V. tit. 9. a cap. 17.

Ut pro caussis ecclesiæ pro-persecutores vel advocati a Principe postulentur. Concil. Carthag. VIII. tit. 16. a cap. 20.

Ut fundatores ecclesiarum, quousque advixerint, earum habeant curam; ipsique illic ministros eligant servituros. Concil. Tolet. IX. tit. 2. a cap. 52.

TITULUS XXXVII.

De dispens. res. eccl.

Ut oblatio fidelium, quæ in nummis offertur, apud unumquemlibet clericum servetur, competenti tempore inter clericos dividenda. Concil. Bracar. I. tit. 21. a cap. 61.

De iis, quæ in altario offeruntur, sive prædiis. Concil. *Aurelian.* tit. 16. a cap. 81.

De iis quæ in altario a fidelibus in parochitanis basilicis offeruntur. Concil. eod. tit. 17.

De rebus ellesiasticis quot portiones fiant. Concil. Brac. I. tit. 7. a cap. 61.

De rebus ecclesiæ dispensandis: quæ dispensatio ita fiet, ut nulla necessitas maneat. Concil. Bracar. III. tit. 16. a cap. 63.

Ut de redditibus ecclesiæ, & oblatione fidelium quatuor portiones fieri debeant. Decretum Gelasii generale tit. 29. a cap. 84.

De bene regendis ecclesiæ rebus ab episcopis. Epistola Gelasii ad Sicilienses episcopos tit. 2. 83.

De conquisitis rebus, inter ecclesiam & sacerdotis intestati hæredes, quæ divisio fiat. Concil. Tolet. IX. tit. 4. a cap. 52.

Ut episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit conferat. Concil. Tolet. IX. tit. 6. a cap. 52.

TITULUS XXXVIII.

De cust. & non alien. eccl. reb.

De collatis rebus ecclesiis, ut in earum jure perdurent. Concil. Tolet. VI. tit. 15. a cap. 49.

Non debere sacerdotes ecclesiastica vendere; verumtamen vendita revocare. Concil. Ancyritano tit. 14. a cap. 2.

Irritam esse quamcumque distractionem episcopi actam sine conniventia clericorum. Concil. Carthag. IV. tit. 32. a cap. 16.

Res ecclesiæ inconsulto metropolitano episcopo non alienandæ. Concil. Carthag. V. tit. 4. cap. 17.

Ut episcopo non liceat rem alienare ecclesiæ, clericis autem, monachis, & peregrinis liceat dare. Concil. Tolet. III. tit. 3. Concil. Agath. tit. 22. a cap. 30.

Non licere cunctis ministris & sacerdotibus res ecclesiæ commutare, vendere, vel donare; nec libertis a parochitanis editis ecclesiam relinquere. Concil. Agath. tit. 49.

Non licere presbyteris parochitanis de rebus ecclesiæ aliquid vendere. Concil. eod. tit. 53.

Presbyteri parochitani quodcumque emerint, ad nomen ecclesiæ faciant scripturam. Concil. eod. tit. 54

Ut episcopus in rebus ecclesiæ potestatem habeat, nec domesticis suis, vel propinquis in eis potestatem attribuat. Concil. Antioch. tit. 25. a cap. 6.

Episcopus rebus ecclesiæ, tamquam commendatis, non quasi propriis utatur. Concil. Carthag. IV. tit. 31. a cap. 16.

Quomodo ab episcopis res ecclesiæ habeantur. Et de libertis manumittendis. Concil. Agath. tit. 7. a cap. 30.

Licere episcopo sine conniventia clericorum aliquid exiguum vendere. Concil. eod. tit. 45.

Licere episcopis fugitivos servos ecclesiæ venundare. Concil. eodem. tit. 46.

De mancipiis ecclesiæ ab episcopo manumissis. Concil. Hypal. I. tit. 1.

De superbis ecclesiæ libertis, ut ad servitium revocentur. Concil. Hypal. II. tit. 8.

De mancipiis ecclesiæ ab episcopo proximis suis collatis. Concil. Hypal. I. tit. 2.

Si episcopus de rebus ecclesiæ aliquid per testamentum contulerit. Concil. Agath. tit. 51. a cap. 30.

De præsumptuoso episcopo, si absque necessitate, & inscio clero, vel de loco, ubi presbyter non est, de rebus ecclesiæ vendere quodcumque præsumpserit. Concil. Bracar. III. tit. 14.

Non licere clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere. Concil. Chalced. tit. 22. a cap. 11.

Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant, ut nullus exinde aliquid auferat. Concil. Tarracon. tit. 12. a cap. 39.

Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ observetur. Concil. Ilerden. tit. 16. a cap. 42.

Ut defuncto episcopo, de rebus ipsius, vel ecclesiæ, nullus quicquam præsumat. Concil. Valletano tit. 2. a cap. 43.

De rebus ecclesiasticis & episcopalibus, qualites serventur. Concil. Antioch. tit. 24. cap. 6.

De rebus ecclesiasticis gubernandis, ac a spiritualibus segregandis. Concil. Brac. III. tit. 15.

Ut propinqui morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent sine metropolitani & comprovincialium conscientia. Concil. *Valletan.* tit. 3. a cap. 43.

De rebus episcopi propriis vel acquisitis, quid habeat observari Concil. Agath. titul. 48. a cap. 30.

Si episcopo quippiam a quolibet fuerit derelictum, ab ecclesia vindicetur, exceptis iis, quæ per fidei commissum data reperiuntur. Concil. eod. tit. 6.

Ut episcopus relinquens, vel non relinquens filios, si ecclesiam cui præfuit hæredem non fecerit, de bonis quæ relinquit, damnis ecclesiæ consulatur. Concil. eod. tit. 33.

Ut oblationes fratrum discordantium non recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 93. a cap. 16

TIT. V.

De discr. abst. carnium.

Clerici non exsecratis, sed prægustatis carnibus, abstineant si voluerint. Concil. Bracar. III. tit. 58. a cap. 63

De totius ordinis clericis a carne se abstinentibus. Concil. Ancyrit. tit. 13. a cap. 2

De iis qui præter idolothytum & suffocatum, carnes commedentem damnant. Concil. Gangren. tit. 2. a cap. 4

De clericis ab esca carnium abstinentibus. Concil. Bracar. I. tit. 14. a cap. 61

De damnatione Priscillianorum, qui se a carnibus abstinent. Epistola Vigilii, ad Profuturum tit. I. a cap. 98

Carnibus avium & pecorum, non pro exsecratione, sed pro castigatione corporis abstinendum. Concil. Tolet. I. ex Regulis Fidei Catholicæ tit. 17. a cap. 44.

TITULUS VI.

De reg. fœm.

De fœminarum epistolis. Concil. Eliberit. tit. 81. a cap. 38

Ut fœminæ fideles a virorum alienorum cœtibus separentur. Concil. Cæsaraugust. tit. I. a cap. 41

Non debere mulieres continentiæ caussa virilem habitum usurpare. Concil. Gangren. tit. 13. a cap. 4

Caput tondere mulieri non licere. Concil. eod. tit. 17

Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent. Conc. Elib. tit. 35

LIBER SEPTIMUS

De honestate & negotiis Principum.

INDEX LIBRI SEPTIMI.

1 *De reverentia Principum Dei Sacerdotibus exhibenda.*
2 *Qualiter eligantur Principes.*
3 *De laude operum Regum.*
4 *De institutione operum regalium.*
5 *De tutamine Principum.*
6 *De judiciis & excidiis Principum.*
7 *Ne plebs in Principem delinquat.*
8 *De non violanda fide Principibus promissa.*
9 *De non usurpando regno.*
10 *De fidelibus Regum.*
11 *De iis qui ad hostes confugiunt.*

A

TITULUS I.

De rev. Princip. Dei Sac. exhibend.

De allocutione Marciani Augusti ad sanctam synodum Chalcedonensem. Principium Concilii Chalcedonensis a cap. 11

Allocutio Recaredi Principis in sanctam synodum Toletanam. Principium Concil. Tolet. III. a cap. 46

Commemoratio de allocutione Sisenandi Principis ad synodum Toletan. Principium Concil. Tolet. IV. a cap. 47.

Commemoratio de allocutione Chintilani Principis ad synodum Toletanam, cum expositione fidei sanctæ, & prolato remedio pietatis contra institutionem gravedinis parentalis. B Principium Concilii Toletani VIII a cap. 51

TITULUS II.

Qual. eligant. princ.

De electione Principum. Concil. Tolet. IV. tit. 75. a cap. 47

TITULUS III.

De laud. oper. regum.

De laude Recaredi regis, quod per eum ad Catholicam fidem gens Gotthorum conversa est. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem tit. 1. a cap. 102

De constitutione ejusdem, quod non sit auro corrupta. Epistola ejusdem ad quem supra tit. 3

De favore Principis Concilii acclamatione concesso. Concil. Tolet. V. tit. 9. a cap. 48

De gratiarum actione in confirmatione Concilii Deo & Principi data. Concil. Tolet. VI. tit. 19. a cap. 49

TITULUS IV.

De inst. op. regum.

Ut Principes humilitatem cordis habeant. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem tit. 4. a cap. 102.

Ut Principes moderati & mites erga subjectos existant. Ejusdem ad quem supra tit. 6

Ut Principes castitati corporis studeant. D Ejusd. ad quem sup. tit. 5

Ubi admonetur Imperator, ut constitutis Apostolicæ sedis obtemperet cum argutione patenti. Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum tit. 6. 86

Ut Alexandrinos Imperator admoneat ad fidem synceram, & pacem redire catholicam. Epistola Anastasii ad Anastasium tit. 5. 86

De indulgentia Principum noxiis reservata. Concil. Tolet. V. tit. 8. a cap. 48

TITULUS V.

De cus. Princ.

De custodia salutis Regum, & defensione prolis eorum. Concil. Tolet. V. tit. 2. c. 48

De custodia vitæ Principum, & defensione præcedentium Regum a sequentibus adhibenda. Concil. Tolet. VI. tit. 18. a cap. 49

De iis qui Principes maledicere præsumunt. Concil. Tolet. V. tit. 5. a cap. 48.

Quod in celebritate cunctorum Conciliorum synodus Toletana tempore Sisenandi Principis habita debeat referari. Conc. eod tit. 7

De incolumitate & adhibenda dilectione Regiæ prolis. Concil. Tolet. VI. tit 16. a cap. 49

TITULUS VI.

De jur. & exc. Princ.

De commonitione Principum, qualiter judicent. Concil. Tolet. IV. tit. 75

De ultione Principum nequiter judicantium. inibi.

TITULUS VII.

Ne plebe in Princ delinq.

De execratione Svintilanis, & conjugis, ac prolis ejus: & de Iejlane, ac rebus eorum. inibi.

TITULUS VIII.

De non viol. fid. Princ. prom.

De transgressione fidei, quæ promittitur Principibus. Concil. Tolet. IV. tit. 75. a c. 47

De non violandis juramentis in salutem regiam datis. Conc. Tolet. X. tit. 2. a cap. 53

TITULUS IX.

De non usurp. regnum.

De iis qui sibi regnum blandiuntur spe, rege superstite. Concil. Tolet. V. tit. 4. a cap. 48

De reprobatione personarum, quæ prohibentur adipisci regnum. Concil. eod. tit. 3

De iis qui rege superstite, aut sibi aut aliis ad futurum provident regnum: & de personis quæ prohibentur ad regnum accedere. Conc. Tolet. VI. tit. 17

TITULUS X.

De fidel. Reg.

Ut regum fideles a successoribus regni a rerum jure non fraudentur, pro servitutis mercede. Concil. Tolet. V. tit. 6. a cap. 48

De honore primatum Palatii. Concil. Tolet VI. tit. 13. a cap. 49

De remuneratione collata fidelibus Regum Concil. Tolet. VI. tit. 14

TITULUS XI.

De iis qui ad host. confug.

De confugientibus ad hostes. Concil. Tolet. VI. tit. 12. a cap. 49

De refugis atque perfidis clericis, sive laicis. Concil. Tolet. VII. tit. 1. a cap. 50

LIBER OCTAVUS.

De Deo, & de iis quæ sunt credenda de illo.

INDEX LIBRI OCTAVI.

1 *Quod unus sit Deus, qui omnia fecerit, & qui legem atque evangelia dederit.*

E 2 *Quod unus sit in Trinitate Deus.*

3 *De mysterio Incarnationis Christi.*

4 *Contra Eutychetis dogma de Incarnatione Christi.*

5 *Contra Arianos de Fide Sanctæ Trinitatis.*

6 *Contra Priscillianos.*

7 *Contra Pelagianos de libero arbitrio.*

8 *De damnatione hæresum & hæreticorum.*

9 *De damnatione Concilia PP. non recipientium.*

TITULUS I.

Quod un. Deus fit qui om. fec. & qui leg. atque evangel. dedit.

Quod Deus solus & mundum & omnia ejus fecerit. Concil. Tolet. I. De reg. Fidei tit. 1

Quod solus ille Deus fecerit mundum, de quo scriptum. In Principio fecit Deus cœlum & terram. In quo supra tit. 9

Quod nihil sit, quod se extra divinitatem possit extendere. In quo supra tit. 14

Quod idem Deus sit & priscæ legis & evangeliorum. In quo supra tit. 8

TITULUS II.

Quod un. sit in Trin. Deus.

Ut Trinitas & credatur & prædicetur. Conc. Carthag. Africæ II. tit. 1. a cap. 14

Regula fidei de Trinitate contra Priscillianos. Concil. Tolet. I.

Quod non sit idem Pater, qui Filius, aut Paraclitus. In quo supra tit. 2

Quod non sit Filius, qui Pater vel Paraclitus. In quo sup. tit. 3

Quod non sit Paraclitus, qui Pater vel filius. In quo sup. tit. 4

De Trinitatis unitate. Epistola secunda confessionis Damasi ad Paullinum tit. 2

Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem non personis sed tantum nominibus distinguunt. Epistola Leonis ad Turibium Asturicensem tit. 1. 63

De mysterio Trinitatis: quid personæ, quid designentur substantiæ. Epistola Hormisdæ ad Justinum Imperatorem tit. 2. cap. 88

TITULUS III.

De myst. Incar. Christi.

De duabus in Christo naturis, & de mysterio Trinitatis. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium tit. 2. epistola 96

De divinitate & humanitate Domini nostri Jesu Christi. Epistola Hormisdæ ad Justinum Imperatorem tit. 3. a cap. 88

Adversus id quod dicitur, ideo Unigenitum Christum, quia solus sit de Virgine natus. Epistola Leonis ad Turibium Asturicensem tit. 3. a cap. 63

Quod carnem & animam filius Dei susceperit. Concil. Tolet. I. Ex regula Fidei tit. 5. a cap. 44

Quod Christus natus est. In quo supra tit. 6

Quod deitas Christi convertibilis & passibilis non est. In quo supra tit. 7

Quod deitatis & carnis Christi una natura non sit. tit. 13

Confitendum Deum esse veraciter, & Emmanuel, & Dei genitricem Virginem Mariam, quæ peperit secundum quod scriptum est Verbum carnem factum. Synodo Ephesina tit. 1. a cap. 10.

Confitendum Verbum Dei Patris Unigenitum proprie carnem; itaut unus sit Christus Deus, scilicet simul & homo. In quo supra tit. 2

Confitendum, duas substantias in Christo post unitatem, non sola potestate, sed conventu naturali, qui per unitatem factus est, esse conjunctas. In quo supra tit. 3

Quæ apostolicis & evangelicis vocibus de Christo dicuntur non ita dividenda sunt, ut soli naturæ Dei deputentur quæ digna Deo sunt, ut soli naturæ hominis quæ digna homine sunt. In quo supra tit. 4

Confitendum, Christum non ita esse hominem quasi Theophoron, idest Deum ferentem; sed veraciter filium Dei per naturam, secundum quod Verbum caro factum est; & similiter ut nos communicasse carni & sanguini. In quo supra tit. 5

Confitendum, Christum non solum in hoc esse Deum, quod Verbum est Patris, & in eo quod Verbum caro factum est, Deum & hominem esse unum Christum Deum. In quo sup. tit. 6.

Non ita confitendum Jesum, velut hominem Dei operatione Verbo conjunctum, ut quasi alteri ipsum existenti Unigeniti gloria tribuatur. In quo supra tit. 7.

Non confitendum in Christo coadorandum hominem cum Deo, quasi alter cum altero adoretur, sed una supplicatione atque glorificatione Verbum caro factum: idem adorandus, & glorificandus est unus Christus. In quo supra tit. 8

Non confitendum Jesum ita per Spiritum Sanctum operatum fuisse miracula, quasi aliena virtute usus fuisset; sed vere per suum spiritum complevit signa quæ voluit. In quo supra tit. 9

Confitendum, Jesum hunc ipsum factum esse Pontificem & Apostolum confessionis nostræ, qui Verbum caro factum est: & non alterum præter ipsum specialiter ex muliere hominem natum. Confitendum etiam pro nobis tantum obtulisse semetipsum, & non pro se. In quo supra tit. 10.

Confitendum Christi carnem, & vivificatricem esse, & omnia vivificare valentem: non autem ita esse, ut quasi sit divinitatis habitatio tantum. In quo supra tit. 11

Confitendum, Verbum Dei, & passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, & vivificans Deus. In quo supra tit. 12

TITULUS IV.

Conc. Eutych. dog. de Inc. Christi.

Adversus id quod Deum dominum pro parte credunt fuisse cum Patre. Epistola Leonis ad Turibium Asturicensem tit. 2. 63

Quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato, & quod unus sit Christus ante sæcula ex Patre, in tempore ex Virgine natus. Epistola Damasi ad Paullinum ex integro. ep. 2.

Contra eos qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur. Rescriptum Leonis ad Flavianum episcopum tit. 2. a cap. 40

Contra eos qui passibilem divinitatem unigeniti filii Dei audent asserere. In quo supra tit. 3

Contra eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur. In quo supra tit. 4

Contra eos qui cœlestem, aut alterius cujusquam substantiæ existere formam servi, quam Dominus ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt. In quo supra tit. 5.

Contra eos qui duas quidem ante annunciationem naturas Domini deliberant, unam vero post

Post annunciationem fingunt. In quo supra tit. 6.

Item epistola Petri episcopi Ravennensis ad Eutychen: ubi contra ejus errores illi apto exemplo respondit ex integro. Epistola 41.

Quod in una Domini nostri Jesu Christi persona gemina sit deitatis & humanitatis asserenda natura. Epistola Leonis ad Leonem Augustum tit. 2. a cap. 62.

De capitulis Fidei ex sanctorum Patrum libris collectis pro eo ipso. In quo supra tit. 3.

Epistola Papæ Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum: ubi quærit quid Eutyches contra fidem catholicam sentiens, a communione ecclesiæ ab eo fuerit separatus. Ex integro 38

De subdolis hostis insidiis. Rescriptum Flaviani ad Leonem Papam tit. 1. a cap. 39.

De fraudulenta subtilitate hæreticorum. In quo sup. tit. 3.

De blasphemiis Eutychetis. In quo supra tit. 3

De excommunicatione ejus justissima. In quo supra tit. 4.

Ubi scripsit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret: quia ubi positus erat, adhuc prava docebat. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum tit. 1. *cap.* 62.

Libellus Fidei, in quo anathematizat Nestorium, atque Eutychen, & reliquorum hæreticorum blasphemias. Epistola sive libellus Fidei S Joannis, de Græco in latinum translatus, & directus adversus Nestorii & Eutychetis, blasphemias. Epistola Hormisdæ ad Justinum Imperatorem tit. 1. 88.

Ubi Leo episcopus provocat congregatos episcopos Eutychetis blasphemias condemnare. Epistola Leonis ad Ephesinam synodum ex integro 42.

De secunda synodo Ephesina, in qua Eutychetis hæresis quorundam episcoporum pravo intellectu adjuta est. Unde hortatur Leo episcopus Theodosium Augustum, ut priscæ Fidei constituta ab eis non violentur, donec sacerdotes totius Orbis coadunentur. Epistola Leonis, & universæ synodi ad Theodosium Augustum ex integro 43

Contra eandem secundam Ephesinam synodum: ut ejus errores in alia synodo retractentur. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro 44

De damnatione Ephesini concilii secundi. Epistola Leonis ad Martinum & Faustinum presbyteros 45

Ubi scribit Leo, ut de eo quod de Incarnatione Filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & Universale Concilium in Italia fiat. Epistola Leonis ad Theodosium Augustum ex integro. 46.

Ubi petit a Pulcheria Augusta ea quæ superius a Theodosio Augusto postulavit. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro 47.

De commendatione eorum qui ad Principem cum Patrum auctoritate directi sunt. Epistola Leonis ad Faustum & Martinum, cæterosque presbyteros, ex integro 48.

TITULUS V.

Fidem & communionem ab Ario venientem non esse retinendam Concil. Tolet. III. ex capitulis contra Arianos tit. 1. a cap. 46. Corr. Arian. de Trin. S

Quod Dominus noster Jesus Christus a paterna substantia sine initio genitus, æqualis & consubstantialis illi sit Concil. Tolet. III. ex capitulis contra Arianos tit. 2. a cap. 46.

Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere, cum quo æternum & essentialem esse credendum. Concil. Tolet. III. Ex capitulis contra Arianos tit. 3. a cap. 46.

In Patre & Filio & Spiritu sancto personas B distinguendas, & unius divinitatis substantiam agnoscendam. In quo supra tit. 4.

Dominum nostrum Jesum Christum & Spiritum sanctum Patre minores, & gradibus separari, creaturamque dici penitus non debere. In quo supra tit. 5.

Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unius substantiæ, omnipotentiæ, & æternitatis esse credendum. In quo supra tit. 6.

Nescire Filium Dei, quæ Pater sciat, non esse dicendum. In quo supra tit. 7.

Initium Filio Dei & Spiritui sancto non esse deputandum. In quo supra tit. 8.

Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem, aut passibilem, non esse profitendum. C In quo supra tit. 9.

Spiritum sanctum, sicut Patrem & Filium, verum Deum & omnipotentem esse credendum. In quo sup. tit. 10.

Fidem & communionem catholicam præter universalem ecclesiam, quam Nicæna, Constantinopolitana, prima Ephesina, & Chalcedonensis constitutio tenet, non esse credendum. In quo supra tit. 11.

Patrem & Filium & Spiritum sanctum honore & gloria divinitatis non esse separandum, aut disjungendum. In quo supra tit. 12.

Filium Dei & Spiritum sanctum cum Patre esse glorificandos & honorandos. In quo supra tit. 13.

D Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui sancto esse dicendum. In quo supra tit. 14.

TITULUS VI.

Corpora humana non neganda resurgere post se post mortem. Concil. Tolet. I. Ex regulis Fidei tit. 10. a cap. 44. Corr. Priscill.

Animam humanam Dei portionem vel substantiam non esse credendam. In quo supra tit. 11.

Non sequendam Priscilliani sectam, nec in salutari baptismo contra sedem Petri Apostoli faciendum. In quo supra tit. 18

De Natali Domini, quod in illo Priscillia- E nistæ jejunia celebrant. Epistola Leonis Papæ ad Turibium Asturicensem Episcopum tit. 4. a cap. 63

Adversus id quod ajunt, animam hominis ex divina esse substantia. In quo supra tit. 5

Contra illud quod ajunt, Diabolum ex se, vel ex chao esse, & propriam habere naturam. In quo supra tit. 6

Propter illud, quod nuptias, & procreationem filiorum asserunt esse peccatum. In quo supra tit. 7

Contra id, quod corpora humana Diaboli

dicunt esse figmenta, & a dæmonibus in utero formari. In quo supra tit. 8.

Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu sancto dicunt esse conceptos. In quo supra tit. 9.

Contra id, quod animas in cœlestibus peccare credunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem bonam vel malam. In quo supra tit. 10.

Contra id quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas. In quo supra tit. 11.

Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt. In quo supra tit. 12.

Contra id, quod Patriarcharum nomina per singula corporis membra disponunt. In quo supra tit. 13.

Contra id, quod duodecim signa, quæ Mathematici observant, per corpus omne distinguunt. In quo supra tit. 14.

De apochryphis scripturis eorundem Priscillianorum. In quo supra tit. 15.

De iis qui tractatus Priscillianorum legunt. In quo sup. tit. 16.

TITULUS VII

Contra Pelag. de lib. arb.

Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam sine peccato mori potuisse Adam. Concil. Africano Milevit. tit. 1. a cap. 20.

Quod juxta Apostoli testimonium, etiam parvuli, qui nihil peccati adhuc commiserunt, omnes in peccatorum remissione baptizentur. Concil. eod. tit. 2.

Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur. Concil. eod. tit. 3.

Quod per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus. Concil. eod. tit. 4.

Quod gratia Dei præstet ut lex impleatur, non sicut Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri. Concilii eod. tit. 5.

Quod juxta sententiam Joannis evangelistæ, nemo sit qui esse possit sine peccato. Concil. eod. tit. 6.

Quod unicuique, *etiam* justo, non solum pro alienis, sed pro semetipso dicere oporteat: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Concil. eod. tit. 7.

Quod a Sanctis veraciter dicatur: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Concil. eod. tit. 8.

De Prospero & Hilario, qui quosdam Galliæ presbyteros accusant Pelagii sectatores. Epistola Cælestini ad episcopos Galliæ tit. 1. a cap. 34.

De sancto Augustino mirabilis assertio. In quo supra tit. 2.

Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum auctoritates de gratia Dei. In quo supra tit. 3.

Quod Adam omnes homines læserit: nec quemquam nisi Christi gratia possessa, juvari. In quo supra tit. 4.

Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus, qui solus est bonus. In quo supra tit. 5.

Quod nisi gratia Dei continuo adjuvemur, insidias diaboli devitare non possumus. In quo supra tit. 6.

Quod per Christum libero bene utamur arbitrio. In quo supra tit. 7.

Quod omnia sanctorum merita bona sint Dei. In quo supra tit. 8

Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo est. In quo supra tit. 9

Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur: non sicut ait Pelagius, facile, quasi sine Dei gratia difficilius posset impleri. In quo supra tit. 10

TITULUS VIII.

De damnatione quorumdam hæreticorum. Epistola confessionis Damasi ad Paullinum tit. 1. a cap. 2.

De damnat. haer. & haeret.

De eo quod plurimi Manichæorum vigilantia Papæ Leonis in Urbe Roma detecti sunt. Epistola Papæ Leonis ad episcopos per Italiam a cap. 64

Adversus Jovinianum hæreticum, ejusque socios ab ecclesiæ unitate removendos: ubi & episcopus & presbyter compresbyteri dicuntur. Epistola, Syricii ad diversos episcopos missa ex integro 5

De Bubalio, & Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit. Epistola Innocentii ad Ruffum, & cæteros per Macedoniam Ex integro 12

De Bonosiacis, qui Judæis sunt comparandi. Epistola Innocentii ad Laurentium Senienſem tit. 1. 25

De damnatione Sabellianæ & Priscillianæ hæresis, a capitulis contra nequissimas sectas Concil. Bracar. I. tit. 1. a cap. 61

Damnatio hæresum, & confessionis confirmatio sanctorum conciliorum. Recaredi regis Fidei confessio, sacerdotum & totius Gothicæ gentis cum capitulis diversas hæreses condemnantibus in Concilio Toletano III. a c. 46

Libellum detestabile Livigildi temporibus editum, in quo continetur a Gothis Romanorum ad hæresim Arianam transductio, pro vero penitus non habendum. Concil. Tolet. III. contra Arianos tit. 16. a cap. 46

Ariminense Concilium ex toto corde respuendum, atque damnandum. In quo supra tit. 17

TITULUS IX.

De dam. Conc. non re

Cui sancta Fides ecclesiæ non placeat, anathema sit. Conc. Tolet. III. Ex capitulis contra Arianos tit. 18. a cap. 46

Qui fidem spernit Nicæni Concilii: anathema sit. In quo supra tit. 19

Qui fidem Concilii Constantinopolitani veram non esse dixerit, anathema sit. In quo supra tit. 20.

Qui fide Ephesinæ synodi primæ, e Chalcedonensis non delectatur & tenet, anathema sit. In quo supra tit. 21

Qui Concilia orthodoxorum omnium episcoporum consona Conciliorum Nicæni, Constantinopolitani primi, Ephesini, & Chalcedonensis non recipit, anathema sit. In quo supra tit. 22

Attestatio in confirmationem catholicæ fidei, & in condemnationem totius pravitatis hæreticæ. In quo supra tit. 23

LIBER NONUS

De abdicatione hæreticorum.

INDEX LIBRI NONI.

1 *De vitandis hæreticis, eorumque ædibus.*
2 *De vitandis convivijs hæreticorum.*
3 *De conjugijs fidelium & hæreticorum.*
4 *De Judæorum fide, illisque consentientibus contra Fidem.*
5 *De uxoribus, & filijs Judæorum: ac ne subditos emptos habeant christianos neque publica officia agant.*
6 *De hæreticis ab ecclesia suscipiendis.*
7 *De hæreticis ab ecclesia non suscipiendis in suis officijs.*
8 *De gratulatione defensionis catholicæ Fidei.*
9 *De decretis defensionis sanctæ fidei, & non retractanda catholica Fide.*

TITULUS I.

De vit. hæret. eorumque ædibus.

Non debere catholicos in ea, quæ in martyria sua hæretici dicunt, intrare. Conc. Laodic. tit. 9. a cap. 7

Non debere christianos judaizare, seu sabbatizare. Concil. eodem tit. 29

Non debere ab hæreticis benedictiones accipere, quia maledictiones sunt. Concil. eodem tit. 32

Non debere cum hæreticis, aut schismaticis orare. Concil. Laodic. tit. 33. a cap. 7

Non eundum ad falsos martyres. Concil. eodem tit. 34.

Non licere christianis deteclsta ecclesia ad Angelos idololatriæ congregationes colligere. Concil. eodem tit. 35

Non licere ab hæreticis, vel Judaicis feriatica, quæ mittuntur, accipere, vel cum eis festos dies agere. Conc. eodem tit. 37

Ut hæreticorum cœtus, non ecclesia, sed conciliabulum sit. Conc. Carthag. IV. tit. 71 a cap. 16

Ut cum hæreticis nec orandum sit, nec psallendum. Concil. eodem tit. 72

Ut infideles pro audienda lectione in ecclesia usque ad Missam stent. Conc. eodem tit. 84.

De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur. Concil. Eliberit. tit. 49

TITULUS II.

De vit. conv. hæretic.

Ut Christiani Judæorum vitent convivia. Concil. Agathen. tit. 40 a cap. 30

De christianis qui cum Judæis vescuntur. Concil. Eliberit. tit. 50. a cap. 38

Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent. Conc. Herd. tit. 14 a c. 42.

De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis, vel cum schismaticis orare. Conc. Bracar. III. tit. 70. a cap. 63

TITULUS III.

De conf. fid. & hæret.

Non debere catholicos hæreticorum matrimonio sociari. Conc. Laod. tit. 10. a c. 7.

De non miscendis conjugijs cum hæreticis, nec dandis christianorum filiis, illorum autem accipiendis. Conc. eodem tit. 31

A Fœminæ fideles quæ gentilibus se junxerint, excommunicentur. Concil. Arelat. I. tit. 11. a cap. 21.

De catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur. Conc. Agathensi tit. 67. a cap. 30

Quod puellæ christianæ in matrimonium dari gentilibus non possunt, propter adulterii causam. Concil. Eliberit. tit. 15. a cap. 38.

De puellis fidelibus, ne infidelibus jungantur. Concil. eod. tit. 16.

De iis qui filias suas sacerdotibus conjungunt. Conc. eod. tit. 17.

TITULUS IV

B De discretione Judæorum, qui non vel qui credere vi cogantur. Concil. Tolet. IV. tit 57 a cap. 47. De Jud. qui non conf. cor. Fidem

De custodia Fidei Judæorum. Concil. Tolet. VI. tit. 3. a cap. 49.

De solertia fidei Judæorum adhibenda, & ut filii eorum cum testimonio baptizentur. Concil. Hispal. II. tit. .....

De Judæis dudum christianis, & postea in priorem ritum reversis, ac servis, vel Filiis eorum Circumcisis. Concil. Tolet. IV. tit. 59. a cap. 47.

De iis qui contra Fidem Christi Judæis munus, vel favorem præstant. Concil. eod. tit. 58.

TITULUS V.

C De uxor. & filiis pc. ne sub. empt. empt. hab. christ. neq. pub. offic. ag.

De Christianorum, Judæorumque coniugiis, & filiis eorum. Concil. Tolet. IV. tit. 63. a c. 47.

Ut Judæi uxores vel concubinas christianas habere, sive comparare mancipia christiana, & Judaizare, vel publica officia peragere, non liceat. Concil. Tolet. III. tit. 14. a cap. 46.

De filiis Judæorum, ut a parentibus separati, Christianis debeant deputari. Concil. Tolet IV. tit. 60. a cap. 47.

De filiis fidelium Judæorum, ne a prævaricatis parentibus & damnatis, a rebus parentum exsules fiant. Concil. eod. tit. 61.

Ut Judæi, vel si qui ex Judæis sunt, officia D publica non agant. Concil. eod. tit. 65.

Ne Judæi quodcumque mancipium christianum quocumque titulo habeant. Concil. eod. tit. 66.

De Judæis baptizatis, qui se sociant infidelibus Judæis, ut christianis illi donentur, illi cædibus deputentur. Concil. Tolet. IV. tit. 62. a cap. 47.

Ut baptizati Judæi cum episcopis celebrent dies festos. Concil. Tolet. IX. tit. 17. a cap. 52.

TITULUS VI.

De hær. ab eccl. suscip.

De Novatianis, qualiter ab ecclesia catholica recipiantur & de sacerdotibus atque ministris ex E iis venientibus, quo honore vel loco suscipiantur. Concil. Nicæn. tit. 8.

De Paulianistis & Cataphrygis rebaptizandis: & qualiter suscipiantur in clero qui ex ipsis clerici fuerint. De diaconis quoque, qui apud eos inveniuntur, ut inter laicos habeantur. Concil. Nicæno. tit. 19.

Non debere hæreticos in hæresi permanentes in ecclesiam ingredi. Concil. Laodic. tit. 6. a cap. 6.

De Novatianis & Quartadecimanis, qualiter recipi debeant. Concil. eod. tit. 7

De

De Cataphrygis ad ecclesiam venientibus baptizandis. Concil. eod. tit. 8.

De baptizatis a Donatistis, qualiter suscipiantur. Concil. Carthag. III. tit. 48 15.

Ut Novatiani in communione non suscipiantur, nisi suscepta pœnitentia, incredulitatis errore damnato. Concil. Arelat. II. titul. 9. a cap. 22.

Ut Photiniani & Paullinianistæ baptizentur. Conc. eod. II. tit. 16. a cap. 22.

De eo qui se ab hæreticis separare voluerit, ut ab ecclesia suscipiatur. Concil. Taurit. tit. 5. a cap. 25.

De hæreticis, si in mortis discrimine convertantur. Concil. Arausic. tit. 2. a cap. 27.

De Judæis, qui converti cupiunt, qualiter suscipiantur. Concil. Agath. tit. 34. a cap. 30.

De Gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt. Concil. Eliberit. tit. 39. a cap. 38.

De quodam Acephalorum episcopo. Concil. Hispal. II. tit. 12. a cap. 66.

TITULUS VII.

Quod Arianorum clerici non sint recipiendi in suis officiis, quamvis eorum baptismum, quod catholicum esse constat confirmet ecclesia. Epistola Innocentii ad Alexandrum tit. 3. 22.

TITULUS VIII.

De hær. ab ec. cl. non tam. in suis officiis

Ubi gratiæ Pulcheriæ Augustæ agunturque Nestorianam & Eutychianam hæresim Fidei defensione destruxit. Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam ex integro 49.

Ubi Marciano Augusto pro conservatione Catholicæ Fidei gratulatur. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum ex integro 50.

De grat. def. cathol. fidei.

Ubi inter cætera defensorem Fidei Catholicæ Imperatorem gratulatur. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum ex integro 53.

Ubi gratias Imperatori agit, quod per Chalcedonense Concilium pax sit ecclesiæ catholicæ restituta. Epistola Leonis ad Marcianum August. ex integro 58.

TITULUS IX.

De decr. de fen. S. Fid. a non tr. cathol. Fide

Synodus Ephesina prima adversus Nestorium ex integro. Epistola Ephesini Concilii ad Nestorium, inibi.

Edictum Valentiniani & Marciani Imperatorum in confirmatione Concilii Chalcedonensis, ex integro.

Sacra Valentiniani & Marciani ad Palladium Præfectum contra Eutychen. In eodem.

De directa vicis suæ legatione, per quam postulat Imperatorem, ut in concilio Fidem sanctam, quasi dubiam retractari non patiatur. Epistola Leonis ad Marcianum Augustum, ex integro 52.

Item sacra Marciani ad Palladium contra eos qui sequuntur hæreticos cap. 60. Confirmatio Concil. Toletani III. Recaredi Regis in Conc. Tolet. III.

Homilia Toletani Concil. III. a Leandro edita in laudem ecclesiæ ab conversionem Gothicæ gentis, ex integro.

De idololatria, & cultoribus ejus: ac de scripturis pacis, & muneribus missis.

INDEX LIBRI DECIMI.

1. *De reversione idololatriæ.*
2. *De iis qui idolis ante baptismum sacrificaverunt.*
3. *De apostatis.*
4. *De clericis & laicis christianis lapsis in Fide, vel infidelium operibus missis.*
5. *De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.*
6. *De scriptis gratiæ & pacis.*
7. *De muneribus missis.*

TITULUS I.

De idololatris destruendis. Conc. Carth. V. tit. 15. a cap. 17 De everf. idol.

De sacerdotibus qui idololatriam non everterint, vel illicite culta non prohibuerint, ut sacrilegi teneantur. Conc. Arelat. II. tit. 23. a cap. 22

De iis qui destruentes idola occiduntur, ne martyres vocentur. Conc. Eliberit. titul. 60. a cap. 38

Quod idololatriæ cultura a sacerdotibus vel judicibus exquirenda est, atque exterminanda. Conc. Tolet. III. tit. 15. a cap. 40

Ut prohibeant domini idola colere servis. C Conc. Eliber. tit. 41. a cap. 38

Ne id quod idolothytum est, fideles gratum accipiant. Conc. eod. tit. 40

TITULUS II.

De iis qui ante baptismum sacrificaverunt idolis. Conc. Ancyrit. tit. 11. a cap. 2 De iis qui idol. ante bapt. sacr.

TITULUS III.

De catholicis in hæresim transeuntibus, si revertantur, seu parvi, sive minores sint. Conc. Eliberit. tit. 22. 38 De apostatis

De fidelibus si apostataverint, quamdiu pæniteant. Conc. eod. tit. 46

Ut apostaticis & scenicis histrionibus, vel hujusmodi personis, reconciliatio non negetur. D Conc. Carth. III tit. 35. a cap. 15

De apostatis ab ecclesia separandis, & iis conversis recipiendis. Epistola Syricii ad Eumerium tit. 3. a cap. 3

TITULUS IV.

De lapsis clericis ordinatis. Concil. Nicæno tit. 10 De cl. & lai. Chr. lapsi Fid. vel in op. mis.

De iis qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant pœnitere: & de discretione temporum pœnitentiæ iisorum Concil. eod. tit. 11.

De catechumenis lapsis. Concil. eod. tit. 14

De presbyteris lapsis in persecutione, & iterum reversis. Concil. Ancyrit. tit. 1. a cap. 2

De diaconibus, qui immolaverunt idolis, & iterum reversi sunt. Concil. eod. tit. 2

E De clericis sive laicis, quorum manus alii cum injuria sub idolorum sacrificia potuerint. Concil. Ancyrit. tit. 3

De iis qui in templis idolorum cœnaverunt. De quibus supra tit. 4

De iis qui in timore ritus gentilium peregerunt Conc. Ancyrit. tit. 5

De iis qui frequenter idolis immolaverunt C ncil. Ancyr. tit. eod.

De iis qui & aliis sacrificandi causam attulerunt. Concil. Ancyr. tit. 8. a cap. 2

De iis qui voluntarie in persecutione prevaricati

ricati sunt, qua pœnitentia correcti suscipiantur. A Concil. Arelat. II. tit. 10. a cap. 22

De iis qui pœnis victi sacrificare compulsi sunt. Concil. eod. tit. 4

Circa eorum personas, qui se post unum & sanctum lavacrum, vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerunt. Conc. Valentino tit. 3. a cap. 24

De lapsis qui de catholica Fide in hæresim transeunt. Concil. Agathen. tit. 60. a cap. 30

De iis qui post baptismum idolis immolaverunt. Concil. Eliber. tit. 1. a cap. 38

De sacerdotibus gentilium, qui post baptismum immolaverunt. Concil. eod. tit. 2

De iisdem, si idolis tantum munus dederint, aut idipsum post pœnitentiam intentaverint. B Concil. eod. tit. 3

De iisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizentur. Concil. eod. tit. 4

De sacerdotibus Gentilium, qui jam non sacrificant, quando communicent. Concil. Eliber tit. 55. a cap. 38

De fidelibus, ne ad Capitolium caussa sacrificandi accedant. Concil. eod. tit. 59

De iis qui post baptismum administraverunt, aut tormenta exercuerunt, vel capitalem sententiam protulerunt. Epistola Innocentii ad Exuperium Tolosanum, titul. 3. a cap. 8

Quod qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes. Epistola Innocentii ad Exuperium tit. 5.

De baptizatis, qui postea conviviis Gentilium, & escis immolatitiis usi sunt, aut idola adoraverunt, vel homicidiis, aut fornicationibus contaminati sunt. Epistola Leonis ad Rusticum tit. 19. 68

Captivis aut terrore, aut fame cum veneratione cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda. Epistola Leonis ad Nicetam tit. 5. 70

Quod Arianorum clerici non sint recipiendi in suis officiis, quamvis eorum baptismum, quod catholicum *esse* constat, confirmet ecclesia. Epistola Innocentii ad Alexandrum titul. 3. a cap. 22

De iis qui motu in hæresim lapsi sunt; ut si conversi fuerint, recipiantur. Epistola Leonis ad Anatolium tit. 2. a cap. 51

De iis qui hæreticorum erroribus metu non voluntate implicantur, ut per satisfactionem in ecclesia suscipiantur. Item epistola Leonis ad eundem Anatolium. cap. 57

De suscipiendis clericis, quos Bonosus antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur. Epistola Innocentii ad Laurentium titul. 2. epistol. 25.

Quod non admittantur ad clerum clerici qui sunt ab hæreticis ordinati. Epistola Innocentii ad Ruffum tit. 3. 26

Quod ii qui a Bonoso hæretico ordinati sunt clerici, propterea sint recepti, ne scandalum E *remaneret* ecclesiæ. Epistola Innocentii ad Ruffum tit. 5

De Donato Novatianorum episcopo, & Maximo ex Donatistis episcopo, ut datis fidei suæ libellis, in episcopatus honore permaneant. Epistola Leonis ad Africanos Episcopos tit. 3. 71

Quod omnis cujuslibet ordinis clericus, qui catholicam Fidem deserens hæreticæ se communioni immiscuerit, in eo gradu in quo erat, sine promotione permaneat. Epistola Leonis ad Januarium Aquilejensem ex integro 37

De iis qui hæreticorum erroribus metu non voluntate implicantur, ut per satisfactionem ab ecclesia suscipiantur. Epistola Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum 57

De memoria episcopi Joannis in laudem Fidei, & mentione prævaricatoris Acacii. Sacra Justini ad Hormisdam Papam 89

TITULUS V.

De iis qui *metu turbati in hæresim lapsi sunt, ut, si conversi fuerint, ad communionem admittantur:* & ut hæreticorum nomina ad altare non recitentur. Epistola Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum tit. 2. & 3. 51 — De nom. haret. ad alt. non rec.

Ut specialiter in ecclesia nomina teneantur Acacii. Epistola Anastasii ad Anastasium Augustum tit. 3. 86

TITULUS VI.

De scriptis gratiæ & pacis. Epistola Innocentii ad Aurelium & Augustinum. Ex integro 15 — De script. grat. & pac.

Exhortatoria epistola Innocentii ad Julianam nobilem. Ex integro 18

De pace ubi episcopus, & presbyteri compresbyteri dicuntur. Epistola Innocentii ad Acacium Berroeæ episcopum. Ex integro 24

De commendatione Juliani episcopi, vel eorum clericorum, qui Flaviano episcopo in Fide adhæserant. Epistola Leonis ad Anatolium tit. 4. 51

De Antiochena ecclesia, & memoria Sancti C Joannis, & quibusdam fratribus receptis. Epistola Innocentii ad Bonifacium presbyterum. Ex integro 19

De gratulatione Fidei missis scriptis probata. Epistola Leonis ad Anatolium tit. 1. 51

De pace ecclesiarum. Epistola Acacii Constantinopolitani ad Simplicium urbis Romæ a c. 80

De amplexione charitatis, & commendatione Terentiani, & matris ejus. Epistola Felicis ad Zenonem episcopum ex integro 83

Ubi episcopi Joannis Constantinopolitani professionem dirigit propter Orientales clericos, qui eorum communionem poposcerant. Epistola Hormisdæ ad Hispaniæ episcopos a cap. 94

Ubi de communione Constantinopolitanæ ecD clesiæ scribens, ei gratulatur, quod Justinus Augustus de Fide sancti Joannis acceptum destinaverit. Epistola Hormisdæ ad Joannem episcopum Illicitanæ ecclesiæ ex integro 92

Ut Hierosolymitani, dato libello fidei suæ, in communionem debeant recipi. Epistola Hormisdæ ad Epiphanium tit. 3. a cap. 96

De gratulationis bono, quod pax ecclesiæ conservetur. Scriptum Hormisdæ ad episcopos Bæticæ tit. 1. 97

De Attico Constantinopolitano episcopo, & reddita communione. Epistola Innocentii ad Maximianum ex integro 23

TITULUS VII.

De dictis libris regulæ pastoralis. Epistola E Gregorii ad Leandrum ex integro 100 — De munerib. missis.

De pallio a beati Petri Apostoli sede transmisso. Epistola Gregorii ad Leandrum ex integro 101

De muneribus beato Petro Apostolo a Recaredo Principe missis. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem tit. 2. a cap. 102

De clave corporis beati Petri, & de cruce Domini missa, & de pallio ad Leandrum episcopum directo. Epistola Gregorii ad Recaredum Regem tit. 7. a cap. 102.

GLYCERII IMPERATORIS EDICTUM

Contra ordinationes Simoniacas.

Incipit exemplum sacri edicti Glycerii Imper. datum ad Hymerkonem V. C. præf. præt. Italiæ.

Ex eumdem Bollandi e MS. Cod. Vatic. Reginæ Sueciæ 1997. dedit, atq. Oper. S. Leonis M. tom. 1. in Append. Monuperi.

SUpernæ majestatis admonitu nostri ortu imperii nihil prius debuit ordinari, quam ut christianæ religionis sacrosancta mysteria reverentia majore colerentur, quia ambigi non oportet, Deum universitatis auctorem tanto magis favere mortalia, quanto purior cultus per innocentiam sacerdotum divina suspexerit. Jamdudum etenim adolescentibus vitiis clericorum, adhuc in privatæ vitæ conversatione degentes probavimus, episcopatus pro parte maxima non impetrari meritis, sed pretiis comparari: quod indecora cupiditas in usum redacta, quasi licitum fecerat jam videri. Ademtum est studium bonæ conscientiæ, fecitque id, quod de Deo B sperare debuit, ad pecuniam & exactionem vocare. Hinc natum est, ut antistitum reverentia magis potestas sæculi putaretur, & tyrannopolitas esse se malint, qui vocabantur antistites: ac religione neglecta, sub hominum patrociniis constituti, publica magis, quam divina curarent, hoc ipso perpetuitatis privilegio delictorum suorum impunitate gaudentes, ecclesiarumque opes, quas mali propositi dedecora protegentes, pauperes dicunt esse divitias, studio veluti cujusdam administrationis auferent, aliis in præsenti dando præmia, nonnullis se chyrographis obligando, vendendoque in quæstum debitoris quod oportebat egentibus prorogari. Unde factum credimus ut offensa divi- C nitas, quod tot malis probamus experti, favore suæ majestatis averteret, & Romanam gentem tantis, quod transacta sunt infortuniis fatigaret. Quo enim ore, quave impudentia ab eo mundi totius supplicatur auctori, qui ab oblationem sacrificii non judicio sacrosanctæ Trinitatis eligitur, sed hominis favore provehitur? Aut quid hujusmodi episcopi non putent esse venale, qui sancta mysteria subjecere commerciis?

Qua rerum ratione permoti hac mansura in æternum lege sancimus, ut quisquis ad episcopatum personarum auxilio suffragante pervenerit, sæculariter possideat, quod sæculariter fuerit consecutus; idest finitis unius anni metis, noverit episcopatu se esse privandum. Ejus- D dem sane anni, quo sacerdos vocatur, comes nostri patrimonii ecclesiasticæ substantiæ modetetur expensas. Ii quoque qui talem consecraverit, aut quicquam pecuniarum ab eo, qui est consecrandus, datum cuilibet promissum cognoverit, aut callide dissimulandum esse crediderit in eo, quem intelligit, non per puram conscientiam, sed per turpe pretium ad hoc pervenire voluisse, pari de sacerdotio sorte dejectus, similem pœnam temerariæ consecrationis exsolvat: arguendi hoc latens facinus non solum his, qui in ecclesia constituti sunt, verum etiam quibuscumque nostræ religionis hominibus facultate permissa, scituris omnibus, qui objecta potuerint edocere, præmium se pro no- E stro arbitrio sanctæ accusationis habituros. Cives quoque uniuscujusque urbis, quos ad adclamationes ambientium non personæ dignitas, quæ petenda est, sed venalitas ponenda sollicitat, sciant se patriæ, cui tam male consulunt, habitatione pellendos, ac tantum de suis facultatibus eruendum, fiscoque nostro esse promissum.

Facescat igitur ab ecclesiis fœda pariter ac profana licitatio: internuntii turpis pretii conquiescant, Cælestia nefas est in auctione constitui. Sacerdotii magnum, ut dictum est, opus non pecuniis, sed meritis ambiatur; & secundum priscorum regulam sacerdotum quantitas poscentium & qualitas ponderetur, vita inspiciatur electi. Nimis enim detestabile est, ut quilibet ad episcopatus apicem inlicita corruptione venturus, ecclesiæ facultates, quarum dispensator magis debet esse quam dominus, prius pene quam adipiscatur exhauriat. Quibus nostræ serenitatis; & pravorum mentes putamus comprimi, & ad majora studia virtutum bonas conscientias incitari. Illud quoque de justitia omnipotentis Dei ac pietate dubitare non possumus, facilius nos divinis auxiliis protegendos, cui per innocentes & probatos episcopos omnipotentiæ juvamina postulemus, Himelco parens carissime atque amantissime. Unde inlustris & præcelsa magnificentia tua hanc serenitatis nostræ legem, quæ & sacerdotes sacrosanctæ religionis corrigit & ministros, propositi a te edicti programmate per omne nostri corpus vulgavit imperii. *Et manu divina*. Vale Himelco parens clarissime atque amantissime.

Datum V. idus mart. Ravennæ domno Leone perpetuo augusto V. Explicit.

Felix Himelco P. P. Dioscorus, Aurelianus, Prestadius VV. CC. PP. DD.

Quemadmodum domnus noster invictissimus princeps Glycerius pro beatitudine sæculi melioris, & suorum correctione mortalium, ne quid supernæ majestatis deinceps ex sacerdotali ordinatione tentaretur injuriam, ac bonæ conscientiæ meritum nummarii fieret causa suffragii, edictalibus inhibendum crediderit constitutis, sermonis regii in antelatis præsulget oraculis, scilicet ut quæ divina sunt, mundanis suffragiis non juvetur, quatenus licitatione submota, sublatis quæ piaculis delictorum, sacerdotales infulas optimæ conscientiæ norma possideat, ne quæ religiosis erogationibus, ad conciliandam videlicet divinæ clementiæ majestatem proficere debuissent, ad instar sæcularium administrationum in patrociniorum adquisitionibus funderentur, quod profecto ad alimoniam pauperum mens devota supernæ majestati, & non avara contulerat. Neque enim quispiam profanæ intentionis existeret, qui mente sacrilega abhorrere tam religiosa debeat constituta sacerdos, nisi qui de suæ pollicitationis conscientia voluerit confiteri. Ut enim hæc, quæ de secreta sunt, prædicabilibus moribus placitura confidimus, ita deteriores mentes ex his, quæ salubriter definita sunt, non dubitamus offendi. Proinde hoc edictali programmate universitatem duximus commonendam, ut ab inlicitis deinceps se ambitionibus suffragiisque submoveant, ne necesse sit cum obligatione propriæ conscientiæ, quam divinæ majestati interest semper obnoxiam detineri, juxta sacratissima constituta pœnam proprij subire peccati.

Datum III. Kal. maj. Romæ Explicit.

Glycerius Imperator assumptus est ad Imperium anno 473. ac brevem principatum habuit.

FINIS TOMI OCTAVI.